
IOANNIS MORANDI VERONENSIS


Clerici Regularis Sacræ Theolog. Profeſſ.


CVRSVS PHILOSOPHICI

ANNVS PRIMVS.

HOC EST TRACTATVS, ET QVAESTIONES,
In quibus breui, & facili methodo diſputantur omnia, quæ his temporibus in ſcholis deſiderari ſolent

IN LOGICAM ARISTOTELIS,
Ad quam primò ſternitur via Iſagogica Summularum materia.



VENETIIS, Apud Guerilios. MDCXLVII.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.



Illustriss.^mo & Excellentiss.^mo D.

IOANNI VINCENTIO IMPERIALI,

Genuensium Reipublicæ Viro Patritio, & in Regno Neapolitano S. Angeli Duci, deque omni literarum genere optimè merito, & Literatorum Mecœnati inclito.



AVgustissimo tuo nomini sacrum prodit hoc opus, sapientum maxime; & quam non promererer Bonorum indignationem; si IOANNI VINCENTIO IMPERIALI non inscripsissem? Librorum dedicatoriæ, siue insolitę cudantur monumenta virtutis, siue quò beneficiorum perennent magnitudinem, vel tandem nouo fœtui deprecaturæ tutelare numen, iam hoc pensum à me tibi exigebatur gratitudine, virtute, obsequio exactore.

An forsan assentationis larua tanti viri benignitatem propitiam pertento? Vtinam liceret mortis adire confinia, & deturbata defunctorum quiete tenebrosos manes de ante actis consulere! ambitioso gratitudinis officio primores illi mei PP. æternitati texerent annales, quæ quantaue in hoc Monasterium, in totam Religionem ab ipso enascentis Religionis exordio beneficia deriuarint ab Illustrissimis tuorum Gentilium Proceribus.

Hæc fòrs non innumera à Serenifs. Parentis tui pietate, & religione? ipsissimis auribus non semel recolentes audiui aliquos sanctę memoriæ seniorum Patrum, quòd nil vnquam in huius S. Syri, nobilissimi, vel Monasterij, vel templi, quà splendoris, quà structuræ moliebantur nostrates, quin IOANNIS IACOBI IM-

PERIALIS munificentia,& pietas reluceret: quem propterea Religionis huius minimæ Patronos inter, & Benefactores æterno caractere nulli sculpamus secundum.

Verum Excellentia tua tanti Parentis regias dotes semper æmulata, defœcatas virtutes, religionemque, vel ad liuoris stuporem, solusne in meos PP. liberalissimæ munificentiæ hæredem pijssimum abhorruit renunciari? Serenifs. Parentis æmula pietate, liberalitateq; adeò in hanc eandem Ecclesiam propensior, vt ipsi Musicorum concentus erumpant nunquam suauissimi, quin Benefactori suo gratiarum celebrent actiones: quò enim totius Ciuitatis accursu magis, magisq; diebus frequentaretur solemnioribus, choros musicos erigendos egisti consilio, apud PP. precibus institisti; sed viro pijssimo, & Clericorum Regularium amantissimo verbo promouisse satis? dedecere ratùs, ære proprio perpetuùm dotauisti duraturos.

Omni veritate dixero, *si linguæ tacuerint, lapides clamabunt*, clamabunt marmora illa pretiosa, quibus in hac ipsa Ecclesia Odeum sumptu profusiori curas stabiliendum, ditandumque. Opus conceperat, destinaratque Ioannetinus Spinula illustrissimæ memorię, nostrumque haud moriturus Patronus, & Benefactor, quod morte pręuentus perficere non potuit, potuit legare. Sed quando opus nobile adeò speraremus conficiendum, perficiendum, si IOANNES VINCENTIVS IMPERIALIS Ioannettini sanguine Nepos, patrimonio hæres, pietate idem nobis non faueret, fabricam non foueret? Fuere hactenus tot gratiarum myriades, tot beneficiorum decursus, vt efferuescentis Oceani fluctuum instar maiora, maximaque à benignissimo humanitatis tuæ sinu in diem operiri pręsumamus.

Tantorum igitur, Vir Excellentissime, tui, tuorumque beneficiorum penè suffocati magnitudine impellimur publico per Orbem testimonio gratitudinis saltem ostentare obsequia: quæ pro acceptis visa moralium Principi non temnenda repensio, *atque hic etiam, si vltra facere non potest, gratus est, Amat, debet, referre gratiam cupit. nam, vt omnium aliarum virtutum, ita huius ad animum tota æstimatio redit. Hic si in officio est, quidquid deficit, fortuna peccat.* quod potissimum de viris nulli terrenorum inopiæ Sacramento non mancipatis refirmare detrectaret nemo.

Dixisse non pœnitet, exactore, & *Virtute*. In virtutem peccarem, Vir doctissime, si in excellentiam tuam tot virtutibus maxi-

mam

mam maxima meæ deuotionis negarem obſequia. Si *virtutis vberrimum alimentum eſt honos*, qui tanto tuarum virtutum merito non debeatur honor ? ad quæſtionem audeat vocare, qui forſan Proauorum tuorum ſplendore caligans, ipſorum dumtaxat margaritis tibi regium diadema duxerit intexendum, ab ipſis tibi lucem fore mutuandam. Non laboro pupillis.

Adeò ſunt tuorum Gentilium ſplendores, tot virtutum merita, vt quin obruatur, quin delaſſetur, mens calamum haud queat edocere ſatis. Pręterit neminem, Genuenſium Imperialium Aquilam inter Italiæ principes familias nulli eſſe ſecundam, quia Corſicam regio dominata imperio: quia & pręſenti ſæculo plurium Principatuum dominijs glorioſè potitur: quia nobiliſſimis ſemper aſcita coniugijs, ſiue patrijs, ſiue exteris: quia nunquam ſuæ Reipublicæ Magiſtratibus non grauata, Pręfecturis, Paludamentis, Faſcibus, Principatu ipſo: quia inſignium eloquentia, cunctaque doctrina virorum parens fœcunda: quia Præſulum Senatum ſuis infulis auxerit ne dum, ſed Chriſtianæ Eccleſiæ Antiſtitum expreſſerit icones. Plurima ſunt Generis tui decora, cohoneſtamenta, quæ ipſiſſimæ eloquentiæ, ſi recenſeret, robora defatigaret: hinc tamen IOANNIS VINCENTII IMPERIALIS merita duxerim mendicanda, abſit.

Malo Pater tibi ſit Therſites, dummodo tù ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

cecinit quàm benè Iuuenalis! tuæ tuæ virtutis merita, non Patris, quamquam Ducis celebratiſſimi, non Proauorum te vbique pręđicant immortalem.

Veritatem obteſtor, quæ ſcientiarum difficilia non rimauit, quæ ſapientum volumina non reuoluit, quos politiorum literarum lepores, venuſtatemque non concepit tui acumen, & fœlicitas ingenij, cuius ab adoleſcentia in literarum ameniorum ſtudia, ſcientiarumque grauiorum ardor tantus, tanta genij propenſio, vt ab eis haud vnquam deſtiteris, prohibitus filij vnici pręrogatiua, aduerſa valetudine, Patriſque trementis precibus, ne ſtudiorum Martyr ſibi occideres vnicus, vniuſque morte totius Domus deploraret occaſum? Metro ceciniſti, ſcripſiſti ſolutè, latinè, Italicè, mendacij redarguar, ſi ſolari luce clariora non edideris monimenta, quibus per terrarum Orbem delatis omnium literatorum calculis conclamatus literarij Cœli ſydus fulgentiſſimum.

Quòd

Quòd propterea totius Europæ celebriores Academiæ tuum nomen veneratæ gloriosum, ambitioso æstimationis obsequio in suorum albo festinatò descripserunt: quòd ideò ipsam Felsinam doctrinæ altricem, matremque nunquam censuisse crediderim, adeò suum, *Bononia docet*, ac quando suæ Academiæ te, vt Principem moderantem gloriata est; nec Parthenopeiam sirenem silentem adeò, stupentem crediderim, ac illustrissimæ Neapolitanæ Academiæ cum per biennium tu Princeps quà difficiliorum problematum propositione, definitione, quà poemata iucundum, omniumque Scriptorum genus componendo, recitando totus eras aureo stylo, facilitate non solita, insolito omnium plausu: hac hac gloriosa tui fama quæ Academię te Principem re apse non habuerunt, habuere voto, obsequio, & per scripta saltem fœlicissimo tuo ingenio frui conatæ sunt: cuius merito nobilissima Venetorum Academia ad hunc diem texit, & edit elogia: tibi prę cęteris perennitatem vaticinatus qui dixit

Marmora Mæonij vincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio : cætera mortis erunt:

Patritiorum virtutem Arist. dixit prudentiam, benè, & quis agendorum prudentia illustrior? quis Rerum publicarum imperia valeat promereri, quando tuis summa semper prudentia libratis facinoribus non debeantur? publica ipsa onera, quibus toties gloriosè perfunctus es: quæ tanta temporum varietate, malignitateque gerenda fuere difficillima consilio tuo concredita, quanti tuam Genuenses fecerint prudentiam, testes imploro.

Hac prudentia omnes omnes scaturiuere morales virtutes, quæ optimum decerent ciuem, imò Principem, quibus toties Senatoriam togam, oratoris munus pluries ad magnos Principes, maritimæque classis Pręfecturam, & penè semper nobiliores nobilissimę Reipublicæ Magistratus ad solius Patriæ dignitatem, commodumue exercuisse carpere audeat nec maledictorum *Momus*, quem monere haud oportuerit carmine Claudiani

Tu Ciuem, Patremque geras, tu consule cunctis,
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Hæc de te fateri coguntur quotquot Reipublicæ præterita nouere tempora, vel gesta: felicissimum, vel inuidiæ celebrandum Principatum gessisse Parentem tuum Serenis. non erunt ignari, sed illius Atlantis Ioannem Vincentium filium fuisse ipsum Alcidem, virtutemq; omnes deponent æternitati: enim verò quomodo Princeps

ceps

ceps plurimo annorum pondere pressus, penè senio confectus, aduersa valetudine Principatui fecisset satis, Patriæ consuluisset necessitatibus, optimi Ducis victurus Idea, nisi tu tanti Parentis vnicus filius, tunc ætate floridus, prudentia senex, Patri semper à consilijs, à secretis adfuisses indiuiduus.

Nec laborum pertęsus, solum abfuisti, cum triremium Pręfectura tibi commissa, Patris, filijque vni sceptro vno tempore terra, marique, totius Reipublicæ Genuensis crediderunt imperia (quod antè factum lego nunquam) & eo rerum euentu pro patriæ dignitate, quem & postea tua prudentia, animique vigor pepererunt, cum Hispano littore, & mari Mediterraneo non semel fugatis piratis Genuam enauigasti victorias; vel quando anno 1619. Messanenses steterunt demirati, quòd pro Patriæ Maiestate caput exponeres, vt classis Genuensis vexilli sustineres pręrogatiuas, dignitatem conseruares, Patriæque Zelo armato pectore Principum temneres minas, & violentias intentas superares.

Pari zelo, non impari Reipublicæ bono te laborantem intuebuntur apud Capriatam anno 1625. cum Genuensium fines, vltimo penè libertatis discrimine irrumpente hoste improuiso, ad Ducem Feriæ Insubrium Gubernatorem aduolasti Legatus suppetias impetraturus: si armatorum manus pręstò fuerunt, hostiumque impetum aliò coegere libertate illæsa, IOANNIS VINCENTII Oratorem agentis zelo, energiæ, dexteritati; acceptum retulisse omnes. Legant, quibus licet, tui ad Serenissimum Senatum tunc datas epistolas, insolitæque politicæ præceptis si ad Patriæ salutem, & splendorem repererint fœcundas, fateantur, est necesse, in illo negotio quantum laboris impenderis, qua virtute enitueris, summumque laudis deportasse: Ideoq: te periculosis semper Reipublicæ temporibus, vt potè præstantiorum præstantissimo publica munera demandata, cui vel tuorum auxilio destituto, & sæpè exterorum insidijs impetito nunquam in consulendo vigilantia, in deliberando defuit sapientia, vel constantia in exequendo.

Si Beatas fore Respublicas cum Platone censuere sapientum plurimi, quando *eas, vel studiosi sapientiæ regerent, vel earum Rectores studere sapientiæ contigisset*: ò beatam Genuensium Rempublicam, quæ suorum Ciuium syllabo dum vnum potest enumerare IOANNEM VINCENTIUM IMPERIALEM Græciæ sui videntur reuixisse Solones, Catonesque Romani Reipublicæ consulere fęlicitati! & re vera Rerum publicarum momen

ta si

ta ſi Sapientum Oraculis pertractentur, quid deſiderandum ſuperſit ad beatitudinem, ad glorioſam famam, ignoro.

An fors Reſpublica non illa beata, quæ legibus intemeratis, & iudicijs Aſtreæ Deuotis æqua lance moderando, nec nobilium authoritate diſtrahitur, nec plebeiorum negligit neceſſitates? non illa glorioſa, cuius Senatus Patriæ charitate, non auri fulgore purpuraſcit, cuius Magiſtratus virtutis prærogatiua, non generis proſapies ſoleat promereri? non beata, non glorioſa illa, quæ probitate morum ſignat imperij confinia? Hæc Patritiorum virtute floreſcunt.

Plurima id genus alia fierent obuia, quibus ſuaderem ad ſatietatem quà ſacra, quà authoritate prophana Rerum publicarum libertatem haud ſecurius vnquam ociari, quàm Senatu ſapiente, nec inſipiente fatigari periculoſius. Sed fruſtra omnia componerem, ſi virum alloquor, quem, maieſtatis piaculum, veritatis facere ignorantem. Tabeſcat ergo, & de excellenti adeò tuarum virtutum merito infremat, qui amantiſſimæ ſuæ Patrię, qui nobiliſsimę Reipublicæ opibus, delicijs, ingenio, religionę, triumphis florentiſsimæ odit felicitatem, gloriarum inuidet locupletem: enim verò quò tui per literatorum ora nomen illuſtrius acclamatur, eò Genuenſium Reſpublica per Orbem terrarum fulget auguſtius; adeò tuarum virtutum candor emicat, Vir doctiſsime, vt Patriæ queas augere ſplendores, illuſtrare Maieſtatem, liuidorum ridere pallores.

Liuidorum dixi: enim verò *ſi mos eſt hominum*, inquit Tullius, *vt nolint eundem pluribus excellere*, quomodo inuidiæ ictus declinares, ne dum pluribus, ſed omnibus animi, fortunæque bonis excellentiſsimus? ſed inuideri ſummæ gloriæ faſtigium; quòd ideò magnus ille Euripides, quamquam inuidiam non poſſet non odiſſe, inuideri tamen ſemper appetijt, *inuidiam*, inquiens, *non probo, velim tamen propter bona ab alijs mihi inuideri*, ratus, inuidiæ iaculis percellendum neminem, niſi virtute fęlicitateque clarum.

Summa petit liuor, perflant altiſsima venti.

Cecinit Ouidius; nec abs re Plutarcus, *vbi nullum lumen, ibi nulla vmbra; ita vbi nulla fęlicitas, ibi nulla inuidia,* ſcilicet veræ virtutis coticulam ſemper experimenta feciſſe liuorem. Sed quid? *inuidia virtute parta gloria, non inuidia putanda eſt*, poſteris reliquit teſtatum, qui ſuorum ciuium non ſemel coactus ſuſtinere liuorem, Marcus Tullius. & quid Ariſtidis Themiſtoclis, Scipionis, aliorumque heroum gloriæ magis potuiſſet famulari, ſicut ſuorum conciuium inuidia famulata eſt?

Hæc

Hæc non te latent, quòd ideò, & si omnem inuidiæ ansam studeas amputare, modò inter tenuioris fortunę Ciues parem statum conseruando; (qui alioquin apud alienos soleas magni Principis ostentare personam) modò benignitate in omnes, vel humiliores agendo; modò omnium vnam æqualitatem, qua sola Respublicę semper duraturæ, verbo, reque affectando, tamen liuore insectatus, tuæ gloriæ famulaturum, quia sentis, rides, nec malignantes curas, pro Patriæ salute, & Maiestate zelo eodem, eadem constantia, semper idem; & quòd summam, qua polles, iustitiam rigorem, seuitiamue appellent mali, nec solicitus, vestigia eadem pręssurus solicitior. Vir omni fortuna maior, cui tu ipse tibi cecinisti triumphos, cum dixisti.

Mens immota manet, nixusque mouentur inanes,
Non sors, non odium, non mihi liuor obest.

Floruere semper Genuenses Athenæ, florebuntque: vnum te dedere semel: daturæ nunquam? etiam quando

In caput alta suum labentur ab æquore retro
Flumina: conuersis Solque recurret equis:
Terra feret stellas: Cœlum findetur aratro:
Vnda dabit flammas: & dabit ignis aquas:

liceat, virorum modestissime, ad tui nominis singularitatem Ouidianum hoc vsurpasse: Cui solum decantasse videatur Statius

Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro,
Troica, & Euphrate supra diademata fœlix,
Quem non ambigui fasces, non mobile vulgus,
Non leges, non astra tenent: qui pectore magno
Spemque, metumque domas, vitio sublimior omni;
Exemptus fatis, indignantemque refellis
Fortunam, dubio quem non in turbine rerum
Deprendet suprema dies; sed abire paratum,
At plenum vita.

Hæc sunt de tuarum virtutum meritis mei, Bonorumque sensa, & affectus. Hæc philosophico huic cursui sub celebratissimi tui nominis auspicijs non temerè pręfigo: factum erit, quòd meę, meorumque PP. gratitudinis, & deuotionis publicum per orbem edatur testimonium, & meę philosophiæ eximium depoposcerim tutelarem. Et verò si tui nominis prodeat hic cursus pręfulgens immortalitate, quis censura audeat lacerare, quod vir omni literatura maior suo nomine dignauerit? Si Cęsaris nomen venerandum

adeò,

adeò, vel venantium ſpiculis, vt vnquam haud auſa ferire, vbi prȩferebatur *Cæſaris ſum, noli me tangere*, impugnare præſumet nemo, quod IOANNIS VINCENTII IMPERIALIS, nomen propugnabit, quem literatorum Orbis ſuſpicit ſapientia parem Cȩſari, ſed maiorem Cȩſare, quòd patriam libertatem enixè ſemper coluerit.

Patere ergo, Sapientiſſime, quòd ad liuoris dentes, & malignitatis retundendos frons huius libri auguſtiſſimo tuo nomine inſigniatur. Sapientum eſt bonarum artium vrgere conatus, partus, quales, quales ſint, ſereno ſupercilio, ſinuque complecti benignitatis. Opus eſt philoſophicum, ſed methodo breui, & facili digeſtum. Non repellendum, quia philoſophicum, nam *præſtat viros Patritios è Philoſophiæ præceptis haurire ſapientiam*. An contemnendum, quia non multa mole, non multis difficultatum inuolucris ad ſtudium modica, aut nulla egeat meditatione? & quid Viro Patritio expectendum magis, ſi quando publicis curarum negotijs feriato paululùm ſcientiarum quieti vacare libuerit, quàm tempore non multo edoceri multa, cui ferè tota vita ſuæ Reipublicæ non ſufficit regimini?

Sed qua fronte hoc opus auguſtiſſimo tuo nomini audeo inſcribere, ſi ſatis, ſuperque notum, eiuſdem nominis authoritate ambientium plurimorum ſui ſcriptis fidem mercari, eaque viro nuſquam non glorioſo nuncupare, te ſemper vota repuliſſe, permiſſiſſe nunquam? & meritò; quid enim gaudeat, aliorum opera ſibi dicari, qui alijs dicanda illuſtriora ſcribere nouit? Ita fateor. Cum tamen opera V. M. D. Baptiſtæ (vulgò à Genua) tuo ſtudio, parique ſumptu ad maiorem Dei, & Patriæ gloriam de nouo edita temet dedicaſſe comperi, aurei calami deoſculatus prȩſtantiam, nec ætate ſeneſcentis, ſemper ſingularis, per quem Genuenſium nomen hominum mentibus nunquam abradendum, tantumque zelum ad vltimum vſque ſpiritum manſurum veneratus, ſperaui futurum, vt qui alij dedicaſti, nec philoſophicum hunc curſum tuum nomini dicatum ægrè feras. Ita philoſophus ſum philoſophatus. Ignoſce virorum humaniſſime. Cȩterum ſi in reliquo benigniſſimo tuo aſpectu dignus non eſſet hic liber ſaltem quòd te adierit ſuum culturus, & literatorum Mecœnatem; ſaltem quia mei intellectus fructus, quem ediderim, primus eſt, (fructuum primitiæ ſemper valuerunt plurimi) vel minimi faciendus. In hoc, qualecunque ſit opus, meam in excel-

len-

lentiæ tuæ virtutem, & ſapientiam multis ab hinc annis, quamquam latentem hactenus humillimam deuotionem, meæque Religionis per me recognoſce obſequia, quam, vt ſolita humanitate fouere non deſinas, ſuppliciter deprecor, Cœlum ſemper deprecaturus pro perenni tui fęlicitate. Genuæ Anno 1647.

Excellentię tuę Illuſtriſſimę
addictiſſimus Seruus

D. Ioannes Morandus. C.R.

Ioannes Vincentius Imperialis
Anno Ætatis suæ LXVI

Vis mihi vis

HANC ETIAM MECÆNAS ASPICE PARTEM



AD LECTOREM.



Hilosophicum hunc cursum in tres annos partitum prelo committo, quia sic commisit, cui noxa non facilè luenda quocunque discrimine non committi. Amicissime Lector in quacunque materia excreuit adeò Librorum copia, vt scientias professuri defatigentur magis tot Librorum lectione, quàm difficultatum meditatione. Noui, vt edantur haud cupiunt, qui tot editos adeò fastidiunt. Hæc etiam mihi fuit mens, cum per plures annos Philosophię palęstram exercui. Non semel exsecratus Librorum copiam, eò quia vt plurimùm sine rerum còpia verbis tantùm copiosi. Nec me latet Criticorum sensu obstetricante, omnium Sapientum opera luce vsura, qui ferè semper nouo fętui mortem moliuntur, quorum votis quò plus occurrere coneris, eò magis assequi difficile. Hominum genus, de quibus D. Bernardus, corrosores, non correctores, quia mordere magis, quàm emundare malint. *Verè sollicita scribentium alea. Aiebat conciuis meus Plinius,* Cogito quàm magnum sit dare aliquid in manus hominum. *His de causis subire illam detractabam: subeo inuitus obedientiæ vinctus imperio. Cęterùm non abs re me facturum duxi, & tui gratiam facilè initurum, si prodeat hic cursus non ingenti libri mole, quæ Lectoris aspectum deterreret, & si legeret, mentem obrueret prolixitate, vires lassaret. Scribentium huius ætatis deploranda conditio, qui vnius, vel alterius argumenti plura fabricant volumina, & tunc metam putant attigisse veræ gloriæ, cum multarum rerum farraginem aggrauerint. Recitant in quocunque leui dubiolo omnium sensus: tesseram producunt omnium authorum: ad examinis lancem traducunt eorum rationes, vt refutent, quia non approbant, & improbent eorum themata: quæstiones miscent ad materiam, quam tomus pręfert, impertinentes: proprium sensum multo rationum apparatu nituntur stabilire: aduersantium argumentis haud fecisse satis existimant, nisi conuicijs, maledictis, notis, censuris, authores insecserint. Quid mirum, si vnius quæstionis Conclusioni aliquando (quis credat!) nec centum paginæ sufficient? Hæc semper abhorrui, & nunc abhorreo. Methodi facilitati, & breuitati litaui. Mens fuit in hoc opere moliendo in tres annos distributo (quo modo mea Religio nostris scholaribus, quibus potissimum laboraui, Philosophicum studium pręfinit) illas. tantum difficultates versare, quas ad quæstionem non vocasse summa religio esset viro Philosopho. In quæstionibus pręcipuis recensui aliorum sensus, & si omnes authores non texui, texui non paucos, apud quos alij ad satietatem retexuntur. In rebus, quæ sui facilitate, & veritate occurrunt citrà controuersiam, paucis detineor. In difficilioribus labori non peperci, vt vel in illis breuitas facilitati famularetur, facilitas prolixitatem eliminaret. In nulla quæstione, quà Conclusionibus firmandis, quà aduersantium sensu repellendo, multus fui, non tamen fui ieiunus adeò, quod quisue non* Momus *ad sufficientiam dixisse laudabit. Breuitatem, & facilitatem methodi mihi pręscripsi in toto hoc cursu, hanc assequi conatus, non tamen omnem, quæ desideraretur, difficultatem non persequutus pro ingenij mei tenuitate. Neminem momordi, pupugi neminem: quòd multos repulerim, forsan mihi succensebunt, quia suo sensu non consuerim? nec illi, quod cęteri, semper consuerunt. Et tamen non desunt homines*

adeò ventosi, de quibus Apostolus seipsos amantes, *qui vel hoc tantùm excandescant, quod eorum placita cunctis non placeant. Sibi nimium placent. Si quæras num aliquid noui proponam, satis quid mihi præscripserim fassus sum. Non nouam Philosophiam tradere, sed hactenus à probatioribus Philosophis traditam ad talem redigere methodum, quod trienni curriculo scholares possent, nostrates maximè, veræ Philosophiæ studia absoluere. Hoc sanciueram. Si assequutus, finem consequutus: erit satis. Quia tamen* veritas, *inquit Seneca,* tota nondum est occupata, multum ex illa etiam futuris relictum est, *tibi meditatus sum etiam multa non omnibus adeò obuia, quæ dici possint noua, nisi refragetur Sapientum Princeps,* Nihil sub Sole nouum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est. *Hic sisto; si hos labores approbaueris, eadem methodo, & Theologiam dabo. Vale.*



AP-

APPROBATIONES OPERIS.

D. Gregorius Carafa Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

CVrſum Philoſophicum in tres annos diſtributum à P. D. Ioanne Morando noſtræ Congregationis Theologo compoſitum, cum alij eiuſdem Congregationis Theologi, quibus id commiſimus, expenderint, ac in lucem edi poſſe probauerint, vt typis excudatur, quod ad nos ſpectat, concedimus. In quorum fidem has litteras manu propria ſubſcripſimus, ac ſolito noſtro ſigillo firmauimus. Romæ in Ædibus noſtris Sancti Silueſtri Montis Quirinalis die 17. Iunij 1645.

Don Gregorius Carafa Prępoſitus Generalis Congregationis Cler. Reg.

D. Caietanus Paganus Secretarius.


DE mandato A. R. P. D. Gregorij Carafæ noſtræ Congregationis Prępoſiti Generalis nos infraſcripti legimus, & expendimus Curſum Philoſophicum in tres annos diſtributum R. P. D. Ioannis Morandi S. T. P. nihilque in eo comperimus, quod ſanæ fidei, aut morum integritati aduerſetur; quin imò ſumma facilitate, & breuitate elaboratum omnibus Philoſophię ſtudioſis maximè profuturum, dignum cenſemus, quod in lucem edi poſſit. Datum Genuæ Idibus Nouembris. 1644.

D. Dominicus Centurionus Clericus Regularis S. T. P.

D. Andreas Sottanus Clericus Regularis S. T. P.

D. Andreas Cirino C. R. S. T. P.

IN-



INDEX CAPITVM, QVÆ IN INTRODVCTIONE CONTINENTVR.

Numerus Paginas appellat.

Quo-

DE PROPRIO.

DE ACCIDENTE.

IN PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

TRACTATVS PRIMVS

De Antepręducamentis.

TRACTATVS SECVNDVS

De Prędicamentis.

TRACTATVS TERTIVS

De Postprędicamentis.

IN LIBROS POSTERIORVM ANALYTICORVM.

TRACTATVS PRIMVS

De pręcognitionibus.

TRACTATVS SECVNDVS

De Demonstratione.

DE SCIENTIA.

TRACTATVS PRIMVS.

De Habitibus.

TRACTATVS SECVNDVS

De Scientia.

FINIS.

Le-

Lectori beneuolo.

MI Lector, cùm philosoph. hic cursus Venetijs cudebatur, ego Genuæ degebam; ideò sine erroribus non credidi prelo edendum, nec credidissem, si presens ego ipse semper prelo insedissem: noui prelorum labilitatem; fecit tamen absentia, quòd plures errores irrepserint, qui, si ego ipse correctioni inuigilassem, vtique non omnes irrepsissent. Quid dicam? non egi, quia non potui. Dum opus relegi, collegi precipuos, quorum tesseram ad finem cuiuscunque anni pono, vt authorem excuses, qui errorum causam accusat: precipuos tantùm notaui, vt, qui ortographiam, vel distinctè interpungendi rationem concernunt, (qui per sepè occurrent) tua humanitate excurras, ne Censoris inhumani crimen incurras.

Errores, qui in hoc primo anno irrepserunt cum suis correctionibus.

Er.	Cor.
differant. num. 23.	differunt.
& conceptus.num.26	at conceptus
easdem num.35	eadem
negatio num.38.	nugatio
aliquid currens n. 42	aliquod currens
compilatio n.42	ampliatio
I quemodum n. 52	Ique modum
vt essentiale n. 61	at essentiale
hypoteticæ n.72	hypotetica
repetitur n.80	reperitur
simulaueras n. 81	simul veras
concludeuter n. 86	concludetur
sumantur n. 98	sumuntur
quatuplex n. 92	quadruplex
obiectum n. 101	subiectum
digressione n.105	digressiones
quam omnem n.106	quàm omnium
tradunt Amicus n. 114	tradit Amicus
attringitur n. 114	attenditur
etiam Logice n. 118	etiam Logica
vt scientia sciat n. 122	vt sciens sciat
opus per se n.133	opus post se
obijciatur n. 137	obijcitur
Logicam n. 142	Logica
talis modo n. 144	tali modo
ne sit n. 149	nec sit
ad entis n.152	& entis
secunda remanebit n.152	secundò
perfectionem n. 155	perfectiorem
predicarum n. 159	predictum
fictitiuum n. 161	fictitium
intellecta n. 168	intellectu
in diuerso actu n. 180	in diuerso statu
na.est vniuersale n. 180	non est vniuersale
etiam omnis vnitas n.180	& omnes, vnitas
prima n. 195	optima
quidam totum n. 204	quoddam totum
premere n. 209	premere
& sic cetera n.212	& si cetera
& alijs n.212	& alios
predictis affectionibus n. 216	predictarum affectionum
participare n. 219	participari
essentiales n.221	essentialis
& aliorum n. 224	& alios
per genus n. 227	per se genus
completè n. 236	completè
primò conuenientia n. 256	primò conuenientiam.
immò verò n.263	ratio verò
quam secunda n. 264	quam secundam
alius n.270	aliùs
ita plura n.272	ista plura
& extensione n. 275	ex extensione
putà ordinari n. 280	putà si ordinetur
scientia non est ad.n.286	scientia est ad.

Er.	Cor.
sine passibili n. 286	sine possibili
neque hoc sequi n. 287	neque hoc est sequi
qualitatib. denominamur n.298	qualitatibus non denominamur
sicut secundis, & tertijs n. 301	sicut secundus, & tertius
in aliquo, vt vnum n. 301	in obliquo, & vnum
& differentiæ n. 301	vt differentiæ
tertios cubitos n. 301	tres cubitos
lato modo accepta n. 303	lato modo acceptam
quod sic n.307	quod si
probaturum n.307	probaturus
opponendas n. 314	apponendas
tanto sumo n. 316	tantum sumo
accidit in casu n. 318	accidit in cõtrarium in casu
probatur quia n. 318	probatur etiam quia
naturaliter n.320	naturalem
fluat, & emanet n. 320	fluant, & emanent
an demonstratio n.332	quæres an demonstratio
ignorat quid sit n.332	ignorat quòd sit
quia rationalem n.333	quia rationalis
causa causasti n.333	causa causati
exactius sermo n. 334	exactus sermo
vt cognitio n.335	vt cognito
elicione n.336	elicitione
affectionem n. 357	effectionem
non.n.efficit n. 127	non .n. officit
posset n.357	potest
& sic illum n.358	& si illum
non comprehendere n.360	non comprehendi
in meteor.n.365	in metaph.
de obiecto contingit n.376	de obiecto contingenti

Et quoniam mei Scriptoris *oscitantia omisit* duobus locis aliquas integras lineas, quæ sensum corrumpunt, te Lectorem moneo, & per extensum totum § pono.

pag.2.num.7. §. *terminus communis diuiditur primò*, sic legendum

Terminus communis diuiditur primò in transcendentem, & non transcendentem. Transcendens, qui vagatur per omnia predicamenta, & conuenit omnibus rebus, cujusmodi sunt, *Res, Ens, Vnum, Bonum, Aliquid, Verum*. Non transcendens, qui habet determinatam significationem, & non conuenit omnibus, vt *homo, Deus*

pag.70.n.282. § *Notandum secundò*, sic legendum

Notandum secundò, cum relatio per hoc distinguatur à ceteris predicamentis, quia est in ordine ad aliud, in suo conceptu duo includere, esse *in*, cum quo conuenit cum ceteris accidentibus, & esse *ad*, per quod differt à ceteris, tanquam per essentialem differentiam; neque vnum esse potest sine alio; eo .n. ipso quòd est ad aliud, & vnum ad alterum refertur, atq; adeò dicit *Ad*, vtique est in illo subiecto, quod refertur, & dicit *In*: quare dicit *Ad* explicitè, *In* implicitè. Modò quæritur, an relatio predicamentalis sit ens reale, & an in triplici genere assignato ab Arist.

IOAN-



IOANNIS MORANDI VERONENSIS CLERICI REGVLARIS.

Isagoge, seù introductio in vniuersam Logicam Aristotelis.

PROOEMIVM.



1 QVoniam ea, quæ in Logica pertractantur, adeò scholaribus euadebant difficilia, vt multi exterriti ab incœpto pedem reuocarent, Isagogem, seù breuem introductionem ad logicam, quam summulas appellarunt, præmittendi inualuit vsus ferè apud omnes Philosophos, vt ipsa, veluti breui quodam compendio, & summa perductus addiscentis intellectus, facilius posteà posset Logicam ipsam aggredi. Verùm quia hæc ipsamet introductio, seù summulæ pats quædam Logicæ sunt (quod ideo, quæ est materia summularum pertractatam nouimus ab Aristotele in libris Perihermenias, Priorum Analytichorum, Topicorum, & Elenchorum, qui verè sunt Libri Logici) & Logica ipsa tota sita est in dirigendis intellectus operationibus; ne in scientiarum acquisitione fallantur, Ideò hanc methodum sequemur ab eisdem operationibus nobis præsctiptam; vt ptimò agamus de terminis, secundò de Enunciatione, siuè propositione; Tertiò de ipsa argumentatione. Tres namque sunt operationes, quibus intellectus vtitur, in qualibet scientia comparanda, & cuilibet ipsarum suum accommodum instrumentum exhibet Logica, vt dirigantur, nè aberrent. Si enim prima operatio est simplicium apprehensio, qua intellectus primò apprehendit, quid aliquid sit, v. g. quid sit homo: hanc logica dirigit tradendo modum conficiendi veram definitionem, qua vniuscuiusque rei cognoscatur vera natura. Si secunda operatio est, affirmatio, & negatio, qua de re cognita per apprehensionem aliquid intellectus affirmat, aut negat; Hanc dirigit Logica tradendo modum perfectæ diuisionis omnium prædicatorum, vt separando vera à falsis, possit sine errore de illa aliquid affirmare, aut negare. Si Tertia operatio est discursus, quo intellectus ex ijs, quæ de aliqua re sunt affirmata, aut negata, aliquid de eadem infert, hanc dirigit Logica tradendo verum modum argumentationis, quo ex notis infertur absque errore aliquid ignotius. Ad primam enim operationem ritè dirigendam, conficiendo bonam definitionem, exigitur cognitio terminorum, vt ipsorum significatum apprehendatur rectè. Ad secundam exigitur cognitio propositionum; affirmatio enim, & negatio, propositio, & enunciatio quædam est. Discursus autem, qui est tertia operatio, nequit benè fieri absque perfecta notitia argumentationis. Immo hæ tres operationes adeò sunt ad inuicem connexæ, vt secunda nequeat exerceri sine prima, nec tertia sine secunda; quia argumentatio includit affirmationem, & negationem: affirmatio autem, & negatio apprehensionem terminorum: quare etiam ex hoc capite, cum argumentatio constet tanquam ex partibus, ex propositionibus; & propositiones ex terminis, vt infrà patebit, ordo exigit, vt primò disseramus de terminis: Secundò de propositionibus: Tertiò tandem de argumentatione.

Prima Pars Introductionis, quæ est de terminis.

Quid sit Terminus Logicus. Caput Primum.

2 EX Aristotele *primo priorum cap. primo.* Terminus Logicus *est id, in quod resoluitur propositio, vt prędicatum, & subiectum.* quare per Philosophum terminus Logicus est predicatum, & subiectum, quæ sunt Extrema propositionis, v. g. *homo est animal*, ly *homo*, ly *animal* dicuntur termini huius propositionis, quia sicut in re materiali illi dicuntur termini, qui rem illam ita finiunt, vt extra illos non extendatur, v. g. duo aggeres dicuntur termini alicuius domus; quia extra illos non extenditur domus: duo puncta extrema lineę dicuntur termini lineæ, quia intra se totam lineam finiunt, ita sumpta [illegible] ne, *homo est animal* in prędicta propositione: dicuntur termini, quia totam propositionem ita terminant, vt extra illos amplius non protendatur.

Quare terminus Logicus sunt partes, quæ tanquam prędicatum, & subiectum componunt ipsam propositionem. Et dicitur à Philosopho, extremum, in quod resoluitur propositio, quia si aliquam propositionem ad suas partes vltimò velimus resoluere; cum ventum [illegible] ad prædicatum, & subiectum [illegible] sistendum est, nec vlterius il[illegible] partiri posse[illegible].

Dices prædicatum ipsum, & subiectum posse [illegible] partiri in [illegible] v. g. *homo est anima*[illegible] & resoluere hanc propositionem in prędicatum & subiectum, postea ipsum hominem, & [illegible] quibus constant [illegible] prędicatum & subiectum [illegible] ex

tremum, in quod resoluatur propositio, ergo male definitur terminus Logicus.

Respondeo, quod literas considerare non spectat ad Dialecticum, sed ad Grammaticum; ideò prędicatum,& subiectum sunt extremum apud Logicos; ideo veri termini Logici, vnde negantur ambæ consequentiæ.

Quotuplex sit terminus Logicus. Cap. II.

3 CVm terminus ex dictis sit prędicatum, & subiectum propositionis, sequitur etiam quod diuisione quadam generalissima tot sint termini, quot propositiones; quare cum aliqua propositio possit esse, vel mentalis; vel vocalis; vel scripta: mentalis si mente tantum percipiatur, v. g. homo est animal: vocalis si etiam ore proferatur: & scripta si insuper calamo describatur; sequitur terminorum etiam alios esse mētales, alios vocales, alios scriptos.

Quare prima diuisio termini Logici, vt sic, est in mentalem, qui sola mente concipitur, in vocalem, qui verè dicitur, & in scriptum, qui vlterius describitur.

Terminus mentalis, alius vltimatus, alius non vltimatus; non vltimatus est cognitio, qua cognosco solum vocem ipsam, quæ profertur. vltimatus notitia, qua cognoscitur, & vox ipsa, & vocis significatum. In vnaquaque enim voce duo sunt cognoscenda, vox, & vocis significatum. si enim dicam. *homo*, Indus, qui ignoret linguam nostram, nec vocem, nec significatum percipiet, & Italus rusticus cognoscet saltem vocem ipsam.

4 Terminus vltimatus item est duplex. alius directus, alius reflexus. Directus est ipsa cognitio, qua cognoscitur significatum vocis. Reflexus est cognitio, qua cognoscens cognoscit se scire illam vocem, & eius significatum. omissis autem terminis scriptis, & mentalibus, de vocali agendum est, quia per vocales mentales explicantur, & scripti tales sunt censendi, quales sunt vocales.

Secunda diuisio principalis est termini vocalis, in terminum significatiuum, & terminum non significatiuum. Terminus vocalis non significatiuus est ille, qui nihil significat, vt *blac blitri*, significatiuus verò, qui aliquid significat, vt *homo* qui cum dicatur significatiuus à signo, quia aliquid significat, ad eius veram intelligentiam.

Notandum primo ex D. Augustino, signum externum (de quo tantum hic agitur) esse illud, quod pręter seipsum sensui, etiam aliud ostendit animo, v.g. videmus fumum, & ex fumo viso ignem cognoscimus adesse: audimus sonum campanæ, & ex ipso sono nouimus concionem, & fumus, & sonitus campanæ dicuntur signa.

5 Notandum secundo signum externum, vel esse naturale, vel voluntarium, & vtrumque posse esse: cùm in rebus; tùm in vocibus. Signum naturale est illud, quod ex natura sua aliud manifestat; vt fumus respectu ignis. Signū voluntarium est illud, quod aliud repræsentat, quia homines, vt talia signa posuerunt; vt ramus tabernæ, qui significat ibi vendi vinum, non ex natura sua alioquin vbicunque esset ramus vinum venderetur; sed homines pro sua voluntate posuerunt, vt signum, quod vinum vendatur, ramum expositum. Signum naturale in rebus, est res, quæ ex natura sua aliam significat; vt fumus ignem. naturale in vocibus, est vox aliqua, quæ ex natura sua aliud significat, vt gemitus, qui ex natura sua internas passiones significat. Signum voluntarium in rebus, est res aliqua, quæ ex hominum impositione habet vt aliud significet, vt v.g. campanæ sonitus, qui significat lectionem. Voluntarium in vocibus est vox, quæ ex hominum voluntate habet, vt aliud significet. v.g. homo, qui significat, eo quia Latini tali voce sunt vsi ad indiuiduum naturæ humanæ significandum. & huiusmodi sunt omnes voces articulatæ, quibus in conuictu humano vtuntur homines, omnes enim sunt signa ad placitum, & voluntaria, quòd ideò omnes nationes diuersis vtuntur vocibus ad easdem res significandas.

Modò cum dicitur terminus vocalis significatiuus intelligitur, quòd sit vox significatiua ad placitum. Quare intelligitur de signo tantum voluntario in vocibus, quia tantum vocibus vtimur in propositionibus ad dignoscendas naturas rerum, & certum est omnes res esse appellatas his, vel illis nominibus, quia sic placuit nomen imponentibus, non quia voces hoc habeant ex ipsarum natura, alioquin eisdem nominibus omnes vterentur.

Terminus significatiuus diuiditur in categorematicū, & syncategorematicum. Categorematicus est ille, qui 6
per se sumptus aliquid significat determinatè, & potest esse integrum subiectum, & prędicatum, vt *homo, animal*. Syncategorematicus (quod idem est ac consignificatiuus) est ille, qui per se sumptus non significat aliquid determinatè; sed tantum vnitus cum categorematico facit illum aliter, ac aliter significare, nec per se solum potest esse prędicatum, vel subiectum, v. g. *omnis, aliquis*, qui cum nihil determinatè significent nequeunt esse subiecta, vel predicata, nisi dicatur *omnis homo*, *aliquis equus*, quo casu faciūt homo significare pro omni suo indiuiduo, & equus pro aliquo tātum indiuiduo, ex quo casu patet terminum syncategorematicum non esse simpliciter terminum; sed quatenus ei vnitur categorematicus.

Terminus categorematicus potest diuidi in terminum incomplexum, & complexum. complexus est ille, qui cōstat pluribus partibus, quarum singulæ retinent idem significatum simul sumptæ, ac sumptæ seorsim, vt *homo iustus*. Incomplexus est, cuius partes per se sumptæ non sunt significatiuæ, vel saltem non idem significant, ac simul sumptæ, vt *homo Dominus*. quando vero terminus constat ex pluribus, quæ simul sumptæ idem significant, ac quælibet ipsarum sumpta seorsim, etiam est dicendus terminus incomplexus. v.g. *Marcus Tullius Cicero*.

Secundò diuiditur in terminum finitum, & infinitum; 7
finitus, qui rem determinatam significat, vt *Homo*; *Petrus*, & infinitus, qui non significat rem determinatam, vt *non homo*, qui est aptus dicere omnia, pręter hominem.

Tertiò diuiditur in terminum singularem, & communem. Singularis est, qui vnum solum significat, vt *Petrus*, vel plura simul sumpta vt *populus*. communis, qui de pluribus potest prędicari seorsim sumptis, vt *animal*, *homo*, &c.

Terminus communis diuiditur primò in transcendentem, & non transcendentem, transcendens est, qui habet determinatam significationem, & non conuenit omnibus, vt *homo*; *Deus* &c.

Secundo communis non trascendens diuiditur in vniuocum, æquiuocum, & analogum. Vniuocus est, qui plura significat, quatenus quid vnum, vt *animal. homo*, homo enim significat omnes homines, quatenus sunt quid vnū nomine, & substantia. Vnde Aristotele ait, *Vniuoca esse, quorum substantia est eadem, & idem nomen*.

Æquiuocus est, qui significat plura, quatenus plura sūt, 8
eodem tamen nomine significata, vt, v.g. *Canis*, qui dicitur de terrestri, cęlesti, & marino, & tamen substantia est diuersa. Vnde ab Aristotele æquiuoca definiuntur, *esse illa quorum substantia est diuersa, & idem nomen*. Analogus est, qui significat plura quatenus tamen habent aliquam analogiam ad inuicem, quæ triplex est, proportionis, attributionis, & mixta ex vtraque. Analoga proportionis sunt, quæ significant vnam quandam naturam, quæ in pluribus reperitur; sed tamen data proportione, ad inuicem, v. g. ratio substantiæ respectu Dei, & creaturarum in omnibus reperitur; sed perfectiori modo in Deo. Analoga attributionis sunt illa, quæ significant vnam quandam formam, quæ formaliter solum reperitur in vno, & in ceteris dicitur extrinsecè per ordinem, vel similitudinem, v. g. *ridere* dicitur de homine, & de prato; sed propriè de homine, de prato per quandam similitudinem, *Nero* dicitur de Imperatore Romano, & de quolibet homine crudeli; sed propriè de Imperatore, de cęteris per quandam similitudinem, *sanum* dicitur de animali proprie, de medicina, vrina, pulso per ordinem ad illud. Et de his analogis dicitur analogum simpliciter prolatum stat pro principali significato. sic *risus* simpliciter prolatus intelligitur de homine, non de prato vt ex authoribus probæ notæ per benè ostendit Nouarinus *lib. 4. axiomatum. num. 749. & 750.* hæc analoga dicuntur etiam ab aliquibus analoga impropria; & analoga proportionis vocantur, analoga propriè. Analogia mixta, tunc dicitur, quando analoga vtramque rationem includunt, scilicet quod forma reperiatur in omnibus significatis, seruata quadam proportione, & cętera etiam dicantur per ordinem ad principale significatum, vt *ens* respectu substantiæ, & accidentis; vt diximus enim in substantia, & in accidente reperitur ratio entis, & tamen accidens dicitur ens in ordine ad substantiam. primum genus analogorum dicuntur

etiam

etiam ab vno. secundum ad vnum, tertium ab vno ad vnum. plura circa hanc materiam, quæ non est adeo facilis, vt apparet, in Antepredicamentis.

9 Circa terminum æquiuocum, & analogum hoc obseruandum. posse esse vniuocos; si ad vnum determinentur significatum, v. g. *Canis*, qui vt sic est terminus æquiuocus; si dicatur *canis terrestris* latrat, modò canis, per ly *terrestris* redditur vniuocus, pro sola natura canum terrestrium. sic si dicatur *homo currit*, ly *homo* stat pro homine viuo, non picto, scilicet pro homine, qui est terminus vniuocus; quare ex adiuncto redditur terminus de æquiuoco, vel analogo, vniuocus, & sic de ceteris. ex quo appatet de quibus analogis dixerit Aristoteles, *Analoga esse, quorum nomen idem, & substantia per nomen significata, nec omninò eadem, nec omninò diuersa*. Vix enim, hæc definitio potest aptari analogis attributionis; quod ideò aliqui hoc genus analogorum reducunt ad æquiuoca, vt suo loco dicetur fusè.

Terminus singularis diuiditur in collectiuum, determinatum, vagum, & ex suppositione. Collectiuus qui plura significat coniunctim sumpta; vt *Roma, Populus*. Determinatus, qui rem determinatam, vt *Petrus*. Vagus, qui significat vnum; sed indeterminatè, vt *aliquis homo*. Ex suppositione, qui licet multis possit conuenire; tamen facta aliqua suppositione significat tantum vnum, v. g. supponimus Petrum vnum tantum habere filium; *filius Petri*, vnum tantum significat, qui termini dicuntur singulare, in supponendo, communes in significando.

10 Quartò diuiditur terminus categorematicus in concretum, & abstractum. Concretus; qui significat formam, vt in subiecto, vt *album*, quod significat, v. g. albedinem in pariete. abstractus, qui significat solam formam, vt *albedo, humanitas*.

Quintò diuiditur in absolutum, & connotatiuum. Absolutus, qui significat aliquid ad modum per se stantis, vt *homo*, & à grammaticis dicitur substantiuum. Connotatiuus, qui significat formam per modum alteri adiacentis, vt *sanus*, & à grammaticis dicitur adiectiuum. ex quo patet, quod omnis connotatiuus est concretus. nō vice versa; homo enim est concretus; sed non connotatiuus, immo absolutus. eodem modo omnis abstractus est absolutus, non vice versa; quia corpus est absolutus, non tamen abstractus

11 Sextò terminus diuiditur in terminum primę intentionis, & terminum secundæ intentionis. Terminus primę intentionis est, qui est impositus ad significandas res ipsas, vt *homo, lapis*. terminus secundæ intentionis, qui est impositus ad significandas voces ipsas, & terminos, vt significant res, v. g. *genus, species, oratio, predicatum, subiectum*, quod est dicere ad significandum id, quod, rebus tribuit intellectus illas cognoscendo, & dicitur terminus primæ intentionis, qui significat res ipsas; qui vero voces, secundæ intentionis, quia primò homines imposuerunt nomina ipsis rebus, postea ipsis vocibus, vt aliquid recipiunt ab intellectu.

Septimò terminus comparatiuè sumptus in ordine ad alios diuiditur in pertinentem, & impertinentem. termini impertinentes sunt illi, qui ita se habent; vt nec repugnent ad inuicem, nec se inferant, vt *bonus*, & *doctus*: potest enim quis esse bonus; sed non doctus, & potest alius esse vtrumque. Pertinentes sunt illi, qui vel se excludunt ad inuicem, vel se mutuo inferunt. Pertinentes qui se inferunt, vel sunt superior, & inferior, inter quos ex positione inferioris infertur superior, & ex negatione superioris, negatur & inferior; vel sunt inuicem conuertibiles, vt *rationale & risibile*; vel synonimi, vt *vestis, & indumentum*. Pertinentes, qui se excludunt, sunt vel disparati, vt *homo, & equus*; vel contrarij, vt *calidum, & frigidum*; vel priuatiui, vt *cęcus & videns*; vel cōtradictorij, vt *homo* & *non homo*; vel relatiui; vt *Pater, & filius*.

Quid, & quotuplex sit suppositio termini Logici. Cap. III.

12 Explicata natura, & numero terminorum Logicalium; reliquum est, vt ipsorum affectiones, seu accidentia considerentur, quæ communiter solent numerari suppositio, ampliatio, restrictio, alienatio, diminutio, & appellatio; hic de suppositione.

Suppositio est acceptio termini in propositione pro aliquo significato, quia enim vtimur vocibus in conuictu humano loco conceptuum, quos non possumus, nisi medijs vocibus, & nominibus prodere, ideo terminum supponi, est constitui in propositione pro aliquo significando, quod alioquin vtens termino, intendit pro illo terminum substituere. Vnde Toletus aiebat suppositionem esse vsum termini, vel pro se, vel pro suo significato, v. g. dico Philosophus est Gręcus. suppositio huius termini, *philosophus*, est quod significet Aristotelem, ad quem significandum vtor nomine, alioquin etiam alijs communi: ecce quid sit suppositio.

Suppositio primò diuiditur, in materialem, formalem, & mixtam. Formalis in propriam, & impropriam. Propria, in simplicem, & personalem. Personalis, in discretam, & communem. Communis, in accidentalem, & naturalem. Personalis communis adhuc diuiditur in distributiuam, copulatam, determinatam, & confusam. Distributiua in simpliciter, & cum exceptione, & in distributiuam pro singulis generum, & pro generibus singulorum.

Suppositio materialis est, quando terminus supponitur pro seipso, non pro re significata, v. g. *homo* est nomen. 13

Suppositio formalis est quando terminus sumitur pro re significata vt *homo* est animal, & dicitur formalis; quia significatio, ad quam inuenta sunt nomina, est veluti forma in vocibus, & nominibus, quæ ipsa determinat, cum alioquin sint apta ad aliud significandum, si ad aliud essent imposita.

Suppositio mixta est acceptio termini, & pro se ipso materialiter, & pro aliquo significato, vt si dicamus *nomen* est vox; conuenit enim ei esse vocem, quatenus est nomen, materialiter, & quatenus vt nomen dicitur de ceteris nominibus, quæ etiam ipsa sunt vox; vnde quodammodò etiam ex parte significati videtur supponi. alij aliter explicant hanc suppositionem; sed parum interest, quomodò appellas; dummodò cognoscatur spectare ad suppositionem materialem, quoties non sumitur terminus ad standum pro illa re, ad quam significandam homines nomina imposuerunt.

Suppositio formalis propria est acceptio termini pro re, ad quam significandam propriè adinuentus est, vt *risus* pro risu hominis.

Suppositio impropria formalis vice versa est acceptio termini pro significato metaphorico, vt *Nero* pro viro crudeli.

Soppositio propria simplex est, quando terminus accipitur pro suo significato immediato, & primario, vt *homo* est species, homo enim primò, & immediatè significat totam naturam humanam, quæ est species.

Propria personalis, quando terminus supponitur pro suo significato mediato & secundario. vt *homo* currit, vbi ly *homo* non supponit pro tota natura humana in communi, sed pro aliquo particulari, hoc, vel illo, qui contineatur sub tali natura. 14

Suppositio personalis discreta est vsus termini singularis, vel communis signo demonstratiuo determinati, personaliter accepti, vt *Petrus* disputat, vel *hic homo* disputat (dicitur personaliter accepti; nam aliquando potest supponi simpliciter pro suo significato immediato, vt *Petrus* est indiuiduum.)

Personalis cōmunis tunc est, quando terminus communis supponitur pro omnibus suis inferioribus, v. g. omnis *homo* appetit scire: vbi ly *homo* stat pro omnibus suis inferioribus: non pro aliquo tantum, nec pro natura tantum in abstracto.

Suppositio communis accidentalis est acceptio termini pro omnibus inferioribus; sed tantum pro eo tempore, quod importatur per copulam, v. g. omnis *homo* mouetur, vbi ly *homo* stat tantum pro hominibus actu, qui sunt, non pro pręteritis, vel futuris.

Communis naturalis est acceptio termini communis pro omnibus suis inferioribus pro omni tempore, vt *homo* est animal, & hoc semper est verum in omni materia necessaria.

Suppositio personalis distributiua est acceptio termini communis pro omnibus suis inferioribus, & simul, & etiā seorsim sumptis, vt omnis *homo* est animal. 15

Copulata tunc est, quando terminus communis supponitur pro omnibus inferioribus; sed simul sumptis; vt *A-*

postoli

postoli sunt duodecim; non enim valet Petrus, & Ioannes sunt Apostoli, ergo duodecim.

Determinata tunc est, quando conuenit omnibus; sed disiunctiuè, & seorsim sumptis, vt aliquis *homo* currit; conuenit enim vel huic, vel illi, disiunctiuè; verificatur tamen de aliquibus determinatis, qui verè currunt.

Confusa tunc est quando conuenit quidem omnibus inferioribus sub disiunctione; sed non determinatè de aliquo; sed de omnibus seorsim sumptis, non simul; vt v.g. ad scribendum requiritur *calamus*; ly *calamus* supponitur pro omni calamo non simul; sed seorsim, vel iste, vel ille; itaut de nullo determinatè; sed tamen quilibet seorsim sit necessarius, at in suppositione necessaria supponebatur pro aliquo determinatè seorsim, & de illo, qui verè currebat.

Distributiua simpliciter est, quando terminus supponitur absq; vlla exceptione & limitatione, vt *homo* est animal, ly *homo* distribuit simpliciter. Cum exceptione, est quando terminus communis sumitur pro omnibus, aliqua tamen intellecta exceptione, v. g. omne *animal* fuit in arca Noë, excipiuntur aquatilia, & ea, quæ ex putri generantur.

Distributiua pro singulis generum, est, quando terminus communis intelligitur de omnibus indiuiduis sibi subiectis; vt *homo* est animal. Pro generibus singulorum, tunc est, quando terminus communis non explicatur de omnibus indiuiduis; sed de omnibus generibus, & speciebus: per genera intelligunt Philosophi omnes species, & naturas vniuersales: per singula verò; indiuidua, quæ sub speciebus continentur, v. g. omne *animal* fuit in Arca Noë, ly *animal* supponitur non pro singulis generum, quasi quod pro omnibus indiuiduis; sed pro generibus singulorum, & pro omnibus speciebus, & generibus Animalium.

Hę sunt principaliores suppositiones terminorum, quæ solent circumferri in scholis; & si quæ aliæ ad has reducentur, eæ solo nomine ab his discrepabunt.

Quomodo dignoscendæ, & explicandæ suppositiones terminorum. Cap. IV.

16 TOletus *lib. 2. cap. 3. suæ introductionis* & Fonseca *lib. 8. institut. Dialect. à cap. 2.* multa dicunt, vt aliquas regulas tradant ad cognoscendas varias suppositiones terminorum. Tamen vt omnem prolixitatem euitemus. Primò obseruandum est, statim ac aliqua propositio se se offert, in qua adsit terminus, qui possit pro pluribus supponi, quinam sit alius terminus, cui copulatur, quo expenso facilè erit dignoscere suppositionem termini prędicti, v. g. affertur hæc propositio, *animal est genus*. scio animal pro pluribus posse supponere; video prędicatum esse terminum secundæ intentionis, quod nullo pacto potest verificari, nec de speciebus animalis, nec de indiuiduis, ergo cognosco non posse supponere personaliter, ergo debet supponere simpliciter, & pro natura vniuersali animalis; alioquin propositio esset falsa.

Obseruandum secundò variari suppositionem terminorum multoties ob varia signa, quibus solent prenotari, quorum aliqua sunt nomina, aliqua aduerbia, aliqua affirmatiua, aliqua negatiua, v.g. *omnis* homo; *aliquis* homo, *semper, nunquam*: quare, & hæc erunt aduertenda, vt cognoscatur suppositio terminorum, quæ cognitio (vt vno verbo dicam) magis ex aliqua experientia, quam ex certis regulis acquiri potest; ideo in his non moror.

17 Circa resolutionem terminorum certum est resolutionem aliud non esse, quam quandam explicationem termini communis, qui supponitur pro pluribus, ad videndum, an propositio sit vera, nec ne, v.g. *omnis homo* est animal, postquam aliquis cognoscit ly *omnis homo* supponere personaliter pro omnibus indiuiduis; resoluit eundem terminum, scilicet illum explicat iuxta illum sensum, secundum quem est suppositio; vt videat, an sit vera illa propositio, nec ne.

Dicitur autem communiter fieri resolutio ascensu, & descensu: ascensu ascendendo à particularibus ad vniuersale, v. g. ad explicandam prędictam propositionem vti possumus ascensu; hic homo est animal, & hic homo est animal, & sic de cęteris; ergo omnis homo est animal: descensu verò fit vice versa descendendo ab vniuersali ad minus vniuersale; vel ad singularia, v.g. omnis homo est animal; ergo & iste homo est animal, & iste est animal, & sic de cęteris; ergo omnis homo est animal; & huius ascensus & descensus, quatuor sunt species, Copulatiuus, disiunctiuus, copulatus, & disiunctus. Copulatiuus fit per particulam, *&*, copulatiuè acceptam, scilicet iungentem plures propositiones ex eodem prędicato, & inferioribus, de quibus explicatur terminus communis, v.g. omnis homo est animal; ergo iste homo est animal, & iste est animal, & ille est animal &c. quare hoc ascensu, & descensu copulatiuo resoluuntur termini supponentes distributiuè.

Copulatus fit per particulam, *&* copulatim acceptam, scilicet iungentem omnes partes, pro quibus supponit terminus communis eidem prędicato, ita quod formetur vnica propositio, v. g. omnes Apostoli sunt duodecim; ergo & Petrus, & Paulus, & Ioannes, & cęteri sunt duodecim. Hoc ascensu, & descensu resoluuntur termini supponentes collectiuè, vt in exemplo allato.

Disiunctiuus fit per particulam *vel* disiunctiuè acceptam, ita tamen, vt coniungat varias propositiones ex inferioribus pro quibus supponitur terminus communis, ex eodem prędicato, v. g. aliquis homo est iustus; ergo vel iste homo est iustus; vel ille est iustus; vel hic, & sic de cęteris: quo ascensu, & descensu resoluitur terminus supponens determinatè, vt in exemplo allato.

Disiunctus fit per particulam *vel* disiunctè acceptam, 18
scilicet coniungentem plures partes eidem prędicato, vnicam constituentem propositionem, ver. g. aliquis calamus est necessarius ad scribendum; ergo vel ille, vel iste, vel hic est necessarius; vndè tali ascensu, & descensu resoluuntur termini supponentes confusè.

Verum circa huiusmodi resolutionem obseruandum primò omnem terminum communem, qui potest resolui ascensu, posse & descensu; quia vel possumus incipere ab inferioribus perueniendo ad superius, quod est ascendere: vel incipere à superiori tendendo ad inferiora, quod est descendere, ex dictis. attamen ascensu vti solent ad indagandam veritatem propositionis, descensu ad falsitatem.

Obseruandum secundò, quando ad indagandam veritatem alicuius propositionis vniuersalis resoluitur terminus supponens distributiuè, necesse esse, vel enumerare omnia inferiora, vel saltem principaliora; & relinquere ea, de quibus sit certum esse eiusdem naturæ cum enumeratis dicendo, & sic de cęteris; ergo. ratio est, quia, vt propositio vniuersalis sit falsa, satis est falsitas vnius particularis; quod ideò ad ostendendam falsitatem statim, ac reperitur vna falsa, in ea sistendum est; quia propositiò falsa est vt in hoc exemplo, omnis homo est animal, si descendendo vnum reperiretur falsum, iam esset falsa: at ascendendo omnia inferiora sunt enumeranda, vt censeatur vera vniuersalis.

Cęterum attulimus prędictos quatuor ascensus, & de-
scensus; quia sic communiter solet in scholis; nam alio- 19
quin possemus dicere duplicem tantum esse ascensum, & descensum, scilicet copulatiuum, & disiunctiuum, qui tamen dupliciter fieri debeant, prout patitur suppositio termini: non enim video, cur non possit appellari descensus, vel ascensus copulatiuus, quando fit resolutio termini supponentis collectiuè; sed potius debeat dici, copulatus: quę enim differentia ex vi nominis inter copulatum, & copulatiuum? & idem dici potest de disiunctiuo, & disiuncto, quod etiam disiunctus sit disiunctiuus, qui tamen alio modo fiat, quia sic patiatur terminus, qui est resoluēdus, cum sit terminus supponens confusè. Ex his patet solos terminos communes supponentes personaliter pati resolutionem per ascensum, & descensum, quia solum termini communes supponentes personaliter habent plura inferiora, de quibus possunt intelligi in propositionibus.

Quid sit ampliatio, & cęterę affectiones terminorum. Cap. V.

AMpliatio est extensio termini à minori ad maiorem suppositionem; quando namque terminus supponit solum pro tempore principali, quod importatur per copulam, dicitur habere suum statum, vt sedens disserit, solum intelligitur de pręsentibus, qui sedent, quod disserant: quando verò extenditur etiam ad pręteritos, vel ad

futuros,

futuros, tunc dicitur terminus ampliari, v.g. Auarus appetit pecuniam, omnis homo moritur, ly *auarus* extenditur ad auarum præsentem, præteritum, & futurum, ly *homo* ad præsentes, & futuros, dicuntur termini ampliati.

20 Restrictio vice versa est coarctatio termini à maiori ad minorem suppositionem, quod fit primò per interpositionem orationis, v.g. omnis homo est moriturus; addatur *qui est viuus*, est restrictio termini. Secundo per applicationem substantiui inferioris, v.g. Animal homo disputat. Tertio per applicationem adiectiui, vt paries albus disgregat visum. Quarto per adiectionem casus obliqui, vt, omnis doctrina S. Tho. est clara: his igitur modis dicuntur termini restringi.

Alienatio est translatio termini à propria ad impropriam, seu metaphoricam significationem, v.g. si dicatur vulpis pro Herode.

Diminutio est detractio partis suppositionis termini, ver. g. dicatur Æthiops est albus, intelligitur de omnibus partibus Æthiopis, si dicatur est albus secundum dentes, ly *secundum dentes* detrahit cęteras partes pręter dentes; ne intelligantur in termino, quo alioquin erant inclusæ.

Appellatio est applicatio significati formalis vnius termini ad alium; quare idem est appellatio, ac denominatio, v.g. si dicatur Petrus est Logicus magnus, ly *magnus* dicitur appellare Logicum, quia super ipsum non suprà Petrũ cadit quod sit magnus. si verò dicatur, Petrus Magnus est Logicus, tunc ly *magnus* dicitur appellare Petrum, quia ipsi tribuitur significatum formale *magni*, vt de se patet.

Ex omnibus his terminorum accidentibus fieri possunt multa argumenta vitiosa; & his maximè solent vti sophistæ; ideo maximè sunt aduertenda, præcipuè vero suppositiones, v.g. si dicatur, homo est species; tu es homo; ergo tu es species: ecce consequentia falsissima, quia homo in prima propositione supponit simpliciter, in secunda personaliter, unde non sumitur eadem suppositio; ideo euadit consequentia falsa. & sic de cęteris: qui plura vult de hac materia videat Toletum *locis citatis*.

21 Hic aliqui afferunt explicationem rudem saltem quinque prędicabilium, & decem prędicamentorum, eo quia in hac prima parte introductionis agatur de terminis in ordine ad dirigendam primam operationem in conficienda optima definitione, vt diximus in procemio, & ad veram definitionem apprehendendam maximè deseruit cognitio prędicabilium, & prędicamentorum. Verum cum de his omnibus habenda sint iure proprio tractatus post introductionem non sit cur hic prolixitatem affectemus, maximè cum introductio Logicę non sit extra Logicam, sed quædam pars eiusdem facilior vt diximus in procemio; quare in hac prima parte solum restat, vt aliquid dicamus de ipsa definitione in ordine ad quam de terminis actum est, neque alius occurret aptior locus.

Quid, & quotuplex sit definitio. Cap. V I.

Ex Aristotele 2. *poster. cap. 1*. *Definitio est Oratio explicans ipsum quod quid est rei*, vel est oratio, qua explicatur, & declaratur essentia, & quidditas rei; vocat enim Arist. quidditatem quod quid rei. quare definitio nequit esse vnica vox; sed oratio constans ex pluribus vocibus, sicut etiam sunt plures formalitates, quæ in vnaquaque re continentur essentialiter, & sunt per definitionem explicandæ v.g. *homo est animal rationale*.

Et quoniam tam voces, quibus vtimur ad explicandas res, quam res ipsæ significatæ suam habent naturam; hinc definitio prima sui diuisione diuiditur in definitionem nominis, & definitionem rei. Definitio nominis est quando explicatur natura nominis, non qnoad rem significatam; sed quoad materiale significatum ipsius nominis, considerando, vel ethymologiam ipsius, vel literas, quibus constat &c. v.g. Theologia est sermo de Deo: definitio rei, est oratio, qua explicatur natura, & quidditas rei per nomen significatæ, verb. grat. in allata, *homo est animal rationale*.

22 Definitio rei triplex assignatur, essentialis, accidentalis, seu descriptiua, & causalis. Essentialis est illa, quæ explicat puram essentiam rei assignando genus proximum rei, & vltimam differentiam, vt, homo est animal rationale; in qua rationale est vltima differentia specifica hominis, animal est genus magis proximum: at, viuens, corpus, substantia, sunt genera remota. verum quidem quòd si assignarêtur enumerando etiam genera remota, dummodò assignetur differentia vltima, est etiam definitio essentialis; non tamen adeo propria, ac quando assignatur tantum genus proximum cum ipsa differentia vltima.

Accidentalis, seu descriptiua est illa, in qua non explicatur vera, & sola natura rei; sed etiam accidentia, vt homo est animal implume, bipes &c. et ad hanc reducuntur omnes descriptiones & orationes Oratorum, Poetarum, &c. quæ aliquo pacto explicant aliquam rem.

Causalis est, quæ traditur per causas rei. Vnaquæq; autem res quatuor habet causas, materialem, ex qua constat, vt statua fit ex ligno, tanquam ex materia; formalem, & est ipsum esse rei, v.g. imago statuæ; efficientem, a qua statua efficitur, scilicet artificem; & finalem, scilicet finem propter quem statua effecta est. quoties ergo explicatur aliqua res, assignando vel omnes causas, vel aliquas, dicitur definitio causalis; vt v.g. si dicamus, homo est quoddam compositum factum à Deo ex corpore, & anima rationali ad æternam beatitudinem, est definitio causalis per quatuor sui causas, vt patebit consideranti. Verum quidem est, quod definitio, quæ assignatur per causam materialem, & formalem simul, vocatur etiam essetialis, quia materia, & forma sunt partes intrinsecę, non minus ac genus, & differentia, quòd ideo aliqui volunt tunc non esse dicendam causalem, sed quæstio de nomine parum curanda.

Quomodo definitio sit inuestiganda. Cap. VII.

Duplex modus solet assignari inuestigandi rei definitionem, scilicet per diuisionem, & per resolutionem. Per diuisionem fit, posita re, quam definire intendimus in suo prędicamento, diuidimus supremum illud genus, donec deueniatur ad vltimam differentiam, quæ conueniat ita rei, quam definire intendimus, vt illi soli conueniat, & illam distinguat à quacunque alia, v.gr. definire volo hominem, statuo illum in prędicamento substantiæ; quia in substantia conuenit cum alijs, diuido substantiam in corpoream, & non corpoream; quia cum alijs conuenit in esse corpoream; diuido corpoream in animatam, & non animatam; quia etiam alia sunt animata, quæ non sunt homo: diuido substantiam animatam in sentientem, & non sentientem, quia in esse sentientem homo conuenit cum alijs, diuido in rationalem, & irrationalem, & quia video in esse rationali differre à cęteris omnibus, quæ non sunt homo, habeo hominem esse substantiam corpoream, viuentem, sentientem, rationalem, quia verò in vltimo genere continentur omnia superiora pono solum vltimum genus cum sua differentia, & dico *homo est animal rationale*, & ecce optimam definitionem inuentam per diuisionem, & sic pręstandum de cęteris. 23

Per resolutionem fit ascendendo ab inferioribus ad superiora; scilicet considerando in quibus indiuidua alicuius speciei ad inuicem differant, in quibus conueniant, &, relictis ijs, in quibus differant, assumantur ea tantum, in quibus conueniunt omnia: & sic erit inuestigata definitio, v.g. video indiuidua hominis differre in esse album, doctum, sanum, cõuenire verò in esse animal rationale, cognosco hanc esse naturam hominis, & sic dico, *homo est animal rationale*, & idem est dicendum de cęteris: si verò sit definiendum aliquod genus; videndum in quo conueniant omnes species, in quo differant, & id, in quo conueniunt erit natura, & quidditas generis: & dicitur facta per resolutionem; quia mente resoluo rationes, & quidditates, quæ reperiuntur in re, cuius definitio inuestigatur;. Primus tamen modus est certior, & facilior; nam in hoc secundo facile erit ponere aliquod genus ex remotis loco generis proximi quod non accidet, si fiat per diuisionem, vt ex dictis patet. vnde est optimus modus.

Quænam sint regulæ bonæ definitionis. Cap. VIII.

Circa regulas bonę definitionis, Prima est, vt definitio sit clarior definito, alioquim non explicaret naturã definiti, quare non sunt approbandæ definitiones metaphoricæ, vt somnus est mortis imago. 24

Secunda; vt conuertatur cum definito, ita quod, de quo prędicatur definitum, prędicetur & definitio & è contra; quare ex hac regula mala esset hæc definitio, *homo est sub-*

stantia corporea; quia non conuertitur cum definito, scilicet, cum homine; cum etiam Leo sit substantia corporea.

Tertia regula; bona definitio non debet esse neque superflua, neque diminuta; sed ea omnia, & ea sola verba continere; quæ sunt necessaria ad explicandam naturam definiti.

Circa modum argumentandi à definitione hoc vnum obseruandum, quod cum bona definitio debeat conuerti cũ definito, quidquid affirmabitur, vel negabitur de vno, affirmari, & negari poterit etiam de altero, & de quo affirmabitur, aut negabitur vnum, poterit etiam affirmari, & negari alterum.

Quoad modum loquendi, si quæratur, quæ definitio sit, respondendum nominis, vel rei; si rei, essentialis, vel causalis; vel descriptiua. Si quæratur qualis sit, bona; vel mala.

Et hæc satis sint pro prima parte introductionis; cętera enim quæ posset desiderari ad primam operationem dirigendam, in ipsa Dialectica tradentur, hic tantum faciliora, & quæ manuducant ad ea capienda, vt diximus in proœmio.

Secunda Pars, quæ est de Propositione.

Quid sit nomen, Verbum, & Oratio. Caput Primum.

25 VT dictum est, secunda operatio intellectus, ad quam dirigendam tractatur hæc secunda pars introductionis, est affirmatio, & negatio, quæ cum Enunciatio; seu propositio quædam sint, & propositiones tanquam ex partibus constent nomine, & verbo, & sint, quædã oratio; Ideo primum caput huius secundæ partis ponimus de Natura nominis, verbi, & orationis.

Nomen ex Aristotele est *vox significatiua ad placitum sine tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta*.

Dicitur primò *vox* ad excludenda signa realia (de quibus supra) quæ etiam sunt significatiua, vel naturaliter, vel ad placitum, sed non sunt voces.

Dicitur secundò *significatiua ad placitum*, per quod excluduntur etiam voces, quæ nõ sunt significatiuæ, vt *blac*, ver.g. & etiam voces, quæ sunt significatiuæ, sed naturaliter, vt *gemitus, suspiria*, quæ significant internas animi passiones.

Dicitur tertiò *sine tempore*, ad differentiam verbi, quod significat cum tempore. Vbi aduertendum aliud esse significare tempus; aliud connotare, seù consignificare tempus; aliud significare cum tempore: illud significat tempus, quod est impositum ad tempus ipsum, vel partem temporis explicandam, v.g. *annus, hora, mensis* & illud connotat, siue cõsignificat tempus, quod aliquid exprimit, quod solet tempore aliquo determinato fieri v.g. *prandium, cœna*, & illud significat cum tempore, quod significat aliquid fieri, vt in tempore aliquo, & ad hoc est impositum, & hoc importatur per ly *sine tempore*: per hanc enim particulam nomen distinguitur à verbo. quare licet nomen possit significare, & connotare tempus, vt annus, prãdium, non tamen significare in tempore; hoc enim proprium est verborum, quæ inuenta sunt ad exprimendum, quando actiones, vel passiones fiant.

26 Dicitur quartò *cuius nulla pars separata significat* ad differentiam orationis, cuius partes etiam separatæ retinent idem significatum, vt patebit infrà; at non sic in nomine, cuius partes separatæ vel non habent significatum vllum, vel saltem non idem quod habebant vnitæ.

Dicitur *finita*, ad excludendas voces infinitas, quibus scilicet preponitur particula *non*, vt *non homo*, quia cum nihil certi significent, non sunt dicenda nomina simpliciter, sed potius negationes nominum.

Aduertendum est autẽ nomen non reddi infinitum per particulam *non*, quando est negans, quando scilicet cadit supra copulam prædicati cum subiecto. V.g. *Petrus non est albus*, neque quando est priuans, quando scilicet tollit formam à subiecto apto, relinquens ipsum subiectum, vt *homo non videns*; sed solum quando est infinitans, scilicet, negat totum id, supra quod cadit, & relinquens, vt possit esse omnia, vt *non homo non leo* &c.

Aduertendum secundo ideo sola nomina, & verba finita hic considerari, quia hæc sola propriè deseruiunt Logico, qui debet tradere modum explicandi rectè internos conceptus ad dirigendas operationes intellectus, & conceptus interni, sunt certi, & determinati, ergo non multum curandum de vocibus infinitis, quæ nihil certi significant. Tamen, & de illis aliquas regulas tradidit Arist. si quando adhibeantur in propositionibus, vt suo loco videbimus.

Dicitur vltimò, *recta* ad excludendos casus obliquos, qui à Logicis non dicuntur nomina; sed casus nominum: quare solum nominatiuum hic considerat Logicus, ex quo tanquam ex subiecto, vel predicato per se formatur propositio.

Verbum sic definitur *est vox significatiua ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta, & earum, quæ de altero dicuntur, nota*. Omnes particulæ patent in definitione nominis, preter duas vltimas.

27 Dicitur igitur *recta*, non quia omnes propositiones debeant esse de tempore presenti, (quod hic intelligitur per ly *recta*, sicut enim in nomine solum nominatiuus dicitur casus rectus, cęteri casus obliqui: Ita in Verbo solum tempus presens dicitur rectum, preteritum verò, & futurum tempus obliquum) sed quia propositiones de preterito, vel futuro intantum habent veritatem, inquantum sunt veræ aliquando reductæ ad tempus presens, ver.g. *Petrus fuit albus*, est vera quia aliquando fuit vera hæc, *Petrus est albus*, & sic de ceteris.

Dicitur tandem, *& eorum, quæ de altero dicuntur, nota*, scilicet verbum est signum, per quod venimus in cognitionem, quod predicatum insit subiecto, v.g. si dicatur *homo est animal*, vbi *animal* est predicatum, quod predicatur de homine, qui est subiectum, ly *est* quod est verbum, est nota scilicet signum connexionis talis predicati cum tali subiecto.

Oratio *est vox significatiua ad placitum, cuius partes separatæ significant, vt dictio, non vt affirmatio aut negatio*.

Dicitur *cuius partes separatæ significant*; quia oratio constat ex partibus perfectis, quæ habent, & retinent significatum ad differentiam nominis, & verbi, vt dictum est.

Dicitur, *vt dictio, non vt affirmatio aut negatio*; quia sunt partes orationis, non oratio ipsa: at oratio ipsa est, quæ est significatiua vt affirmatio, aut negatio, verb.g. *homo est animal*, hæc est integra oratio, cuius partes significant; sed non vt affirmatio, aut negatio: cętere particulæ patent; quia sunt eędem, ac quæ in definitione nominis, & verbi.

Orationum alia dicitur perfecta; alia imperfecta. Perfecta est illa, quæ perfectum habet sensum vt *exi hinc*; *homo est animal*; Imperfecta, quæ imperfectum generat sensum, vt *sic vos non vobis*. Perfecta adhuc diuiditur in enunciatiuam, & non enunciatiuam. Non enunciatiua est illa, quæ licet perfectum habeat sensum, tamen nihil veri, aut falsi significat, vt omnes orationes imperatiuæ, interrogatiuæ, &c. Enunciatiua oratio est illa, quæ continet verum, vel falsum, & de hac tantum curat Dialecticus, cuius est veritatem indagare, verb.g. *homo est animal*, & hæc Oratio enunciatiua dicitur propositio, de qua post hac agendum est.

Quid, & quotuplex sit Propositiò. Cap. II.

PRopositio est Oratio perfecta, in qua aliquid affirmatur, aut negatur, v. g. *homo est animal*, atque adeò in omni propositione tres sunt termini, subiectum, copula, & predicatum. Subiectum est, quod præcedit copulam; copula est ipsum verbum *est*, quod copulat predicatum subiecto, Predicatum est totum id, quod sequitur copulam, & dicitur predicatum, quia predicatur de toto eo, quod precedit copulam, vt in hac *homo est animal*, *homo* est subiectum; *animal* predicatum; *Est* ipsa copula. quare subiectum, & predicatum possunt constare ex pluribus terminis; immò esse possunt integræ propositiones v. g. *homo, qui est Sanctus, est dignus, vt honoretur*, in qua totum id, quod precedit, secundum *est* copulam principalem, est subiectum, cętera omnia sunt predicatum. 28

Notandum est tamen, huiusmodi propositionem duobus modis posse formari primo, vt sint tantum duo termini; scilicet subiectum, & copula, vt *homo est*; & dicitur propositio, de secundo adiacente; secundo, vt sint tres termini, vt *homo est animal*, & dicitur propositio de tertio 29

adia-

adiacente: quia scilicet subiecto adiacet aliquid tertio loco. immo etiam quando propositiones sunt, ex cæteris verbis præter *sum, es, est*, dicuntur de tertio adiacente virtualiter v.g. homo currit, quia hæ propositiones resoluuntur per *sum, es, est*, in tres terminos, v. g. *homo est currens*. vnde ly *currens* virtute continebatur in currit, & sic de cæteris verbis adiectiuis.

Propositionum, alia est simplex, siuè categorica, in qua aliquid simpliciter affirmatur, aut negatur, *vt homo est animal, homo non est lapis*, alia composita, siue hypotetica: in qua aliquid enunciatur, sed sub conditione, aut disiunctione, aut coniunctione, vt *si Sol lucet, dies est*.

Quæ propositio, siuè simplex, siuè hypotetica, vel est de inesse tantum, vel est modalis: illa dicitur de inesse tantum, quando solum significatur connexio, & habitudo prędicati ad subiectum, vt *homo est animal*. Illa verò dicitur modalis, quæ etiam dicit modum, quo prędicatum inest subiecto, v.g. *homo necessariò est animal*. Hic tantum agimus de categorica, de inesse; postea agemus, de categorica modali.

30 In omni propositione categorica duo possumus considerare, formam, & materiam: forma est, quantitas, & qualitas ipsius. Quantitas est, quod sit propositio vniuersalis, vel particularis, vel indefinita, vel singularis. illa propositio dicitur vniuersalis, cuius subiectum est notatum signo vniuersali, *omnis, nullus, quilibet*, &c illa est particularis, cuius signum est particulare, vt *quidam, aliquis*, &c. illa est indefinita, cuius subiectum est commune, & nullo notatur signo, vt *homo est animal*, quæ in materia necessaria æquiualet vniuersali, vt *homo est animal*, idem valet, ac *omnis homo est animal*, in materia contingenti idem valet, ac particularis, vt *homo est albus*. idem est, ac *aliquis homo est albus*. Singularis est, cuius subiectum, vel notatur signo singulari ver. g. *hic homo currit*; vel est persona determinata, vt *Petrus currit*. Et semper quantitas propositionis attenditur, penes subiectum, non predicatum, qua de causa hæc est vniuersalis. *omnis homo est aliquod animal*, licet prędicatum sit particulare.

Qualitas verò est in propositione affirmatio, & negatio. Item veritas, & falsitas, scilicet quod propositio sit affirmatiua, vel negatiua, vera, vel falsa: affirmatio, & negatio, dicuntur qualitas essentialis, quia mutata propositione de affirmatiua in negatiuam, vel è contra, non est amplius eadem. Veritas vel falsitas, dicitur qualitas accidentalis, quia siue sit vera, siue falsa propositio remanet eadem. illa dicitur propositio affirmatiua, in qua aliquid affirmatur, illa negatiua, in qua aliquid negatur. Vera est illa, quæ affirmat rem esse, sicut est a parte rei. Falsa, quæ affirmat rem non eo pacto, quo est a parte rei. Ad retinendam autem totam traditam doctrinam adest præsens Versus.

Quæ? Ca, vel hyp. Qualis? ne, vel af. Vn. quanta? par, in, sin.

31 Videlicet ad quæsitum, quæ sit propositio, respondendum est *ca*, scilicet categorica; vel *hyp.* scilicet, hypotetica. ad quæsitum qualis? *ne*, scilicet, negatiua, vel *af.* scilicet affirmatiua. Ad quæsitum quanta? *vn*, scilicet vniuersalis, vel *par*, scilicet particularis; vel, *in*, scilicet indefinita, vel *sin*; scilicet singularis. Materia propositionis categoricæ triplex est, necessaria, quando scilicet predicatum nō potest non conuenire subiecto; vt, *homo est animal*; Contingens, quando potest conuenire, & non conuenire; vt *homo est doctus*; Remota, seu impossibilis, quando prędicatum nunquam potest competere subiecto, vt *homo est lapis*. quare materia in propositionibus sumitur, penes habitudinem prædicati ad subiectum.


Aduertendum tamen est, aliud esse materiam propositionis, esse necessariam, vel contingentem, vel impossibilem. Aliud propositionem ipsam esse necessariam, contingentem, vel impossibilem, nam in eadem materia, necessaria fiet propositio impossibilis, v. g. *homo non est animal*, nam est necessaria: quia est prędicatum, quod necessario conuenit homini; est tamen propositio impossibilis; quia impossibile est, quòd vnquam sit vera. Item si dicatur, *homo est lapis*; materia est impossibilis, & tamen propositio necessaria; & hoc valdè aduertendum.

De oppositione absolutarum Propositionum. *Cap. III.*

Explicata natura propositionis absolutæ reliquum est, vt de accidentibus eius agamus, quæ sunt Oppositio, Æquipollentia, & Conuersio. hic quærimus de oppositione. *Oppositio est duarum propositionum vtroque extremo, eodem ordine participantium, secundum qualitatem, vel quantitatem repugnantia*. Dicitur *vt eodem extremo participent*. idest, vt habeant idem subiectum, & idem prędicatum. Dicitur *eodem ordine* hoc est, vt id quod in vna propositione est subiectum, etiam in altera sit subiectum. & quod in vna est prędicatum, etiam in altera sit prædicatum; non autem è contra: requiritur etiam identitas nominis, vt scilicet sit idem nomen ver. g. *Tullius scribit, Cicero non scribit*: formaliter non sunt opposita: requiritur etiam, vt in vtraque propositione sit eadem res significata, per quod excluduntur æquiuoca, vt *canis latrat*; *canis non latrat*, non opponuntur, nam canis in vtraque propositione diuersa significat; requiritur etiam vt sit idem tempus, sic non opponuntur propter variationem temporis. *Petrus est albus, Petrus non fuit albus.* 32

Dicitur *secundum qualitatem, vel quantitatem repugnantia*, nam omnis oppositio propositionis attenditur penes qualitatem, vel quantitatem: quo ideò.

Quadruplex est. Contraria. Subcontraria. Subalterna; Contradictoria. Oppositio contraria, & subcontraria est solum secundum qualitatem; hoc est secundum affirmationem, aut negationem: non autem secundum quantitatem: nam ambæ sunt eiusdem quantitatis. Contrariæ ambæ vniuersales: Subcontrariæ ambæ particulares: Subalterna est tantum secundum quantitatem, non qualitatem, vt *omnis homo est albus, aliquis homo est albus*. ista est oppositio subalterna. Contradictoria est secundum quantitatem, & qualitatem; vt *omnis homo est albus, aliquis homo non est albus*.



33 Pro qualitate accidentali, seù pro veritate, aut falsitate harum propositionum aliquæ regulæ tenendæ sunt. Propositiones contradictoriæ, tum in materia necessaria, tum in materia contingenti, tum etiam in materia impossibili semper ita se habent, vt vna sit vera, altera falsa: idem dicendum de duabus propositionibus in iisdem terminis quantitatis singularis, quarum vna sit negatiua, altera affirmatiua: nam etiam istæ habent vim contradictoriarum: & est summa omnium oppositionum.

Contrariæ in materia necessaria, & impossibili vna est vera, altera falsa: in materia necessaria vera erit affirmatiua, falsa negatiua: è contra vero in materia impossibili, vt patebit consideranti; In materia contingenti ambæ sunt falsæ; & ratio est; quia prędicatum contingens de subiecto communi verificatur tantum non ratione omnium inferiorum; sed aliquorum tantum; at necessarium vel omnibus conuenit; vel nulli.

Subcontrariæ in materia necessaria, & impossibili vna est vera, altera falsa; in materia contingenti ambæ sunt veræ.

34 Subalternæ in materia necessaria, & impossibili, vel ambæ sunt veræ, vel ambę sunt falsæ. in materia contingenti, vna est vera; nempe particularis, altera falsa, scilicet vniuersalis.

Aduertendum est autem reperiri nonnullas propositiones, quarum termini, neque vniuersalitatem, neque particularitatem inducunt; cuiusmodi sunt propositiones de singulari: item propositiones de termino communi, qui tamen, vel accipitur materialiter, vel simpliciter, atque adeò cum non possunt pertinere, neque ad contraria; neque ad subcontraria, quæ necessariò includunt, & expetunt vniuersalitatem, vel particularitatem, vt dictum est, sequi huiusmodi propositiones, cum opponuntur, opponi oppositione contradictoria, vt *homo est species. homo non est species. Petrus est lapis. Petrus non est lapis.*

35 Addunt Fonseca, Vallius, & alij, oppositionem sumi debere ratione veritatis, scilicet quòd illę verè dicantur propositiones oppositæ, quæ nequeunt esse ambæ veræ. atque adeo solas contradictorias, & contrarias esse verè oppositas. nolo in re parui momenti immorari, & cum communiter sic soleat propositionum simplicium oppositio explicari, & nos sic eam attulimus: non enim deesset quod impugnaretur in hac sentẽtia communi: quomodo enim possunt dici duæ propositiones subcontrariæ, v. g. *aliquis homo est albus, & aliquis homo non est albus* oppositæ, si non sunt de eodem subiecto? certum est enim ex suppositione terminorum supra exposita, quod in vtroque subiecto prædictarum propositionum non est easdem suppositio. item quomodo duæ propositiones subalternę dici possunt oppositæ, si ex vna altera infertur, scilicet ex vniuersali particularis, & veritas, vel falsitas subalternatæ necessariò sequitur veritatem, vel falsitatem subalternantis? verùm, vt dixi, in re nullius momenti non moror; Dummodò alioquin percipiatur doctrina communis.

De æquipollentia earumdem. Cap. IV.

36 Æ*quipollentia est duarum propositionũ æquiualentia, seu idẽ valor, facta per additionem solius negationis*: quando ergo vna propositio alteri opposita ratione diuersæ quantitatis, vel qualitatis, fit eidem æquiualens, dicitur æquipollentia, & prodest ad obscuras propositiones in clariores resoluendas, quod fit per additionem particulæ negatiuæ *non*, quæ ex se hoc habet, vt si cadat supra vniuersale faciat particulare, & si supra particulare faciat vniuersale. ad quod melius dignoscendum traduntur sequentes regulæ.

Prima, negatio præposita signo cuiuscumque enunciationis facit eam æquipollere suæ contradictoriæ. v.g. istæ duæ contradictoriæ, *omnis homo est albus, aliquis homo non est albus*. si addam particulam non prępositioni vniuersali dicendo. *non omnis homo est albus*, æquiualet particulari iam dictæ: & si particulari iam dictæ præponam dicendo, *non aliquis homo non est albus*, æquiualet vniuersali illi, *omnis homo est albus*: quia primum *non* de particulari facit vniuersale. secundum *Non* de negatiuo facit affirmatiuum.

Secunda, negatio postposita subiecto propositionis vniuersalis facit eam æquiualere suæ contrariæ, vt *omnis homo est albus, nullus homo est albus*, sunt contrariæ, si dico, *omnis homo non est albus*, facio primam æquiualentem secundæ: si postpono secundæ, eam facio æquiualentem primæ.

Tertia, negatio pręposita, & postposita propositioni facit eam æquiualere subalternæ, vt *omnis homo est iustus, aliquis homo est iustus*. si dico, *non aliquis homo non est iustus*, per duplicem negationem prępositam, & postpositam æquiualet subalternanti illi *omnis homo est iustus*: & si huic præponam, & postponam æquiualebit subalternanti illi *aliquis homo est iustus*, quia vt dicebamus; primum *non* de particulari affirmatiua facit vniuersalem negatiuam: secundum verò *non* iterum reddit eam affirmatiuam, vt dicebamus prima regula. 37

Ab hoc tamen excipiuntur subalternæ negatiuæ ver. g. *nullus homo est lapis. aliquis homo non est lapis*, ad reddendam enim hanc particularem negatiuam æquipollentem negatiuæ vniuersali, non erit dicendum, *non aliquis homo, non non est lapis*, sed satis erit auferre negationem postpositam subiecto, & illam præponere, & erit æquiualens suæ subalternanti vniuersali negatiuæ, scilicet, *non aliquis homo est lapis*; idem enim est, ac *nullus homo est lapis*; prędictæ regulæ continentur hoc versu.

Prę contradic; post contra: prę postq. subalter.

Cuius sensus est, negatio præposita facit æquipollere contradictorias, postposita facit æquipollere contrarias, negatio præposita, & postposita facit æquipollere subalternas. 38

De subcontrarijs nulla fit mentio; quia in eis dari non potest æquipollentia; nam si prępositio postponatur subiecto propositionis affirmatiuæ, erit prorsus sua subcontraria, & sic non fiet æquipollentia; sed identitas. si postponatur subiecto propositionis negatiuæ fiet negatio; Si verò negatio anteponatur variabitur quantitas, & de particulari fiet vniuersalis.

Prodest æquipollentia maximè ad dignoscendas propositiones, quibus præpositæ sunt negationes, quarum vis nobis ignota est; quod vt facilius aduertatur, dantur sequentes regulæ.

Prima regula. quoties propositio habet negationem præpositam subiecto, eiusque vim aperire cupimus, dematur negatio; tunc quæratur eius contradictoria, quæ inuenta erit æquipollens ei, à qua dempta fuit negatio v. g. *non omnis homo est animal*; erit æquiualens huic, *aliquis homo non est animal*, quia dempta negatione remanet *omnis homo est animal*, quæ est contradictoria illius, *aliquis homo non est animal*.

Secunda regula, si propositio habeat negationem postpositam subiecto, dempta negatione sumatur eius contraria, quæ erit ipsius æquipollens, vt *nullus homo non est animal*, est æquiualens huic, *omnis homo est animal*, cuius est contraria negatione dempta. 39

Tertia regula. si negatio sit præposita, & postposita eodem modo, ambæ negationes tollantur, quibus ablatis; si propositio remanet vniuersalis, quæratur eius subalternata, si vero sit particularis quæratur eius subalternans, & erit eius æquiualens, v. g. *non omnis homo non est animal*; demptis negationibus remanet, *omnis homo est animal*, cuius subalternata est, *aliquis homo est animal*, atque adeò huic illa cum negationibus erat æquipollens.

Hæ sunt regulæ magis faciles ad aperiendum sensum prædictarum propositionum; ideo omitto afferre nonnullas alias, quas aliqui congerunt circa æquipollentiam, cum non deseruiant ad aliud, quam ad obscuritatibus obruenda scholarium ingenia; qui vult videat Fonsecam, Vallium, & alios.

De earum Conuersione. Cap. V.

Conuersio sic definitur *est commutatio extremorum propositionum seruata qualitate, & veritate*. Dicitur 40 *mutatio extremorum propositionum*; vt scilicet id, quod erat subiectum fiat prædicatum, & quod erat prædicatum fiat subiectum; vt, *homo est animal*, conuertitur in *aliquod animal est homo*; dicitur *seruata qualitate, & veritate*, hoc est affirmatione, vt nempe propositio affirmatiua vertatur etiam in affirmatiuam, & negatiua in negatiuam, sic & vera in veram, falsa in falsam. non dicitur seruata quantitate; nam aliquando in conuersionibus, vt videbimus, pro-

propoſitiones de vniuerſalibus fiunt particulares. Propoſitio, quæ conuertitur dicitur conuerſa, illa, in quam conuertitur, dicitur conuertens.

Conuerſio triplex eſt, ſimplex; per accidens; & per contrapoſitionem. Conuerſio ſimplex eſt mutatio extremorum propoſitionum, ſeruata qualitate, veritate, & quantitate. hac conuertatur vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, vt *nullus homo eſt leo*, conuertitur in iſtam, *nullus leo eſt homo*; ſic iſta particularis affirmatiua. *aliquis homo eſt albus* conuertitur in iſtam, *aliquod album eſt homo*. idem dicendum de propoſitione ſingulari.

41 Conuerſio per accidens eſt mutatio extremorum, ſeruata qualitate, & veritate, non tamen quantitate, hac conuertuntur vniuerſalis negatiua, vt *nullus homo eſt leo, ergo aliquis leo non eſt homo*, Item vniuerſalis affirmatiua, vt *omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo*.

Conuerſio per contrapoſitionem eſt mutatio extremorum propoſitionum manente eadem qualitate, & quantitate; ſed mutatis terminis; & de finitis factis infinitis.

Hac conuertuntur vniuerſalis affirmatiua, vt *omnis homo eſt ens, ergo omne non ens eſt non homo*; & particularis negatiua, vt *aliquis homo non eſt albus, ergo aliquod non album non eſt non homo*. Dantur autem ad perfectius retinendas has regulas hi duo verſus.

Feci ſimpliciter conuertitur. eua per acci.
Aſto per contra, ſic fit conuerſio tota

In quibus tres illæ voces *Feci, Eua, Aſto* continēt quatuor vocales, *a.* quæ ſignificat vniuerſalem affirmatiuam; *E.* quæ ſignificat vniuerſalem negatiuam. *I.* particularem affirmatiuam; O particularem negatiuam iuxta alios duos verſus.

Affirmat A. negat E. ſunt vniuerſaliter ambæ.
Affirmat I. negat O. ſunt particulariter ambæ.

Modo *Feci*, hoc eſt vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua conuertuntur ſimpliciter *Eua* hoc eſt vniuerſalis negatiua, & vniuerſalis affirmatiua conuertuntur per accidens. *Aſto*, hoc eſt vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua conuertuntur per cōtrapoſitionem.

42 Circa quonam pacto conuertantur propoſitiones, quæ conſtant ſubiecto ſingulari, & prædicato communi v.g. *Petrus eſt animal*.

Reſpondetur affirmatiuas conuerti per accidens in particulares ver. g. *Petrus eſt animal; ergo aliquod animal eſt Petrus*. ſi vero vtrumque extremum ſit ſingulare, conuertuntur per ſimplicem conuerſionem, ſiue ſit affirmatiua; ſiue negatiua; ſi autem ſit propoſitio negatiua cum prędicato communi, & de ſubiecto ſingulari, poterit conuerti, & ſimpliciter, & per accidens, vt *Petrus non eſt lapis*, ergo *lapis, ſiue aliquis lapis non eſt Petrus*.

Circa prædictam conuerſionem aduertendum; quod ſi propoſitio ſit de verbo adiectiuo v. g. *aliquis homo currit*; vel de verbo ſubſtantiuo cum caſu obliquo, vt *aliquis piſcis eſt in flumio* antequam conuertatur, debet reduci ad participium eiuſdem verbi cum copula *eſt*; deinde conuertatur iuxtà ſupradictas regulas, ver.g. in aſſignatis, de prima; ſic dices, *aliquis homo eſt currens*. poſtea conuertatur ſimpliciter cū ſit particularis affirmatiua, ergo *aliquid currens eſt aliquis homo*. ſecunda vero ſic *aliquis piſcis eſt exiſtens, ſeu ens in flumio*, poſtea ergo *aliquod ens, ſeu exiſtens in flumio eſt piſcis*. & ſic de cęteris.

Aduertendum ſecundò, vt totum id, quod eſt prędicatum fiat ſubiectum, & vice verſa totum, quod eſt ſubiectum, fiat prædicatum; & inſuper ſemper ſeruetur idem ſenſus terminorum: alioquin multoties aliquæ conuerſiones euadent falſæ. quare antequam fiant conuerſiones maxime eſt obſeruanda ſuppoſitio, compilatio, & aliæ affectiones terminorum, vt iuxta eundem ſenſum fiat conuerſio.

De enunciatione Modali. Cap. VI.

43 EXplicata enunciatione abſoluta categorica, ſequitur, vt ad modalem categoricam tranſeamus. Enunciatio ergo modalis eſt, quæ quonam modo prędicatum ſubiecto inſit vel non inſit; oſtendit, vt *Petrus neceſſario eſt animal*. *Petrum eſſe animal eſt neceſſe*; quare hic modus non ſumitur, vt modificat, vel terminum, vel copulam propoſitionis v.g. *Petrus currit velociter*; ſed vt modificat iſtam propoſitionem, & illam qualificat explicando qualis ſit coniunctio prædicati cum ſubiecto. hinc ſi quis dicat. *Petrum currere eſt verum* non eſt propoſitio modalis, de qua agimus; quia non modificat propoſitionem; ſed tantum dicit id, quod per ipſam enunciatur eſſe à parte rei verum. Obſeruandum eſt autem huiuſmodi modos dupliciter vſurpari poſſe, primò aduerbialiter, vt *Petrus neceſſariò eſt animal*; ſecundò nominaliter, v. g. *Petrum eſſe animal eſt neceſſe*. Differunt hi duo modi; nam modus aduerbialiter ſumptus non prædicatur, ſed afficit copulam enunciationis; nominaliter verò prædicatur, vt in hac propoſitione, *Petrum eſſe animal eſt neceſſe*; ſubiectum eſt totum illud, *Petrum eſſe animal* (quod ſolet vocari dictum) prædicatum verò eſt, *neceſſe* (quod ſolet appellari modus); ſed tamen idem omninò de illis dicendum eſt ſiuè ſumantur nominaliter; ſiuè aduerbialiter; quare omnia, quæ de illis ſtatuemus ſumptis nominaliter, applicanda erunt eiſdem ſumptis aduerbialiter, vide Toletum *Lib. 3. cap. 6.*

Prima diuiſio enunciationis modalis. alia de neceſſe, alia de impoſſibili, alia de contingenti; alia de poſſibili. 44
Sumitur hæc diuiſio ex triplici materia propoſitionis abſolutæ iam explicata: ex materia neceſſaria fit propoſitio modalis; quia prædicatum ex illa eſt neceſſarium: ex materia impoſſibili fit propoſitio impoſſibilis, quia prędicatum impoſſibile: ex contingenti fit contingens; poſſibilis verò fit ex materia tam neceſſaria, quam contingenti; quia omne quod eſt neceſſarium, & quod eſt contingens, eſt etiam poſſibile, vt *hominem eſſe animal eſt poſsibile, hominem eſſe album eſt poſſibile*.

Secunda diuiſio ratione materiæ; alia eſt neceſſaria, alia impoſſibilis (non loquimur de materia propoſitionum, ſeu dicti: nam hæc triplex ſupponitur, vt dictum eſt) loquimur de materia modi, quæ ſumitur penes habitudinem modi cum dicto: quia verò modus qui alicui dicto ſemel conuenit, ſemper conuenit, & qui aliquando non conuenit, nunquam conuenit; ideò omnis ipſarum materia, aut neceſſaria, aut impoſſibilis; quare, ſi quis dicat *hominem eſſe album eſt contingens*, vt modalis eſt neceſſaria, quia huic dicto *hominem eſſe album* neceſſariò ei conuenit, hic modus, *contingens*: at verò ſi dicatur *hominem eſſe album eſt neceſſe*, eſt de materia impoſſibili; quia hic modus nunquam poteſt conuenire huic dicto: vnde propoſitio quæ vt abſoluta eſt de materia neceſſaria, vt modalis poterit eſſe impoſſibilis; & vice verſa, v. g. *hominem eſſe animal eſt contingens, hominem non eſſe lapidem eſt neceſſe*. Prima ratione dicti neceſſaria eſt, ratione modi impoſſibilis. Secunda quoad modum neceſſaria, quoad dictum impoſſibilis, & ſic de cęteris, quare materia modi non eſt attendenda iuxta qualitatem materiæ dicti ſimpliciter.

Ratione quantitatis, alia vniuerſalis, alia particularis 45
iuxta qualitatem modi: modi autem vniuerſales ſunt duo *neceſſe, & impoſſibile*: particulares etiam duo, *contingens, & poſsibile*. Ratione qualitatis, alia affirmatiua, alia negatiua: affirmatiua, quæ conſtat modo affirmatiuo, negatiua negatiuo. Ratione qualitatis accidentalis; alia vera, alia falſa; quæ eſt vera nunquam poteſt eſſe falſa, & quæ eſt falſa nunquam poteſt eſſe vera; & ratio huius dicti eſt; quia modi neceſſe, & impoſſibile, dato quòd ſemel conueniant, vel non conueniant, eodem pacto ſemper perſeuerant, vt dictum eſt.

Aduertendum eſt autem primò præter qualitatem, & quantitatem modi reperiri etiam quantitatem, & qualitatem dicti; ſed de hac nihil dicendum præter illa, quæ de propoſitionibus abſolutis dicta ſunt; quia dictum eſt propoſitio integra, & abſoluta.

Aduertendum ſecundò *neceſſe, impoſsibile, poſsibile*, & 46
contingens ita ſe habere in modalibus; ſicut ſigna illa quantitatiua *omnis, nullus, aliquis*. vnde prepoſita negatione modi vniuerſales fieri poſſunt particulares, affirmatiui negatiui, & vice verſa.

Differunt tamen primò; quia ſigna propoſitionis abſolutæ indicant quantitatem numeralem: *omnis* enim homo dicit omnes homines; at modi denotant quantitatem temporis, ſcilicet quantum temporis tale prædicatum competat tali ſubiecto; *neceſſe* enim diſtribuit per omne tempus, *poſsibile* per aliquod tantum.

Differunt ſecundo; quia illa ſigna nequeunt eſſe termini categorematici, vt dictum eſt; at modi poſſunt eſſe, imò

immò sunt prędicata, vt *hominem esse animal est necesse*, atque adeo non solum funguntur munere syncategorematici; sed etiam categorematici.

Datur etiam diuisio propositionis modalis in illas quæ constant dicto, quod sit terminus singularis, vt *Petrum esse hominem est necesse*; & in illas, quarum dicta sunt termini communes, vt *hominem esse animal est necesse*: verum quia easdem omninò leges seruant in oppositione, æquipollentia, & conuersione, non superest aliquid addendum ad iam dicta.


De Oppositione Modalium. Cap. VII.

47 Sciendum est in Modalibus tot oppositionum genera reperiri, ac in absolutis, & easdem omninò leges seruare nam contradictoriæ nec simul veræ, nec simul falsæ. contrariæ sunt simul falsæ, non tamen simul veræ. subcontrariæ simul veræ, non tamen simul falsæ. subalternæ ita se habent, vt ex veritate subalternantis, vel falsitate, colligatur veritas, vel falsitas subalternatæ, non è contra.


Aduertendum primò quemlibet ex modis assignatis, posse facere quatuor propositiones; affirmatiuam de modo, & dicto, vt *necesse est Socratem esse album*. *Secundo negatiuam* de modo, & dicto, vt *non necesse est Socratem non esse album*. Tertio affirmatiuam de modo; negatiuam de dicto, vt *necesse est Socratem non esse album*. Quarto affirmatiuam de dicto, negatiuam de modo, vt *non necesse est Socratem esse album*; & quamlibet harum posse habere suam æquipollentem preposita, vel postposita particula negatiua suæ oppositæ, iuxta qualitatem, vel quantitatem illius, cuius debet fieri æquipollens.

Aduertendum secundo inter propositiones eiusdem appellationis oppositas non posse dari æquipollentiam; si enim particula *non* prępонatur, vel postponatur iuxtà regulas assignatas in æquipollentia, propositiones non erũt æquipollentes; sed eædem, vt ex sequenti tabella patebit. 48

Dixi inter propositiones eiusdem appellationis, multi enim existimant dari oppositionem inter propositiones, quæ constent eodem modo, quæ tunc erunt contrariæ. quando constabunt eodem modo vniuersali dictis contra dicentibus; subcontrariæ cum eodem modo particulari dictis etiam contradicentibus; subalternæ cum modis, & dictis contradicentibus; Contradictoriæ verò cum constant eodem dicto, & modis contradicentibus. verum hęc oppositio potius est dicenda oppositio dictorum, quam modorum, & inter has dixi non dari veram æquipollentiam. Sequens figura omnia te docebit.



49 Igitur oppositio in modalibus, quæ magis accedit ad veritatem oppositionis est inter propositiones diuersæ appellationis, vt in sequenti figura patebit.



Dixi, quæ magis accedit ad verã oppositionem; quia aliqui existimant nec etiam in ista figura reperiri veram oppositionem; eo quod tertio loco dicatur contingens, vt subalternata ad necesse cum tamen contingens non contineatur in necesse; sed sit ei rigorosè oppositum: quòd si sumatur pro possibili, vt volunt, qui veram oppositionem esse defendunt, iam contingens non sumitur in proprio significato; In prędicta figura videre est, oppositionem tantum in modis, excepta vltima subcontraria, in qua variatur etiam dictum, immò ratione ipsius tantum est opposita, de reliquo patere potest omnes regulas oppositionum allatas, & explicatas in absolutis adamussim hic etiã obseruari.

De Aequipollentia Modalium. Cap. VIII.

50 Æquipollẽtia Modalium est duarum modalium, quæ erant opposite, idem valor factus per additionem particulæ negatiuæ *non*, vt diximus in æquipollentia simplicium. Vt autem euadat facilè reddere modales æquipollentes, quod alioquin videtur difficile, aliquę breues regulæ sunt adnotandæ.

Prima regula, quod sicut in simplicibus, ita in modalibus particula *non* reddit propositionem de vniuersali particularem, & vice versa; & affirmatiuam de negatiua, & vice versa.

Secunda Regula, sicut in simplicibus, ita in modalibus habet locum ille versus

Prę contradic. post contra, prę postq; subalter.

quare eodem pacto eis applicandus ad earum æquipollentiam; quo facto omnes habebunt eundem modum; scilicet eiusdem quantitatis, quod requiritur ad ipsarum æquipollentiam.

Tertia Regula, quæ sequitur ex prędictis duabus, quod in æquipollentia dictum de *impossibili, possibili, & contingenti*, fit oppositum dicto de *necesse* per particulam negatiuam *non*, sequens tabella planè demonstrat.

Æqui-

Æquipollentes omnes

Arguulæ

Necesse est, Socratem esse animal.
Non possibile est Socratem non esse animal.
Non contingens est Socratem non esse animal.
Impossibile est Socratem non esse animal.

Contrariæ

Æquipollentes omnes

Veridica

Necesse est, Socratem non esse animal.
Non possibile est Socratem esse animal.
Non contingens est Socratem esse animal.
Impossibile est Socratem esse animal.

Subalternæ omnes

Contradictoriæ omnes

Contradictoriæ omnes

Subalternæ omnes

Æquipollentes omnes

Sunt atau

Non necesse est Socratem non esse animal.
Possibile est Socratem esse animal.
Contingens est Socratem esse animal.
Non impossibile est Socratem esse animal.

Subcontrariæ

Æquipollentes omnes

Qui referunt.

Non necesse est Socratem esse animal.
Possibile est Socratem non esse animal.
Contingens est Socratem non esse animal.
Nō impossibile est Socratē non esse animal.

51 In qua videri potest, quod omnes contrariæ sunt factæ æquipollentes per particulam, *non*, post positam: contradictoriæ per eamdem præpositam: subalternæ, per ipsam ante, & post positam, ex quo factum videtur, quod omnes modi sunt eiusdem quantitatis, & dictum de *possibili, contingenti, & impossibili* contradicit dicto de *necesse*, & æquipollentia est in modis diuersæ appellationis; quia vt diximus, quando modi essent eiusdem appellationis euaderēt non æquipollentes; sed eædem. Tamen ad recolenda hæc omnia dantur quatuor voces, quarum quælibet habet quatuor vocales, quæ designant quatuor propositiones æquipollentes, ita tamen vt prima vocalis vniuscuiusque vocis denotet propositionem de *necesse*. Secunda de *possibili*. Tertia de *contingenti*; quarta de *impossibili*. Voces sunt *arguulæ, Veridica, sunt atau, qui referunt*. vocales sunt *A, E, I, V*, cum hac tamen obseruatione quod *A*, denotet propositionem debere esse affirmatiuam de modo, & dicto. *E* affirmatiuam modi, negatiuam dicti, *I*. negatiuam modi, affirmatiuam dicti. *V* negatiuam vtriusque, vt constat sequentibus versibus.

Destruit V totum: sed A confirmat vtrumque
Destruit E dictum, Destruit I, quemodum

52 Omnia videri possunt in superiori tabella; quare si prædicta omnia bene obseruentur, facile erit modalium æquipollentiam percipere, quæ solet adeo defatigare studentium ingenia. V.G. habeo hanc propositionem. *possibile est hominem esse animal*. Statim volo scire omnes eius æquipollentes in cęteris modis, scio prędictam propositionem esse affirmatiuam de dicto, & de modo, consequenter denotari per vocalem, *A* insuper scio propositionem de possibili denotari semper per vocalem positam. Secundo loco in quatuor vocibus assignatis quæro primo quænam ex illis vocibus habeat vocalem *A*, secundo loco, & inuenio esse; *sunt Atau*, hoc inuento ordino propositionem de necesse prout exigit prima vocalis *V*; quia vt diximus, prima vocalis denotat modū de *necesse*; & quia *V*, dicit negationem de vtroque, dico, *non necesse est hominem non esse animal*: postea per tertiam vocalem, *A*, cum denotetur propositio de contingenti, ordino affirmatiuam de vtraque dicendo, *contingens esse hominem esse animal*, quia sic exigit *A*; tandem cum per quartam vocalem quæ est *I*, denotetur propositio de impossibili, & *I* dicat negatiuam de modo, affirmatiuam de dicto, dico, *non impossibile est hominem esse animal*, & sic habeo omnes æquipollentes illius, *possibile est hominem esse animal*; & sic dicendum de cęteris.

De earum Conuersione. Cap. IX.

53 CIrca Conuersionem modalium ante omnia aduertendum est, modales esse conuertendas tantùm secundum dicta, non secundum modos; nam modus semper debet manere prędicatum: conuertuntur autem prędicatū, & subiectum dicti, vt si prædicatum fiat subiectum, & è contra, de qua dicto trado Regulas.

Prima sit, omnes modales de modo *necessario possibili, contingenti* affirmatis, & *impossibili* negato conuertuntur secundum Regulam conuersionis dicti, scilicet si fuerit vniuersale affirmatiuum conuertitur per accidens: si vniuersale negatiuum; aut particulare affirmatiuum conuertitur simpliciter: si particulare negatiuum non potest fieri conuersio, nisi per cōtra positionem, vt dicemus inferius. V. G. de necessario affirmato, *necesse est nullum hominem esse lapidem*, quia dictum est negatiuum, & vniuersale, conuertitur simpliciter in istam, *necesse est nullum lapidem esse hominem*.

Obseruandum tamen est, quod in dictis vniuersalibus affirmatiuis in modo de *necesse*, hæc regula patitur exceptionem; nam si dico, *necesse est omne sanum esse corpus*, conuertens, quæ est, *necesse est aliquod corpus esse sanum* potest dari casus, quod non sit vera: ad verificandam autem conuersionem, vel debemus mutare modum *necesse* in *possibile*; & dicere, *possibile est aliquod corpus esse sanum*, vel, si nolumus mutare modum, intelligere conuersionem supposita existentia extremorum; nam si verum est, *necesse est omne sanum esse corpus*, supposito, quod sanitas & corpus existant, erit & vera ista, *necesse est aliquod corpus esse sanum*.

Secunda sit. Modales de *contingenti possibili*, & *necessario* negatis, & de *impossibili* affirmato non conuertuntur quoties dictum est vniuersale affirmatiuum: non enim valet, *impossibile est omne animal esse hominem*: ergo per conuersionem, *impossibile est, aliquem hominem esse animal*: neque si dicas, *non necesse est, omne coloratum esse album*, valet dicere, *non necesse est aliquod album esse coloratum*: Si verò dicta sint vniuersalia negatiua, aut particularia affirmatiua, quæ possunt conuerti simpliciter, est bona cōuersio, vt *impossibile est nullum hominem esse album*, valet conuertens: ergo *impossibile est nullum album esse hominem*; & in particulari affirmatiua, V.G. *non necesse est aliquem hominem currere*, ergo *non necesse est aliquod currens esse hominem*. 54

Circa conuersionem per contrapositionem, quando dicta sunt vniuersalia affirmatiua, aut particularia negatiua; dico, quod valet conuersio. V.G. *necesse est aliquem hominem non esse lapidem*. ergo *necesse est aliquod non lapidem, non esse, nō hominem*, qui plura vult de hac materia, videat Doctores parùm enim deservit in progressu nostrorum Studiorum.

Quid, & quotuplex sit Enunciatio hypothetica. Cap. X.

EXposita Enunciatione categorica cùm simplici, tùm modali, sequitur hypothetica, quæ ex dictis est composita ex pluribus simplicibus media aliqua coniunctione: huius tres sunt species, conditionalis, copulatiua, & disiunctiua.

Conditionalis est, in qua vna parte concessa, postea sequitur, vt, *si Sol lucet, dies est*, hæc proprie dicitur hypothetica, cum hypothesis conditionem significet, vel quasi sup-

suppositionem; quia secunda propositio primam supponit, & ab illa deducitur, prima pars dicitur antecedens, secunda consequens.

55 Hypothetica conditionalis diuiditur in rationalem, causalem, & particularem conditionalem. Rationalis est, in qua vtimur coniunctione illatiua, *ergo*. V. G. *Sol lucet, ergo est dies*: ad veritatem huius pręter bonam consequentiam, requiritur veritas antecedentis.

Causalis est illa, in qua vtimur coniunctione causali, vt *quando Sol lucet dies est*: in qua patet, quòd secunda pars causatur à prima, sicut in rationali, secunda pars inferebatur ex prima: ad veritatem huius non solum requiritur veritas antecedentis, & consequentis, sicut in rationali; sed amplius requiritur, & vt antecedens sit vera causa cōsequentis, vt, *quia Socrates est albus, est coloratus*; in quo patet, quod antecedens est causa consequentis.

Particularis conditionalis est, in qua vtimur coniunctione conditionali *si* vel simili, vt *si Sol lucet, dies est*, ad quam etiam reducunt alias propositiones, compositas ratione aliarum particularum, V. G. *dum lego, vos auditis*: *vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & Aquilæ? qualis Pater, talis filius*.

Hæc conditionalis diuiditur primo in affirmatiuam, & negatiuam, affirmatiua est, in qua antecedentis, & consequentis coniunctio affirmatur, negatiua, in qua negatur: & tunc fit, quando negatio preponitur coniunctioni, vt, *non si curris, moueris*, est propositio negatiua; quia negamus secundum partem sequi ex prima, hæc vero, *si homo es, non es rudibilis*, est affirmatiua; quia licet secunda pars sit negatiua, tamen affirmamus secundam partem sequi ex prima: in quo cōsistit affirmatio propositionis hypotheticę.

56 Diuiditur secundo etiam in veram, & falsam; vera est, cuius bona est connexio idest, vt ex antecedenti inferatur consequens: falsa verò, cuius connexio est falsa; siuè propositiones sint veræ; siue sint falsæ, hinc ortum habet illud commune dictum, *conditionalis vera nihil ponit in esse*; nam V. G. *si habet alas, volare potest*, est conditionalis vera; quia licet sit falsum habere alas, & sit falsum posse volare; quia tamen inter ista duo est connexio, & consequentia est bona de habere alas ad posse volare, dicitur conditionalis vera, nam in hoc consistit tota ratio veritatis conditionalis.

Disiunctiua est, in qua iunguntur plures categoricę per copulam, *vel, aut, siue*, vt, *Petrus aut est homo, aut est equus*. ad veritatem disiunctiuæ requiritur, vt vna tantum pars sit vera alia falsa; nam cum nota disiunctionis debeat disiungere significatum, & coniungere partes propositionis disiunctiuæ, si vtraque pars esset vera, non distingueretur significatum. Quod si dicas, *vel tu es homo, vel tu es risibilis*: ista propositio est falsa, vt disiunctiua, & æquipollet copulatiuæ veræ *tu es homo, & tu es risibilis*.

57 Copulatiua est, in qua plures categoricæ coniunguntur simul per particulam *Et*, aut æquiualentem: ad huius veritatem requiritur, vt omnes partes sint veræ; nam non distinguit; sed coniungit significatum, & vna parte existente falsa, fit falsa tota propositio, vt si dicam, *& est homo, & est lapis*, est absolutè neganda hæc propositio; quia licet sit verum esse hominem, est tamen falsum cum homine coniungi lapidem.

Quoad materiam in Hypotheticis dicendum primò, in conditionali reperiri tantum materiam necessariam, aut impossibilem; sicut in modabilibus; attenditur enim materia penes connexionem vnius partis cum alia, & quia consequens, quod deducitur semper deducitur, & è contra; ideo omnis propositio aut erit necessaria, quia illud consequens semper sequetur: aut impossibilis; quia nunquam sequetur.

Dices, *si mater est, diligit filium*, hanc propositionem, neque esse necessariam, neque impossibilem, sed potius possibilem, ergo falsò dicitur.

Respondetur illas propositiones, & similes non esse censendas bonas conditionales; quia illa est bona conditionalis, in qua, supposito antecedente vniuersaliter, sequitur, vel non sequitur consequens, cuius oppositum est in propositione allata.

58 Dicendum secundo in Hypotheticis disiunctiuis, & copulatiuis materiam esse sumendam, prout in absolutis, cum istę propositiones nihil aliud in se includant, quam subiectum, & plura prędicata per particulam copulatiuā, vel disiunctiuam ipsi applicata, vnde iuxta habitudinem prędicatorum ad subiecta, ipsarum materia erit attendenda.

Quoad æquipollentiam, cōuersionem, & oppositionem harum propositionum nihil est dicendum; quia, vel in illis non est assignare propriè quantitatem, cuius defectu illæ affectiones locum non habent; vel si aliquo modo ab aliquibus assignatur quantitas, ex dictis in absolutis facilè erit illas reperire, sed nulla vtilitate, qui vult videat Vallium *par. 2. suæ introductionis à cap. 13*.

Quænam sint Enunciationes Exponibiles. Cap. XI.

Aliquæ enunciationes exponibiles dicuntur; quia ob quasdam particulas obscuræ sunt, & expositione indigent, & per eas propositiones, quas in se includunt, quæ sunt manifestiores, possunt explicari. Ver. Gr. *prędicabilia sunt tantum quinque*, exponitur hoc modo, *prędicabilia sunt tantum quinque, & non plura*. Propositiones exponibiles dicuntur Exclusiua, Exceptiua, reduplicatiua.

Exclusiua Enunciatio est, quæ constat signo exclusiuo, vt *tantum, solum* exemplum sit, *homo est tantum animal rationale*.

Exceptiua constat signo exceptiuo, vt *pręter, excepto*, & simili, vt, *omne animal est videns pręter talpam*.

Reduplicatiua cuius vsus in scholis est frequētissimus, illa est, quæ constat dictione aliqua reduplicante, quales sunt, *quatenus, preut, inquantum* V. G. *homo quatenus homo est rationalis*, quæ tunc dicitur vera reduplicatiuè, quādo ratio illa, supra quam cadit reduplicatio, est ratio, cur insit prędicatum; alioquin erit vera tantùm specificatiuè; quod est maximè aduertendum in disputationibus; quia multoties afferuntur aliquæ propositiones, vt veræ reduplicatiuè, quæ tamen sunt falsæ, & veræ solùm specificatiuè; quia solum significāt esse aliquid in subiecto, secūdum quod prędicatum inest, vt *Petrus quatenus albus est doctus*; Afferuntur etiam ab aliquibus quædam aliæ propositiones, quæ possunt formari, & quæ videntur exigere expositionem; sed ex dictis sufficienter, si occurrent, poterunt earum sensus dignosci, & exponi, pro vt opus erit. 5

De Diuisione. Cap. XII.

Quare pro hac secunda parte nostræ introductionis solum restat agendum de ipsa diuisione propter quam hactenus egimus de propositionibus.

Diuisio est oratio totum in suas partes distribuens, dicitur *oratio*; quia non loquimur de diuisione materiali; sed de illa, quæ mente concipitur & voce explicatur; dicitur *totum in suas partes distribuens*; nam in diuisione sunt duo, totum quod diuiditur in partes, & hoc totum diuisum appellatur, & partes ipsum diuidentes, quæ membra diuidentia dicuntur. 6

Hæc autem diuisio est duplex, nominis, & rei: nominis est vocis in suos sensus, & significationes distinctio; eiusmodi est diuisio æquiuoci in sua æquiuocata; diuisio verò rei est, cum totum aliquod in suas partes diuiditur.

Diuisio rei est multiplex iuxta diuersa genera totius; aliud enim est totum integrale; aliud potestatiuum; aliud essentiale; & aliud vniuersale. Totum integrale est illud, quod ex partibus quantitatiuis componitur: quæ partes, vel sunt etherogeneæ; idest diuersæ rationis; & constituunt totum, aut naturale, vt os, manus, neruui respectu corporis humani; aut artificiale, vt partes domus, exercitus, reipublicæ, & dicitur totum Etherogeneum: vel sunt homgeneę, scilicet eiusdem rationis, vt plures partes eiusdem ligni, & dicitur totum integrale homogeneum.

Totum potestatiuum est quod virtute plura continet, sic anima humana diuiditur tanquam in suas species, quas virtute continet; in vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum.

Totum essentiale est, quòd plures partes continet essentiam constituentes, & hoc est duplex, totum physicum, quod ex partibus verè, ac re ipsa essentiam constituentibus constat, sicut homo, ex anima, & corpore componitur, & dicuntur partes reales, & totum reale, aliud totum est metaphysicum, quod constat partibus metaphysicis, nempe genere, & differentia; cuiusmodi est species. V. G. *homo*, qui includit tanquam partes, à quibus com- 6

componitur animal, quod est genus, & rationale, quod est differentia; & dicuntur etiam partes secundum rationem, & totum secundum rationem. Ad hoc etiam reducitur totum, quod dicitur resultare vel ex esse, & essentia, vel ex natura, & suppositio, quia etiam hæ partes non sunt distinctæ: nisi secundum rationem. Totum essentiale differt ab integrali, quia si ab integrali auferatur aliqua pars, non aufertur totum, vt essentiale aufertur, vna parte ablata.

Totum vniuersale est, quod de pluribus sibi subiectis dicitur, & est in pluribus, vt Genus, quod est in pluribus speciebus, & species in pluribus indiuiduis: differt hoc totum a toto potestatiuo; quia partes illius non se excludunt ab inuicem, eadem enim anima potest esse vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, at non sic partes totius vniuersalis, non enim potest idem esse simul Petrus, & Paulus, qui sunt indiuidua, in quæ diuiditur homo.

62 Totum etiam dicitur subiectum respectu suorum accidentium, vt homo, alius doctus, alius indoctus; & cócretum respectu subiectorum, quæ connotat; Si dicimus album, aliud lignum, aliud liber, dicitur etiam totum accidens respectu suorum accidentium, sic motus diuiditur in rectum, & circularem.

Ad hæc genera reducuntur cæteræ omnes diuisiones, quas alii sub aliis nominibus tradunt, vt autem diuisio sit bona, obseruandæ sunt sequentes regulæ.

Prima Regula circa bonam diuisionem, quòd membra diuidentia sint minus communia, quam diuisum, omnia tamen simul sumpta diuiso adæquentur.

Secunda Regula, quantum fieri potest diuisio fiat in pauca membra diuidentia.

Tertia Regula, ne afferantur plura membra, quam necesse est, sed si est possibile, reducantur ad duo tantum, deinde illa membra postea subdiuidantur.

Quarta Regula, vt membra diuidentia sint opposita, alterum alterum non includat. Circa modum argumentandi, primo valet arguere a positione diuisi ad positionem alterius ex membris diuidentibus non absolute, sed cum disiunctione, v.g. valet dicere, *est animal; ergo rationale, vel irrationale*; sic econtra ex altero tantum, vel ex omnibus valet inferre diuisum hoc pacto, *est rationale, ergo animal; & est corporeum, vel incorporeum ergo substantia*.

63 Secundo Negatiue valet arguere à negatione diuisi ad negationem membrorum diuidentium, sic non *est animal, ergo non rationale, nec irrationale*: non tamen valet ab vno membro diuisionis negato inferre negationem diuisi, vt *non est rationale, ergo non est animal*. valet tamen ab omnibus membris negatis, vt *non est rationale, nec irrationale, ergo non est animal*. Tertio valet arguere à affirmatione diuisi, & negatione alterius, & membris diuidentibus, & inferre reliquum, vt, *est animal, & non est rationale ergo irrationale*: hoc tamen valet quando diuisio est bimembris, nam si membra sint plura, quam duo, oportet, vt præter positionem diuisi negentur omnia cætera membra, excepto illo, quod inferre volumus v. g. *est anima, non intellectiua, nec sensitiua, ergo vegetatiua*.

Quarto inter ipsa membra valet à positione vnius ad negationem alterius, vt, *est leo, ergo non est homo*.

Aduertite quod hæ regulæ valent in toto vniuersali, quod maxime deseruit ad propositionem, non autem in cæteris semper, & vniuersaliter, vt patebit consideranti. Ad interrogationem, quæ diuisio est ista? Respondebitur, est totius essentialis, vel vniuersalis, vel integralis. Ad interrogationem qualis est, dicetur est bona, vel mala. Ad interrogationem vero quotuplex est, Respondebitur iuxtà numerum membrorum diuidentium. Hæc sint satis pro secunda parte.

Tertia Pars, quæ est de argumentatione.

Quid & quotuplex sit argumentatio. Caput Primum.

64 ARgumentatio est oratio constans ex antecedente, & consequente connexis per illationem, *ergo*, vel aliam similem, vt *Petrus est homo, ergo est animal*; magis tamen strictè loquendo. Argumentatio est, quando ex antecedéte noto infertur aliquid, quod erat minus notum; quare vera argumentatio debet constare diuersis terminis; Ideo terminus complexus, vel simplex propositio; vel cum idé infertur ex seipso, vel vna æquipollens infert aliam æquipollentem, non sunt dicendæ rigorosè argumentatio.

Prima diuisio est in bonam, & in malam. Bona est, in qua ex antecedente sequitur consequens. Mala autem, in qua non sequitur, sed hæc nec nomé argumentationis meretur, dum quod dicitur consequens non sequitur veré ex antecedente, v.g. *est homo, ergo est Logicus*.

Bona argumentatio duplex; alia ratione formæ, alia ratione materiæ: bona argumentatio ratione formę est, in qua ita consequens ex antecedente infertur, vt in quibuscumque vocabulis, vel in quacumque materia seruata eadem methodo argumentandi, nunquam possit dari antecedens verum, & consequens falsum, vt patet in hoc syllogismo, *omne animal est substantia. Omnis homo est animal; ergo substantia*. Seruata enim hac argumentandi forma in quacumque materia ex antecedente vero nunquam sequitur consequens falsum; & ita se habent tres figurę syllogisticę: & hęc dicitur consequentia formalis; quia est bona ex vi formæ.

Argumentatio bona ratione materiæ est, in qua ex antecedente sequitur consequens in illa, aut simili materia, in alia verò materia poterit dari antecedens verum, & consequens falsum, vt in ista *Omnis homo est rationalis, ergo omne rationale est homo*. est bona tantum ratione, non formæ, sed materiæ; quia si mutatur materia, dabitur antecedens verum, consequens falsum, vt, *omnis homo est animal, ergo omne animal est homo*, quod est falsum; & dicitur consequentia materialis; quia ad summum potest esse bona ratione materiæ. 65

Secunda diuisio est in Syllogismum, Enthymema, Inductionem, & Exemplum; de quibus singillatim agendum est; sed primò tradenda sunt præcepta bonæ argumentationis in genere.

De præceptis bonæ argumentationis. Caput II.

NOtandum in argumentatione tria nos posse spectare, antecedens, Consequens, & Illationem, quę dicitur consequentia; nam his tribus tamquam partibus diximus illam constare v. g. si dicamus *homo est albus, ergo coloratus*, *homo est albus*, est antecedens; *est coloratus* dicitur consequens; quod vero ex prima propositione secunda infertur, dicitur consequentia, scilicet illatio vnius ex alio significata per particulam *ergo*. 66

Modo hæc tria ita se habent, quod aliquando potest concedi antecedens, & negari consequens, vt, *homo est albus, ergo est coruus*. aliquando potest concedi antecedens, & consequens, & negari consequentia, vt *vt homo est albus, ergo rationalis*: Licet homo sit albus: Licet sit rationalis; non tamen rationalis sequitur ex albo: aliquando potest negari antecedens, & consequens, & concedi consequentia, vt *homo est Leo, ergo est rugibilis*; illatio enim est bona; sed est falsum hominem esse Leonem; si enim esset Leo, vtique esset rugibilis. his positis.

Prima regula: ex antecedente vero in bona consequentia sequitur consequens verum; ex falso quandoque verum, quandoque falsum: ex vero non sequitur nisi verum, hoc est axioma commune, vt *Petrus est homo, ergo risibilis*. Ratio est; quia alioquin consequentia non esset bona, dum enim antecedens est verum, & ex ipso deducitur prædicatum consequentis in bona consequentia, necesse est, quod & ipsum conueniat subiecto antecedentis; ergo erit verum consequens; ergo ex vero semper sequitur verum.

Ex falso sequitur falsum, vt *homo est lapis, ergo non est sensitiuus, homo est Angelus, ergo incorporeus*: potest tamen sequi verum, vt *homo est lapis, ergo est substantia. est Leo, ergo est animal*; quia potest esse quod prædicatum consequentis illatum bona consequentia ex antecedenti, conueniat subiecto antecedentis alio capite. 67

Secunda regula. ex antecedenti necessario semper sequitur consequens necessarium, non autem impossibile, aut contingens: nam cum necessarium sit semper verum; impossibile semper falsum, contingens aliquando verum aliquando falsum, in illo casu, quo contingens est falsum, ex vero sequeretur falsum: at si antecedens sit possibile, aut contingens, consequens etiam potest sequi contingens, aut possibile, vel etiam necessarium; non autem impossibile, nam cum contingens sit aliquando verum, aliquando falsum, & impossibile semper falsum, si ex contingenti se-

quereretur impossibile, falsum sequeretur ex vero.

Tertia Regula, ex antecedente impossibili potest sequi consequens aliquando impossibile, aliquando continges, aliquando necessarium, vt patet in his consequentijs *homo est Leo, ergo est rugibilis*: ecce impossibile, *homo volat, ergo mouetur*: ecce contingens, *homo est Leo, ergo substantia*: ecce necessarium; hæ duæ regulæ sequuntur necessariò ex prima, & in ipsa fundantur, vt patebit consideranti.

Quarta Regula. In bona consequentia ex contradictorio consequentis infertur contradictorium antecedentis, non è contra; Primum patet in ista; *homo currit, ergo mouetur*: Ecce quod ex contradictorio consequentis, infertur contradictorium antecedentis, si dicatur, *non mouetur, ergo non currit*: non tamen valet à contradictorio antecedentis inferre contradictorium consequentis; non enim valet, *est homo*; *ergo est animal*; *non est homo*; *ergo non est animal*, & ratio est: quia omnia essentialia superioris sunt etiam essentialia inferiori; non autem è contra; ideo ex negatione superioris infertur & negatio superioris, vt in exemplis allatis; non autem, è contra: hæc ratio valet etiã in regulis sequentibus.

68 Quinta Regula, quidquid infertur ex consequenti, infertur etiam ex antecedenti; non tamen è contra; & quò infertur antecedens, infertur & consequens, non tamen è contra, prima pars patet; si dicatur, *est homo, est animal*; quia ex hoc consequenti infertur *est viuens, sensitiuum, corporeum*: infertur etiam ex antecedenti; valet enim, *est homo, ergo viuens, sensitiuus, corporeus*: non tamen è contra, nam ex antecedente potest inferri aliquid, quod non inferatur ex consequenti, v.g. *est homo, ergo rationalis, ergo risibilis*; quæ non inferuntur ex consequenti; non enim valet, *est animal ergo rationale, ergo risibile*, propter eandem rationem regula precedenti allatam.

Secunda verò pars, quòd scilicet quo infertur antecedens, inferatur & consequens, probatur; nam hoc antecedens, homo infertur ex rationali, risibili; valet enim, *est risibile, ergo homo*, valet etiam, *est risibile, est rationale, ergo est animal*, ecce ergo quod quidquid infert antecedens, infert & consequens: non tamen è contra, vt, *est homo, ergo animal*, consequens animal infertur ex rugibili, ex irrationali, non tamen ex his infertur homo, valet enim *est rugibile, ergo est animal*, non tamen valet *ergo est homo*.

Sexta Regula: quidquid potest stare cum antecedente, potest stare etiam cum consequenti, v.g. *homo est animal*, cum homine stat *discursiuum, risibile, rationale*, quæ stant etiam cum animali, quod est consequens: non tamen omnia, quæ possunt stare cum consequenti possunt etiam cum antecedenti: nam v.g. cum animali stat *rugibile, quadrupes*, &c. quæ nullo modo stare possunt cum antecedenti; hæ omnes regulæ, vt patet, innituntur vnico fundamento, quod diximus in quarta Regula: Adhanc rem plura pari facilitate, & doctrina tibi offert noster, P. Nouarinus *lib.5. axiomatum à num.*1340.*& deinceps*. Modo descendendo ad species argumentationis quæro.

Quid, & quotuplex sit Syllogismus. Cap. III.

69 Syllogismus est precipua species argumentationis: sic definitur ab Aristotele *primo priorum capite primo; est Oratio in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his, quæ posita sunt, ex necessitate accidit, eo quod hæc sunt*. dicitur *Oratio*. Loco generis, licet non sit genus proximum, sed remotum; nam genus proximum, est argumentatio, *in qua quibusdam positis*, scilicet propositionibus, quibusdam, nam debent esse duæ propositiones præmissæ. *Positis*, idest dispositis secundum ordinem syllogisticum. *Aliud quiddam ab his, quæ posita sunt*: Idest conclusio, quæ est diuersa à qualibet premissarum, *ex necessitate accidit*; idest necessariò sequitur; nam in syllogismo Conclusio sequitur necessariò, non probabiliter, *eo quod hæc sunt* quod significat conclusionem sequi ex præmissis ratione formę argumentationis.

Syllogismus constat quodam modo ex materia, & ex forma. Materia duplex, alia proxima, scilicet propositiones, ex quibus immediate componitur, alia remota, nempe termini, qui componunt propositionem immediate, mediatè vero Syllogismum.

Termini in quolibet syllogismo sunt tres; nec plures, nec pauciores esse possunt; hi autem sunt. Maius extremum, minus extremum, & medius terminus; maius extremum est ille terminus, qui in conclusione est predicatum, minus verò est ille, qui in conclusione est subiectum: medius, qui conclusionem non ingreditur, sed tantum ponitur in vtraque præmissa; hoc autem intelligitur in modis directè concludentibus.

Propositiones, quæ ex combinatione dictorum terminorum formantur sunt item tres. Maior propositio, in 70
qua est medius terminus, cum maiori extremo; scilicet predicato conclusionis; minor propositio, in qua est medius terminus cum minori extremo, nempe subiecto conclusionis; & conclusio ipsa, in qua sunt maius, & minus extremum: sine medio termino, qui conclusionem non ingreditur; vt patet in isto.

Bar *Omne animal est substantia.*
ba *Omnis homo est animal.*
ra *Ergo Omnis homo est substantia.*

Vbi sunt tres termini; nempè *homo, animal*, & *substantia*: quorum duo nempè *homo*, & *substantia* sunt extrema maius, & minus; nam vnum est predicatum, & alterum subiectum conclusionis; adest etiam medius terminus nempè *animal*, qui est in vtraque premissa, non tamen conclusionem ingreditur: item in maiori propositione est maius extremum, nempè predicatum conclusionis, quod est *substantia*, & in minori propositione est minus extremum, quod est subiectum conclusionis nempè *homo*.

Preter materiam, quæ, vt diximus, in syllogismo sunt propositiones, & termini, est etiam consideranda figura, & modus, quæ se habent vt forma in syllogismo.

Figura est debita trium terminorum dispositio, quo ad subiectionem, & prædicationem; hoc est quo ad esse subiectum, & predicatum, quia verò potest etiam esse diuersa huiusmodi dispositio terminorum, & variè potest coniungi medius terminus cum extremitatibus, resultant variæ figuræ.

Prima est, in qua medius terminus est subiectum in maiori, & prædicatum in minori, vt.

Bar *Omne rationale est risibile.*
ba *Omnis homo est rationalis.*
ra *Ergo Omnis homo est risibilis.*

Ecce quod medius terminus nempè *rationale* subijcitur in maiori, & predicatur in minori.

Secunda verò figura est, in qua medius terminus predicatur in vtraque propositione vt.

Ce *Nullus homo est rugibilis.*
sa *Omnis Leo est rugibilis.*
re *Ergo Nullus Leo est homo.*

Tertia figura est, quando medius terminus in vtraque subijcitur, vt in hoc syllogismo.

Da *Omnis homo est rationalis.*
ti *Aliquis homo est albus.* 71
si *Ergo Aliquod album est rationale.*

Vt memoria retineantur hæ figurę habemus hunc versum omnia amplectentem.

Sub prę prima: bis prę secunda, tertia bis sub.

hoc est medius terminus *sub prę, prima*. subijcitur in maiori, & predicatur in minori propositione in prima figura. *bis prę secunda*, medius terminus in secunda figura bis predicatur, idest in vtraque propositione.

Tertia *bis sub*. in tertia figura; bis subijcitur, videlicet in maiori, & minori.

Modus verò est debita dispositio propositionum secundum quantitatem, & qualitatem: hoc est vniuersalitatem, vel particularitatem, affirmationem, & negationem; sed quia varij possunt esse modi, quoad disponendas propositiones; omnes modi syllogismorum, qui possunt concludere, reducuntur ad decem, & nouem contenti quatuor versibus, qui secundum se nullum habent sensum, sed vocales, quæ sunt in qualibet dictione denotant tres propositiones syllogismorum, si sint vniuersales, vel particulares, affirmatiuæ, vel negatiuæ iuxta regulam datam, quod *A*, est vniuersalis affirmatiua, *E*, est vniuersalis negatiua, *I*, particularis affirmatiua, *O*, particularis negatiua. sunt autem sequentes.

Barbara, celarent, Darij, Ferio, Baralipton.
Celantes, dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Brocardo, Ferison.

Quatuor primi nempe *Barbara, Celarent, Darij, Ferio*

sunt

sunt pro prima figura. *Cesare, camestres, Festino, Baroco*, sunt pro secunda figura: *darapti, felapton, disamis, datisi, brocardo, ferison*, sunt pro Tertia. Reliqui quinque *baralipton, celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum*, sunt pro prima; sed indirecte concludentes, de quibus postea.

72 Preter modos enumeratos; alij etiam dantur, in quibus perfectam vim sillogismi est reperire; quia tamen in iam numeratis includuntur, ideò eos omitto; omnis enim Cõclusio affirmatiua, aut negatiua vniuersalis continet sub se particularem; atque adeo si ex aliquo syllogismo concludatur conclusio vniuersalis, poterit etiam particularis, cum ex veritate subalternantis educatur necessario veritas sub alternæ, & non è contra. V. G. quia ex his premissis, *omne animal est substantia, omnis homo est animal* infertur ergo *omnis homo est substantia*, potest etiam inferri, ergo *aliquis homo est substantia*, ex qua deinde potest inferri simpliciter conuertendo, ergo *aliqua substantia est homo*, & sic de ceteris.

Quoad secundum, scilicet diuisionem syllogismorum; vel considerantur forma, vel materia: si forma ex dictis iam patet, quotuplex sit syllogismus, scilicet iuxta numerum figurarum, & earundem dispositionem. Figura enim Galeni, quam tamquam quartam ipse adinuenit, in qua medius terminus prædicatur in maiori, subijcitur in minori. V. G. *omnis homo est animal, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia est homo*, ab omnibus reijcitur; sed [illegible] Zabarella *in sua Logica libro de quarta figura* [illegible] quod fundatur & ipsa supra *dici de omni*, de quo [illegible] concludit innaturaliter, vide etiam A[illegible] *Logicæ tractatu* 2[illegible] *dispositione tertia, quæstione* [illegible]*a, dubitat*[illegible] *sexta*.

Si vero consideretur materia possumus illam distinguere primo, [illegible] quot genera propositionũ; & [illegible] propositionum alia est categorica absoluta, alia [illegible] hypotetica; alia ex obliquis [illegible] dicere esse species syllogismorum: & [illegible] omnibus deseruiant eædem figuræ, & ijdem modi [illegible] id specialiter erit obseruandum in modali hypotetica, & ex obliquis, vt rectè efformentur, de quibus [illegible].

73 Secundo, quoniam syllogismorum materia, alia necessaria, alia probabilis, alia quæ videtur necessaria; sed tamen non est, alia, quæ videtur probabilis, tamen non est [illegible] Aristoteles *primo Topicorum* ratione materiæ [illegible] syllogismum in demonstratiuum; quando propositiones sunt necessariæ, in Dialecticum, seu Topicum, quando propositiones sunt probabiles; in pseudographicum, quando propositiones sunt apparenter necessariæ; & in sophisticum, quando propositiones sunt apparenter tantum probabiles; de quibus omnibus postea dicemus, cum ea explicauerimus, quæ spectant ad syllogismum in genere.

De fundamentis Regularum. Cap. IV.

Argumentatio primæ figuræ fundatur in duobus principijs lumine naturali cognitis, quibus humanum ingenium nequit dissentire, & sunt, *dici de omni*, & *dici de nullo*, primum est, quidquid vniuersaliter affirmatur de aliquo subiecto, affirmatur de quouis contento sub illo, vt si *substantia* vniuersaliter affirmetur de *animali*, omnis autem *homo* continetur sub *animali*, de omni etiam *homine* dicatur *substantia* est necesse, sic.

Bar	*Omne animal est substantia*.
ba	*Omnis homo est animal*:
ra	*Ergo Omnis homo est substantia*.

In his fundantur duo modi affirmatiui huius primæ figuræ nempe *Barbara*, & *Darij*: alterum principium est *dici de nullo*, quod scilicet, quidquid vniuersaliter negatur de aliquo subiecto, negatur etiam de quouis contento sub tali subiecto, vt si *lapis* vniuersaliter negatur de *animali*, negatur etiam de *homine*, qui continetur sub animali, sic.

Ce	*Nullum animal est lapis*.
la	*Omnis homo est animal*:
rent	*Ergo Nullus homo est lapis*.

74 In his fundantur duo modi negatiui, nempè *celarent*, & *ferio* [illegible] in *barbara*, & *celarent* possit etiam inferri conclusio particularis nempe *barbari*, & *celaro*, non oportuit formasse hos duos modos; nam syllogismus, qui infert conclusionem vniuersalem, potest etiam inferre particularem, nec distinctus modus erat assignandus.

Quoad secũdam, & tertiam figuram, communiter dicitur, quod sunt imperfectæ, & vt appareat necessitas concludendi, quod sunt reducendæ ad primam, quæ est perfecta; attamen secunda fundatur in hoc principio, *quando aliquid vniuersaliter negatur de aliquo, negantur etiam omnia, quæ continentur sub eo, quod negatur*: sic quia negamus de *lapide animal* negamus etiam de *lapide hominem*, & *leonem*, qui continentur sub *animali* vt

Ce	*Nullus lapis est animal*:
sa	*Omnis leo est animal*:
re	*. Ergo Nullus Leo est lapis*.

Tertia autem figura fundatur in illo communi axiomate, *quæ sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se, prout identificantur cũ illo tertio; & quæ non sunt eadem vni tertio, non sunt eadem inter se*, sic quia dicitur *hominem esse idem cum risibili, & rationali, concludimus, quod* rationale sit *idem cum risibili*. vt

Di	*Aliquis homo est rationalis*:
sa	*Omnis homo est risibilis*:
mis	*Ergo aliquod risibile est rationale*.

Hinc infertur primam figuram principaliorem locum obtinere: quia in ipsa infertur omne genus conclusionis, affirmatiua; negatiua. vniuersalis: particularis, & in secunda figura non potest esse conclusio affirmatiua; nec in tertia vniuersalis, vt mox dicemus.

De Regulis harum Figurarum. Cap. V.

Vt facilius cognoscatur, quando conclusio aliqua in aliqua figura sit bona, sunt obseruandæ nonnullæ Regulæ, quarum aliquæ sunt omnibus figuris communes, aliquæ alicuius tantum particulares: primo de communibus, deinde de particularibus. 75

Prima Regula est, medium terminum, saltem in aliqua præmissarum debere completè distribui; defectu huius Regulæ multæ inferuntur conclusiones, quæ prima facie videntur benè inferri, cum reuera falsò inferantur. Vt autem cognoscatur, quando medius terminus sit distributus, est obseruandum, tunc esse distributum, quando vniuersaliter accipitur; tunc autem accipitur vniuersaliter, si sit subiectum, quando afficitur signo vniuersali siue indefinite [illegible] materia necessaria: quando vero medius terminus est prædicatum, si propositio sit vniuersalis negatiua, tunc ratione negationis, quæ est malignantis naturæ distribuitur prædicatum, & subiectum. In vniuersali affirmatiua solum subiectum ratione signi remanet distributum: in particulari affirmatiua, nec prædicatum, nec subiectum; in particulari verò negatiua solum prædicatum: vnde si conficiam talem syllogismum. *Aliquis homo est doctus; aliquis ignarus est homo; ergo aliquis ignarus est doctus*: Ecce quod sequitur falsa conclusio: quia medius in neutra præmissarum vniuersaliter sumitur, quod si ly *homo* distribueretur, acciperetur in minori hoc pacto, *aliquis ignarus est omnis homo*; & tunc sequeretur conclusio; sed minor esset falsa.

Secunda Regula: nullus terminus est distribuendus in conclusione, qui non fuerit distributus in aliqua ex præmissis: conclusio enim non potest esse amplior præmissis: vnde non valet. *Omnis homo est rationalis: omnis homo est substantia, ergo omnis substantia est rationalis*; quia ly *substantia* est distributa in conclusione, cum non fuerit distributa in præmissis. quod si quando sequitur, est ratione materiæ. 76

Tertia Regula, ex duabus negatiuis nihil sequitur; & ratio est: quia medius terminus nullam habet connexionem cum extremis; vnde non potest esse ratio, cur cognoscamus extrema inuicem vniri, vel seiungi v. g. *nullus homo est irrationalis: nullus Equus est homo*: ergo *nullus Equus est irrationalis*.

Quarta regula. ex duabus particularibus nihil concluditur ratione formæ: licet benè ratione materiæ, & ratio est, quia medius in nulla præmissarum esset distributus v. g. *aliquis homo est substantia. aliquis homo non est lapis, ergo aliquis lapis non est substantia*. tamen ratione materiæ aliquando concluditur. *aliquis homo est rationalis, aliquod risibile est homo, ergo aliquod risibile est rationale*.

Quinta regula. altera præmissarum existente negatiua, vel particulari,& conclusio etiam erit particularis, & negatiua,quia conclusio sequitur debiliorem partem; & ratio est; quia conclusio non debet esse amplior præmissis; alioquin aliquis terminus distribueretur in conclusione, qui non esset distributus in præmissis.

Sesta regula. in quolibet Syllogismo termini non debent esse nec plures nec pauciores tribus: in hoc peccant syllogismi,qui constant terminis æquiuocis, vel analogis, vel diuersimodè supponentibus: hi enim censentur constare quatuor terminis, ac si distinctè explicarentur. Hæ sunt regulæ omnibus figuris communes, modò de particularibus vniuscuiusque.

77 Prima ergo Regula pro prima figura,in modis directè concludentibus est.ex minori negatiua nihil infertur, & proinde non valet. *omnis homo est animal; nullus equus est homo; ergo nullus equus est animal*; & ratio est; quia cum minor sit negatiua pariter & conclusio, maior extremitas distribuitur in conclusione, cum non sit distributa in præmissis: à non distributo autem ad distributum non est illatio.

Secunda regula. ex maiori particulari nihil sequitur. vndè non valet *aliquod viuens est homo;omnis equus est viuens; ergo aliquis equus est homo*; & ratio est;quia cum in maiori medius terminus particulariter accipiatur, & in minori sit prędicatum affirmatiuum, remanet in vtraque indistributus, & non potest niti fundamento *dici de omni*, & sic nihil concluditur.

Prima Regula pro secunda figura. ex duabus affirmatiuis nihil concluditur; cum enim in hac figura mediũ semper prędicetur,in nulla distribuitur, si in vtraque affirmatur;vnde nihil sequitur,nec habebit fundamentum huius regulæ, *quando aliquid negatur de aliquo, negatur etiam contenta sub illo*. Sic non valet. *Omnis homo est animal: Omnis equus est animal: ergo omnis equus est homo.*

Secunda regula.ex maiori particulari nihil sequitur; sic enim fiet processus à non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis, v. g. *aliquod animal est homo: nullus canis est homo*,ergo *nullus canis est animal*.

Prima regula pro tertia figura.minori existente negatiua nihil sequitur. sic non valet, *omne rationale est animal, aliquod rationale non est equus;ergo aliquis equus non est animal*. Fit enim illatio à non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis,scilicet Ly *animal*.

Secunda regula in hac figura conclusio nunquam potest esse vniuersalis, & ratio est,quia cum medius terminus semper subijciatur in minori,quę ex pręcedenti regula non potest esse negatiua, minus extremum non distribueretur, distribueretur verò in conclusione, si esset vniuersalis,vnde fieret processus ex parte minoris extremitatis à non distributo ad distributum: vndè non valet: *omnis homo est rationalis:omnis homo est viuens:ergo omne viuens est rationale*. Ecce quod Ly *viuens* sumitur vniuersaliter in conclusione,non autem in minori.

De modis indirectè concludentibus. *Caput. VI.*

78 Explicatis modis directè concludentibus, sequitur vt de indirectis agatur. Notandum autem pro maiori intelligentia, hos modos ideò vocari indirectè concludẽtes,quia scilicet in conclusione non prędicatur maior extremitas de minori,sicuti in cęteris, quos directos vocamus; sed è contra minor prędicatur de maiori. hi autem modi indirectè concludentes, sunt quinque *Baralipton. Celantes. Dabitis. Fapesmo Frisesomorum*.& primi tres nihil differunt à primis *Barbara. Celarent. Darij*: nisi quod colligunt conclusionem indirectam conuertendo conclusiones, quæ sequuntur ex illis tribus modis; nam si in *Barbara* concludebatur *Omnis homo est substantia*; in *Baralipton*. seruatis ijsdem pręmissis, & eodem modo dispositis, concluditur *aliqua substantia est homo*,quę est propositio,in quam conuertitur conclusio in *Barbara*

Reliqui verò duo modi magis differunt; nam in *Fapesmo* minor est negatiua,sic.

Fa *Omnis mens est substantia:*
Pes *Nullum corpus est mens*
Mo *Ergo aliqua substantia non est corpus.*

Et in *Frisesomorum* maior est particularis,sic.

Fri *Quædam Arbor est viuens:*
Se *Nullum animal est arbor:*
Som *Ergo aliquod viuens non est animal.*

Qui duo sunt contra regulas assignatas superius, & vt appareat in istis ratio illationis, aliter probari non possunt, nisi, vel reducendo illos ad aliquem ex perfectis via ostensiua;vel deducendo ad impossibile;sicuti probantur, tum hi quinque;tum etiam modi secundę, & tertię figurę, vt statim dicetur.

De reductione Syllogismorum imperfectorum ad perfectos. Caput. VII.

Notandum est autem,ante omnia,ex omnibus modis 79
enumeratis, solum quatuor primos primę figurę vocari perfectos, cęteros imperfectos; quia licet modi secũdę,& tertiæ figuræ, benè concludunt, & inferant conclusionem,quam debent inferre,prędicando maiorem extremitatem de minori, quia tamen in eis non apparet statim ac euidẽter bonitas modi inferendi, sicuti in quatuor primis primæ figuræ;nisi reducantur ad aliquem ex illis quatuor,dicuntur etiam ipsi imperfecti. & de hac reductione modò tractatur.omnes ergo syllogismi imperfecti reduci possunt ad perfectos;vel via ostensiua,quæ fit per conuersionem propositionis; vel deducendo ad impossibile.

Pro reductione via ostensiua sciendum,quod modi imperfecti non reducuntur ad quemlibet ex perfectis; sed ad illum tantum,qui est eiusdem literæ initialis,v.g.*Baralipton*,ad *Barbara*,*Fapesmo* ad *Ferio*.

Est autem aduertendum in his modis reperiri quatuor consonantes nempè *S.P.M.C.* quæ indicant modum reductionis, S. significat propositionem,quam designat vocalis præcedens,esse conuertendam simpliciter. P. significat esse conuertendam per accidens. M. significat esse transponendas præmissas.C.verò significat talem modum non posse reduci via ostensiua, sed necessario esse reducendum ad impossibile. Ecce versus.

Simpliciter verti vult S. P. verò per Acci.
M. vult transponi. C. vero ad impossibile duci.

Demus exemplum in *Camestres*, in quo, quia habemus *M*. denotat pręmissas esse transponendas;quia vero post. *E*. habemus *S*. significat minorem, & conclusionem esse conuertendas simpliciter, & sic erit argumentum in *Celarent*.

Ca *Omne Animal est substantia:*
Mes *Nulla qualitas est Substantia:*
Tres *Ergo nulla qualitas est Animal.*

Dicamus.

Ce *Nulla substantia est qualitas*. Minor conuersa simpliciter transmutata.
La *Omne Animal est substantia*
Rent *Ergo Nullum animal est qualitas*. Conclusio conuersa simpliciter.

Vis huius reductionis ostensiuæ cõsistit in hoc; quia dũ 80
nihil aliud facimus, quam propositiones conuertere secũdũ regulã bonæ consequentiæ,vel præmissas transmutare. quasi ad nutum ostendimus, & quasi digito demonstramus efficaciam syllogismi imperfecti, demõstrando eamdem conclusionem in syllogismo perfecto.

Quod totum,vt habet Toletus *libro quarto suæ introductionis capite 9*.fundatur in hoc,quod *quidquid sequitur ex consequenti,in bona consequentia. sequitur etiam ex antecedente*; sed argumentari à propositione conuertente ad conuersam est bona consequentia,cum conuertens sit cõsequens ad conuersam;ergo ostendendo eamdem conclusionem in modo perfecto per solam conuersionem propositionis,quæ sequebatur in perfecto, est ostendere optimam fuisse illam consequentiam, quæ rectè modò infertur ex conuertente,& tunc inferebatur ex conuersa, v. g. quod infertur ex hac,*nullus lapis est animal*, in bona consequentia infertur etiam ex sua conuertente, *nullum animal est lapis*: si ergo est bona consequentia in *Celarent*, *nullus homo est lapis*, quæ infertur ex his, *nullum animal est lapis;omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis*, bona erit in *Cæsare* & ista,*nullus homo est lapis*, quæ infertur ex istis. *nullus lapis est animal; omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis*,supposito illo fundamento, *quidquid infertur ex consequenti,infertur etiam ex antecedente*; & hoc facimus reducendo syllogismos imperfectos ad perfectos.

Aduertendum tamen, quod aliquando seruatis prædictis regulis non sequitur eadem Conclusio in modo perfecto, & imperfecto, quare tunc est formandus syllogismus in modo perfecto, ad quē reduci debet, & postea cōuertere eius Conclusionem, cuius conuertens erit eadem cum Conclusione syllogismi imperfecti; & sic innotescet illam fuisse veram; quia existente vera conuersa, existit vera & conuertens. v. g. in *Baralipton* est Conclusio. *aliqua substantia est homo*; si reducitur ad *barbara*, erit, *omnis homo est substantia*. ecce quod non est eadem cū illa in modo imperfecto; tamen, si formato argumento in *barbara*, *omne animal est substantia*. *omnis homo est animal*: *ergo omnis homo est substantia*, deinde conuertatur conclusio, conuertens erit, *aliqua substantia est homo*; quæ erat Conclusio in *Baralipton*; sicque ostenditur eadem Conclusio in [illegible]. Hic autem casus datur tantū modo quando reperitur *P.* vel *S* post tertiam vocalem, his exceptis, seruandæ sunt regulæ generales prædictæ, & absque quod [illegible] modi perfecti conuertatur erit eadem per [illegible] reductionem modi imperfecti ad perfectos, vt patebit consideranti.

81 Possunt etiam reduci argumentum ad perfectos modos deducendo [illegible] ad impossibile, nempe, quod admissis [illegible] & [illegible] syllogismi imperfecti, si negetur consequentia, [illegible] tenetur concedere duas contradictorias [illegible], quod est impossibile, ergo ne [illegible] in [illegible] aduersarius, cogitur concedere consequentiam [illegible] modo. Sumitur cōtradictorium conclusionis [illegible], nam si non est vera conclusio, erit vera [illegible] contradictoria, & adsumitur aliqua præmissarum [illegible] aduersarius concessa, & infertur per syllogismum [illegible] contradictorium alterius præmissæ iam concessæ. v. g. [illegible] *baroco*.

Ba	*Om[illegible] animal.*
ro	*Aliqua [illegible] non est animal.*
co	*Ergo Aliqua [illegible] non est homo.*

[illegible] præmissis [illegible] conclusionem, [illegible] est [illegible] hæc propositio, *aliqua substantia non est homo*, pro te est falsa: ergo vera erit eius [illegible] *omnis substantia est homo* modò sic.

Ba	*Omnis homo est animal.* Maior concessa.
r	*Omnis substantia est homo.* Contradictorium conclusionis negatæ.
ra	*Ergo Omnis substantia est animal.* Contradictorium minoris concessæ.

[illegible] in *barbara* deducitur ad impossibile [illegible] in *baroco*: [illegible] cogitur [illegible] minorem, quam antea concesserat pro vera.

Sed autem [illegible] regulæ vt faciliter, operemur. In modis [illegible] præter *celantes*, sumitur contradictorium conclusionis negatæ. & maior concessa, & [illegible] contradictorium minoris concessæ sic.

Ba	*Omne animal est substantia.*
ra	*Omnis homo est Animal.*
lipton	*ergo Aliqua substantia est homo.*

82 Deducitur ad impossibile sic.

Ce	*Nulla substantia est homo.* Contradictorium conclusionis negatæ.
la	*Omne animal est substantia.* Maior cōcessa.
rent.	*Ergo Nullum animal est homo.*
	Ergo aliquis homo non est animal; quæ est contradictorium minoris concessæ.

In *celantes* verò sumitur contradictorium conclusionis negatæ, & minor concessa, & infertur contradictorium maioris concessæ, vt

Ce	*Nullus lapis est homo*
lan	*Omnis iaspis est lapis*
tes	*Ergo Nullus homo est iaspis.* Deduc dicēdo.
Da	*Omnis iaspis est lapis.* Minor concessa.
ri	*Aliquis homo est iaspis.* Contradictorium Conclusionis negatæ.
j	*Ergo Aliquis homo est lapis.* Contradictorium maioris concessæ.

In modis [illegible] figuræ ex contradictorio Conclusionis negatæ & minori concessa colligitur contradictorium maioris concessæ.

Aduertendum est autem solum *Brocardo*, & *Barocco* non posse reduci ad modos perfectos via ostensiua; sed tantum deducendo ad impossibile. patet ex littera *C*, quę ducit ad impossibile ex dictis.

Vt autem sciatur ad quem ex modis perfectis isti imperfecti reducantur, cum deducitur ad impossibile; notandæ sunt hæ quatuor dictiones *nesciebatis*, *odiebam*, *Letare*, *Romanis*. in quibus sunt quatuor vocales *A E I O*, quæ denotant quatuor modos perfectos primæ figurę *A barbara*, *E celarent*, *I Darij*, *O Ferio*; præterea prima dictio constat quinque syllabis, quę denotant quinque modos imperfectos primæ figuræ.

Secunda dictio constat quatuor, quæ denotant quatuor modos secundæ figuræ. duæ vltimæ dictiones habent sex syllabas: insuper prima syllaba primæ dictionis stat pro primo modo primæ figuræ, secunda pro secundo: similiter prima syllaba secundæ dictionis stat pro primo modo secundæ figuræ: prima in tertia pro primo modo in tertia figura, & sic de cęteris. Modo cum reducendus est syllogismus, primò considerare oportet, in qua figura sit, & an sit primus, vel secundus in illa figura: quo cognito, considerandum est, cui dictioni ex quatuor, & cui syllabæ in illa dictione respondeat, & ad modum, quem denotat vocalis, quæ est in illa syllaba erit reducendus. v. g. in *Cesare*, *nullum animal est lapis*: *omnis iaspis est lapis*, *ergo nullus iaspis est animal*; negata consequentia deducere vólo ad impossibile; vt sciam ad quem ex modis primæ figuræ sit reducendus, Considero *Cesare* esse primum modum secundæ figuræ, insuper secundæ figuræ correspondere dictionem secundam *Odiebam*, & consequenter cum sit primus modus per primam syllabam denotari; video vlterius in prima syllaba reperiri vocalem *O*, quæ significat *Ferio* in prima figura; à primo ad vltimum Cognosco *Cesare* esse reducendum ad *Ferio* sic, *nullum animal est lapis*, *aliquis iaspis est animal*, ergo *aliquis iaspis non est lapis*.

Aduertendum primò reducendo ad impossibile non semper inferri veram contradictoriam alicuius præmissę: 83
sed aliquando contrariam; quia tamen illa deducta facile est contradictoriam inferre; ideò dicitur deducendo ad impossibile, inferri contradictoriam; vel etiam sic dicitur; quia vt plurimum accidit. Habes huius doctrinæ exemplum supra.

Aduertendum vltimò Aristotelem, teste Diuo Thoma, *tractatu de syllogismo simplici*, *capit tertio in fine* etiā duos modos particulares primę figurę reduxisse ad primos duos eiusdem primę figurę non immediate; sed mediate, reducendo primo ad impossibile ad secundam figuram, quo modo deducuntur ad impossibile modi secundę figurę cum maiori, & contradictorio conclusionis negatę infertur contradictorium minoris concessę: deinde via ostēsiua reducendo ad *Barbara*, vel *celarent*, prout litera initialis demonstrat. *Dary* reducitur per impossibile ad *Camestres*; deinde via ostensiua ad *Celarent*. *Ferio* verò deducitur ad *Cesare*, deinde via ostensiua ad *Celarent*: hinc quę patet solos duos primos modos esse perfectissimos: cum ad ipsos omnes reducantur, ipsi vero ad nullum reduci possunt.

De modo inueniendi medium terminum. Caput VIII.

Ex dictis suppono quemlibet syllogismum tribus constare terminis, prędicato, & subiecto conclusionis, & quodam alio, qui Conclusionem non ingreditur, & dicitur medius terminus, qui vt medium adhibetur ad ostendendam conuenientiam, vel disconuenientiam prędicati Conclusionis cum subiecto. Igitur quod modò quęrimus est, quomodo nos gerere debeamus, vt statim reperiamus aliquem terminum, qui sit medium aptum ad Aliquam conclusionem probandam. 84

Quia verò medius terminus, modò debet esse antecedens, modò consequens, modò extraneus ad aliquod de extremis; ideò pro ipsorum intelligētia Notandum tunc medium dici antecedens ad aliquod extremum: quando infert illud, non autem infertur v. g. *homo* dicitur antecedens ad *animal*; quia valet est *homo*, *ergo animal*: non autem è contra, *est animal*, *ergo est homo*; tunc autem dicitur consequens, quando infertur ab extremo, [illegible] eodem exemplo, *animal* est consequens ad [illegible] infertur enim animal ab homine, non [illegible] dicitur extraneus, quando omninò [illegible] lam conuenientiam habent ad [illegible] v. g. *animal* [illegible] est *lapis*;

lapis; *lapis* dicitur extraneus respectu *animalis*; sepè tamen erit inuenire aliquos terminos, qui mutuo inferuntur, & dicuntur conuertibiles; quia mutuo conuertuntur, hi possunt esse antecedens, & consequens ad inuicem, vt *homo, rationalis, risibilis*, valet enim *est homo, ergo rationalis, rursum est rationalis, ergo homo*. Modo

Ad colligendam propositionem vniuersalem affirmatiuam accipiatur terminus, qui sit consequens subiecti, & antecedens ad prędicatum, & erit medium aptum. V. G. ad concludendum *omnis homo est substantia*, accipiatur *animal*, quod est inferius prædicato, nempè *substantia*, & consequens, & superius subiecto, nempè *homo*; & dicatur, *omne animal est substantia*; *omnis homo est animal*, *ergo substantia*, & dicatur omne animal est substantia: omnis homo est animal, ergo substantia.

85 Ad colligendam propositionem particularem affirmatiuam sumatur medium, quod sit antecedēs ad subiectum, & ad prędicatum, & hoc in modis directis: vt ad probandum, *aliquod animal esse substantiam*, sumatur *homo*: & bene inferetur; *omnis homo est substantia*: *aliquod animal est homo*; *ergo aliquod animal est substantia*; & hoc in quacunque figura.

Ad colligendam vniuersalem negatiuam accipiatur medium consequens subiecti, & extraneum prędicati, & inferetur. V. G. ad inferendum: *nullus lapis est animal*, accipiatur, *insensibile*, sic, *nullum insensibile est animal*: *omnis lapis est insensibilis*: *ergo nullus lapis est animal*. Excipe *Camestres*, qui cum habeat primam vniuersalem affirmatiuam, & sit in secunda figura, debet sumi medium consequens prędicato & extraneum subiecto, & tunc medium erit optimum, vt experienti patebit.

Ad colligendam particularem negatiuam accipiendus est terminus, qui sit antecedens subiecti, & extraneus prędicato. V. G. cupimus inferre, *aliquis lapis non est animal*. Sumatur iaspis, & dicatur, *nullus iaspis est animal*: *aliquis iaspis est lapis*: *ergo aliquis lapis non est animal*: valet in quocunque modo cuiuscunque figuræ.

Hic etiam excipe *Baroco*, qui cum habeat vniuersalem affirmatiuam exposcit medium consequens prędicato, & extraneum subiecto. Ver. Gr. ad concludendam eamdem Conclusionem: *aliquis lapis non est animal*, sumatur *sensibile*, hoc pacto: *omne animal est sensibile*: *aliquis lapis non est sensibilis*, *ergo aliquis lapis non est animal*.

86 Quoad modos indirectè concludentes hoc vnum est obseruandum, vt ille terminus, qui est subiectum in conclusione sit maius extremum in pręmissis; qui vero est prędicatum sit minus extremum. Vnde si velim eamdem met conclusionem, *aliquis lapis non est animal*, concludere indirectè, ly *animal* debebit collocari in minori propositione, *lapis* verò in Maiori; cum in modis indirectis minus extremum prædicetur de maiori in conclusione: hoc obseruato.

Ad concludendum in *Dabitis*, & *Baralipton*, sumatur medium antecedens subiecto, & consequens prędicato, v. g. ad concludendam *aliquam substantiam esse hominem*, sumatur *animal*, hoc pacto, *omne animal est substantia*, *omnis homo est animal*; *ergo aliqua substantia est homo*.

Ad concludendum autem in *Fapesmo*, & *Frisesomorum* accipiatur medium, prout ad affirmandum particulariter negatiuè, cum aduertentia, vt supra de collocando subiectum conclusionis pro maiori extremo, prędicatum pro minori: ver. gr. in *Fapesmo* probatur eodem medio eadem conclusio, quæ supra probata fuit in *Ferison*, nempe *aliquis lapis non est animal* sic. *Omnis Iaspis est lapis*: *nullum animal est Iaspis*; *ergo aliquis lapis non est animal*.

Eadem obseruatione adhibita concludenter in *Celantes* indirectè; sumendo enim prout in *Camestres*; videlicet extraneum subiecto, & consequens prędicato. Et ecce Maiori facilitate, & breuitate, qua potuimus explicatam artem inueniendi medium ad concludendum in quocumque modo, quam ob solam difficultatem antiqui appellarunt pontem asinorum; quia inintelligibilis reddebatur omnibus, qui tardi erant ingenij; & insuper addo, quod hæc ars magis acquiritur exercitio, quam certis regulis.

De Syllogismo Expositorio, & reliquis Speciebus argumentandi. Cap. IX.

87 Ante omnia sciendum est, excepto Syllogismo modali, & ex obliquis, omnes alios infra explicandos non teneri illis regulis, quas vnicuique assignauimus, quare in his non erit laborandum.

Syllogismus expositorius est argumentatio, cuius medium est terminus singularis: talis est iste. *Petrus est logicus*; *Petrus est homo*; *ergo homo est logicus*: iste Syllogismus habet maximam vim, & efficaciam; nam intellectus nequit disentire ab hoc principio per se noto, *quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*; & hoc principium est fundamentum sillogismi expositorij, & maximè euidenter, apparet in illo; nam cum in pręmissis sillogismi expositorij affirmatiui cognoscamus, quod maius, & minus extremum sunt vnum medio termino, intellectus naturali lumine cogitur assentiri conclusioni, in qua affirmatur Maius, & minus extremum esse idem inter se: idem erit in sillogismo expositorio negatiuo, qui nititur huic principio etiam naturali lumine noto, *quæ non sunt eadem vni tertio; non sunt eadem inter se*.

Quia vero termini singularis magis est proprium esse subiectum, quam prædicatum: quia vt diximus, prędicatum est vniuersalius subiecto, vel saltem non magis particulare; ideò sillogismi expositorij potissimum efficiuntur in tertia figura, in qua medius terminus est subiectum, vt *Socrates est sapiens*: *Socrates est Pauper*, *ergo pauper est sapiens*. Possunt tamen effici etiam in prima; nam medius terminus licet sit singularis, potest in minori prędicari de alio termino singulari, v. g. *Petrus est albus*; *hic homo est Petrus*; *ergo hic homo est albus*.

Possunt etiam fieri in secunda figura, immò, & concludere affirmatiuè, vt, *Tullius est Cicero*; *hic homo est Cicero*; *ergo hic homo est Tullius*; nam etiam in ista valet idem 88
principium, *quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*, subiecta enim pręmissarum sunt eadem cum medio termino, qui prędicatur de ipsis.

Syllogismus modalis est, qui constat propositionibus modalibus: circa quod tantum est obseruandum, in sillogismo modali varias combinationes confici posse, prout fecit Philosophus *primò priorum a capite octauo*, vel enim ambæ premissæ erunt modales, & si sic, vel ambæ de necessariò, vel ambæ de contingenti, vel altera de contingenti, & altera de necessario; & in hoc maxima varietas esse potest iuxta triplicem figuram, & multiplices modos figurarum: vel ex pręmissis altera erit de modo, altera de inesse tantum, & prout variabitur constructio syllogismi, variabitur & conclusio; quia tamen parum est in vsu huiusmodi syllogismus; ideò omittimus varias ipsius regulas afferre, qui vult videat Toletum *lib. 6. capite 16*. D. Thom. *tractatum de syllogismo simplici capite 13 & sequentibus*, & Expositores Aristotelis *vbi supra*.

Alius syllogismus est ex obliquis, qui scilicet constat propositionibus constantibus terminis obliquis, & non rectis; vt *Omnis Creatura est Dei*: *Angelus est Creatura*; 89
ergo Angelus est Dei: *in homine est sensus*: *Petrus est homo ergo in Petro est sensus*: isti Syllogismi optimè concludūt, & necessariò: quia verò in his propter similitudinem terminorum facilè est errare, vt in isto: *in homine est sensus*; *Petrus est homo*: *ergo Petrus est sensus*: Ideo resolnendę sunt propositiones, & dicendum in prima, *homo est habens sensum*: *Petrus est homo*: *ergo Petrus est habens sensum*, & est optima, & generalis regula, vt tollatur omnis occasio erroris tradita ab Aristotele *primo priorum capite 37*.

Alius syllogismus est hypotheticus, qui scilicet constat propositionibus hypotheticis, constat autem, vel vtraque pręmissa hypothetica, & infert conclusionem hypotheticam, sic.

Si moueris, non stas in eodem loco:
Si curris, Moueris:
Ergo si curris non stas in eodem loco.

Vel constat ex maiori hypothetica, & minori cathegorica, & sic infert conclusionem cathegoricam tali pacto.

Si moueris, non stas in eodem loco:
Sed moueris:
Ergo non stas in eodem loco.

Est autem triplex, sicut triplex est propositio hypothetica, conditionalis, disiunctiua, & copulatiua; conditionalis habet duos modos argumentandi. Primo à positione antecedentis ad positionem consequentis, vt *si Petrus est homo, est animal*: *sed Petrus est homo*. *ergo est animal* 90
Secundo possumus argumentari a destructione consequentis ad destructionem antecedentis: sic, *si est homo est animal*

mal: non est animal: ergo non est homo.

Disiunctiuus dupliciter arguit. primò ponendo vnam partem & inferendo negationem alterius, vt *vel est accidens, vel est substantia. sed est accidens; ergo non est substantia.* Secundò negando vnam partem, & inferendo affirmationem alterius, vt *vel est accidens, vel est substantia: non est accidens; ergo est substantia.*

Copulatiuus parum vtilis est: ideo nihil de eo dicendũ, videat qui vult Toletum *lib. 4. cap. 17.* nos ea tradere intendimus, quæ ad aliquid possunt deseruire in progressu studiorum.

Est etiam aliud genus argumẽtationis optimum, quod dicitur enthymema; & est, quando prolata vna sola propositione argumenti infertur conclusio; vt, *omne animal est substantia; ergo omnis homo est substantia*, dicitur Enthymema, quasi Enthymo; hoc est in anima: quia altera præmissa, quæ omittitur, in anima manet, & si aduersarius neget conclusionem, proferenda est, v.g. in narrato argumento, si aduersarius neget conclusionem. *Omnis homo est substantia*: post maiorem; *omne animal est substantia*, debemus proferre minorem; *omnis homo est animal*; & sic erit argumentum perfectum.

Est autem sciendum quod potest fieri Enthymema per maiorem, & conclusionem, retinendo minorem, vel per minorem & conclusionem retinendo maiorem, v. g. *omnis homo est animal; ergo omnis homo est substantia.*

91 Aliquando tamen non sufficit subijcere vnam propositionem, sed necesse est probare conclusionem Enthymematis per duplicem syllogismum: & hoc fit, quando termini sunt omnino diuersi in antecedente, & consequente. *omne animal currit: ergo omnis homo mouetur*, nam cum non possit dari syllogismus in quatuor terminis, est necessè probare consequentiam per duplicem syllogismum, sic

Omne animal currit.
Omnis homo est animal.
Ergo Omnis homo currit. Postea

Omne, quod currit, mouetur:
Omnis homo currit:
Ergo Omnis homo mouetur.

Inductio est quando ex singularibus colligimus vniuersale, & ex omnibus indiuiduis colligimus aliquid de specie, v.g. *Petrus est nobilis; Ioannes est nobilis; Antonius est nobilis: ergo omnis homo est nobilis*: sed aduertendum est in inductione debere omnia particularia colligi, alioquin non concludit necessariò, & habet tantum vim exempli, si verò inductio colligit omnia particularia habet vim perfecti syllogismi; nam partes quæ numerantur sumuntur pro medio termino sic, *Omnis homo, Omnis Equus, Omnis Leo & ceteræ species sunt corpus sed omne animal est homo, Equus, Leo, & ceteræ species: ergo omne animal est corpus.*

Exemplum est imperfecta argumentatio, in qua ab vno singulari aut particulari, aut à pluribus particularibus aliquod singulare, vel particulare infertur ratione proportionis aut similitudinis quam habet cum iis, per quæ probatur, vt *Magdalena per penitentiam impetrauit remissionem peccatorum: ergo, & Petrus impetrabit si egerit penitentiam*: & hoc etiam genus argumenti reducunt aliqui ad formam syllogisticam, vt habeat perfectam vim: vide Vallium *parte 3. suæ introductionis cap. 15.* sed tunc non est amplius purum exemplum.

Addi solet dilemma, & est, quando positis duobus, vel pluribus membris, vtrumq; reprobamus, vt reprobemus totum, v.g. *si est animal, est vel rationale, vel irrationale; sed neutrum est: ergo non est animal.* hic modus argumentandi est vsitatissimus, & optimus: Dilemma dicitur de duobus tantum: si autem membra sint plura est eadem species argumentationis; sed rigorosè non potest dici dilemma, quod dicitur tantum de duobus. De his modis argumentandi plura habet Toletus *lib. 4. a capite 14.*

De Syllogismo Topico, seu Dialectico. Cap. X.

92 HVcusque actum est de formis argumentandi, precipuè de Syllogismo inter omnes formas primario, quem magis attendit bonus dialecticus. nunc de eodem syllogismo restat agẽdum quoad materiam, ex qua conficitur, quæ quidem quatruplex est, vt supra diximus.

Et quoniam de syllogismo demonstratiuo in logica diffusè agemus *super libros posteriorum*, non est cur hic de eo agamus, pariter cum pseudographus sit bonus tantum apparenter, quo etiam modo est Sophisticus; Ideo restat, vt agamus solum de Topico, seu Dialectico, & Sophistico. de Topico *hoc capite*. de sophistico *cap. sequenti.*

Syllogismus topicus est ille, qui, vt diximus, procedit ex præmissis tantum probabilibus, vel saltem ex vna probabili, atque adeò nunquam parit scientiam; sed tantum opinionem: inuentus est autem hic syllogismus vt de vnaquaque re dubia in vtramque partem possimus disputare. vnde obiectum huius syllogismi est omne problema, quod in vtramque partem disputari solet, v.g. an diuitię sint bonæ nec ne; an scientia sit pluris facienda, quam sanitas, propositio verò probabilis dicitur illa, quæ probatur, vel omnibus, vel sapientibus, vel plurimis ex illis: Vt autem statim occurrere possit medium, per quod probare possimus quamcumque partem propositi problematis, atque adeo conficere syllogismum topicum, tradunt Philosophi quædam loca, vnde media apta eruere possimus, quod egregiè præstitit Aristoteles *in libris Topicorum*, sic appellatis: quia in his docet Methodum construendi aptè, & benè sillogismos topicos, & differit de prędictis locis.

Sedes autem, seu locus, vndè erui possunt media apta ad Syllogismum Topicum, sumptus in genere diuiditur 93
in *maximam*, & in *differentiam maximæ*. *Maxima* est propositio aliqua vniuersalis per se nota, cui innituntur multæ propositiones, quæ desumuntur ad probandam conclusionem intentam, ver.g. *cui conuenit definitio, conuenit definitum*. dicitur *maxima*; quia in ipsa fundatur veritas omnium illarum, in quibus prædicatur aliquod definitum de aliqua re: quia de eodem prædicatur etiam definitio ver.g. *Petrus est animal rationale: ergo est homo.* Totum hoc est verum, quia cum animal rationale sit definitio hominis, si Petrus est animal rationale, est etiam homo: quia, *cui conuenit definitio, conuenit, & definitum.* Ecce quod huic propositioni innititur veritas assertæ argumentationis; & sic omnes propositiones in quibus prędicatur de aliqua re definitio, verum erit quod de eadem prædicabitur, & definitum. Ideo similes propositiones dicuntur *maximæ*. *Differentia maximæ* dicitur ratio illa, in qua conueniunt argumenta, quæ desumuntur ad probandum, & per quam ad inuicem differunt v.g. definitio dicitur *differentia*, quia a definitione desumuntur multa argumenta, & in ipsa sunt multæ *maximæ*, quæ sunt alterius rationis ab illis, quæ desumuntur ab effectibus ab oppositis, & alijs.

Secundo prædicta loca siue sint *maximæ*, siue *differen-* 94
tia maxima; alia dicuntur artificiosa, alia non artificiosa; artificiosa sunt viginti. primus locus est definitionis, secundus descriptionis, tertius annotationis; siuè Ethymologiæ, Quartus coniugatorũ, Quintus partiũ, Sextus Totius, septimus causarũ, Octauus effectuũ, Nonus antecedẽtium, Decimus consequentiũ; Vndecimus præcurrentium, Duodecimus concomitantium, Decimus tertius subsequentium, Decimus quartus similium, Decimus quintus Maiorum, Decimus sextus minorum, Decimus septimus parium, Decimus octauus dissimilium, Decimus nonus oppositorum, Vigesimus repugnantium.

Loca non artificiosa sunt tantum duo, Auctoritas Diuina, & Auctoritas humana. Dicuntur autem hæc duo non artificiosa: quia non sunt inuenta arte Dialectici; sicuti reliqua iam enumerata, quæ ideo dicuntur artificiosa.

Igitur proposita quacumque quæstione, facilè erit ex aliquo, vel pluribus predictorum locorum media eruere ad ipsam probabiliter probandam, v.g. volo probare *Sapientem non esse inuidum*, à loco definitionis, dicam *inuidus affligitur bonis alienis: non sic sapiens; ergo non est inuidus.* Medium desumptum est à loco definitionis, cui innititur tale medium *maxima*, vero est, *cui non conuenit definitio, nec conuenit definitum*; quia enim non conuenit sapienti affligi bonis alienis, quæ est definitio inuidi, nec conuenit esse inuidum, quod est definitum: & sic de cæteris locis, quæ omnia explicat adeo clarè Toletus *lib. 4. à cap. 4.* vt nihil addi oporteat, videat qui vult maximè cum nos tantum ex ipsa rethorica supponam prędictorum locorum iam pręhabitam cognitionem; quare satis sit hic innuisse ad

expli-

explicandā naturam, & modum construendi syllogismum dialecticum.

Hic tandem aduerto ex auctoritate diuina sumi semper argumentum necessarium; ex auctoritate verò humana tantum probabile, quando affertur affirmatiuè; nam quando affertur negatiue, vt plurimum non valet.

De Syllogismo Sophistico, & Fallacijs. *Cap. XI.*

95 Sophista ille dicitur, qui magis appetit videri, quam reuera esse sapiens: à sophista ortum habet; quod syllogismus dicitur sophisticus, seù sophismatis, vt eum appellat Aristoteles 6. *Topicorum capite* 4. est autem ille, vt diximus, qui constat ex propositionibus, quæ videntur veræ, vel probabiles, quamuis sint falsæ: ideo talis syllogismus est falsus, vitiosus, & pseudographus. vtitur autem sophista huiusmodi syllogismo, vt ad aliquod incommodum deducat respondentem in ipsa disputatione.

Incommoda, ad quorum aliquod intendit Sophista adducere respondentem sunt quinque, scilicet. Redargutio, cum respondens cogitur vel negare, quod concesserat, vel concedere quod negauerat. Falsum, cum cogitur concedere, quod manifestè est falsum. Inopinabile, cum cogitur concedere, quod aduersatur omnium opinioni, licet apertè non cognoscatur falsum. Solœcismus, cum cogitur concedere orationem, in qua sit vitium solœcismi, vel barbarismi. Nugatio tandem, cum respondens cogitur inutiliter idem repetere. Loca autem à quibus Sophistæ [illegible] argumenta ad decipiendos disputantes, dicuntur fallaciæ, de quibus hic agendum est, vt ipsis cognitis faciliùs [illegible] omnia sophismata soluantur. De fallacijs tractat Aristoteles in libris *Elenchorum*.

Dupliciter autem potest contingere fallacia; aliquando enim contingit in forma, quando scilicet forma videtur bona, quæ tamen reuera peccat. aliquando autem contingit in materia, & de hac tantum agemus: superius enim [illegible] regulas, tum generales, tum particulares dignoscendi Syllogismos peccantes in forma, vt plura repetere sit superfluum.

96 Fallacia materiæ est, cum occasione materiæ, de qua agitur, [illegible] occasio, & quia fallaciæ materiæ esse possunt tum in voce tum in re, quæ sunt in re fallaciæ dicuntur extra dictionem: & hæ sunt [illegible] numerantur. Fallacia accidentis: à dicto secundum quid ad dictum simpliciter: ignorantiæ Elenchi, petitionis principij, non causæ, vt causæ, & fallacia plurium interrogationum. quæ verò sunt tantum in voce dicuntur fallaciæ dictionis, & sex solent assignari, scilicet, fallacia æquiuocationis. Amphibologię. accentus. compositionis, diuisionis, & figure dictionis, de quibus omnibus singillatim. & primo de fallacijs extra dictionem, quarum prima est.

Fallacia accidentis: pro qua sciendum, quod aliqua possunt esse idem quadrupliciter. primò ea dicuntur vnum, quæ idem prorsus significant, quamuis sub diuersis nominibus, aut modis. hoc modo sunt synonyma, quæ differunt sola voce, vt gladius, & ensis; item definitio, & definitum, quæ differunt tantum voce, & modo significandi: definitio enim explicat distinctè id, quod definitum significat confusè.

Secundò modo dicuntur vnum, quæ cum non significent eandem naturam, vnum tamen est de essentia alterius; sic genus, & differentia sunt idem cum specie, species cum indiuiduis.

Tertio quædam sunt vnum minori vnitate, quia vnum est alteri proprium, puta *homo*, & *risibile*, non tamen *risibile* est de essentia *hominis*.

97 Quartò illa dicuntur vnum, quarum vnum alterum includit, tanquam accidens, vt *homo*, & *album*. ista quatuor non ita sunt vnum, quin inter ea aliqua differentia reperiatur; nec ita diuersa, quin aliquo modo sint vnum; ex quo fit, quod aliqua, quæ vni tribuimus, possumus etiam applicare alteri, aliqua verò tribuuntur, vni, quæ alteri non possunt conuenire; dicimus enim de albo, quod currit, quod sedet, quæ etiam homini conueniunt, & valet dicere, *album currit: ergo homo currit*, alia verò dicimus de albo. scilicet album est in prædicamento qualitatis, quæ homini conuenire non possunt; non enim possumus dicere *album est in prædicamento qualitatis*: & sic vniuersaliter habemus hanc regulam Toleti optimam, quæ vni conueniunt secundum id, in quo ab altero differt, sunt remouenda ab altero: quæ verò non conueniunt secundum id, in quo differt ab altero, sed secundum id, in quo est vnum cum illo, sunt concedenda de vtroque, vel neganda de vtroque, v. g. *album* est idem cum *substantia* secundum suppositum: ergo ea quæ conueniunt *albo* secundum id in quo est idem cum *substantia*, conueniunt etiam *substantiæ*, vt si dico, *album currit: ergo homo currit: homo est sensitiuus; ergo album sensitiuum*: illa vero quæ conueniunt secundum id, in quo ab altero differt, non conueniunt vtrique; sed vni tantum, vt si dico *album est color*, conuenit illi ratione formæ accidentalis, secundùm quam differt à substantia, & non potest prędicari de illa, non enim valet, *album est accidens; ergo homo est accidens*.

Item definitio secundum modum differt à definito: ergo quæ conueniunt definitioni secundum illum modum, quo à definito differt, non conueniunt definito: non enim valet, *animal rationale est definitio: homo est animal rationale: ergo homo est definitio*: nam esse definitionem cōuenit his particulis. *animal rationale* secundum modum, in quo differunt ab homine, & sic in quacumque ex assignatis vnitatibus, & diuersitatibus est afferre exemplum huius fallaciæ, ex quibus remanet nota fallacia accidentis, quæ fit quoties tribuimus vni omnia, quæ tribuimus alteri, quæ tamen non illi conueniunt, secundum quod est vnum cum altero; existimantes propter identitatem, & vnitatem id licere; sed ei conueniunt prout differt ab alio.

Fallacia consequentis est quando argumentamur à termino consequenti ad antecedens affirmatiuè, vel a termino antecedenti ad consequens negatiuè, intellige in illis terminis, qui non sunt inuicem anteceden[s], & consequens, exemplum huius fallaciæ fit, *qui dicit te esse Equū, dicit te esse animal; sed Paulus dicit te esse animal: ergo dicit te esse Equum*, vel à negatione in eodem exemplo sic: *qui dicit te esse Equum, dicit te esse animal; sed qui dicit te esse Equum, falsum dicit: ergo qui dicit te esse animal, falsum dicit*. 98

Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter est quando argumentamur à dicto diminuto ad dictum absolute; vt *Aethiops est albus secundum dentes: ergo Aethiops est albus. non licet sacrum facere in mari: ergo non licet sacrum facere*. ad hanc fallaciam reducitur, quando à dicto simpliciter de toto procedimus ad partem in qua est diminutio, vt *Aethiops est niger: ergo est niger secundum dentes*.

Fallacia ignorantiæ Elenchi, pro qua sciendum, quod Elenchus est Syllogismus redargutiuus, scilicet inferens, & probans contradictorium eius, quod concessum est, vel simul duo inferens contradictoria, si verè probat est verus Elenchus; si verò nullè non ex defectu formæ syllogisticæ; sed quia probat tantum contradictionem apparentem, dicitur arguens ignotare Elenchum, seu redargutionem, & fit quatuor modis, primò quando contradictoria non sumantur respectu eiusdem, vt *numerus ternarius excedit binarium, & non excedit quaternarium: ergo excedit numerum, & non excedit*. Secundò quando non sumuntur affirmatio, & negatio, secundum idem. vt, *hoc corpus est duplum ad illud secundum longitudinem, & non est duplum ad ipsum secundum latitudinem: ergo est duplum, & non est duplum respectu eiusdem*. Tertiò quando non seruatur idem modus, vt *Petrus currit velociter, & non currit remisse: ergo currit, & non currit*. Quarto quando non seruatur idem tempus, vt *dormis nocte, & non dormis die: ergo dormis, & non dormis*.

Fallacia petitionis principij est, quando idipsum assumimus in præmissis quod in conclusione debemus probare: 99
siue assumatur ijsdem, vel diuersis terminis, & vocibus, dummodo id, quod vt medium assumitur, sit vel ignotius, vel æquè notum, ac conclusio probanda: quia vera argumentatio est ab antecedente noto ad consequens ignotū: quod ideo Aristoteles ad hanc fallaciam reducit probare aliquid de definito per definitionem, vt *animal rationale est risibile: ergo homo est risibilis*: quia supponuntur æquè nota, [illegible] definitio & definitum. Fallacia [illegible] causæ, vt causæ [illegible] quod verè [illegible] inferendo [illegible] verum ex antecedente [illegible] *homo est Leo: ergo est corpus*, est verum quia [illegible] est corpus; sed non est verum ideo esse corpus: quia sit Leo. Se

cundum fit tribuendo falsitatem consequentis alteri parti antecedentis, quæ sit vera, vt *omnis homo est animal. lapis est homo: ergo lapis est animal.* hanc fallaciam committeret, qui tribueret falsitatem conclusionis, non minori; sed maiori. Fallacia plurium interrogationum, vt vnius fit, quando arguens petit sibi vnicam responsionem dari, quando vnica responsione responderi non potest, vt si dicam, *homo, & Leo sunt ne risibiles?* si respondeatur affirmatiuè, ipse deducit: *ergo Leo est risibilis*; si negatiuè; *ergo homo non est risibilis*; similibus interrogationibus non oportet respondere vnica responsione, sed cum de pluribus sit interrogatio, pluribus responsionibus est satisfaciendum. Explicatis fallacijs extra dictionem, reliquum est, vt eas explicemus, quæ dictionis vocantur, quarum prima est fallacia æquiuocationis, quæ accidit quando in præmissis ponitur aliquis terminus æquiuocus, quod fieri potest tripliciter: primo quādo est purè æquiuocus, vt *omnis canis latrat: aliquod sydus est canis: ergo aliquod sydus latrat.*

100 Secundò quando terminus est analogus, vt *quod currit habet pedes: Athesis currit; ergo Athesis habet pedes.* Tertiò quando variatur ampliatio, itaut in vna propositione habeat maiorem suppositionem, quam in altera, vt, *qui sanabatur sanus est; ægrotus sanabatur: ergo ægrotus sanus est*, vbi vox *ægrotus* in minori supponebatur tantum pro tempore præterito, at in conclusione extenditur ad tempus præsens.

Fallacia Amphibologiæ parum dissimilis præcedenti, fit quando aliqua integra oratio habet plures sensus, & fit duobus modis, primo quando est pura æquiuocatio, & habet duos sēsus diuersos, vt *Liber Aristotelis*, æque enim significat & librum ab Aristotele editum, & librum ab Aristotele possessum, & sic fallacia amphibologiæ, sic, *omnis liber Aristotelis possidetur ab Aristotele. Liber Politicorum est liber Aristotelis ergo possidetur ab Aristotele.* Secundò quando oratio habet vnam significationem propriam, aliam verò significationem habet per translationem, vt: *quicumque littus arat arenam scindit aratro; sed qui perdit operam, littus arat. ergo qui perdit operam arenam scindit aratro.* Ecce amphibologiam; nam in maiori *arare littus* accipitur propriè, in minori verò sumitur impropriè pro terere tempus.

101 Fallacia accentus est, cum aliqua dictio varia significat diuersa pronunciatione, spiritu, quantitate, vel accentu, vt *qui amat est amicus: piscator hamat: ergo piscator est amicus.* hæc varia ut aspiratio, *Omnis populus est arbor: Roma est populus: ergo Roma est arbor*, nam in maiori *populus* habet primam syllabam longam, in minori verò breuem. fit etiam quando aliqua dictio separatur in plures, vel plures coniunguntur in vnum, vt *tu es qui es, quies est priuatio motus: ergo tu es priuatio motus.* prouenit etiam hæc fallacia ex modo proferendi ironico, & per variationem diphtongi, per quæ omnia voces mutant significatum. hæc etiam fallacia parum difert à prima.

Fallacia compositionis, & diuisionis, tunc committitur, quando Sophista facit transitum à sensu diuiso ad sensum compositum, vel è contra; pro quo notandum, quod compositio, & diuisio potest tripliciter fieri; vndè tres species compositionis, & diuisionis resultant. Prima est, quando aliquis terminus ita se habet ad prędicatum, vt ipsi applicari non possit, vel materialiter tantum, scilicet ratione subiecti inclusi, vel formaliter simul, scilicet ratione formæ denominantis, & subiecti, v. g. *album potest esse nigrum*: in albo duo sunt, subiectum, quod dicitur album, & albedo, quæ denominat ipsum obiectum album; Igitur ly *nigrum* in dicta propositione potest applicari albo, vel tantùm materialiter; scilicet ratione subiecti, quod est sub albedine, & tunc faciat sensum. Subiectum quod est sub albedine, potest esse nigrum, quòd est verum: vel potest applicari formaliter, scilicet ratione subiecti, & albedinis, & faciat sensum, album, prout album, potest esse nigrum, quod est falsum; quando prędicatum applicatur materialiter, & formaliter, dicitur compositio; quando tantùm ratione vnius, dicitur diuisio. hoc posito, tunc committitur.

102 Fallacia diuisionis, quando ex aliqua prę̄missa vera in sensu composito infertur conclusio falsa in sensu diuiso, & tunc committitur fallacia compositionis, quando a sensu diuiso vero infertur conclusio falsa in sensu composito, v.g. *album non potest esse nigrum: paries est albus: ergo paries non potest esse niger.* Ecce quod ex maiori, quæ est vera tantùm in sensu composito deducitur conclusio falsa in sensu diuiso. Exemplum secundi sit, *qui quiescit potest ambulare, sedens, dum sedet, quiescit: ergo sedens, dum sedet, potest ambulare*: vbi ex maiori vera in sensu diuiso infertur conclusio falsa in sensu composito.

Secunda species est, quādo aliquod complexum potest sumi disiunctiuè, & copulatiuè; si in antecedente, sumatur disiunctiuè, in consequenti verò copulatiuè. vel è contra; tunc etiam dicitur committi hæc fallacia, v.g. *Omnis numerus, qui cōponitur ex duobus, & tribus, est duo, & tria, sed quinarius non est duo, & tria: ergo non componitur ex duobus, & tribus*, in quo fit transitus, nam maior est vera copulatiuè, minor verò disiunctiuè, & infertur conclusio, ac si esset vera copulatiuè, quare infertur falsa. 103

Tertia species est, quando aliqua vox ex varia connexione potest diuersa significare, vt *quidquid viuit semper erit, Equus viuit: ergo Equus semper erit.* est enim fallacia; nam ly *semper* in maiori connectitur cum viuit, vt sit vera, secus vero in minori.

Sed hic tertius modus potius pertinet ad Amphibologiam, quam ad compositionem; ex his modis primus est pręcipuus, quo sæpissimè est vtendum; cum multa argumenta, ferè in omni scientia in hoc fundentur, & maximè in Theologia in vno sensu quædam positiones sunt veræ, & Catholicæ, quæ in altero sunt falsæ, & hæreticę.

Vltima fallacia est figuræ dictionis, & est quando fit transitus de vno genere in aliud; quod fit, primò si de vno genere grammaticorum transeatur in aliud, vt *omnis substantia est visibilis, & colorata; Petrus est substantia visibilis: ergo colorata.* 104

Secundò, cum nomen vnius prędicamenti sumitur pro altero prædicamento, vt *quod emisti, comedisti; carnes crudas emisti: ergo carnes crudas comedisti.* est fallacia figuræ dictionis, quia fit transitus à substantia significata per *quod* ad qualitatem denotatam per *crudam*. fit etiam hæc fallacia, si variemus suppositionem simplicem in personalem, vt *homo est species; Petrus est homo; ergo Petrus est species*, vbi *homo* in maiori habet suppositionem simplicem, in minori verò realem, & personalem. fit etiam quando terminus significans rem particularem, transfertur ad significandam rem vniuersalem, vt *quod Ego sum tu non es, ego sum homo: ergo tu non es homo.*

De fallacijs hæc dicta sint: quod si proponatur argumētum, in quo sit fallacia aliqua; vel erit antecedens distinguendum, & ostendendum in quo sensu sit verum; in quo falsum; vel neganda erit consequentia assignando fallaciam in antecedente, ratione cuius sequatur conclusio falsa.

Qui Modus sit adhibendus in disputationibus. Cap. vltimum.

Aliquas regulas trademus, quas obseruare debent inuicem concertantes in disputationibus; hocque pręstito, fauente Deo finem imponemus nostræ introductionis: ad difficiliora enim vndique vocamur, & inuitamur. 105

Prima regula communis arguenti, & respondenti, vt, vterque exactè, & diligenter obseruent, quinam sit punctus quæstionis pręsentis, qualis sensus, vt circa id versetur disputatio, ne extra rem digressione afferantur, & producantur.

Secunda Regula pro arguente, in principio disputationis cum argumentari aggreditur, semper dicat, contra hoc argumentor, vel hoc intendo probare; deindè integram argumētationem proferat, nec aliam probationem afferat; donec respondens repetito argumento negauerit, vel distinxerit.

Tertia regula, si respondens afferat responsionem, quæ non videatur ad intentum argumenti, poterit vti eodem argumento, donec afferatur responsio, quæ noua probatione indigeat.

Quarta regula pro defendente, primum aduertat argumentum aduersarij, vtrum termini multas significationes patiantur, nec ne; quid intendat per illud argumentum aduersarius, repetat bis, & in secunda repetitione concedat, neget, vel distinguat, prout ei visum fuerit exposcere argumentum.

Quinta Regula; benè obseruet consequentiam, sequatur

tur ne ex illa antecedente, si non sequatur, neget consequentiam, dicendo transeat antecedens, vel quid simile, quo significetur antecedens, nec, vt verum admitti, nec, vt falsum repelli; deinde neget consequentiam.

Hęc etiam est differentia inter negandum consequens, & consequentiam, negat consequens, qui negat illud esse verum: negat consequentiam, qui negat illud ex tali antecedente inferri, quamuis in se sit verum: Si verò illatio fuerit bona tota, vis facienda est in antecedente, nũquam enim concesso antecedente, neganda est consequentia, si bona sit: quare si antecedens duas habet partes, neget, quæ falsa videbitur, ex qua infertur falsa, & consequentia, vel si vnicam partem habebit, illam neget, vel distinguat, & ostendat, in quo sensu sumitur, & in quo sequatur consequentia, in quo non sequatur. Quatuor enim verbis vti debet respondens. *Concedo, nego, distinguo, respondeo*, concedere debet vera, negare falsa, distinguere dubia, respondere ob solutionem difficultatum; in quibus responsionibus maximoperè cauere debet, ne quid dicat contra priores responsiones, ne inde aduersarius occasionem captet fortius ipsum argumentis vrgendi, & aliquoties conuincendi. De Introductione hactenus.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES In Aristotelis Logicam.

PROOEMIVM.

106 Otam suam Logicam digessit Aristoteles in Libris Categoriarum, seù Prędicamentorum, Perihermenias, Priorum, & Posteriorum Analyticorum, Topicorum, & Elenchorum. Absoluta igitur introductione, quæ, vt diximus, pars quædam est Logicæ; etiam ea, quæ ex Libris Perihermenias, Priorum, Analyticorum, Topicorum, & Elenchorum essent nobis consideranda, sunt allata. Etenim Aristoteles in Libris Perihermenias agit de natura enunciationis, quæ aliquid veri, vel falsi, quod est in anima, manifestat, seù interpręt atur (quod ideò illos inscribit Perihermenias, quod est interpretatio) & nos tota secunda parte de propositione, seu enunciatione disputauimus. In Libris Priorũ Analyticorum docet modum conficiendi Syllogismum in genere, & illum in suas partes, & principia resoluendi (quod ideò ab analysi inscribit, quod est resolutio, & à priori, quia tractatio syllogismi in genere est prior tractatione syllogismi secundum aliquam speciem in particulari) & nos ferè totam tertiam partem insumpsimus in tradendo modum conficiendi bonum syllogismum, & in prima parte egimus de terminis, ex quibus conficiuntur propositiones, & syllogismi. In Libris Topicorum differit ipse de syllogismo dialectico. In Libris verò Elenchorum, de sophystico; & nos etiam ab his non fuimus ieiuni in calce eiusdem tertiæ partis.

Quare solum remanet in ipsa Logica pertractanda materia, quam in reliquis dialecticæ suæ Libris est complexus, quod hoc ordine præstabimus, præmissis primò quæstionibus procemialibus ad naturam Logicæ cognoscendã spectantibus, agemus, de ente rationis; quoniam multa quæ definiuntur in Logica, ens rationis esse, dicuntur; de quinque vocibus Porphyrij; seu de quinque prędicabilibus, quæ ab omnibus pręmitti solent ad intelligentiam eorum, quę docet Aristoteles in prędicamentis, ad quod solum se ea disputasse tradit Porphyrius; de prædicamentis ipsis; de syllogismo demõstratiuo, & quoniam ex demonstratione paritur scientia, vltimò tractabitur de Scientia, & sic Deo dante breui, & facili methodo Dialectica percepta, quam omnem Scientiarum Ianuam, clauem, & oculum appellant omnes, reserato aditu ad Philosophiam admittemur Securi; sed iam ad procemiales.

Quæstiones Procemiales. De nomine, & diuisione Logicæ. Quæstio Prima.

107 Circa nomen; duplici nomine hisce temporibus solet appellari; videlicet Logica & Dialectica. Logicam putarunt aliqui appellari tantum eam partem, quæ docet modum conficiendi Syllogismos: Dialecticam illam partem, quæ differit de quacumq; re probabiliter. at certum est prout. DD. Conimbricenses affirmant *quæstio. 3. procemialium* vtrumque nomen pro tota Scientia Logicæ sumi. Sic Cicero modo Logicam, modò Dialecticam dicit continere omnem rationem differendi in quacunque materia. Aristotelem verò nunquam appellasse Logicam affirmat Mirandul. *lib. 8. suæ Apologiæ sect.* 10. sed semper Dialecticam dixisse; nulla enim apparet ratio alicuius momenti, cur Logica sit dicta, quod enim sit ars ratiocinandi, & discursus, & ratio sit pręcipua inter sermones, & verba; atque adeo à verbo *Logos* dicatur Logica, nullus est, qui non videat infirmam & futilem rationem Ethymologiæ. Dialectica verò meritò appellata est, quia hoc verbum *Dialectica* significat differere, quod multimodè fieri potest; sed precipuè cum ex notis ignota pate facimus, quod fit, vel diuisione, vel definitione, vel argumentatione, quæ omnia perfectè pertractat hæc nostra scientia, igitur optimo iure Dialectica dicitur.

108 Quoad partitionem Logicæ tres solent assignari partitiones magis communes. Prima est in Logicam docentem, & vtentem. pro qua notandum est in qualibet arte, quæ ordine, & methodo traditur duo spectari posse: doctrinam, & vsum. Doctrina est illud dictamen, & norma, quæ tradit pręcepta circa talem artem, vsus vero est ipsa operis exequutio, v. g. domificator primò concipit intellectu; speculatur quomodo sit conficienda domus, quæ principia sint necessaria, quomodo adhibenda; deinde reipsa domum efficit. prima dicitur doctrina, secunda vsus. sic Dialectica: primo Logicus habet hanc sciẽtiam, & conceptum, scilicet Syllogismum debere constare ex tribus propositionibus, demonstrationem ex necessarijs, deindè eadem conficit ad normam iam conceptam.

Prima dicitur Dialectica docens, secunda vtens, quam Zabarella Logicam applicatam rebus appellat ex Gręcis, sicut docentem, seiunctam, eo quod tradat præcepta nulli materiæ applicata; sed sic in genere, quæ omni materiæ possunt aptari.

Secunda diuisio est in vniuersalem, & particularem. per vniuersalem intelliguntur libri prædicamentorum, Priorum, & Perihermenias: quia in his agit de Syllogismo, & his quæ ad ipsum spectant communissimè, non applicando alicui materiæ. Nomine particularis intelliguntur Libri Posteriorum, Topicorum, & Elenchorum; eo quod in illis de Syllogismo specialiter sumpto agitur

Tertia Diuisio, est in Topicam, sophisticam, & Analyticam. Topica dicitur illa pars, in qua agit de locis vnde 109
sumuntur argumenta probabilia; Sophistica in qua de Elenchis; videlicet de redargutione, seu contradictione, quam suis argumentis sophisticis sophistæ insinuant. Analytica tandem dicitur illa pars, in qua agit Aristoteles de Syllogismo, & demonstratione; & quia in illa docet in sua principia solum syllogismum & demonstrationem resoluere, hinc hoc nomen originem duxit, Analytica enim resolutionem sonat, vt in procemio dictum est.

Multæ aliæ diuisiones afferuntur, quas tamen, vt minus

pro-

principales libenter omittimus, qui vult videat Conimbricenses *Procemialium quæst.* 5. Toletum *quæst.* 6. & alios *in Prolegomenis*: diuisionem autem illam in naturalem, & artificialem attingemus, cum de necessitate Logicæ: quare ne bis idem repetamus, illuc remittimus.

De Fine Logicæ. Quæstio. II.

110 QVia Logica se habet ad modum artis, vt infrà videbimus, ideo primò de eius fine quærimus: facultates enim operatrices ex eius fine optimè dignoscuntur. Sed pro intelligentia.

Notandum primò ex Aristotele 2. *Physicor. tex.* 29. finē esse id, cuius gratia agens operatur, quare finis alicuius artis, aut facultatis erit ille, ad quem ordinabitur, & propter quem fiet omne id, quod in prędicta arte fiet, ver. grat. sanitas est finis medicinæ: quia gratia sanitatis omnia operantur Medici.

Notandū secundò inter varias diuisiones finis, (de quibus agere ex professo spectat ad Physicum) principaliores esse in finem *qui*, finem *quo*, finem *cui*. finem *internum* seu *proximum*, finem *externum* seu *remotum*, finem *operis*, & finem *operantis*. Finis *qui* dicitur id, quod per illam artē producitur, vt sanitas est finis, *qui* medicinę. finis *quo* est ipsa operatio, qua finis *qui* acquiritur, sic domificatio est finis, *quo* artis domificatoriæ: quia per ipsam producitur domus, quæ est finis *qui* illius artis. finis *cui* est id, in cuius gratia, & commodum acquiritur finis *qui*: sic v.g. homo est finis *cui* Medicinę, quia in hominis vtilitatem sanitas procuratur. finis *internus*, & *proximus* est id, quod intendit ipsa ars, v. g. domus artis domificatoriæ. finis, *externus*, seu *remotus* est id, ad quod ordinatur ipse *internus*, sic habitatio est finis *remotus* artis domificatoriæ (qui etiam appellatur finis *rei genitæ*, sicut finis *internus*, dicitur, & finis *generationis*) quia ad habitandum ordinatur domus. finis *operis* est idem ac finis *rei genitæ*. finis *operantis* est id, ad quod operans ordinat ipsum opus, vt si ad lucrandum quis domum fabricaret, lucrum esset finis *operantis*.

111 Notandum Tertiò, vt finis proximus, vel materia proxima in aliqua disciplina inuestigetur, tutissimam viam esse inquirere ad quid disciplina illa sit inuenta vel tradita, reperto enim propter quid proximè, & principaliter sit inuenta, illud erit finis illius disciplinæ. His prænotatis quærimus de fine Dialecticæ, vt fine eius inuento, via referetur ad eius naturam perfectè cognoscendam.

Prima Conclusio finis, *qui proximus*, & *intrinsecus* Logicæ sunt operationes intellectus rectæ, scilicet tres intellectus operationes in suis operibus instruere, vt rectè absque errore operentur. Prob. Concl. primò: Finis intrinsecus, alicuius disciplinæ debet inuestigari ex motiuo, quo inuenta est talis disciplina; sed Logica inuenta est ad dirigendas operationes intellectus: ergo operationes rectæ sunt eius finis. Maior patet; minor probatur. Intellectus poterat benè, & malè operari: ergo indigebat aliquo habitu, quo dirigeretur in suis operationibus, huiusmodi autem est Logica, quæ sola tradit modum rectè definiendi, diuidendi, argumentandi, quod est rectas facere operationes, & eas dirigere. ergo Logica est, qua operationes intellectus dirigantur.

112 Probatur secundò, finis intrinsecus est, quo immediatè attingimus extrinsecum: sic in fręno factiua frenum est finis intrinsecus, quia fręno assequimur directionem equi, quæ est finis extrinsecus fręno factiuę; sed operationibus rectis assequimur scientias, finem extrinsecum Logicæ; vt infrà dicetur, ergo operationes rectæ sunt finis intrinsecus.

Sed contra hanc conclusionem instatur. finis intrinsecus *qui* est, id, quod immediatè attingitur per finem intrinsecum *quo*; sed in habitu intellectuali. finis *quo*, est cognitio, ergo id, quod immediatè cognitione attingitur, erit finis intrinsecus; sed in habitu Logico cognitione attingimus modum, quo fiat definitio, diuisio, & argumentatio; ergo hic modus est finis Logicæ, non verò operationes rectæ, ad argumentum, data maiori. distinguo minorē: in habitu intellectuali speculatiuo finis *quo*, est cognitio. concedo, in habitu practico nego: & ratio est: quia cum habitus speculatiui finis sit sola scientia, cognitio est, qua aliquid scitur: ideò est finis *quo*: at in habitu practico, cuius finis est opus faciendum (quod ideo dicitur practicus, vt infrà dicetur) non cognitio operis faciendi, & modi, quo fieri debet, erit finis *quo*; sed effectio ipsius operis, cognitio autem secundariò tantum, & propter ipsam actionem, & opus, est in habitu practico. vt optime Zabarella *de natura Logicæ lib.* 1. *capit.* 13. hinc patet cognitione quidem attingi modum definiendi: quia tamen, omnia ista ordinantur ad rectam definitionem, diuisionem, & argumentationem faciendam re ipsa: & non solum ad ipsa cognoscenda. quomodo fiant; ideo cognitio non est finis *quo*; sed tantum propter ipsum opus, & secundario concurrit; hæc maximè notanda.

Secunda Conclusio finis, *quo* habitus Logicæ est constructio Logicalium instrumentorum. Probatur finis *quo* est id, quo immediatè attingitur finis intrinsecus *qui*; sic domificatio dicitur finis *quo* domificatiuæ artis: quia domificatione fit domus, quæ est finis intrinsecus *qui*, illius artis; sed constructione Logicalium instrumentorum attingitur finis *qui* intrinsecus Logicæ: ergo. minor probatur; finis intrinsecus *ex præcedenti conclusione*, sunt operationes rectæ; sed hæ fiunt rectæ constructa recta definitione, diuisione, & argumentatione; ergo. 113

Tertia Conclusio. finis extrinsecus, *qui* Logicæ sunt scientiæ. Probatur. finis extrinsecus est id, ad quod ordinatur finis intrinsecus; sic quia frenum ad æquum regendum ordinatur, æqui directio est finis extrinsecus, fręno factiuæ: at rectitudo operationum propter scientias est; rectis enim operationibus scientias adipiscimur, nec aliter adipisci possumus; ergo scientię sunt finis extrinsecus Dialecticæ.

Sed contra instatur, rectas facere operationes spectat ad illas scientias, ex quarum materia conficiuntur definitiones, diuisiones, & argumentationes, ergo rectæ operationes non sunt finis intrinsecus Logicæ. antecedens est Diui Thomæ 4. *Methaph. Lect.* 4. Conimb. *quæst.* 4. *procemialium art.* 2. §. *aduertendum* 2. quam sententiam vt communem omnium Philosophorum tradunt Amicus *tracta.* 1. *q.* 3. *dub.* 2. *art.* 1. §. 4. *sententia*, & ratio est; quia syllogismus physicus conficitur à Physico, Metaphysicus à Metaphysico, & sic de cęteris: ergo illæ scientiæ dirigunt operationes intellectus, de quarum materia definitiones, diuisiones, & argumentationes conficiuntur. consequentia argumenti 114

Probatur: quia finis intrinsecus ex dictis attingitur ab ipsa arte, si ergo rectæ operationes intellectus non fiunt à Logica, non sunt finis intrinsecus; sed ad summum extrinsecus.

Respondeo negando antecedens simpliciter. ad probationem, ad quemlibet syllogismum duo concurrere, formam scilicet, & materiam, quia syllogismus semper conficitur ex aliqua materia: formam subministrat Logica: materiam aliæ scientiæ: & quia quod principaliter attingitur est materia; ideò dicitur non Logica; sed alia scientia formare argumentationē, & definitionem; reuera tamen habitus Logicę est qui influit conficiendo, ex materia sibi tradita à scientia definitionem, & argumentationem; alioquin habitus Logicæ non esset ad vllum actum promendum contra naturam omnium habituum, qui producunt actus: præterquam quod, nonne addiscitur Logica, vt syllogizare possimus in quacumque materia? ergo Logica est quæ syllogizat.

Dices quare Physicus syllogizans dicitur syllogizare, vt Physicus?

Respondeo id esse: quia in syllogismo magis spectatur illatio talis materiæ, & probatio talis conclusionis; ideo à materia, vnde est talis syllogismus, denominationem sumit. patet à simili; si quis rectè grammaticè discurreret de Medicina; non diceretur rectè loquutus grammaticè. sed Medicinaliter, spectata materia, non forma: in artificialibus enim, aliquando magis attenditur materia, quam, forma, licet contrarium accidat in naturalibus, in quibus magis forma, quam materia attenditur.

Quinam habitus sit Logica. Quæstio. III.

SVpponendum primò omnes habitus intellectuales; siuè sumatur diuersitas ex obiectis; siue ex modo tradendi, siuè ex fine, reduci ad hæc duo genera; alij enim sunt in ordine ad aliquid faciendum, alij consistunt in speculatione obiecti. in primo genere tres reperiuntur; prudentia 115

nimi

nimirum, facultas, & ars : in secundo genere, quinque adscribuntur. intellectus; sapientia; scientia; opinio, & fides; cum ergo quæritur, quinam habitus sit Logica, de aliquo illorum necesse est esse quæstionem.

Supponendum secundo totam controuersiam esse, an Logica sit ars, vel facultas, vel scientia; de reliquis enim habitibus nulla est dissentio, omnesque conueniunt ei competere non posse. his positis.

Prima sententia est, Logicam esse veram, & perfectam scientiam. hanc docent Stoici omnes, Albert. *tractat.* 1. *prędi abilium cap.* 1. Auicenna, Log. *cap.* 1. *D. Thoma* 4. *Metaph. lect.* 4. Hæreueus *Quodl.* 1. *quæst.* 3. Scotus *quæst.* 3. *elencorum, & prędicat. quæst* 1. & alij, quos breuitatis causa non recenseo, citantur omnes ab Amico *tract.* 1. *quæs.* 4. *dub.* 2. §. 2. *opinio.*

Secunda Sententia est, Logicam esse purum instrumentum aliarum scientiarum, quo cęterę scientiæ acquiruntur, ipsam tamen non esse scientiam. hæc opinio tribuitur Veneto in *procemio Porphyrij dub.* 1. & 2. Gratia Deo, *cap.* 16. *dub.* 1. Ægid. i. *Posteriorum quæst.* 1. & 1. *Elenchorum* D. Thom. *Opus* 70. *in Boetium de Trinitatę quæst.* 5. *art.* 5. *ad* 2. dum dicit secundum Boetium non tam dici scientiam, quam scientiæ instrumentum; & ideo non propriè contineri sub scientijs speculatiuis, nisi reductiuè, tāquam earum ministram. Est & Zabarellę *lib.* 1. *de natura Logicæ, cap.* 1 . & aliorum quam plurium apud Amicum *loco citato dub.* 2. §. 3. *opinio*: immò pro ipsa citantur fere omnes Græci. pro nostra Sententia.

116 Notandum primo; scientiam tripliciter posse spectari, primo latissimè pro quacūque cognitione. sic Philosophus grammaticam scientiam appellauit. Secundo minus late pro quacumque cognitione per demonstrationem acquisitam. Tertio pro scientia vera, & speculatiua, quæ vt talis dici possit tres conditiones requirit ex eodem Philosopho *Ethic* 6. 3. primò vt sit de rebus realibus; Secundo vt sit de necessarijs. Tertio vt sit gratia sui, scilicet, vt eius cognitio non ordinetur ad aliud, ex 2. *Metaphysi. text.* 3. hinc.

Notandum secundo, multas esse differentias inter habitum verè scientificum, & cęteras disciplinas. Primo habitus verè scientificus habet pro fine solam veritatem, quia in sola obiecti speculatione sistit, at cęterę disciplinæ habent pro fine aliquod opus, ad quod suam cognitionem ordinant; secundo scientia vera supponit obiectum, nec vt à se faciendum speculatur; sed de ipso præsupposito passiones, & accidentia demonstrat, & perfectè illud inuestigat; & speculatur: at practicæ disciplinæ non supponunt obiectum; sed vt faciendum cognoscunt, & ab ipsius cognitione mouentur ad cognoscenda principia, per quæ effici possit; ideo tantum cognoscunt, & inquirunt de obiecto, quātum sufficit, vt ipsum efficere possint.

117 Tertio in vera scientia principia obiecti sunt per quæ cognoscit, & probat accidentia: at in cęteris accidentia sunt, per quæ cognoscit principia: ideo quia domificator cognoscit accidentia domus faciendæ, mouetur ad talia principia inuestiganda, per quæ ad talia accidentia deuenire possit; quare licet omnis talis disciplina requirat aliquam cognitionem, & etiam euidentem, tamen tota est in ordine ad opus exercendum, & ratione illius tantum habetur talis cognitio de tali materia, & subiecto; docuit hæc Arist. 7. *Metaph.* 7. dicens, omnem disciplinam diuidi in duas partes, in docentem, quæ artis cognitionem tradit, & eam quæ ex cognitione operatur. sic moralem in docentem, & vtentem diuisit.

Notandum tertiò cum quærimus, an Logica sit ars; facultas; vel Scientia, nos loqui in toto rigore, an scilicet in rigore Logica sit collocanda sub aliquo ex prędictis habitibus propriè, & strictè sumptis; concedimus enim poni sub eisdem latè, & minus propriè sumptis.

118 Prima Conclusio. Logica non est propriè ars. Prob. ex Arist. 6. *Eth. cap.* 4. ars est habitus cum recta ratione factiuus: at effectiuè propriè dicitur de illis operationibus, quæ in extrinseco opere consistunt, siue opus relinquant, vt faber lignarius; siue non, vt Musicus: sed Logica non consistit in extrinseco operatione ergo.

Confirmatur. Prudentia distinguitur ab arte; quia prudentiæ est dirigere actus voluntatis, cuius obiectum est bonum, vel malum: artis vero dirigere actus exteriores, quorum obiectum est aliquid vtile, vel delectabile: ergo distinguetur ab arte etiam Logicę, cuius est dirigere actus intellectus, quorum obiectum est verum, vel falsum: antecedens patet, consequentia probatur: quia non est minor diuersitas inter finem, & obiectum Logicæ, & artis: ac artis, & prudentiæ.

Secunda Conclusio. Logica non est propriè facultas. Probatur, & explicatur simul; vt Logica diceretur facultas, esset necesse dici talem secundum se totam: hoc non competit Logicæ; ergo non est propriè facultas; Maior est clara; minor Probatur: Facultas est habitus per quem reddimur potentes ad oppositum (vt benè Zabarella *lib.* 1. *de natura Logicæ cap.* 9.) sed per partem Logicæ, quæ dicitur Analytica non reddimur potentes ad oppositum; ergo &c. per Analyticam enim docemur verum cognoscere: immò etiam per sophisticam tantum docemur fallacias & errores, ne in illos offendamus, ergo verè per Logicam non instruimur ad oppositum: Facultates dicuntur grammatica, & Rhetorica, per ipsas enim reddimur potentes ad emendatè loquendum, & ornatè de quacumque re pro vtraque parte contradictorij: Grammaticus namque æquè emendatè loquitur, quòd aliquis debeat viuere, ac quod debeat mori.

Tertia Conclusio. Logica non est scientia propriè, & rigorosè sumpta. Probatur primo, scientia non tradit modum, quo construendum sit obiectum: sed tantum illud speculatur, & de eo passiones demonstrat; sed Logica tradit pręcepta quomodo construendus sit syllogismus: ergo non est Scientia. 119

Confirmatur auctoritate Arist. 2. *Posterior. cap. vlt.* vbi habet: *artem esse de generatione, scientiam de Ente*. hoc est artem versari circa ea, quæ, vt facta supponuntur. & *Ethic.* 4. artem omnem in generatione versari, ergo per Aristot. Dialectica, quę versatur circa aliquid faciendum, non est scientia. Immo 1. *Priorum cap.* 4. expresse inquit se docere, quomodo faciendus sit syllogismus.

Probatur secundò principaliter eiusdem auctoritate. 1. *Topicorum* . vbi distinguens tria problematum genera, actiuum, speculatiuum, & Logicum, dicit actiua vtilia esse ad eligendum, vel fugiendum; speculatiua ad sciendum solum: Logica vero ad neutrum horum; sed vt conferentia, vel vt alij adminiculantia ad aliqua talium de quibus subiungit, *multa enim ipsa secundum se non volumus cognoscere; sed aliorum causa, vt per hæc aliud cognoscamus*; quomodo clarius poterat Philosophus asserere Logicam non esse scientiam; sed tantum quid ad scientiam conferens, & adiuuans? ideò dixit non esse neque actiuam, neque contemplatiuam; sed ad aliquid talium conferentem.

Probatur Tertiò principaliter. Omnis scientia supponit subiectum, quod sit, & de eo per propria principia passiones demonstrantur; & perfectè obiectum talis scientiæ expenditur, & consideratur, vt notabili secundo dictum est; sed Logica neutrum horum facit: ergo non est scientia. Minor probatur. Logica considerat syllogismum, & cętera vt efficienda: item demonstrat de syllogismo, & definitione mediante fine, ita vt finis sit medium suarum demonstrationum. Item tantum considerat operationes intellectus, quantum sufficit ad assequendum proprium finem, nempè operationes directas: perfectè enim eas examinare, & expendere spectat ad animasticum; ergo Logica, non præstat quæ in perfecta scientia præstari debent: ergo non est vera scientia. 120

Probatur vltimo, concluderet: omnes artes, & disciplinæ operatrices habent suas conclusiones, & demonstrationes: ergo si hoc tantum sufficeret in Logica, vt dicatur Scientia rigorosè, sufficeret & in cęteris artibus: quod tamen nemo dicit. antec. patet *ex* 2. *notab.* in quo omnes artes diximus tradere modum assequēdi suum finem, Consequētia patet sicut enim cognitio [illegible] est ad opus; ita in Logica, omnis eius cognitio, est in ordine ad aliquid efficiendum; quod apertè innuit his verbis *Sect.* 8. *in comment. Mirand. in fine dicens, & si in Logica sint definitiones, & syllogismi, constantes ex veris, & necessarijs, non tamen* [illegible] *simpliciter,* [illegible] *absolute demonstrationes qua a non* [illegible] *ad operationem* [illegible] Logica rigorosè esset scientia, etiam omnes artes essent scientiæ.

Sed contra hanc conclusionem instant Auctores primæ sententiæ, Logica habet omnes conditiones veræ scientiæ, 121
[illegible]

tiæ; ergo est perfecta scientia; consequentia patet; antecedens probatur. Logica est de obiecto necessario (quia syllogismus quo ad essentiam est quid necessarium.) est de Ente reali (quia operationes intellectus sunt quid reale.) est etiam gratia sui, (quia aliquis potest addiscere Logicã solum, vt eam sciat) sed hæ sunt veræ scientiæ conditiones requisitæ ab Aristotele: ergo Dialectica habet omnes conditiones veræ, & perfectæ scientiæ. Resp. nego antec. ad probationem: esto Syllogismus sit quid necessarium quoad essentiam: quia essentia syllogismi semper est eadem; non tamen est de vero ente reali, quod supponitur ab ipsa Logica: quia non tractat de ipsis intellectus operationibus, vt sunt quid reale; sed quomodo debeant dirigi conficiendo bonam definitionem, diuisionem, & argumentationem, quæ sunt opus intellectus: item non est gratia sui, quia ordinatur ad prędicta benè conficienda, quod si quis eam addisceret animo non conficiendi definitionem; demonstrationem, & alia huiusmodi, sed tantum vt sciret, nihil officit, quia iste est finis operantis: at [illegible] ditur finis intrinsecus, qui est opus, ad quod ordinatur, ideo non est gratia sui; quare negatur consequentia.

122 Instatur secundo. Logica demonstrat passiones de suo obiecto: demonstrat enim syllogismum sophisticum parere [illegible], Topicum opinionem, Analyticum scientiam: [illegible] passiones demonstrat; ergo est vera scientia. Consequentia probatur: quia ex Aristotele 1. *Post. cap.* [illegible] scientia est certa, & euidens cognitio per demonstrationem [illegible]. Confirmatur primo; quia Logicus [illegible] scire; [illegible] formam argumentandi parere scientiam, [illegible] cæteræ scientiæ, non essent scientiæ, quia [illegible], vt scientia sciat se scire, vt [illegible] dicere [illegible] vt sciat vim formæ syllogisticæ: ergo [illegible]. Ad argumentum Resp. concedendum [illegible] nas demonstrationes, sicut [illegible] vera demonstratio, ver. g. Ar[illegible] domi sic, vel sic esse struen[illegible] ad veram scientiam, quia [illegible] opus conficiendum, at vera [illegible] sui. adde etiam quod vt plurimum hæ demonstrationes fiunt per finem, tanquam per medium; [illegible] definitionum, prçterquam quod non habet Logica verum obiectum, vera principia, & veras passiones, quo pacto requiruntur in scientia: quia directio, [illegible] habet, vt obiectum, vt dicetur in[illegible] quid reale; [illegible] opus intellectus, a[illegible] intellectu [illegible] in eius operationibus; & per hæc patet etiam ad confirmationem. [illegible] vt Logica sit vera scientia non [illegible] nos [illegible] euidenter [illegible] syllogismo, videlicet talem formam argumentandi parere scientiam.

123 Instatur tertio. Aristoteles vocat partem Logicæ *scilicet Analyticam* demonstratiuam: ergo parit scientiam, ergo [illegible] quo ad hanc partem Logica est scientia.

Confirmatur quia cum ex eodem 11. *Metaphsiy. cap.* 1. [illegible] habitus intellectus sit, aut actiuus, aut factiuus, aut contemplatiuus. Logica non est neque actiua, neque factiua; ergo contemplatiua ad argumentum.

Respondetur. Arist. vocasse Analyticam demonstratiuam, vel quia euidenter demonstrat vim syllogismi vel quia aliquæ fiunt in ipsa demonstrationes. sed hoc non sufficit ad veram scientiam, vt dictum est. ad Confirmationem patebit infra sub quo habitu ex enumeratis sit collocanda. Quarè licet Logica possit appellari scientia, tamen rigorosè non est huiusmodi, etsi in multis participet conditiones scientiæ, prçcipuè quia non est de vero ente reali, neque gratia sui, & quia ferè omnia, quæ in ipsa reperiuntur, etiam habet ars, quæ tamen per omnes nõ est scientia. hæ solutiones maximè notandæ; quia ex ipsis multa alia similia argumenta soluentur.

Quarta Conclusio. Logica est habitus intellectualis instrumentalis mentalium operationum directiuus, quo ad acquirendas scientias vtimur, est Alexan. 1. *Top.* 9. & aliorum in secunda sententia, ante huius conclusionis probationem. Notandum est cum Zabar. *cap.* 1[illegible] illud dici instrumentum, quod propter aliud fit tanquam propter finem, & ipsius ea tantum est natura, vt tanquam illud tantum sit vtile, & eo autem per se non sit expetibile. quo notato,

124 Probatur Conclusio. Logica instituta est ad dirigendas operationes intellectus, vt scientias adipiscatur: ergo Logica est Instrumentum scientiarum. anteced. ex precedenti patet. consequentia probatur, ablatis omnibus scientijs iam non esset quid dirigeret: ergo esset omnino inutilis; nec expetibilis: ergo est purum instrumentum scientiarum. Confirmatur, si ex tali dispositione prçmissarum non potest gigni scientia, quid referret scire talem debere esse dispositionem syllogismi? ergo signum est Logicam simpliciter ordinari ad scientias, ac de se non esse expetibilem.

Sed contra Instatur primo. Prudentia, & ars ordinantur ad aliud, tanquam ad finem, & tamen nemo vnquam vocauit prudentiam, & artem habitus instrumentales: ergo neque Logica erit habitus instrumentalis, ex eo quod ordinentur ad scientias adipiscendas. Respondeo nego consequentiã: diuerso enim modo ordinatur prudentia, & ars, quam Logica: Logica enim ordinatur tanquam habitus subditus cęteris scientijs: ideo accommodatur earũ materijs: at Prudentia, & ars ordinantur tanquam habitas architetonici regulatiui actuum, & habituum existentium in alijs potentijs.

Addo quod Logica non solum dicitur Instrumentum: quia considerat operationes, quibus vtuntur cęteræ scientiæ tanquam instrumentis; verum quia ipsa vtuntur scientiæ, vt instrumento, quod non accidit in prudentia, & arte. vel dicamus aliud esse ordinari ad aliud, tanquam ad proprium opus: sic ars, & prudentia: aliud ordinari ad aliorum habituum acquisitionem, tanquam earum instrumentum, sic ordinatur Logica vide Vallium *pro leg. par.* 2. *q.* 4. *cap.* 11. *in responsione ad secundum.*

Instatur secundo Aristotel. non meminit huius habitus instrumentarij: ergo vel fuit diminutus, vel eius sententia fuit Logicam non esse purum instrumentum. Resp. Arist. meminisse primò implicitè, cum scientiam habitum dixit demonstratiuum, demonstrationem complectens, qua scientiæ vtuntur tanquam instrumento. Vide Zabarellum *lib.* 1. *de natura logicæ cap* 11. *secundo meminisse* explicitè 1 *Top.* 9. cum Logicam habitum dixit adminiculatiuum, vt suprà dictum est. Concludo ergo Logicam neque esse artem, neque facultatem, neque scientiam, si omnia ista in proprio rigore sumantur, si verò impropriè largo quodam modo posse his nominibus appellari: propriè verò esse dicendam intellectuale instrumentum, seu disciplinam instrumentariam ad omnes scientias acquirendas. 125

An Logica Vtens sit habitus distinctus à Logica docente.
Quæstio. IV.

NOtandum in hac nostra doctrina hunc ordinem intercedere: primo docemur à Dialectica, quo modo sit conficiendus syllogismus ad scientiam gignendam, ad opinionem, & cętera huiusmodi, postea ex frequenti, & actuali horum cognitione oritur quædam facilitas ad huiusmodi cognoscenda, quæ facilitas propriè Logica habitualis appellatur. his omnibus prçstitis applicamus in cęteris scientijs precepta, promptè conficimus syllogismos, & demonstrationes. Modo quæritur vtrum habitus concurrens ad conficiendos syllogismos, & dicitur Logica vtens, sit distinctus ab habitu docentis. Pro quo sit 126

Vnica Conclusio. Logica vtens non est habitus distinctus a docente. Probatur: ideo Logica speculatur, cognoscit, & tradit modum dirigendi operationes, vt dirigat: ergo idem habitus est docens, & dirigens, tantum secundum diuersas rationes distinctus: vt enim docet, quomodo conficiatur, dicitur docens, vt actu conficit, dicitur vtens.

Confirmatur, qui perfectè habet habitum Logicæ docentis eamdem facilitatem experitur in effectione primi syllogismi, ac vigesimi; ergo: Logica vtens non est habitus distinctus a docente. Probatur consequentia, in confectione primi syllogismi nondum acquisitus est nouus habitus distinctus à Logica docente: ergo si eamdem facilitatem habet, est ex habitu docentis: ergo vtens non est habitus distinctus a docente.

Probatur secundo idem est habitus Logicæ docentis, & vtentis, quando vtens conficit definitiones, syllogismos, & cętera instrumenta sciendi in [illegible] logica: ergo etiam quando in cęteris [illegible] antecedens patet etiam per aduersarios: quando enim addiscimus precepta syllogismum conficiendi, & conficimus, non 127

non applicando alicui materiæ particulari est idem habi-
tus, qui tradit præcepta,& conficit consequentia. Proba-
tur:cur enim non potest idem habitus concurrere, vt in-
strumentum in cæteris materijs? non enim efficit, quòd
omnes scientiæ debeant habere suas demonstrationes;
quia eo ipso quod fiunt ab intellectu per habitum Logicę,
tanquam instrumentum scientiarum,& scientiæ submini-
strant materiam,reuera sunt demonstrationes talium scié-
tiarum,quibus Logica famulatur, & quæ ad hoc est ordi-
nata,sicut non tollitur quod frœnum sit effectus artis frœ-
nosactoriæ; quamuis plura ad illud efficiendum exigan-
tur instrumenta, quia scilicet omnia illi sunt subordinata
ad frœnum efficiendum.

Sed contra instatur primo: ergo sola Logica erit scien-
tia. Consequentia probatur, quia scientia est habitus per
discursum demonstratiuum acquisitus, vt infrà; sed sola
Logica efficit demonstrationem; ergo. Respõdetur,nego
consequentiam,ad probationem, nego minorem; etenim
ad demonstrationem duo concurrunt forma, & materia,
formam pręcet Logica tanquam instrumentum scientia-
rum, materiam prębent ipsæ scientiæ propter quam Lo-
gica famulatur exhibendo formam; ideo scientiæ dicun-
tur habere demonstrationem, & syllogismi denominan-
tur ex ipsis materijs,vt supradictum est,& hoc maxime ad
uertendum: sicut non tollitur; quia aliqua ars dicatur ha-
bere aliquem effectum,vt proprium; etsi ad illum concur
rant instrumenta, quia scilicet illi sunt subordinata.

128 Instatur secundo:in qualibet arte prẹter habitum artis
docentis,requiritur etiam alius habitus,quo ad opus pro-
greditur; ergo idem dicendum in Logica.

Respondetur,nego consequentiam, est enim maxima
disparitas,ars enim regulat actus potentiæ exterioris; id-
eo etiam quemdam quasi habitum in ipsis requirit; at Lo-
gica est habitus directiuus operationis intellectus; ideo
idem habitus,& docet,& efficit;neque distinctus requiri-
tur. addo quod etiam habitus artis, qui residet in intelle-
ctu,est idem vt tradit pręcepta,& vt applicat operationes
exteriores iuxta pręcepta eiusdem artis.

Instatur tertio ex Zabarella *cap.* 5. Logica applicata re-
bus physicis, v. g. parit scientiam Physicam,Metaphysicis
Methaphysicam: ergo Logica vtens est scientia; ergo ha-
bitus distinctus à Logica docente, quæ ex dictis non est
scientia. antecedens probatur ab eodem Zabarella: Phi-
losophia enim naturalis, nihil aliud est, quam Logica ap-
plicata rebus naturalibus. Respondetur; Logicam
applicatam rebus parere scientiam non tamen ratione
formæ tantum; quod propriè,& per se efficitur à Logica;
sed ratione materiæ substractæ tali formæ; quare cum du-
plex habitus concurrat in confectione cuiuscumque syl-
logismi scientifici: habitus scientificus illius scientiæ in
cuius materia est syllogismus, & habitus Logicæ, paritur
scientia, ratione materiæ principaliter, ratione Logicæ
verò tanquam instrumenti,quo illa scientia vtitur ad edu-
cendas suas conclusiones: hinc ad probationem antece-
dentis dico, eo ipso quod dicitur Philosophia Naturalis
nihil aliud esse,quam Logica applicata rebus naturalibus,
includi duplicem habitum Logicæ,& rerum naturalium,
per hoc patet falsitas vtriusq;cõsequentiæ argumẽti,hinc.

129 Colligitur primo,quare dici soleat aliquis optimus Lo-
gicus cum in aliqua scientia benè syllogizat; quia videli-
cet ad formam syllogismi conficiendam concurrit Logi-
ca,alioquin dicẽndus esset bonus Physicus,& Methaphy-
sicus iuxta materiam, in qua discurrit.

Colligitur secundo. Logicam esse verum instrumẽtum
omnium scientiarum; quia ad eorum nutum habitus Lo-
gicæ efficit, & dirigit operationes intellectus, quod alio-
quin vix posset saluari, si concurreret tantum dirigendo
idealiter; neque per hoc tollitur, quin dicantur scientiæ
suas habere demonstrationes; quia videlicet intellectus
imbutus habitibus scientiarum illas efficit, habitu logica-
li tanquam instrumento scientijs subordinato, eo pacto,
quo domificator dicitur efficere domum, etsi ad illam eli-
citiuè concurrant diuersa instrumenta; quia omnia illa
integrant quodammodo vnum principium, & sunt sub-
ordinata vni principali: eodem modo scientiæ exigunt
Logicam,vt suas demonstrationes efficiant.

Colligitur tertio, vnicam esse Logicam vtentem,con-
tra communem, vt est videre apud Conimbricenses *qu.*4.
*proœmij art.*2.*Vallium par.*2.*proleg.quæst.*4.*cap.*2.*Zaba-*
rellã loco citato, & alios, qui cum dicant Logicam vten-
tem esse habitus illarum scientiarum, ex quarum materia
fiunt syllogismi definitiones,& cętera huiusmodi, dicunt
etiam tot esse Logicas vtentes, quot sunt habitus scientia-
rum, quibus identificatur: at per nos cum sit idẽ habitus,
qui est Logica docens,& hęc sit vnica,vnica est etiã vtens.

Colligitur quarto, quare prudentia, & artes, vt pluri-
mum solum dirigant idealiter, non verò eliciiuè; non 130
enim ars saltandi, quæ residet in intellectu efficit saltum;
sed solum dirigit potentias exteriores, & illas mouet prę-
scribendo modum saltandi: at habitus Logicæ, qui resi-
det in intellectu est ille, qui etiam eliciiuè efficit directio
nem efficiendo definitiones, & syllogismos; ratio ergo
est; quia habitus actuum residet in potentijs distinctis ab
illis, quæ debent efficere opus externum: at habitus do-
centis Logicę est in intellectu,qui ipsemet debet suas ope
rationes facere rectas; ideo potest idemmet habitus elici-
tiuè, & non tantum idealiter, seu exemplariter ad dire-
ctionem concurrere.

An Logica sit habitus Speculatiuus, an practicus. Quæst.V.

PRo intelligentia nostræ quæstionis notandum primo
idem esse praxim,ac actum,seu actionem vt autem ali-
qua actio dicatur praxis, est necesse esse actionem huma-
nam dirigibilem, seu regulabilem per rationem,& volun-
tariè fieri; atque adeò quoties habemus aliquem actum
liberum regulatum per rationem, dicetur praxis, siue sit
intellectus, siuè alterius potentiæ contra Scotum *quæst.* 4.
in prolog. in principio. Si enim actus voluntatis,& cętera-
rum potentiarum dicuntur praxis; quia sunt liberè produ-
cti,& à ratione regulati, seu ad dictamen rationis eliciti,
quare & actus intellectus dici non poterunt praxis, cum
vnus actus ab altero sit dirigibilis, & voluntariè hoc mo-
do potiùs,quam illo eliciatur? etenim intellectus specula-
tus modum sciendi,elicit,seu conficit syllogismum volun-
tariè iuxta pręscriptum rationis dictantis,sic esse construẽ
dum prout speculatus erat.

Notandum secundo ex praxi oriri distinctionem illam
habituum,in speculatiuum, & practicum: si enim habitus 131
sit directio, & regula alicuius praxis, dicitur practicus; si
verò non,non meretur tale nomen: ex quo sequitur, cum
habitus voluntatis omnes sint ad aliquod opus omnes es-
se practicos,vt alibi dicemus; vnde illa diuisio habitus; in
speculatiuum, & practicum ad solum intellectualem [illegible] du-
citur, quæ doctrina habet fundamentum cum Aristotele
2.*Metaph.* 2. agens enim de cognitione, quæ sola est ha-
bitus intellectualis, ait speculatiuæ cognitionis finis est
veritas, practicæ verò opus.

Notandum tertio habitum speculatiuum, & practicum
dupliciter differre, primo ex fine intrinseco, siue ex fine
scientiæ: speculatiui enim est sola veritas, propter quam
speculatur,& in qua sistit, nec ad aliud vlterius ordinatur.

Practici vero habent cognitionem vt regulam & prin-
cipium alicuius operis humani, quod dicitur praxis. dixi
fine intrinseco,quia solus extrinsecus [illegible] finis scientis non
est sufficiẽs diuersificare speciem habituum practicorum,
vel speculatiuorum; si quis enim addiscat artem pingen-
di; vt solum sciat,adhuc tamen [illegible] habitus practicus. Se-
cundo differunt ex materia circa quam; speculatiuus enim
versatur circa materiã non operabilem,ex se,practicus ve-
rò versatur circa materiam operabilem vt operabilis est;
quia scilicet tradit modum, sine est regula [illegible] dirigatur,
& regulatur illud opus;quod non impedit, quin procede-
re possit definiendo,demonstrando &c. Fusius Suarez *di-*
*sputat.*44.*sect.*13. quod notauit & noster doctissimus No-
uarinus *lib.*1.*axiomatum,num.*1529.*&* 1532. his notatis.
Quæritur,an Logica sit habitus speculatiuus,an practicus.
Omissis varijs Doctorum Sententijs, quas quilibet vide-
re poterit apud Fonsecam,2.*Metaph.cap.*3.*quæst.* 2. Ami-
cum *quæst.*4.*dubio* 3.*tract.* 1.

Vnicam ponimus conclusionem.Logica est habitus pra 132
cticus.Probatur primo. Logica versatur circa praxim; er-
go est practica: consequentia patet ex secundo notabili.
Minor probatur,cõstructio modorum disserendi est actus
ab intellectu factus,item voluntariè supposita cognitione
ipsius modi sciendi,& fiunt ratione pręscribente [illegible]
& regulam,& fiunt iuxta notitiam illam practicam ergo
sunt praxes.

Con-

Confirmatur primo: in hoc distinguitur scientia speculatiua à practica, quod hæc sistit in sola cognitione, illa habet cognitionem in ordine ad opus; sed Logica ideo speculatur modum differendi, vt construat syllogismos; ergo non est speculatiua.

Confirmatur secundo: habitus practicus versatur circa materiam, vt operabilem, siue vt sit regula, quomodo opus efficiatur; sed Logica versatur circa operationes intellectus vt illas dirigat, seu prout dirigibiles; ergo est scientia practica.

Probatur secundo principaliter: scientia moralis ideo est practica; quia est cognitio regulatiua actuum voluntatis, ergo & Logica erit practica, quæ docet modum rectè operandi per intellectum; Etenim *ex primo notabili*: habemus etiam actus intellectus esse capaces praxis contra Scotum, quis enim inficiabitur contemplari hoc, & illo modo. hoc & illo tempore esse actus intellectus, & tamen regulantur per scientiam moralem.

Côtra nostrã Conclus. Instatur primo ex Arist. 6. *Met.* 1 Omnis scientia, aut est actiua, aut factiua, aut speculatiua, sed Logica non est factiua; quia factiua dici-
133 tur cuius est regulare actiones externas, cuiusmodi [illegible] operationes intellectus, neque est actiua, [illegible] enim est sola moralis, cuius est modum tradere rectè operandi per voluntatem ex eodem Aristot. 6. *Eth.* 3. ergo [illegible] vt sit speculatiua. (& est argumentum huc [illegible] ex tertia quæstione.)

Respondetur [illegible] Suarez *disp.* 4 *sect.* 13. *nu.* 19. Aristotelem sub [illegible] non semper comprehendere solas actiones voluntatis; sed aliquando omnes actus immanentes, vt [illegible] *metaph.* 9. [illegible] videre; aliquando etiam actiones transeuntes, quæ nullum opus per se relinquunt, vt Musica, ait enim 6. *Eth.* [illegible] *nis effectionis est quid aliud præter ipsam; actionis vero* [illegible] *semper*, immo, aliquando sub nomine actionis omnem [illegible] sine internam, siue externam [illegible], [illegible] Suarez *loco qui supra*, quia tamen [illegible] præcipuæ sint immanentes, & inter has [illegible] morales voluntatis, ideò actionem frequenter explicat in ordine ad actum voluntatis, & ad prudentiam, vt [illegible] argumentum. Concludo ergo, Logicam comprehendi [illegible] membro [illegible], cum actio magis propriè actus [illegible] comprehendet, neque facessit aliquid negotium [illegible] Toleti *quæst.* 5. *proœ.* §. *sit secundũ fundamentũ* [illegible], [illegible] in actiuis principium esse electionem; si [illegible] Aristoteles, ideo hoc dixit; quia in actiuis [illegible] sunt actus morales; qui ab electione sunt, sicut [illegible] diximus sæpissime actionem explicari per [illegible].

134 Instatur secundo, habitus speculatiuus ex D. Thoma *Eth.* 1. *lect.* 3. agit de subiecto resoluendo, considerando eius naturam & partes, at practicus componendo, scilicet tradendo regulam, qua aliquid componatur, & fiat; sed Logica procedit resoluendo, ideo quatuor præcipui libri ab Analysi, idest resolutione, sunt dicti, ergo est habitus speculatiuus.

Respondetur, ideo Logicam tradere etiam resolutionẽ modi differendi in principia, vt perfectius eundem modum conficiat; sic enim cognoscit principia, & partes sui modi. ex quo cognoscitur quam aptè tradatur talis modus, quare cum omnia faciat in ordine ad opus, scilicet constructionem, non officit, quin habitus practicus sit cẽsendus. Addo quod prædicti libri dicuntur Analytici secundum multos; quia docent reducere syllogismos imperfectos ad perfectos ita Conimb. *quæst.* 3. *proem.*

Instatur tertio, etiam Geometra potest efficere triangulum, neque tamen per hoc Geometria est scientia practica; ergo neque Logica erit habitus practicus; eo quia, qui ea pollet, efficiat syllogismum, aut definitionem.

Respondetur nego consequentiam. Geometria enim, & ceteræ similes non ordinantur ad opus à fine intrinseco; sed tantum ab extrinseco, quia scilicet qui eis pollent, velint aliquid efficere: at Logica intrinsecè ordinatur ad conficiendos modos differendi, cuius signum est, quod tradit [illegible], & præcepta, iuxta quæ confici debent, quod non accidit in Geometria.

135 Instatur quarto. Omnis Scientia est ordinata fine intrinseco ad bene definiendũ, vel syllogizãdum, neq; tamẽ per hoc dicitur practica, ergo neque Logica erit practica, etsi ordinata [illegible] intrinsece ad prædicta benè construenda.

Respondetur omnes scientias esse ordinatas non ad definiendum, vel syllogizandum; sed ad sciendum per definitionem, & syllogismum, quæ conficiunt per Logicam tamquam per instrumentum proprium, vt dictũ est, quare negatur consequentia, quia Logica de se est ordinata ad sciendam naturam prædictorum, vt illa conficiat iuxta regulas, quas habet de illis. Addo quod in scientiis speculatiuis speculatio non est distincta ab ipso actu, quem promunt, sed omnis suus actus est ipsa speculatio, at ad praxim requiritur, vt sint duo actus, quorum vnus sit regula alterius, sic prius cognoscitur quomodo eliciendus saltus, postea iuxta dictamen artis saltatoriæ fit saltus: sic in Logica alius est actus, quo traduntur regulæ, iuxta quas dirigendæ operationes, alius, quo actu diriguntur conficiendo bonam definitionem, aut argumentationem; ideo duplex Logica docens, & vtens, quare male infert Vallius *cap* 16. *quæst.* 4. *citata*, omnem scientiam fore practicam, si Logica est practica, quia, inquit, omnis scientia est ordinata ad benè operandum circa proprium obiectum: aliud est enim esse facultatem ad sciendum tantum, aliud esse cognitionem regulatiuam alicuius operis, seu esse facultatem ad sciendum, vt operemur; non sic scientiæ speculatiuæ. hoc maximè notandum, in hoc namque argumento facilè quis capi posset.

De Obiecto Logicæ. Quæstio V I.

IN huius quæstionis definitione tot, & adeò diuersi sunt dicendi modi, vt omni veritate dicere possimus, quot 136
capita, tot sententiæ. Nos breuitatis gratia omnibus omissis, quæ videri possunt prolixius explicata apud Amicum *tract.* 1. *in Logicam quæst.* 5. *tota*, nostrum placitum aliquibus conclusionibus aperiemus: pro quo

Notandum primo cum Zabarella *lib* 1. *de natura Logicæ cap.* 5. rigorose, & ex vi sermonis obiectum, subiectum, materiam, & finem inter se multum differre. obiectum est tantum illud, quod obijcitur potentiæ, & in eo, nihil efficitur subiectũ vero, seu materia dicitur illud, quod subijcitur quodammodo, & aliquid recipit, videlicet aliquam formam. Finis verò dicitur, ad quem ordinatur habitus ipse, ex quo solemus inuestigare artium materias. hinc sequitur in rigore solas scientias speculatiuas habere obiectum, & de illis merito inuestigari, quænam sint obiecta, circa quæ versantur. Cæteras vero disciplinas practicas, potius habere materiam, seu subiectum, & finem, quam obiectum, etenim speculatiuæ solum speculantur, & nihil efficiunt in obiecto: at practicæ & artes, si quid cognoscunt, totum est in ordine ad formam introducendam, sic faber lignarius multa accidentia ligni cognoscit, vt formam cathedræ ipse introducat.

Notandum secundo ex eodem Zabarella *eodem loco* differre obiectum, & materiam, seu subiectum, quia enim 137
obiectum proponitur, vt tantum cognoscatur, ideo toto conatu scientia debet naturam sui obiecti inuestigare, & inquirere omnes passiones eius, & omnia accidentia, subiectum verò, seu materiam, quia tantum intellectui obijciatur, vt cognoscatur in ordine ad formam producendã, ideò satis est, si cognoscatur, quantum sat est, ad introductionem illius formæ, vt nos aliàs diximus. Secundo differunt, obiectum, & materia, quia scientiæ pendent formaliter ab obiecto, at artes non pendent formaliter à materia, sed à fine: eadem enim ars statuaria modò circa æs versatur, modò circa aurum, neque ex hoc diuersificatur à seipsa, ex quo sequitur obiectum dare vnitatem, materiam nequaquam. Tertio differunt, quia in obiectis scientiarũ, est considerare partem materialem, & partem formalem, sub qua ab illa scientia consideratur, at in materia, & subiecto artis, non est assignare partem formalem, vt patet in ferro, quod ad diuersas artes potest pertinere, quæ tamen inter se differunt.

Notandum tertio obiectum, & finem in hoc differre, quod obiectum debet esse existens, & vt tale consideratur, & de ipso accidentia demonstrantur: finis verò non consideratur, vt existens, sed vt efficiẽdus, ideo obiectum consideratur, quod sit; finis verò, quod fieri possit. Finis reperitur tantum in artibus, obiectum tantum in scientiis his notatis.

Vnica Conclusio, Logica non habet proprie obiectum, sed tantum materiam, & finem.

Probatur Logicæ finis non est speculatio, seu veritas alicuius obiecti; sed est opus, nimirum operationes dirigere, syllogismos, aut demonstrationes conficiendo vt ex 2.& 3.*quæst.* patet, ergo non habet propriè obiectum, consequentia patet ex primo notabili.

Confirmatur. Logica quidquid speculatur, & inuestigat, omnia sunt in ordine ad opus efficiendum; ideo non exactè, & intimè attinguntur ab illa; sed tantum, quantum sat est ad suum finem assequendum, ergo non habet obiectum, antecedens est clarum; perfectè enim considerare operationes intellectus pertinet ad animasticum; consequentia patet ex secundo notabili.

Confirmatur secundo, quod sibi cognoscendum proponit Logica, non proponit, vt existens; sed vt efficiendũ; ergo non habet propriè obiectum. Antecedens est probatum. 3.*quæst.* vbi diximus Logicam non esse scientiam; quia versatur circa generationem syllogismi; Consequentia est in tertio notabili. Secunda pars Conclusionis etiam probatur, quod nempe habeat materiam, & finem: Logica conuenit cum Prudentia, & cum artibus in quantum ad hoc, quod est practica, & eius finis est aliquod opus; ergo habet materiam, in quam hoc opus exerceat, & aliquam formam inducat: sic ars medicinæ habet pro materia hominem, in quem inducenda est Sanitas; Frenofactoria habet pro materia ferrum, in quod freni formam inducere intendit, ergo etiam Logica suam habet materiam. quænam autem sit sequenti quæstione discutietur.

139 Hic infertur cum Zabarella *c. 7. in fine*, quantum aberrauerint, qui in Logicæ obiecto omnes illas conditiones assignare conati sunt, quas Aristoteles in solis obiectis speculatiuæ scientiæ assignauit, cum Logica, neque habeat obiectum, & consequenter, neque illarum conditionum sit capax, quę in vero obiecto debent reperiri. Vnde nõ est laborandum vt in Logicæ obiecto partem materialem, & partem formalem distinguamus, in quo multum laborant Doctores; sed solum materiam ei tribuentes, & verum obiectum ei negantes, neque istas affectiones assignare cogimur. Quæ sententia, non solum quia ingenuam, & candidam veritatem contineat, est omnibus præferenda, sed etiam quia nullo negotio omnes difficultates, in quas in assignando Logicæ obiecto, offendunt aduersarij dissoluantur, vt patebit consideranti, & perfectè ipsam expendenti. Huius sententiæ meminit Vallius *in prolog. par. 2. q. 3 c.7.* neque affert quidquam alicuius momenti contra ipsam, licet intendat illam impugnare. Videat qui vult.

Quænam sit Logicæ Materia. Quæstio VII.

140 DE fine Logicæ egimus *quæst. 2.* igitur solum remanet exquirendum quænam sit eius materia; materiam enim habere asseuerauimus *quæst. præcedenti*, cum ei verũ obiectum negauimus, ex fine autem vniuscuiusque artis materiam cognoscimus, vt diximus *de fine q. 2.* inuento enim fine, propter quem, seu quem intendit ars illa, id, in quod introducitur forma, quam intendit, est materia; quare cum finem proximum Logicæ dixerimus esse operationes dirigere, hoc est formam, quam intendit logica, esse directionẽ, (ex eo enim quia intellectus benè, vel malè operari poterat, indigebat aliquo habitu, quo in suis operationibus dirigeretur) ideo illud erit proxima materia Logicæ, in quod hanc directionem inducet. circa quod

Vnica Conclusio. Materia sunt singulę intellectus operationes. Probatur in qualibet arte materia proxima est id, in quod ars introducit formam, quam, vt finem intendit: sic ferrum est materia proxima in frænofactoria, quia in ipsum introducit formam freni intentam; sed Logica inducit directionem in singulas operationes intellectus; ergo singulæ sunt materiæ. minor probatur. Logica, est tradita ad dirigendas operationes intellectus; sed singulæ indigent directione; ergo in singulas operationes Logica inducit directionem.

Probatur secũdo: sicut se habet philosophia moralis ad operationes voluntatis, ita Logica ad operationes intellectus; sed ex omnium consensu operationes voluntatis sunt materia moralis; ergo operationes intellectus erunt materia Logicæ.

141 Probatur vltimo, auctoritate Aristotelis, & D. Thomæ Arist. quidem *2. metaph. text. 15.* vbi appellat Logicã modum sciendi, quia dirigit operationes intellectus, quarum directione scientias acquirimus, vt interpretantur Auerroes, & cæteri Peripatetici. D. autem Thomas *prima parte, & primo periherm.* habet, Logicam versari circa actus rationis, tanquam circa propriam materiam, & probat totã Logicam esse institutam ad tres operationes dirigendas: propter primam, inquit, inscripti sunt libri prædicamentorum, propter secundam libri perihermenias, propter tertiam cæteri omnes Analytici, videlicet Topici, & Elenchorum.

Sed contra Instatur primo, prima operatio, scilicet simplicium apprehensio non potest errare; ergo non indiget directione; ergo non omnes operationes intellectus sunt materia Logicæ.

Respondetur, nego Antec. in prima enim apprehensione potest esse error dupliciter, primo si non apprehendatur totum obiectum, secundo quia non apprehendatur, sicuti est, & ideo indiget directione, quam exhibet Logica tradendo præcepta, quibus certè, & absque errore inuenire possimus partes cuiuslibet rei, vt rectè res cõcipiamus. Clarius alibi, vbi dicemus in prima apprehẽsione esse posse falsitatem; neque per hoc Arist. nobis cõtradicere, cum dixerit, simplicium non esse falsitatem.

Instatur Secundo. Logica agit de secunda, & prima operatione in ordine ad tertiam; ergo sola tertia est materia, in quam Logicam introducit suam formã: Antec. probatur quia Logica est in ordine ad alias scientias, idest ad actum scientificum, qui consistit in assensu cõclusionis ex vi præmissarum; ergo agitur de prima, & secunda operatione, quatenus præmissæ concurrunt ad pariendum actũ scientificum, qui tantum per tertiam operationem habetur. Consequentia illa probatur, quando in aliqua scientia plura tractantur, quæ reducuntur ad aliquod vnum, vt principia, aut passiones, aut alio modo, illud vnũ est, quod in illa scientia, aut arte attenditur: sic Philosophia naturalis agit de materia, & forma, quæ sunt principia corporis naturalis, quod tamen solum est eius obiectum; ergo si prima, & secunda operatio tractantur in Logica in ordine ad tertiam operationem; ergo sola tertia operatio erit eius materia. Ad argumentũ nego antecedens, etsi enim nulla esset tertia operatio, adhuc prima, & secunda operatio essent capaces directionis; quia in illis secundum se consideratis potest esse error; ideo secundum se indigent directione. Per hoc patet ad probationẽ antecedentis, licet enim agatur de prima, & secunda operatione, vt præmissis in ordine ad tertiam operationem, in qua consistit actus scientificus, tamen agitur de his etiam secundum se, præcisa omni relatione ad tertiam operationem, vt patet ex his, quæ tradit Aristoteles *lib. periherm.* cum deinde in *libris priorum* agat de secunda operatione in ordine ad tertiam; quare negatur consequentia, & patet ad eius probationem. 142

An Logica sit necessaria ad alias scientias. Quæstio vltima.

SVpponendum primò quæst. non esse de Logica naturali (quæ etiam dicitur Logica inchoata, seu imperfecta) cum enim hæc aliud non sit, quam facultas ipsa intellectus, qui potest naturaliter discurrere, & ex aliquo noto venire in cognitionem alicuius ignoti, certũ est esse simpliciter necessariam, quare tota quæstio est de Logica artificiali, an sit necessaria ad alias scientias. 143

Supponendum secundo. Logicam artificialem esse illã cognitionem omnium præceptorum, quæ traduntur ad benè disserendum, definiendum, & ad cognoscẽdam vim consequentiæ, & illationis, siue hæc cognitio habeatur ab alio, siue à seipso acquiratur obseruatione, & exercitio: Etenim primi inuentores Logicæ, quæ nunc in scholis addiscitur, ab aliis non acceperunt; sed à seipsis obseruando in suis discursibus, quando benè dissere bant, & quare modo benè, modo malè, & de hoc præcepta reliquerunt, quæ omnia simul congesta est Logica artificialis, quam nos modo tradere intendimus.

Supponendum tertio, ad aliquem finem acquirendum aliquod medium posse esse necessariũ dupliciter, vel simpliciter, vel secundum quid; [illegible] dicitur necessarium simpliciter, sine quo finis haberi nequit, illud dicitur necessarium secundum quid, quod quidem [illegible] est ad [illegible] facilius acquirendum, tamen etiam sine illo haberi [illegible],

verb. grat. Equus ad eundum Romam. his suppositis.

Vnica Conclusio. Logica artificialis est simpliciter necessaria ad scientias acquirendas: est communis omniũ Paripateticorum apud Vallium *in prolog. par. 2. quæst. 1. c. 1.* contra Iandunum, Zabarellam, Fonsecam, & alios, qui volunt esse necessariam tantum secundum quid.

144 Probatur vnica ratione. Scientia est cognitio acquisita per demonstrationem, certa, euidens, & vt talis cognita, ergo Logica artificialis est simpliciter necessaria ad scientias acquirendas. Antecedens probabitur suo loco. consequentia probatur; nequit syllogizans, vel definiens euidẽter cognoscere se scire; nisi obseruet vim necessariam cõsequentiæ, consequenter nisi attendat, sic, est sic esse definiendum, aut syllogizandum ad prædictam euidentiam; sed hæc est Logica artificialis; ergo.

Confirmatur, licet intellectus naturaliter possit conficere syllogismos, & definitionem, quæ sint bona & necessaria; tamen non patient scientiam; nisi conficiens sciat esse bona, sed hoc nequit nosse, nisi obseruando, quod talis modo euadunt bona, alio nequaquam; sed hæc est Logica artificialis, ergo.

Confirmatur secundo, nunquam censetur aliquis sciens, nisi quando scit se non errare, alioquin, vel erit cre[illegible], vel opinans tantùm; sed quisquis scit, se non errare, reddet [illegible], qua propter non errer, sed hæc est Logica artificialis, ergo [illegible] aliud est quod per solam Logicam naturalem possint confici syllogismi, & definitiones bonę materialiter, scilicet non cognitæ, vt bonæ; quo pacto homines etiam rudes efficiunt: aliud, quòd possint confici bonæ formaliter, scilicet cognitæ vt tales; quod requiritur ad scientias; hoc enim nequit absque Logica artificiali; quia [illegible], ac intercedit aliqua reflexio, vel obseruatio, non est amplius Logica naturalis; sed artificialis, siue addiscatur [illegible], siue per seipsum acquiratur.

145 Sed contra Instatur primò, multi didicerunt scientias absque [illegible] logica artificiali, vt Hippocrates, Ægyptij, Caldei & illi omnes, qui antequam Logica esset tradita, fuerunt scientes; ergo non est simpliciter necessaria. Respondetur negando Antecedens: vel enim veram sciẽtiam non habuerunt, nisi materialiter, vel habuerunt Logicam artificialem inuentam à seipsis: multi enim existimantur vsi tantum Logica naturali; quia tunc non aderant præcepta, quæ [illegible] facto sunt; & tamen habebant veram Logicam artificialẽ à seipsis inuentã, per quã cognoscebant euidentiam [illegible] Cõclusionum, licet illa præcepta non tradiderĩt; & hoc maxime obseruandum. Neque iurisperitia, quæ potest acquiri absque Logica est vera scientia, neque traditur methodo scientifica, alioquin etiam ad ipsam esset necessaria Logica artificialis eadem ratione, propter quam ad alias scientias; sed tantum est quædam cognitio diuersarum conclusionum moralium; quæ tamẽ etiam ipsa perfectius possidetur, si sit in Logico, quia scit reddere veram causam earum conclusionum.

Instatur secundo, qui sunt ingenij perspicaces statim cognoscunt quomodo arguendum, & definiendum, & cognoscunt bonitatem syllogismi, & definitionum; ergo sufficit Logica naturalis, & non est necessaria artificialis. Respondetur. Ingenij perspicaciores in hoc excellere illos, qui rudes sunt, quòd seipsis poterunt obseruare, & inuenire præcepta Logicæ artificialis, & illis vti. non autem quòd possint absque illis; quia si sciant se scire, necesse est, quod obseruent modum procedendi fuisse bonum, & necessarium: ecce Logicam artificialem; hinc Logica ortum habuit, vt benè Vallius, Conimbric. Zabarella, & alij obseruant: vide ipsos.

146 Instatur tertio. Ergo etiam sibi esset necessaria; quia in hoc imitatur scientias, quod euidenter cognoscat Syllogismos, & definitiones, vt sic, esse bonas. Respondetur cõcedendo totum, secundum diuersas partes; vna enim pars est necessaria ad aliam. vide Vallium *c. 7. q. citata ad tertiũ.*

Instatur quarto. quælibet scientia habet proprias definitiones, & demonstrationes, & cætera ad sciendum necessaria, ergo Logica non est necessaria. Consequentia probatur quia eatenus est necessaria, quatenus dat formam disserendi.

Respondetur vt supra, scientias habere demonstrationes, & definitiones de ratione materię, at à Logica habere formam argumentandi, & euidentiam consequentiæ, vt dictum est.

Non quærimus, an Logica habeat perfectam vnitatem, quam ab obiectis recipiunt scientię, & de Logica, hic quęrunt Doctores: etenim cum dixerimus non habere verum obiectum; sed materiam, & finem, non est, cur vnitatem scientiarum in illa quæramus. sed solum erit in illa vnitas, quæ à fine in artibus solet assignari; de qua vnitate, quisque potest ex dictis intelligere quid sit dicendum, quare de procœmialibus satis sit.

Tractatus & Quæstiones in Isagogem Porphyrij.

Expeditis procœmialibus ad Dialecticam, quod primò tractandum, occurrit, est Isagoge Porphyrij, scilicet introductio. sic inscribitur; quia in illa agens Porphyrius de quinque prædicalibus viam aperit ad intelligenda decem prædicamenta Aristotelis, quæ sine illorum cognitione percipi non possunt. Triplici tractatu hic de ipsis disputabitur. primus erit de Ente rationis: quia quinque prædicabilia dicuntur Entia rationis Logica, consequenter ad ipsorum intelligentiam exigitur cognitio entis rationis; Secundus erit de vniuersalibus in genere; quia prædicta in hoc conueniunt omnia, quod sunt quædam vniuersalia respectu eorum, de quibus prædicantur: Tertius tandem erit de ipsis prædicabilibus singillatim.

Tractatus Primus, Qui est de Ente Rationis.

An sit, & quid sit Ens Rationis. Quæstio Prima.

Notandum est, quando quærimus an detur Ens rationis, non formari quæsitum de vera, & reali existentia; hoc enim esset inuoluere contradictionem, quod sit Ens rationis, & realiter existat; sensus igitur tituli est, an detur eo modo, quo capax est, hoc notato. 147

Prima Conclusio; verè datur Ens rationis. probatur primò auctoritate Aristotelis *5. met. tex. 15.* prout refert Suarez *disp. 54. sect. 2. num. 4.* dicit enim Philosophus duplex reperiri Ens; aliud, quod verè est in re; aliud verò, quod tantum in intentione: sed hoc est ens rationis, prout in sequenti conclusione videbimus, ergo secundum Aristotelem datur ens rationis. Probatur secundo auctoritate ferè omnium Doctorum, vt apud ipsos est videre, præcipuè apud Conimbricenses *in præfatione [Porphyrij quæst. 6. artic. 1.*

Secunda Conclusio. Ens rationis est illud, quod habet esse tantum obiectiuè in intellectu, siuè, & in idem redit; ens rationis est cum intellectus concipit per modum Entis id, quod verè non est ens; definitur hæc definitio ex commentatore *6. methaph. comment. 3.* explicatur, & probatur simul conclusio; ens triplicem habitudinem potest habere ad intellectum, effectiuam quomodo habent omnia artificiata, quæ intellectum, & rationem recipiunt, vt causam; secundo subiectiuam, quomodo habent omnes habitus, qui subiectantur in intellectu. tertio obiectiuam, quia videlicet obijciuntur, & repræsentantur, vt obiecta cognoscibilia intellectui. hoc tertio modo tantum ens rationis respicit intellectum: quoties igitur intellectus considerat aliquid, quod verè non est à parte rei, nec esse potest, attamen intellectui obijcitur, ac si esset, dicitur esse tãtum obiectiuè in intellectu; & in hoc consistit essentia entis rationis: dicitur autem *tantum* ad differentiam entis realis; quod quando cognoscitur, licet sit in intellectu obiectiuè; est tamen obiectiuè secundum suum esse reale, v. g. lignum est obiectiuè in intellectu, quatenus vt quid cognoscibile cognoscitur ab intellectu; non est tamen obiectiuè *tantum*, quia obijcitur secũdum esse reale, quod habet à parte rei. Etenim cum ens rationis dicatur, vt omnino contra distinctum, & oppositum enti reali, excludit omnem entitatem realem, & existẽtiam actualem, & possibilem à parte rei; ergo dicit solum existentiam obiectiuam in intellectu; ergo vera Conclusio.

Explicata quidditate entis rationis remanet, & clare probata prima conclusio; si enim ipsius quidditas consistit in hoc, quòd intellectus cognoscat, vt ens aliquid, quod verè à parte rei non est; quis poterit sano iudicio asseuerare non dari ens rationis? quoties enim intellectus apprehendit priuationem, & negationem, vt formas existentes in subiectis, cum re vera nihil sint; quoties intellectus fingit aliquam distinctionem in vnica re: quoties intelle- 148

tellectus affirmat animal eſt genus, apprehendens ſignificatum generis per aliquid diſtinctum, & reale, cum tantū ſit quid fictum? & ſimilia; ergo datur Ens rationis. vide D. Thom *opuſ*.42.*c*.1.

Quæres quid habeat commune Ens rationis cum Ente reali.

Reſpondeo, ſolum nomen; ſicut enim homo pictus nihil habet commune cum homine vero; niſi nomen; quia videlicet eodem nomine appellatur; ita Ens rationis dicitur Ens tantum per hoc, quod apprehenditur ab intellectu, ac ſi eſſet Ens; vnde ſolum in nomine communicat cū Ente reali, ſicut in ſolo nomine communicat homo pictus cum homine vero; quare Ens eſt nomen purè æquiuocum, & non analogum, ad Ens reale & rationis, vt bene Hurtadus *in Metaphyſ. diſp*.19.*ſect*.4.§.77.

Pro multorum argumentorum ſolutione, quæ afferri poſſunt ad probandum non dari Ens rationis, ſed omnia eſſe Entia realia, de quibus Suarez *loco citato ſect*. 1. hæc duo ſunt aduertenda; Primò, quotieſcumque de Ente rationis vſurpantur huiuſmodi locutiones; eſt Ens rationis; à parte rei datur Ens rationis; fit de nouo cum prius non eſſet; & cætera iſtius generis, eſſe intelligenda eo modo, quo eſſe, dari, & fieri poteſt Ens rationis: & ſicut Ens rationis dicitur Ens per quendam modum loquendi, vt ſupra dictum eſt; ita & huiuſmodi propoſitiones, quæ propriè, & verè ſunt Entis realis, non niſi propter eamdem rationem tribuuntur Enti rationis.

149 Aduertendum ſecundo, ſæpè ſæpius intellectum ab aliquo fundamento reali ſumere occaſionem fundādi Entia rationis. Vnde aliud erit loqui de fundamento, aliud de ipſo Ente. Fundamentum enim erit reale, Ens tamē, quod intellectus, indè format, erit rationis: quare non poterit fieri tranſitus de fundamento ad Ens. v. g. ex eo quod in Petro, & in Paulo, eſt natura humana, intellectus ſumit occaſionem fingendi ſpeciem, vt quid commune vtrique; vndè non valebit, *natura humana eſt quid reale in Petro, item in Paulo, ergo ſpecies, quæ hanc eamdem naturam ſignificat, erit Ens reale*; non valet in quam: quia ſpecies ſignificat naturam humanam, vt Communem Petro, & Paulo, & Cæteris; vt ſic autem eſt quid fictum ab intellectu, ſumenti occaſionem, ex eo quòd in vtroque reperiatur eadem natura, numericè tamen, diuerſa, vt patebit, cum de vniuerſali; nec vnquam datur aliqua natura communis, exiſtens à parte rei ab omnibus participata: hoc autem eſſet neceſſe, ad hoc vt ſpecies eſſet Ens reale.

A quibus cauſis, & quomodo fiat Ens Rationis. Quæſtio Secunda.

HÆc quæſtio poteſt agitari de cauſis tum Phyſicis, tū Methaphyſicis, ſi attendatur titulus generaliter poſitus: attamen noſtrum intentum eſt, ſolum quærere à quibus cauſis efficientibus poſſit fieri Ens rationis; ſi enim loquamur de cæteris cauſis phyſicis, nempe materiali, formali, & finali, vix poterunt aſſignari, cum Ens rationis tātum habeat eſſe obiectiuum in intellectu; ne ſit quid poſitiuum: de cauſis autem Methaphyſicis, ſcilicet genere, & differentia, aliqua attingemus cum eius ſpecies quæremus *quæſt*.3. de his enim cauſis diligenter ſpeculari, quæſtiones longas texere nullius eſſet vtilitatis, quare principaliter de cauſis efficientibus quæſtionem inſtituo.

150 Prima Concluſio. Ens rationis non conſiſtit in denominatione extrinſeca, atque adeò non fit ab omni forma extrinſecè denominante. Pro huius Concluſionis intelligentia, attendite duplicem eſſe denominationem, aliam intrinſecam, aliam extrinſecam. Intrinſeca eſt, quæ prouenit à forma, quæ ſit intrinſeca ſubiecto, quod denominatur, vt albedo, quæ inhæret parieti, qui dicitur albus, efficit denominationem intrinſecam. Extrinſeca verò vice verſa illa eſt, quæ prouenit à forma non inhærente ſubiecto, quod denominatur; ſic Petrus dicitur viſus à Paulo per actum viſionis exiſtentis in Paulo. hæc Concluſio eſt contra Durandum, Herueum, & alios, quos affert, & ſequitur Vallius in *proleg.part*.1.*quæſt*.2.*cap*.6. eſt tamē cum Suarez (*loco citato ſect*.2.) Hurtado *loco citato*, Rubio, & alijs.

Probatur concluſio. denominationes extrinſecæ ſæpè nullam dicunt dependentiam ab intellectu, & ratione; ergo in ipſis nequit cōſiſtere Ens rationis. Antecedens probatur; eſſe amatum, eſſe viſum, eſſe honoratum, & ſimiles denominationes extrinſecæ ſunt ſine aliqua dependentia à ratione; nullo enim intellectu cogitante Petrus dicitur amatus, ab amore, qui eſt realiter in Paulo; ergo conſequētia patet; quia Ens rationis, ideò dicitur rationis, quia reſpicit rationem aliquo modo, ergo.

Confirmatur: à forma reali procedit tantum denominatio realis: ſed denominationes extrinſecæ, vt plurimum ſumuntur à formis realibus; ergo ſunt denominationes reales; ergo non ſunt Entia rationis. pluribus apud Hurtadum *loco citato*.

Secunda Concluſio; Ens rationis fit ab intellectu per actum aliquo modo comparatiuum, ſeu, reflexiuum ad aliud; neque alia potentia ab intellectu illud formare poteſt. Noſtra Concluſio tres habet partes, & quo ad ſingulas indiget probari. Prima eſt. *Ens rationis effici ab intellectu*, quæ ſic probatur. Ens rationis tunc dicitur fieri, quādo cognoſcitur per modum Entis id, quod non eſt Ens; ergo intellectus, cuius eſt cognoſcere Ens, erit formare Ens rationis; ergo vera Concluſio. Confirmatur: Ens rationis habet eſſe obiectiuum tantum; ergo ab intellectu producitur, cuius dicitur obiectum. 151

Sed contra inſtatur primo. Ens rationis eſt obiectum intellectus; ergo non fit ab intellectu. Antecedens patet; quia cognoſcitur ab intellectu; conſequentia probatur; quia obiectum eſt cauſa potentiæ, & terminus ſuæ operationis; ergo ſupponitur ab illa.

Reſpondeo, dato antecedenti, nego conſequentiam. ad probationem, obiectum motiuum, quod imprimit ſpeciē in potentiam eſſe cauſam, & prius potentia; at obiectum purè terminatiuum non ſemper præexiſtere; quia cum ſolum debeat terminare, ſatis eſt, quod ſimul ſit cum potentiæ operatione; ſic in caſu noſtro. Ens rationis eſt tantum obiectum terminatiuum cognitionis, ideò ſolum coexiſtit cognitioni: neque vnum eſt prius altero; niſi ſecundum diuerſum genus cauſalitatis; cognitio enim dicitur prior Ente rationis, quatenus eſt via ad illud; Ens rationis dicitur prius ipſa cognitione; quatenus extrinſecè quodammodo ſpecificat talem cognitionem: ſed hoc accidit in productione cuiuſcumque termini comparati ad ipſam productionem, quæ omnia difficiliter nunc poſſunt intelligi, cum multa ſupponant de modo operandi intellectus, & potentiarum, de quibus ſuo loco; non ſunt tamen relinquenda cum nullibi amplius habendus ſit ſermo de Ente rationis.

Inſtatur ſecundo, intellectus non fœcundatur per ſui ſpeciem ab Ente rationis; ergo non cognoſcitur ab illo; ergo non fit ab illo. Vltima conſequentia patet: quia Ens rationis intantum fit, inquantum cognoſcitur; Prima probatur: quia intellectus nullum obiectum poteſt percipere; niſi habeat ſpeciem ipſius impreſſam. Antecedens etiam probatur: quia alioquin eſſet obiectum motiuum; ergo præexiſteret ex dictis, &c. Præterquam quod ſi per ſui ſpeciem fœcundaret intellectum, haberet aliquid eſſe reale, per quod realem ſpeciem produceret, conſequenter eſſet Ens reale, non rationis. 152

Reſpondeo conceſſo antecedenti, negatur prima conſequentia. ad probationem dico, intellectum, ad formandum Ens rationis cognoſcendo fœcundari per ſpeciem Entis realis; eadem enim ſpecies, quæ v. g. repræſentat nigredinem, tanquam formam inhærentem parieti, poteſt etiam fœcundare ad concipiendam cæcitatem. ad modum formæ exiſtentis in oculo; & ſic de cæteris, ſicque ab eadē ſpecie poteſt eſſe duplex effectus inadæquatus; ſcilicet repræſentatio Entis realis, ad Entis rationis: etenim omne principium hoc habet, quod poſſit plures effectus in adæquatos, licet tantum vnum adæquatum; & cum Ens rationis cognoſcatur ab intellectu ad modum Entis realis, non eſt mirum. quod ſpecies Entis realis poſſit fœcundare ad cognoſcendum aliquid, quod non eſt Ens ad inſtar ſui obiecti, à quo producta eſt.

Probatur ſecunda, quæ erat, *Ens rationis fieri per actum aliquo modo comparatiuum, ſeu reflexiuum ad aliud*. Intellectus informando Entia rationis ſupponitur cognouiſſe aliquid, ad cuius imitationem formet; ſic, vt cōcipiat tenebras ad modum Entis, ſupponitur cognitio lucis, itē cognitio formæ, cum ad modum cuiuſdam formæ illas cōcipiat; puta nigredinis; ergo hic actus eſt reflexiuus, ato modo ſumendo reflexionem, quatenus eſt cognitio ſup- 153

ponens

[illegible]nens aliquã aliam, supra quam fundatur quodammodo.

Remanet probanda tertia pars, scilicet, *nullam aliam potentiam ab intellectu posse Ens rationis formare.*

Probatur igitur primò. Nulla potentia potest extendi extra propriũ obiectum: sed Ens est obiectum tantum intellectus, ergo ad solum intellectum spectabit illud cognoscere: ergo solus intellectus potest formare Ens rationis. Hæc vltima consequentia probatur: quia Ens rationis fit, quando cognoscitur id, quod non est Ens per modum entis; ergo ad illam tantum potentiam pertinebit, ad quam pertinet Ens; ergo ad solum intellectum. Secunda remanebit probata ex solutione argumentorum; quæ probare nituntur ad alias etiam potentias pertinere. contra hanc tertiam partem.

154 Instatur primo: Ens rationis est, quoties apprehenditur res aliter, quam sit; sed multoties sic apprehendunt & sensus; sic visus quod est integrum apprehendit, vt fractum, ergo etiam sensus efficiunt Ens rationis. Ad argumentum respondeo primò, non sufficere apprehendere rem aliter quam sit: sed est necesse apprehendere rem impossibilem ad modum possibilis: in casu autem nostro esse fractum non est impossibile. Vel dic secundo, quod, cum sensus externi semper immutentur ab obiecto existenti, & præsenti semper attingunt illud sicuti est: quia tamen species [illegible] diuerso modo, si diuerso modo producantur; [illegible] intellectus [illegible]itur iudicans rem aliter esse quam sit, & [illegible] ad omnes experientias, quas affert Amicus [illegible] .3. *quæst.*3.*dub.*2.*art.*2.3. responsio: & potest deseruire pro solutione multorum argumentorum, tũc [illegible]rmatur Ens rationis, quando actu comparatiuo, & re[illegible], prout in corpore conclusionis explicatur, apprehenditur quod non est Ens per modum entis, sed neque [illegible], neque [illegible] potentia potest comparare, & reflectere, & ad [illegible] vnius obiecti concipere, nisi solus intellectus.

Instatur secundò: Voluntas amat impossibilia, vt possibilia [illegible] Ens rationis. Negatur consequentia, voluntas [illegible] est potentia [illegible], quæ non amat, nisi repre[illegible] intellectum, vnde intellectus est, qui fingit, & [illegible] repræsentat voluntati. Quare omnia, quæ attingun[illegible] nihil [illegible] recipiunt, sed ab intellectu il[illegible] hoc aduertendum principaliter.

155 [illegible] phantasia sæpe ex speciebus, quæ sub [illegible] potest [illegible], quæ non sunt Entia rea[illegible], [illegible] quæ nullo modo esse [illegible] tunc efficit Ens rationis.

Respondeo primò [illegible], cum sit & ipsa potentia [illegible] attingere [illegible], consequenter solum concipere [illegible] accidentium, v.g. *Hirci*, & *Cerui*, quę [illegible] est in [illegible] impossibilis. neque in hoc consistit chi[illegible] non [illegible] non efficere Ens rationis. Vide Ami[illegible] *loco citato, dub.* 2.*art.* [illegible].*concl.* 2.

Respondeo secundo cum Suarez, negado cõsequentiã, [illegible] enim imaginatio, & phantasia huiusmodi Entia [illegible] propter affinitatem, quam habet ad rationem, & [illegible] nunquam fiert sine aliquo concursu saltem minimo intellectus; [illegible] D. Thom. 1. *part. quæst.*78.*artic.*4. [illegible] *corpore, & ad quartum*, ten[illegible] imaginationem in homine [illegible], & quid rationis incidere, eo quod fluit ab Anima: nullum fuerit negotium concedere phantasiam, & imaginationem formare Ens rationis.

Tertia conclusio. Intellectus format Ens rationis per quamlibet sui operationem, de secunda, & tertia, nulla est difficultas, tamen de prima non omnes concedunt. Probatur vniuersaliter cõclusio; tunc conficitur Ens rationis, quando cognoscitur quod non est per modum Entis; Ergo ad quamlibet intellectus operationem pertinebit. Antecedens patet. Consequentia probatur; ideo solus intellectus cognoscit quod non est per modum Entis, quia ipse solus cognoscit rationem entis: ergo.

Instatur. Ens rationis fit per actum comparatiuum, & collatiuum vnius rei cum altera; hæc excedũt obiectum simplicis apprehensionis. Item Ens rationis sępe est re[illegible]: sed [illegible] non cognoscitur sine collatione ex[illegible] ad aliud: hoc autem non est [illegible], ergo per ipsam nequit fieri Ens rationis.

156 [illegible] solutione aduertite primam intellectus [illegible] apprehensionem non esse par-te obiecti, quasi quod incomplexa tantum possint esse obiecta: sed sic dicitur respectu modi cognoscendi; quia rem apprehendit simpliciter absque affirmatione, aut negatione. Modò ad argumentum; Ens rationis fit per actũ comparatiuum, & collatiuum virtualiter, hoc modo quod intellectus apprehendens simpliciter naturã, v.g. lucis; itẽ naturam nigredinis, videns non adesse lucem concipit tenebras ad modum nigredinis, siue ad modum alicuius alterius Entis; & hoc modo concedo: vt sic autem non exceditur facultas primæ apprehensionis, cum nulla interueniat comparatio, nulla diuisio formalis, & optimè saluatur ratio Entis rationis: Eodem pacto dicitur de relatione; nulla est implicantia intellectum apprehendentẽ simpliciter, plura diuisa apprehendere, vt vnita, & vt habentia respectum ad inuicem, sic in formatione alicuius chimeræ. Si autem intelligat fieri per actum comparatiuum formaliter, hoc pacto quod intellectus vnum comparet ad aliud, & affirmet de alio; tunc excederetur facultas primæ operationis; sed hoc non est semper necesse, & magis roboratur nostra responsio; potest intellectus simpliciter apprehendere relationem realem inter aliqua realiter relata; vt relationem similitudinis inter duas albedines; ergo poterit etiam relationem rationis absque aliqua enunciatione.

Vltima Conclusio, ad hoc, vt denominationes extrinsecæ possint dici Entia rationis, necesse est; intellectum illas concipere ad modum Entis; Hęc conclusio sequitur ex præcedenti; si enim denominatio extrinseca vt sic, non est Ens rationis, ex prima Conclusione; ergo vt sint talia, requiritur, vt concipiantur ad modum Entis, cum hæc sit vnica via formandi huiusmodi Entia. 157

Pro huius Conclusionis intelligentia aduertite in denominationibus extrinsecis, v.g. esse amatum, esse visum; duo nos posse considerare; primo Petrum esse amatum esse terminum amoris Pauli, & amorem Pauli respicere Petrum, vt suum terminum; & hæc omnia considerando nõdum efficitur Ens rationis: quia hæc omnia nullo intellectu cogitante sunt à parte rei; Secundo possumus considerare Petrum esse amatum dicere aliquid reale in Petro; atque adeò esse veluti quandam relationem realem existentem in Petro in ordine ad amorem Pauli; & tunc fit Ens rationis; quia re vera huiusmodi denominatio à parte rei nihil est in Petro existens; sed totum fingitur ab intellectu: & hoc modo intelligo conclusionem.

Obijcies, esse amatum, esse visum, apprehensum, & id genus alia ex dictis sunt denominationes reales; ergo non possunt esse Entia rationis.

Respondeo neg. consequentiam; tunc autem valeret, si huiusmodi denominationes essent Entia realia; quia tũc non conciperetur quod non est ad modum Entis; attamẽ denominationes nihil aliud important nisi à forma existente in altero subiecto sic, & sic denominari, & esse realem terminum talis denominationis, non ipsam denominationem esse quid reale intrinsecum; quare ab intellectu potest fingi vt realis, & sic formari Ens rationis.

Quotuplex sit Ens Rationis. *Quæstio Tertia.*

Omissis multis, & varijs diuisionibus Entis rationis, quæ solent à Doctoribus afferri, quæ potius causant confusionem, quam pariant scientiam; duę tantum principaliores, & communiores, ad quas cæteræ omnes reducuntur, afferentur. 158

Prima diuisio est in Ens rationis, quod habet fundamẽtum in re, & in Ens rationis merè fictum; Ens rationis, quod habet fundamentum in re, est illud, quod ideò fingitur ab intellectu, quia aliquod motiuum habet à parte rei, v.g. priuationes, negationes, omnes denominationes extrinsecæ physicæ, vel morales reuera sunt à parte rei; vt esse cęcum; esse amatum, esse Principẽ, qui fingit hæc omnia tanquam formas existentes, cum reuera, non sint formæ, facit Ens rationis, quod habet fundamentum à parte rei. Ens rationis merè fictitium est illud, ad quod formandum intellectus nullam sumit occasionem à rebus ipsis: sed pro suo libito concipit [illegible] impossibilem ad modum possibilis v.g. Chimeram, Sphyngem.

Inter huiusmodi Entia rationis multæ sunt differentiæ; nam Ens rationis merè fictum vagari potest per omnia prædicamenta, non sic quod habet fundamentum in re.

Ens

Ens rationis fictitium non deseruit ad scientias; benè deseruit, quod habet fundamentum in re: sic agitur de genere, specie, propositionibus, syllogismo, quæ vt Entia relatiua concipiuntur, & fiunt Entia rationis: Ens rationis fictitium potest fieri per modum substantiæ; quod vero habet fundamentum in re nequaquam; sed semper ad modum formæ inhærentis in quo fundatur.

Secunda Diuisio est Entis rationis, quod habet fundamentum in re, in priuatiuum, negatiuum, & relatiuum. Est,
159 D. Thomæ *de veritate quæst. 21 artic. 1. Suarez disput. 54. sect. 3. & 4. Conimb. in præfat. Porphyrij quæst. 4. artic. 2.* & aliorum. Probatur hæc diuisio, quod concipitur ad modum Entis cum fundamento à parte rei, vel concipitur ad modum absoluti; vel ad modum relatiui (alio enim modo concipi nequit, cum sint membra contradictoria, scilicet absolutum, quod nō respicit terminum, & relatiuum quod prædicatum terminum respicit) si primo modò, vel ad modum formæ absolutæ in subiecto aptonato illam recipere; & ecce priuationem; vel in subiecto non aptonato: & ecce negationem; si secundo modo, scilicet per modum relatiui: ecce relationem quæ concipitur referens ad aliud; ergo omne ens rationis, quod dicit fundamentum in re, ad hæc tria membra reducitur.

Sed contra instatur primo, priuatio definitur per respectum ad subiectum (dicitur enim quod est carentia in subiecto apto nato illam recipere) ergo priuatio non est membrum distinctum à relatione.

Respondeo priuationem definiri per respectum ad subiectum, cui inhæret, non per respectum ad aliquem terminum, scilicet per respectum transcendentalem, & secūdum dici; non autem prædicamentalem, vt suo loco dicetur; nos autem loquimur de relatione, quę est purus respectus ad alterum, qualis non est priuatio, quæ vt forma cōcipitur: respectus autem transcendentalis non tollit quin taliter respectiua sint verè entia absoluta; etenim ex Caietano *de ente, & essentia, 5. quæst. 15.* duplex est absolutum; aliud à subiecto, quod scilicet non respicit subiectum, cui inhæreat; & tale absolutum est sola substantia, aliud est absolutum, quod absoluit à termino; scilicet non respicit aliquem terminum, & huiusmodi absoluta sunt omnia, quæ non dicunt respectum prædicamentalem, & sunt merè absoluta.

160 Instatur secundò, nullo intellectu cogitante negationes, & priuationes sunt à parte rei, ergo non sunt entia rationis; ergo malè assignatur sub membris diuidentibus ens rationis.

Respondeo negationes, & priuationes dupliciter posse considerari. Primò vt sunt à parte rei, non quidem positiuè: sed remotiuè, vt inquit Caietanus, seu vt D. Thomas, & alij non ponendo; sed tollendo, & tali pacto prædicantur de rebus realibus, cum dicitur, Petrus est cęcus, & similia; significatur enim in Petro non esse visum. Secundò possunt considerari, vt concipiuntur ab intellectu tanquam formæ inhærentes, & tali pacto dicuntur entia rationis.

Instatur tertio: negatio, & priuatio ambæ sunt carentia formæ, & concipiuntur ad modum formæ in subiecto; quod verò vna sit in subiecto apto nato, altera naquaquā, est tantum differentia accidentalis; ergo non constituunt duo membra verè diuersa entis rationis.

Respondeo concedendo totum; quia penes subiectum est tantum differentia accidentalis inter ipsas formas; ergo etiam inter carentiam earundem formarum; quare quantum ad hoc, ens rationis priuatiuum, & negatiuum nō sunt diuersa essentialiter; vt benè Conimb. *art. 2. quæst. 4. citatæ in præfat. Porphyrij*, si autem sumatur ens rationis fictitium: quod etiam ipsum est negatio entis possibilis, tali pacto cum tale ens concipiatur ad modum entis per per se stantis, vt chimera; spatium imaginarium, negatio est membrum diuersum; quia per se stare, & alteri adiacere sunt essentialiter diuersa. Ex dictis.

161 Deducitur primò prædictam diuisionem Entis rationis non esse formalem, quia cum concipitur, vel negatio, vel priuatio non concipiuntur vt priuatio, vel negatio; sed vt quid positiuum: sed esse diuisionem allatam penes fundamentum, seu id, quod concipitur, quod semper est, vel negatio, vel priuatio, vel quid ad modum relatiui, vt etiam innuit Hurtadus *disput. 19. sect. 5. §. 87.* quare si danda esset vera diuisio formalis dici posset; Ens rationis esse, vel absolutum, vel respectiuum absolutum, vel ad modum per se stantis, vel ad modum alteri adiacentis: tali pacto est diuisio entis rationis formalis, & amplectitur omne ens rationis etiam fictitiuum.

Deducitur Secundò, prædictam diuisionem esse generis in suas species; quia concipi ad modum entis, quod nō est ens; seu habere esse tantum obiectiuè in intellectu est genus; esse vero ad modum absoluti; per se stantis; vel alteri adiacentis; vel relatiui, sunt veræ differentiæ essentiales omninò diuersæ, quæ coarctant illud genus, & constituunt veras species per quantum patitur natura entis rationis.

Deducitur Tertiò, quænam entia rationis reducantur ad quodlibet ex assignatis membris; ad absolutum enim per se stans reducuntur omnia entia rationis, quæ fingi possunt in genere substantiæ, vt chymera, spatium imaginarium; Ad absolutum subiecto non apto nato adiacens; omnia entia rationis, quæ tanquam formæ extraneæ concipi possunt in quocunque prædicamento: ad absolutum autem adiacens subiecto aptonato reduci omnes priuationes, quæ ad modum entis concipiuntur: ad relatiuum autem reduci omnes illos respectus, qui à nobis concipiuntur inter entia absoluta, vel realia; vel ficta; quæ reuera adinuicem non referuntur; sed tamen à nobis per huiusmodi respectus; & relationes explicantur v. g. omnes denominationes extrinsecæ physicæ, vt esse amatum; esse visum, esse intellectum, & morales, vt esse Principem, habere Dominium, esse honoratum, habere gloriā, hęc enim omnia à nobis concipiuntur ad modum cuiusdam relationis ad alterum, quæ etiam in Ente ficto concipi possunt; vt est relatio eiusdem ad seipsum. 162

Deducitur Quarto, omnia Entia rationis Logica (quænam sint dicetur infra) reduci ad Ens rationis relatiuum; etenim esse subiectum, prædicatum, syllogismum, genus, speciem, differentiam, & cætera huiusmodi, quæ sunt Entia rationis Logica, sunt denominationes extrinsecæ ex vario modo, quo aliquod obiectum, vel cognoscitur, vel ordinatur ab intellectu, quæ deinde vt explicentur, concipiuntur tanquam respectiuæ ad aliud. v. g. quia aliqua natura, quæ est in pluribus, quæ differunt solum accidentaliter, cognoscitur, non cognitis illis pluribus, & de illis prædicatur; concipit intellectus in illa natura aliquid per quod referatur ad illa plura, in quibus potest esse, & de illis prædicari (& hoc intelligit per speciem) talis respectus est rationis, & sic in cęteris entibus rationis Logicis. De hac quæstione plura videri possunt apud Amicum *tract. 3. quæst. 5. tota.*

Vtrum Intellectus formando Ens rationis decipiatur.
Quæstio Quarta.

HÆc quæstio ad sui perfectam intelligentiam requireret cognitionem multarum quæstionum de veritate, & falsitate, quarum locus proprius est in metaphys. ideo in præsenti supponemus tantum ea, ex quibus pendet resolutio nostræ quæstionis de illis diffusè disputaturi proprijs locis. 163

Supponendum primo: veritatem duplicem esse, transcendentalem, & formalem. Transcendentalis, est Entitas vniuscuiusque rei, vnumquodque enim sicut est Ens; ita est verum; formalis verò est conformitas intellectus intelligentis cum re intellecta; cum videlicet intelligit, sicuti est, & huic veritati opponitur falsitas formalis, quæ est deformitas intellectus cum re intellecta, cum videlicet aliter apprehendit, quam sit, & de hac veritate, & falsitate est quæstio in præsenti.

Supponendum secundò, veritatem formalem adhuc subdistingui in complexam, siuè repræsentationis simplicis, & incomplexam, siuè iudicij. Veritas incomplexa est veritas simplicis apprehensionis absque affirmatione aut negatione, aut actu aliquo iudicij, & dicitur etiam veritas materialis, veritas complexa est veritas affirmationis, aut negationis medio actu iudicij, quæ vocatur etiam formalis rigorosè, & simpliciter.

Supponendum tertiò, obiectum primæ operationis scilicet simplicis apprehensionis esse posse duplex, videlicet simplex, & incomplexum, vt v. g. cum apprehendo lucem; vel complexum vt v. g. cum apprehendo hominem rationalem, definitionem, & plures terminos aliquo pacto adinuicem connexos.

Suppo

164 Supponendum quarto. In prima intellectus operatione respectu obiecti primo modo non posse cadere falsitatem: sed semper adesse veritatem; etenim cum consistat in simplici apprehensione obiecti simplicis, erit semper conceptus, & apprehensio illius obiecti quod repræsentatur, & sic semper est conformis rei repræsentatæ, atque adeo semper verus, vt benè Vasquez *in prima parte Tomo 1. disp.75.cap.3. Hurtadus de Anima disp.5.sect.2.* & alij ex Arist. & D. Tho. respectu obiecti secundo modo posse esse falsitatem: quia cum illa complexio quodammodo virtualiter sit affirmatio, licet simpliciter apprehendam ex parte cognitionis; attamen innoluitur aliquis actus iudicij, atque adeo potest fieri, vt aliter cognoscatur, quam sit v.g. apprehendo hominem esse rudibilem, licet non affirmem; tamen de homine simpliciter apprehenso apprehendo rudibilitatem, quod est falsum.

Supponendum vltimò citrà controuersiam esse, veritatem, & falsitatem propriè esse in secunda intellectus operatione, cum enim intellectus ex eo dicatur falli, vel non falli, decipi, vel non decipi: quia affirmat rem esse, vel non esse, sicuti est; meritò in secunda operatione consistit veritas, vel falsitas, cuius proprium est iudicium, à quo prouenit omnis affirmatio, aut negatio. his suppositis recolite, [illegible] dixi [illegible] ens rationis formari per quamlibet intellectus operationem.

165 Vnica Conclusio. intellectus formando ens rationis; tū prima apprehensione, quoad obiectū complexum (etenim quoad obiectum incomplexum non format prima operatio ens rationis [illegible] quia cum ens rationis tunc formetur, quando [illegible] concipitur quod non est ens ad modum entis, semper sunt duo conceptus, consequenter terminus est complexus) tum secunda operatione iudicando affirmatiuè, aut negatiuè, semper decipitur. Probatur Conclusio quoad primam partem. Quoties est deformitas inter obiectum, & intellectum, intellectus decipitur ex secundo supposito, [illegible] in formando ens rationis termini cōplexi [illegible] decipitur, maior per se est clara; minor probatur, [illegible] ne entis rationis per apprehensionem termini [illegible] plures concurrunt conceptus simplices, & vnus [illegible] apprehenditur conuenire alteri, qui reuera non conuenit [illegible] apprehendit intellectus Petrum visum referri ad [illegible] videntem, ergo illa apprehensio est deformis [illegible] à parte rei, ergo intellectus in formando ens rationis [illegible] prima operatione termini complexi decipitur.

Sed [illegible] instatur primo intellectus eodem modo se habet in prima apprehensione respectu cognitionis ad [illegible] denique obiectum [illegible] terminetur; ergo si in apprehensione obiecti incomplexi falli non potest, neque obiecti complexi falletur. Antecedens probatur: quia simplex apprehensio in hoc sistit, quod apprehendatur simpliciter obiectum absque affirmatione, aut negatione aliqua, sed hoc modo semper apprehendit quodcumque obiectum, ergo.

Confirmatur: ideo non potest esse falsitas in apprehensione obiecti incomplexi: quia cum consistat in repræsentatione, semper conceptus est conformis rei repræsentatæ; ergo etiam idem in cognitione obiecti complexi; quæ etiam in conformitione ad repræsentatum consistit; ergo intellectus non falletur formando ens rationis obiecti cōplexi.

166 Ad argumentum. ad antecedens eodem modo se habet intellectus ex parte cognitionis, concedo; quia simplex apprehensio excludit omnem affirmationem, aut negationem: ex parte obiecti, nego: quia quando obiectum est complexum, intellectus habet compositionem obiectiuam, licet simpliciter apprehendat; vnde potest hæc cōpositio repugnare à parte rei; atque adeo esse deformis: in termino enim complexo duo includuntur cōceptus, quorum vnus alteri conueniri apprehenditur; & sic illa apprehensio, est implicita, & virtualis affirmatio, aut negatio: at in termino incomplexo est vnicus conceptus, & hoc est radix cur hic possit esse falsitas, ibi nequaquam: & per hoc remanet soluta etiā probatio eiusdem antecedētis: simplex enim apprehensio excludit tantum affirmationē, & negationem formalem, non autem virtualem; nisi quando terminus est incomplexus.

Ad Confirmationem, nego consequentiam; licet enim apprehensio [illegible] in hoc, quod apprehendatur obiectum [illegible] repræsentatum, [illegible] tamen quia in obiecto complexo duo repræsentantur, & vnum alteri concipitur adueniens, quod potest esse falsum à parte rei; ideo potest esse, deformitas, quod non accidit in obiecto incomplexo, quod vnicum, & simplex est.

Per hæc remanet etiam magis explicata nostra conclusio.

Instatur secundo: ergo nulla est differentia inter primā, & secundam operationem, si in vtraq; potest esse veritas, & falsitas: præterquam quod, hoc est contra Philosophum plurimis locis.

Respondeo, nego consequentiam, est enim differentia, nam apprehensio est capax tantum veritatis; & falsitatis materialiter, siuè incomplexæ; iudicium verò, seu secunda operatio est capax veritatis, & falsitatis complexæ, siuè formalis (quid vtraque sit, habetur secundo supposito.)

Per hanc distinctionem patet etiam via, vt satisfaciamus auctoritatibus Aristotelis: quoties cumque enim dixit simplicium non esse veritatem, neque falsitatem, & similia, intelligendus est de complexa, quæ est propria secundæ operationis, vide Ruiz, & Hurtadum *locis citatis*, & meum Nouarinum *lib.7.axiom.physic.theol.num.*1701. 167

Secunda pars conclusionis nulla indiget probatione ex his, quæ hactenus dicta sunt, remanet probata; si enim in prima apprehensione obiecti complexi intellectus decipitur formando Ens rationis, multo magis dicetur decipi in secunda operatione, in qua intercedit iudicium, quo affirmat esse quod non est. Et quæ maior potest esse deformitas intellectus cum obiecto? vel quæ maior potest esse deceptio, & falsitas?

Hæc conclusio est Hurtadi *disp.19. Metaphys.sect.3.à §.66.& sect.5.à §.19.& alibi sparsim, contra Amicum tract.3.quæst.3.dubit.3.art.2.ad 3.confirmationem, & dubitat.2.art.2.§.aliquis: ergo. & §.adhuc difficultas*; qui dicit intellectum formando ens rationis, nunquam falli, nisi quando format ens rationis, quod habet fundamentum à parte rei: sed tamen format contra exigentiam fundamenti, v.g. si apprehendatur relatio visi in aliqua re, quæ non fuerit visa.

Instatur primo: intellectus affirmando Deum referri ad Creaturas, intelligit referri relatione rationis, non reali; sed hoc est verum; ergo non fallitur.

Respondeo, quod veritas, & falsitas, in hoc consistit, quod intellectus conformatur obiecto, prout est à parte rei; falsum est autem à parte rei, Deum referri etiam relatione rationis, hoc enim implicat; ergo verè datur deceptio, neque per hoc potest eluari.

Instatur secundo ex Amico. Intellectus formando ens rationis, ei non tribuit esse Ens reale; quia tunc falleretur; sed tantum est ens, vt contradistinguitur à nihilo; ergo non fallitur.

Respondeo, quod Intellectus formando Ens rationis, apprehendit quod est impossibile ad modum Entis realis, & alteri applicat quod cum sit falsum, fallitur; hoc enim in nostra sententia est ens rationis; in sententia autem Amici, Vallij, & aliorum, qui aliter sentiunt de natura Entis rationis, aliter est procedendum; ideò non est mirum; quod etiam in hoc non conueniamus. ex dictis ergo

Deducitur veram esse doctrinam Hurtadi, Ens rationis fieri semper per actum formaliter falsum: quia semper intercedunt duo conceptus, & vnus alteri attribuitur; videlicet attribuitur conceptus Entis ei, quod nedum non est, immo quod implicat esse Ens; ideo fallitur intellectus, & hoc procedit, vt dicebam, in nostra Sententia, qui dicimus Ens rationis esse illud, quod habet tantum esse obiectiuū, cum concipitur quod non est Ens, ad modum Entis; nam in aliorum Sententijs videant ipsarum Auctores quid ex illis sequatur.

Corollaria ex supradicta Doctrina De Ente Rationis.

EX hactenus dictis in toto hoc Tractatu est primum Corollarium, quod intellectus diuinus potest quidem cognoscere omne Ens rationis ab intellectu creato formatum, non tamen ipse formare. Prima pars Corollarij est certissima apud omnes, vt est videre apud Amicum, *quæst.3.cita.dub.5.* Hurtad. *sect.6.* & alios [illegible], quia cum intellectus diuinus sit infinitus, debet omne cognoscere, quidquid est cognoscibile; at Ens rationis effectum ab intelle- 168

tellectu eſt quid cognoſcibile; quod ideo qui illud efficit, poteſt per actum reflexum cognoſcere ſe illud effeciſſe; ergo Deus illud cognoſcit. Confirmatur; quia Deus illud cognoſcendo, non cognoſcit quod non eſt ad modum Entis, ſed cognoſcit quod eſt tantum in intellectu obiectiuè; ſeu quod eſt quid fictum ab intellectu creato, in quo eſt deceptus Vaſquez *tom. 2. in primam partem diſp.* 118. *num.* 12. Dicens quod ſi Deus cognoſcit Ens rationis, format Ens rationis; ſicut enim intellectus humanus reflectens ſupra actum, quo formauit Ens rationis, tunc illud non format, ſed à ſe formatum cognoſcit: eodem pacto Deus; ſicut etiam cognoſcit diſcurſus humanos, nec tamen ipſe diſcurrit; neque eſt verum huiuſmodi Ens tunc habere tantum eſſe in mente diuina, conſequenter vere effici à Deo Ens rationis; Etenim habet eſſe etiam in mente humana, & ſecundum eſſe, quod ab illa recipit, obijcitur menti Diuinæ; Quare non obijcitur menti Diuinæ aliquid diuerſo modo, quo eſt (quod eſt neceſſe ad Ens rationis;) ſed eo modo, quo eſt, ſcilicet prout habet tantum eſſe in intellectu creato: & per hoc patet ad omnia fundamenta Vaſquez.

Secunda pars exiſtimatur de fide ab Hurtado *loco citato* (intellige de Ente rationis in ſua Sententia, cum alioquin non deſint viri piſſimi, & docti, qui dicunt Deum poſſe formare Ens rationis, inter quos noſter P. Lanfranchi *in opuſ. theolog. opuſc.* 20.) eſt ipſius. tribuitur D. Tho. *opuſc.* 42. *cap.* 3. eſt Suarez *diſputatione citata ſect.* 2. *a num.* 19. Vaſquez, Albertini, & aliorum, quos omnes ſequitur etiam Amicus de Ente rationis fictitio, *loco citato* qui tamen vult, Deum poſſe efficere Ens rationis relatiuum. in noſtra Sententia ratio eſt clara, quia nunquam formatur Ens rationis; quin intellectus fallatur, at Deus nequit falli, quare formatio Entis rationis prouenit ex imperfectione intellectus creati, qui nequit cognoſcere res perfecto modo in ſe ipſis, ſicut ſunt, quod nō militat in Deo; ideò Deus non format Ens rationis; quare formare quodcunque Ens rationis non ſpectat ad perfectionem, ſed ad imperfectionem intellectus creati, quia nequit cognoſcere omnia, quæ cadunt ſub intelligibili; niſi aliquando fingat, aliquid ad modum Entis, quod non valet in Deo, qui perfectiſſimè poteſt cognoſcere omnia, prout ſunt; Neque in ſenſu, qui licet ſit potentia intellecta imperfectior, non habet tamen tantum latitudinem obiecti, ſicut intellectus. Hinc patet ad rationem Amici *art.* 2. *concluſ.* 2. neq; obſtat quod Deus cognoſcat diuerſas eſſe connexiones, quas dicunt omnia Entia creata ad ſuam eſſentiam, tanquam ad proprias rationes ideales; huiuſmodi enim connexiones eſſe poſſunt abſque vllo reſpectu, vel reali, vel rationis, vt in Theologia patebit: neque Amicus aſſumit verum, ſcilicet ad cauſandam relationem rationis ſatis eſſe, quod Intellectus creatus comparet duo extrema ad inuicem, quod poteſt præſtare intellectus diuinus, hoc inquam non eſt verum: ſed in noſtra Sententia eſt neceſſe, quod intellectus concipiat inter extrema comparata reſpectum, qui nullo modo ſit inter ipſa (hoc enim diximus eſſe de eſſentia Entis rationis,) quod nequit facere intellectus Diuinus, quin decipiatur, ſicut decipitur intellectus creatus. Vide Suarez, & Hurtadum.

169 Corollarium Secundum. Intellectus Angelicus, & humanus in patria nequeunt Beati formare Ens rationis; eſt Suarez *loco citato*. Vaſquez, & aliorum. contra Amicum *quæſt. citata dub.* 4. & ratio eſt manifeſta; quia intellectus beatus ea, quæ cognoſcit lumine gloriæ, cognoſcit modo perfectiſſimo, & vt in ſe ſunt; ergo non fallitur; ergo non format Ens rationis, vt fuſius dicetur in Theologia; neque in hoc poteſt afferri aliquid momenti, quod non militer etiam in Corollario præterito de Deo.

Corollarium Tertium. Intellectus Angelicus circa ſupernaturalia, quæ cognoſcit cognitione naturali, poteſt formare Ens rationis; non autem circa naturalia. prima pars eſt omnium, & ratio ſuffragatur; quia prędicta ſupernaturalia non cognoſcit in ſeipſis; ergo per ſpecies alienas; ergo eadem omnino concurrunt in illo; quod in intellectu humano. Secunda pars eſt contra Amicum *Dubio citato, art.* 3. probatur tamen; quia naturalia Angelus cognoſcit intuitiuè modo perfectiſſimo, ſicut in ſe ſunt; ergo non format Ens rationis. hæc omnia Corollaria melius percipientur in Theologia explicata natura infinita Dei, & Scientia ipſius, & modo cognoſcendi Angelorũ.

Corollarium quartum. Ens rationis Logicum eſt idem, ac ſecunda intentio; non tamen idem, quod eſt Ens rationis; prima pars explicatur, & probatur ſimul: quia Entia rationis Logica dicuntur omnia illa, de quibus agit Logicus, quatenus ab intellectus cognitione aliquo ſpeciali modo afficiuntur, vt ſunt prædicatum, ſubiectum, genus, ſpecies; ſic enim appellantur, & de illis agit Logicus, quatenus intellectus cognoſcit vnum, vt alteri ſubiectum in prædicatione; quatenus vna natura cognoſcitur abſtractè, &c. ſed hæc ſunt termini ſecundæ intentionis ex prima parte introduct. *cap.* 2. ergo Ens rationis Logicum, & ſecunda intentio ſunt idem.

Secunda pars probatur: quia in noſtra ſententia denominatio extrinſeca non eſt Ens rationis, donec concipiatur ad modum formæ realis exiſtentis in ijs, quæ ab ipſis 1
denominantur; ſed eſſe prædicatum, ſubiectum, genus, ſpeciem, indiuiduum, quæ ſunt Entia rationis Logica, ſunt ſecundum aliquos tantum puræ denominationes extrinſecæ, ortæ in illis rebus; eo quia diuerſo modo cognoſcuntur, & ordinantur ab Intellectu; quia enim aliqua natura cognoſcitur abſtractè, & de pluribus prædicatur, dicitur, vel ſpecies, vel genus, & ſic de ceteris; ſic Suarez *loco citato ſect.* 2. *num.* 16. *&* *ſect.* 6. *num.* 9. (de quo dicemus infra, cum diſputabimus an vniuerſale formaliter ſit Ens rationis, an denominatio extrinſeca) ergo ens rationis, & Ens rationis Logicum non conuertũtur; vocantur tamen Entia rationis huiuſmodi termini Logici; quia vt plurimum illæ rationes prędicati, ſubiecti, generis, & ſimilium concipiuntur ad modum Entis; ſcilicet cuiuſdam relationis, & ſic dicuntur Entia rationis, de quibus quia ſpecialiter agit Logicus, dicuntur Entia rationis Logica; vel dicendum appellari Entia rationis Logica: quia ſunt quid proueniens à ratione, de qua agit Logicus; quare aduertenda æquiuocatio in ly *Ens rationis*.

Corollarium Quintum. Quoties Ens rationis prędicatur de Ente reali; vel Ens rationis de alio Ente rationis, 17
ſemper eſt ſumenda predicatio ratione fundamenti; Etenim prædicatio affirmat identitatem vnius cum alio, ſeu conuenientiam vnius cum alio; at ens rationis cũ ſit quid fictum, nequit habere conuenientiam cum Ente reali; neque vnum fictum cum alio ficto ſimpliciter; ſed tantum poſſunt verificari ratione fundamenti, ſupra quod intellectus Ens rationis formauit, v. g. homo eſt ſpecies *ly ſpecies* non ſumitur tantum quoad relationem rationis, quia aſper *ly ſpecies* concipit intellectus: ſed naturam abſtractam à ſingularibus, & ſic cognitam quam per quandam relationem ad indiuidua, intellectus cognoſcit, vt communem; Eodem pacto, ſi dicatur, *ſpecies eſt quid vniuerſale*, eſt quid abſtractum, vt dicetur *tract. ſequenti quæſtione vltima.* Qui 17
plura vult videat Amicum *Tract. citato quæſtio.* 6. & Vallium *quæſt* 4. *cap.* 8. innuiſſe ſatis.

Tandem pro multarum difficultatum ſolutione, quæ in hac materia fieri poſſunt; aduertendum eſt, varias eſſe acceptiones Entis rationis, vt eſt videre apud Vallium *quæſ.* 2. *cap.* 1. & Hurtadum *diſp.* 1. *Logicæ ſect.* 4. ex hac enim obſeruatione multa euaneſcent: quia multa exiguntur, & multa ſequuntur ſi accipiatur Ens rationis in vno ſenſu; quæ non, ſi accipiatur in alio; nos autem accipimus, vt ex dictis hactenus patet, pro illo, quod habet eſſe tantum in intellectu; ſeu cum fingitur ad modum Entis, quod non eſt ens; hoc enim rigorosè eſt Ens rationis contradiſtinctum ab Ente reali, quod intendit Ariſtot. dum Ens diſtinguit in Ens reale, & Ens rationis; vbi tamen eſt aduertendum aliud eſſe, eſſe tantum obiectiuè in intellectu, quod eſt proprium Entis rationis, in quo diximus eius eſſentiam conſiſtere; aliud dependere tantum obiectiuè ab intellectu: etenim eſſe cognitum, eſſe intellectum, &c. habentur tantum per intellectum, dum aliquod obiectum reale intelligit, non tamen eſt Ens rationis: ſed denominatio extrinſeca realis; eo quòd tale obiectum eſt terminus cognitionis: ſicut etiam eſſe viſum, amatum, auditum ſunt denominationes extrinſecæ ab actibus videndi, amandi, audiendi ortæ; quæ, vt ſupra diximus, ſunt reales, & ſolum denominatio rerum, ſcilicet nominum impoſitio, eſt rationis opus, vt benè Suarez aduertit *ſect.* 2. *num.* 1[illegible] ſed non eſt ſermo de rei denominatione; cum quæ[illegible] denominatio ſit Ens rationis, & hæc etiam [illegible] curandum æquiuocationem De ente rationis ſat[illegible]

Tra

Tractatus Secundus. Qui est de Vniuersalibus in Communi.

ANtequam agatur de ipsis Prædicabilibus in particulari, ratio doctrinæ exigit, vt de ipsis prius in genere, seu in Communi nostra sit disputatio; in hoc enim omnia conueniunt, quod sunt Vniuersalia quædam, ideo secundum tractatum in Isagogem Porphyrij promisimus, & nunc instituimus de Vniuersalibus in Communi, seu in genere, vt ipsorum natura exactius dilucidetur.

Quid sit Vniuersale. Quæstio Prima.

171 VNiuersale duobus modis accipi solet. Primo complexè, secundo incomplexè. Vniuersale complexum est [illegible] principium vniuersale, siue quælibet propositio nota signo vniuersali, vt *omne totum est maius sua parte*.

Incomplexum est vox simplex, quæ pluribus est communis, vt *homo Animal*.

Vniuersale incomplexum quinque modis accipi potest. [illegible] causando, & sic dicitur illa causa, quæ vna existens plures effectus causare potest, vt *Deus Cœlum*.

Secundo modo dicitur Vniuersale in significando, tales sunt voces, quæ pluribus sunt communes, vt *homo, Animal*.

Tertio modo dicitur Vniuersale in repræsentando, & tale est [illegible] in mente artificis existens plurium effectuum repræsentatiuum.

Quarto dicitur Vniuersale in essendo; tale essent illæ Ideæ Platonis, [illegible] & de facto talis est aliqua natura [illegible] pluribus existens.

Quinto [illegible] in prædicando, & est [illegible] communis, quæ vt existit in pluribus de [illegible] vt natura hominis, quæ existens in Petro, & Paulo, de his etiam prædicatur. Adducunt alij [illegible] diuisionem, in Metaphysicum, seu ante rem [illegible], seu in re, & in Logicum, seu post rem. [illegible] naturam ipsam præcisam à conditionibus [illegible]. Physicum eamdem, vt in rebus existit. [illegible] eamdem naturam abstractam, & [illegible] inferiora per relationem rationis, de [illegible].

[illegible] præsenti tantum [illegible] Vniuersale quarto & quinto [illegible] . . . . quæ vocantur propriè vniuersalia [illegible] singulares.

172 Vniuersale [illegible] varie definitur ab Aristotele, [illegible] *Perihermenias cap.* [illegible] *textu* [illegible] 5. & [illegible]. [illegible] definitur Vniuersale in essendo sic. *Vniuersale in essendo est aliquod vnum, quod est in multis aptitudine.* Secundo definitur Vniuersale in prædicando sic. *Vniuersale in prędicando est aliquod vnum, quod dicitur de multis aptitudine.*

In vtraque definitione dicitur *aliquod vnum*: multipliciter autem aliqua dicuntur esse vnum, hic autem intelligitur debere esse vnum perfectè, videlicet vniuocè; vnde ab hac definitione tradita excluduntur primò voces complexæ, vt *homo doctus*, non enim est vox simplex. Secundo excluduntur æquiuoca, licet enim nomen æquiuocum sit vox simplex, non tamen ratio significata est aliquid vnum, sicuti propter eamdem rationem. Tertio excluduntur Analoga [illegible] *Ethic.cap.6.* vbi [illegible], Ens, & Bonum non esse Vniuersalia. Ad prędictas autem definitiones melius percipiendas.

Notandum primo illa plura, quæ requirit vtrumque Vniuersale, debere esse plura, & quoad nomen, & quoad rem per nomen significatam, vnde excluduntur singularia, quæ neque quoad nomen, neque quoad rem significatam multiplicantur. Petrus enim est nomen singulare & rem [illegible] numero singularem significat. Immo nec ipse Deus participat rationem Vniuersalis, licet verè sit in tribus personis, & de illis prædicetur: tamen nec nomen, nec res significata multiplicatur, cum omnes tres Diuinæ Personæ sint vnus tantum Deus.

Notandum secundo ad Constituendum Vniuersale, non esse necesse, vt actu sit, vel actu prædicetur de pluribus, sed satis est, vt sit aptum inesse, & dici in pluribus, quare licet sit tantum vnus sol, vnus mundus, tamen mundus vt sic, & sol vt sic abstrahendo à singularitate sunt vniuersales, quia sũt apta esse, & dici de pluribus potest enim Deus alium mundum, & Solem creare eiusdem naturæ, ac sunt, quos de præsenti intuemur.

Hinc infertur, cum secunda definitio, sit assignata per prædicari dè pluribus, prima per inesse in pluribus, primã esse per causam, secundam vero per effectum; ideo enim prædicatur de pluribus, quia est in pluribus, atq; adeo esse in pluribus comparatur ad prędicari vt causa ad effectum, hinc dicitur prima definitio esse essentialis, secunda vero descriptiua.

In quo consistat Vniuersale, In vocibus, an in rebus. Quæstio Secunda.

PRima sententia in hac quæstione, quæ asserit Vniuersalia non consistere in rebus, sed in solis vocibus nominibus, & conceptibus, adscribi solet Nominalibus, immò ipsammet ferè penitus omnium Philosophorum opinione excidisse, & postea Ochami auctoritate, & scriptis refloruisse tradunt Conimbricenses *quæst.1.art.2. in Porphyrij prefationem*. Hurtadus vero *in Metaphysica disputatione 5.sect.4.* existimat Nominales non fuisse huius sententiæ, quorumcunque sit, affertur primo loco. 173

Secunda sententia omnium Philosophorum, Aristotelis in primis auctoritate innixa affirmat Vniuersale consistere in rebus ipsis, ita vt cum hæ voces, *homo Animal* dicuntur Vniuersalia, non ipsa nomina, vt precedens opinio censebat, intelligamus, sed res per voces significatas. Pro qua

Notandum primo: quamlibet rem immediatè existentem, prout existens est, esse singulare, indiuiduum, siue vnum numero (hæc enim tria idem sonant) vnde licet Vniuersale, vt dicemus, sit in rebus, & sit quid reale, quia tamen existit tantum in indiuiduis, seu in inferioribus, nõ existit immediatè, alioquin esset singulare; sed mediatè; ratio autem, cur omne immediatè existens sit singulare ea est, quia quidquid existit est vnum, scilicet indiuisum in se, & diuisum à quocunque alio, consequenter incommunicabile pluribus, vt superius suis inferioribus, in quibus dicitur existere, & quibus mediantibus tantum existit, quod ideo eiusdem naturæ censentur Vniuersalia, cuius sunt singularia, in quibus existunt, vt substantia, vel accidens, vel corpus, prout ipsa singularia; vt latius infrà.

Notandum secundo: Vniuersale posse sumi tripliciter. Primo pro natura ipsa, quæ vniuersalis dicitur, vt *Homo* pro natura humana, & tunc dicetur sumi materialiter. Secundo potest sumi pro aptitudine, & capacitate ad essendum in multis, quam habet ipsa natura abstracta à differentijs contrahentibus, & tertio potest sumi pro relatione rationis, quam natura sic abstracta, & cum hac aptitudine dicit ad inferiora in quibus est, vel potest esse, & vtroque modo dicitur accipi formaliter; licet primo quoad aptitudinem, secundo quoad relationem; aptitudo enim est fundamentum relationis, si enim non potest esse in multis, nec relationem diceret, potest tamen esse, etsi relationem non diceret.

Notandum tertio, quod deseruiet ad multorum argumentorum solutionem, singularia esse in duplici differentia; quædam dici singularia per se, quæ videlicet exprimũtur per nomina importantia differentias indiuiduantes, vt *Petrus*, *Ioannes*; quædam dicuntur singularia per accidens, & sunt, quæ exprimuntur per nomina prædictas differentias non exprimentias, vt *homo*, *Animal*; dicuntur, autem singularia per accidens, quia accidit homini, vel animali identificari cum illo indiuiduo, sicut accidit contrahi ab his differentijs indiuiduantibus. His notatis. 174

Prima Conclusio. Vniuersalia non sunt voces, seu conceptus, sed entia realia per tales voces significata. Ita cum dicimus hominem, Animal esse Vniuersalia, naturam hominis, & animalis non nomina intelligimus. Patet primo auctoritate Aristotelis, qui primo *Perhiermenias 5.* ait, rerum alias esse particulares alias esse vniuersales: quid clarius contra Nominales?

Probatur secundo ratione. Cum rerum naturas definimus, passiones demonstramus, nec nomina, nec voces, nec conceptus definimus, aut eorum passiones demonstramus, quis enim vnquam diceret, dum affirmamus hominem esse Animal rationale, animal rationale esse risibile, non

non naturam hominis hic definiri, nec de animali affirmari riſibilitatem, ſed de ipſis materialibus vocibus? Ergo Vniuerſalia nō ſunt voces, ſed res ipſa. Confirmatur, nam ſi de vocibus eſſet affirmatio, propoſitio eſſet falſa, etenim animal non eſt ſubſtantia, quoad voces, ſed quoad rem tantum.

Addo quod, cum de ſingularibus non habeatur ſcientia, ſi non haberetur nec de rebus vniuerſalibus, eſſet fruſtra omnis ſcientia; nihil enim homines naturas, paſſiones, (ſi habent conceptuum, & vocum curant, quæ ad placitum ſunt adinuentæ, ſed tot labores, tot vigiliæ, tot ſciendi deſideria propter res ipſas impenduntur, propter quas, & voces inuentæ fuerunt.

Conetur Medicus non naturam febris cognoſcere, ſed tantum vocis materialis, & poſtea circa Nominales ſuam ſcientiam exerceat, & tunc fatebuntur in quo conſiſtant vniuerſalia, de quibus dantur ſcientiæ, & Artes.

175 Sed contra Inſtatur primo: Vniuerſale, vt nomen ipſum importat, non circumſcribitur certo loco, aut tempore, ergo res non ſunt vniuerſales. Conſequentia probatur; quia quælibet res creata definitur, & determinatur certo loco, & tempore, vt ipſo ſenſu percipitur, ergo.

Reſpondeo conceſſo antecedenti, nego conſequentiã. Ad probationem: quamlibet rem ſumptam cum differentijs indiuiduantibus circumſcribi certo loco, & tempore, concedo, ſumptam vero abſtractam ab illis nego; & tali pacto eſt aliqua res vniuerſalis: quo pacto tantum per accidens dicitur generari, vel corrumpi, quatenus exiſtit in indiuiduis, quod ideo Vniuerſalia dicuntur etiam æterna negatiuè.

Inſtatur ſecundo. Eadem res eſſet Vniuerſalis, & ſingularis, ſed hoc implicat, ergo. Implicantia eſt, quia ſingulare eſt, quod alteri nequit communicari, vniuerſale vero, quod poteſt; ſequela probatur, eadem res eſſet vniuerſalis, quia hoc ſupponitur, ſed eſſet producta, ergo ſingularis; quia quidquid eſt productum eſt ſingulare, ergo eſſet ſimul vniuerſalis, & ſingularis. Reſpondeo quod eadem res eſſet vniuerſalis, & ſingularis, ſed diuerſo modo; eſſet ſingularis, quatenus per accidens exiſtit in hoc, vel illo ſingulari, eſſet autem Vniuerſalis, quatenus eſſentialiter ex ſe non petit eſſe in hoc, vel illo ſingulari, ſed hoc ei accidit; hoc autem modo non implicat, quod eadem res ſit vniuerſalis, & ſingularis; implicaret, quod eadem res, quæ eſſentialiter petit eſſe ſingularis, vt ſunt omnia indiuidua, eſſet etiam Vniuerſalis. Vide Vallium *par. 1. vniuerſalium, cap. 9. quæſtio. 1.* & Conimbricenſes *in præfationem Porphyrij quæſtio. 2.* Quare cum res, quæ dicitur vniuerſalis ſemper exiſtat ſingularizata à parte rei, hinc eſt, quod à parte rei non exiſtit, vt vniuerſalis completè, ſed ſolum quoad fundamentum, vt dicetur infrà, quatenus ex ſe non petens eſſe in hoc, vel illo, concipitur per Intellectum communis omnibus, ſed de hoc ſuo loco.

176 Inſtatur tertio. Si darentur res Vniuerſales, indiuidua, alioquin diſtincta inter ſe, eſſent idem, item eadem natura diuerſis pateretur affectiones in diuerſis indiuiduis, quæ omnia ſunt abſurda. Sequela probatur primo, quia quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe, ergo ſi Indiuidua identificantur vni naturæ communi, identificantur etiam inter ſe. Secunda etiam probatur: quia eadem natura in vno indiuiduo inciperet eſſe, quæ in alio eſſe deſineret. Reſpondeo quoad primam ſequelam negando. Ad probationem, axioma intelligi de vno tertio ſingulari, cui quæ ſunt idem, identificantur etiam inter ſe, non autem ea, quæ ſunt idem vni tertio communi. Quoad ſecundam ſequelam, concedo eandem naturam communem in diſtinctis indiuiduis diuerſa ſubire; neque hoc eſt abſurdum; eſſet abſurdum, ſi eadem res ſingularis.

Addo etiam quod tantum ratione eſt eadem, re autem eſt multiplex, & ſolum quoad fundamentum adeſt vniuerſalis, vt infra dicetur.

Inſtatur quarto: Vel natura communis à ſingularibus eſt ſeparata, vel non; ſi primum ecce Ideas Platonis, ſi ſecundum vel eſſet ipſum ſingulare; & hoc non, quia ſingulare, & vniuerſale pugnant; vel eſſet diſtincta à quolibet ſingulari, & ſi ſic ergo in quolibet indiuiduo duplex eſſet eſſentia, ſcilicet propria Indiuidui, & naturæ communis, quæ omnia ſunt abſurda, ergo non dantur vniuerſalia in rebus. Reſpondeo naturam communem neque eſſe ſeparatam, neque diſtinctam, ſed ex ipſa, & differentijs indiuiduantibus fieri eſſentiam indiuidui, neque vnum ab altero ſeparari poſſunt.

Inſtatur quinto: ex plutibus locis Ariſtot. Primo, *ex cap. de ſubſtantia*, vbi habet ſecundas ſubſtantias (quæ ſunt genera, & ſpecies) ſignificare quale quid, ſed hoc competit nominibus, non rebus, ergo. Secundo *primo Poſter. cap. 18. & 19.* inquit, vniuerſalia nihil eſſe, pręter ſingularia. Tertio *primo de Anima textu* 8. vniuerſale autem, ait, aut nihil eſſe, aut poſterius eſſe, ſcilicet per opus Intellectus. Pariter D. Thomas, *quæſt. 3. de potentia artic. 5.* ait, rerum eſſentias antequam exiſtētiam accipiant, nihil eſſe, & cum res dicuntur creari, non ſolum exiſtētias, ſed etiam ipſum eſſe accipiunt, ergo eſſentiæ rerum nihil reale ſunt. Ad primum dico Ariſtotelem ita locutum, quia cum ſecundæ ſubſtantiæ exiſtant in primis, videntur ſignificare quale quid, ſicut ea, quæ ſunt in alio. Ad ſecundum ait, nihil eſſe, vt exiſtens à parte rei per ſe. Ad tertium eſſe locutum contra Platonem, ſi enim ſunt vniuerſalia, aut non ſunt ſeparata à parte rei a ſingularibus, aut ſunt per opus Intellectus cum ſolo fundamento. Ad D. Thomam aio, eſſe locutum de eſſentia quoad eſſe actuale.

Secunda Concluſio. Naturæ quæ dicuntur vniuerſales, licet ſint entia realia, non habent tamen exiſtentiam ſeparatam ab exiſtentia ſingularium. Hæc concluſio eſt expreſſa Ariſtotelis, qui ſæpè Platonem ponentem huiuſmodi Vniuerſalia ſeparata, quæ Ideæ Platonis dicuntur (ſi tamen poſuit, vt ei tribuitur, Diuus enim Auguſtinus *lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 28* & *lib. 85. quæſt. quæſt. 46.* aliter Platonem interpretatur) reprehendit. Probatur Concluſio vnica ratione Suarez in Metaphyſica, *diſputatione 6. ſect. 2. num. 1.* Si vniuerſalia ſunt ſeparata, ergo non ſunt intrinſeca, & intima ſingularibus, ergo non erunt vniuerſalia, cum vniuerſalia intrinſeca eſſe debeant; ergo erunt vniuerſalia, quia talia ſupponuntur, & non erunt vniuerſalia, quia cum ſint ſeparata, intrinſeca non ſunt; ergo erūt vniuerſalia, & non erunt, quod repugnantiam inuoluit. Quomodo autem ſi ſunt entia realia exiſtant à parte rei, habes notabili Primo.

Tertia Concluſio. Si Vniuerſalia ſumantur formaliter non ſunt Entia realia. Probatur. Vniuerſalia formaliter dicunt vniuerſalitatem, a qua natura denominatur Vniuerſalis, quæ vniuerſalitas conſiſtit in aptitudine ad eſſendum in multis & in prędicatione de eiſdem, vt paulò poſt videbimus, ſed illa aptitudo, illa prædicatio non ſunt entia realia, vt ſuo loco dicetur; ergo vniuerſalia formaliter non ſunt entia realia.

Quarta Concluſio. Eſſentiæ, ſeu naturæ rerum, quæ vniuerſales denominantur, antequam producantur in indiuiduis, habent tantum eſſe poſſibile, quod aliquo modo poteſt dici Ens reale. Probatur, & explicatur. Eſſentiæ priuſquam producantur, nec ſunt Ens actuale increatum, (ſic ſolus Deus) nec actuale creatum, quia nondum productæ, & tale eſſe per productionem ſunt accepturæ; vnde remanet, quod tantum habeant eſſe poſſibile, quod nihil aliud dicit, niſi quandam non repugnantiam reſpectu Diuinæ potentiæ ad poſſe produci, eo quod nullam inuoluunt repugnantiam, ratione cuius tantum aliquid dicitur impoſſibile, quia tamen hoc eſſe poſſibile eſt omnino contradiſtinctum ab Ente rationis (non enim eſt quid per Intellectū fictum) ideo dici poteſt aliquo pacto Ens reale; quamuis tale dici nequeat, ſi reſpectu entis realis exiſtentis accipiatur, vt optimè tradit Caietan. *de Ente, & Eſſentia cap. 8. quæſt. 6.*

Pro multorum argumentorum ſolutione, aduertēdum, aliud eſſe Petrum eſſe hominem, Paulum eſſe hominem nullo Intellectu cogitante; & aliud dicere, nullo Intellectu cogitante eſſe vnum in natura humana, ſeu conuenire in aliqua vnitate à parte rei. Primum concedimus. Secundum negamus, quod ex dicendis magis patebit, nam hæc conuenientia eſt tantum fundamētaliter vnitas. Suarez *diſput. 6 ſect. 1. num. 12.*

Per quam Vnitatem Conſtituatur Vniuerſale. Quæſtio Tertia.

Definiuit Ariſtoteles Vniuerſale, quod e[illegible] [illegible] quod per duo [illegible] ſtitui per vnitatem, & per aptitudinem ha[illegible] ad eius naturam benè noſcen[illegible] quærimus [illegible] [illegible]

vnitas ipsum constituens. pro quo

Notandum Primò. Vnum non addere aliquid supra ipsam entitatem, quæ dicitur vna formaliter loquendo, licet ipsam supponat, sed solum importat negationem diuisibilitatis in illa ratione qua dicitur vnum, quare vnum est quod est in se indiuisum, & diuisum à quocunque alio.

Notandum Secundò, aliquam naturam communem tripliciter posse considerari. Primo vt à parte rei est contracta, & determinata ad indiuidua, v.g. naturam humanam in Petro, Paulo &c. Secundo potest considerari tantum quoad illa prædicata essentialia, quibus in esse talis naturæ constituitur, v.g. natura humana, vt constituitur per animal & rationale. Tertio potest considerari, vt per Intellectum à singularibus abstrahitur, scilicet cognoscitur nulli [illegible] cognita, sed cum aptitudine saltem ad esse in illis, & [illegible] in triplici hoc statu semper perseueret vna, licet [illegible] modo, triplicem etiam habet vnitatem. Primo modo dicitur vna entitatiue, seu vnitate numerica, quia vt [illegible] indiuisibilis in plura indiuidua eiusdem rationis [illegible] & dicitur [illegible] vnitas omnium vnitatum, [illegible] diuisionem. Secundo modo
177 [illegible] seu vnitate formali, quia in prædicatis [illegible] essentialibus, quæ sunt veluti forma ipsius [illegible] in alias naturas quæ sint eiusdem rationis [illegible] formalis est tamen vnitas minor numerali, [illegible] naturas, potest tamen [illegible] sint similia. Tertio modo [illegible], quia Intellectus [illegible] abstrahendo [illegible] considerat vt indiuisam [illegible] plures naturas [illegible] sed vt aptam eandem [illegible] esse in pluribus [illegible] vnitate numerica, quia potest esse [illegible] vnitate formali, quia nequit esse [illegible] vna. Per primam vnitatem [illegible] Indiuiduum distinguitur à quocunque alio [illegible] Per secundam distinguitur à [illegible] sed conuenit cum indiuiduis [illegible] Per tertiam denique omnia Indiuidua [illegible] speciei & species [illegible] genere. In primo [illegible] ad essendum in multis. In secundo [illegible] potest esse similis, sicut patet in [illegible], quæ formaliter est vna, repugnat [illegible] in Indiuidua. Tertia denique essentialiter [illegible] vt infra dicetur.

179 Notandum Tertiò. Cum duplex possit esse abstractio, [illegible] & decisiua seu negatiua, [illegible] Intellectus de pluribus, [illegible], vnū intelligit absque alio, absque eo quod [illegible] et [illegible] illa: v.g. intelligit in Deo [illegible] sapientia, absque eo, quod affirmet, [illegible] esse, vel non esse idem. Decisiua, seu negatiua, quando abstraho sed affirmando, aut negando, [illegible] casu allato, si affirmaret, aut negaret bonitatem, & sapientiam ad inuicem, & in hac abstractione, [illegible] affirmatio, aut negatio, falsitas esse potest, in præcisiua nequaquam, de qua dixit Philosophus, *abstrahentium non esse mendacium.* Cum ergo duplex sit abstractio, [illegible] ad vnitatem præcisionis, de qua notabili præcedenti, est tantum præcisiua, non decisiua, vt patebit ex dicendis. His notatis quæritur præsenti quæstione, quænam ex dictis vnitatibus sit constitutiua Vniuersalis.

Prima Conclusio. Vniuersale non constituitur per vnitatem numericam. Hæc conclusio est communis omnium, & patet [illegible] vnitatis numericæ seu entitatiuæ, quæ nullam admittit diuisibilitatem, at vniuersale est quidem vnum, se[illegible] eius naturam participantibus.

Secunda Conclusio. Vniuersale non constituitur per vnitatem vllam formalem existentem à parte rei. Hæc conclusio sic posita amplectitur omnes sententias illas, quæ licet aliquo pacto discrepent, in hoc tamen conueniunt, quod in natura ipsi præciso opere Intellectus sit vnitas formalis sufficienter constitutiua Vniuersalis; & consequenter volunt dari Vniuersale à parte rei. Quod senserunt Albertus Magnus, Mayronus, Venetus, Trombetta, & tribuitur etiam Scoto, quod ideo multi ex Scotistis ita senserunt tamen ferè omnes recentiores Scotum [illegible] Hurtadus *in Metaph. disp.*
178 *5. sect. 3. nu. 1[illegible].* [illegible] *de Vniuersalibus in communi quæst. 1. cap. 4.* & [illegible] *Tract. 4. quæst. 4. dubit. 1. art. 2.* asserunt [illegible] sensum Scoti, *Paragrapho, Quinta Opinio, circa finem.* Est quidem prædicta sententia aliquo pacto Fonsecę *5. Metaphys. c. 28. quæst. 5. sect. 3.* qui in hoc differt ab Alberto, & alijs, quatenus dicit solum in potentia habere naturam communem prædictam vnitatem sufficientem ad constituendum Vniuersale, antequam scilicet contrahatur per differētias indiuiduales; contractam autem per illas, nequaquam amplius illam vnitatem retinere, sed egere opere Intellectus illam præscindentis, vt dicatur Vniuersalis. At Albertus, & sequaces volunt etiam contracta natura ad indiuidua adesse à parte rei vnitatem, per quam natura dicatur, & sit Vniuersalis. Nostra Conclusio explodit vtramque sententiam, quia negat dari vllam vnitatem à parte rei, quæ formaliter sit sufficiens constituere Vniuersale.

Probatur Primò. Natura sumpta à parte rei est res singularis, ergo etiam eius vnitas est quid singulare, vel saltem singulari identificata, ergo vniuersale nequit constitui per vnitatem existentem à parte rei. Vltima Consequentia patet, quia nequit constitui per quid singulare. Antecedens patet, quia natura à parte rei est identificata singularibus, ergo est res singularis realiter. Prima consequentia etiam probatur, quia vnitas est passio entitatis, ergo qualis est entitas, talis est vnitas, si ergo res est identificata entitate singulari, etiam vnitas formalis naturæ erit identificata vnitati entitatiuæ, seu numericæ.

Dices. In quolibet Indiuiduo duplex est vnitas, Numerica, & formalis, ergo non sunt identificatæ. Respondeo 180
deo realiter esse vnam, & eandem; quę dicitur Numerica, quatenus Consideratur secundum rationem Indiuidui, dicitur autem formalis, quatenus consideratur secundum rationem prædicatorum essentialium in illa natura, quæ & ipsa prædicata à parte rei sunt hęc, scilicet singularia, ideo identificata Indiuiduo.

Probatur Secundò. Vnitas quæcunque existens à parte rei sequitur rem realiter productam, ergo nequit dicere indiuisionem numeralem cum aptitudine ad essendum in multis, ergo nequit constituere Vniuersale. Antecedens patet, quia quidquid est in rerum natura præter Deum, est quid creatum. Consequentia probatur, quia res realiter producta nequit identificari pluribus realiter distinctis; at vnitas, quæ constituit Vniuersale est passio vnius rei, quæ vna numero sit in multis realiter distinctis identificata, ergo nequit dicere indiuisionem numeralem cum aptitudine ad essendum in multis realiter distinctis. Confirmatur, quia natura diuina ratione suæ infinitatis hoc habet [illegible] singularissima identificatur pluribus suppositis realiter distinctis, ergo natura creata quę est finita à parte rei nequit hoc habere.

Probatur Tertiò contra Fonsecam. Natura antequam contrahatur nō existit, ergo nequit habere nisi illam vnitatem, vt possibilem, quam debet habere actualem; sed actualiter non habet vnitatem sufficientem ad Constituēdum Vniuersale, ergo neque sumpta præcisè. Confirmatur, quia res sortiuntur in statu actuali illa solum, quæ vt possibilia respiciebant in statu possibilitatis; etenim non est alia res actualis, & possibilis, sed eadem in diuerso actu collocata ex parte causæ, ergo si natura in statu actuali nullam habet vnitatem sufficientem ad Vniuersale, neque in statu possibili, antequam contrahatur ad Indiuidua.

Probatur Quartò contra eundem. Vel vnitas Fonsecę, per quam constituitur Vniuersale à parte rei, est actualis, vel possibilis. Si primum ergo antequam natura contrahatur, quod est dicere, antequam existat, (nam non existit nisi contracta) habet aliquid actuale. Quo quid absurdius? Si secundum, ergo tunc natura est Vniuersale actualiter, quia per ipsum etiam omnis vnitas Constituit Vniuersale; at nequit constitutiuum esse possibile, & constitutum actuale, ergo. Ex his omnibus patet non posse dari à parte rei illam vnitatem, quę sit apta ad constituendum Vniuersale Logicum, quod debet esse vnum numero in multis. Sed contra

Instatur Primò ex Arist. *5. Metaphys. tex. 8. & 12.* qui inter varias vnitates enumerat vnitatem generis, & speciei, 181
ergo genus, & species, quæ sunt quędam Vniuersalia constituuntur per vnitatem realem à parte rei. Consequentia probatur, nam ibi erat sermo de Vnitatibus realibus. Respondeo nego consequentiam, & ad probationem, Aristotelem enumerasse ratione fundamenti, quod est à parte rei, vt dicetur *quæst sequenti*, & eodem pacto est intelligendus

gendus Philoſopus in cæteris locis, quæ ex contraria ſententia affert Amicus *loco citato* §. *Fundamentum.*

Inſtatur Secundo. Nullo Intellectu cogitante Petrus, & Paulus ſunt vnum in natura humana, non ſunt vnum in natura indiuiduali. Item Petrus, & Bucephalus ſunt vnum in natura animalis, non in natura humana, aut equina, ergo à parte rei datur vnitas formalis Vniuerſalis, per quam ſunt vnum. Reſpondeo Indiuidua eiuſdem ſpeciei eſſe vnum ante opus Intellectus fundamentaliter, quia ſcilicet habent prædicata ſimilia, ratione quorum poteſt Intellectus, vt vnum concipere in pluribus; non autem formaliter. Quæ ſimilitudo, ſeu conuenientia, ſi ſit in tota eſſentia, eſt fundamentum ſpeciei; ſi ſit tantum in parte eſſentiæ, vt accidit inter Petrum, & Bucephalum, eſt tantum fundamentum ad conſtituendum genus; ideò negatur conſequentia: Sequitur enim ſolum ex antecedenti, quod detur natura humana in pluribus, ſed realiter diſtincta, ſicut ſunt diſtincta Indiuidua quibus ineſt.

Inſtatur Tertiò. Natura humana v.g. de facto eſt in pluribus, ergo ei nō repugnat eſſe in pluribus, ergo à parte rei datur vnitas formalis, per quam eſt vniuerſalis, & in pluribus. Reſpondeo naturam humanam de facto eſſe in pluribus, ſed diſtinctam, & tali pacto, ei non repugnare eſſe in pluribus; at hoc non eſt eſſe Vniuerſale à parte rei, quia Vniuerſale exigit eſſe in pluribus diſtinctis indiſtinctum; quo modo v.g. anima rationalis eadem numero eſt in pluribus partibus corporis, at non ſic eſt natura humana à parte rei. Et per hoc patet etiam ad illud, quod natura humana ante opus Intellectus eſt communicabilis pluribus, eſt enim verum, ſed communicabilis diſtincto modo.

182 Inſtatur Quartò: à parte rei natura humana v.g. non eſt ex ſe ſingularis, neque determinata, ergo eſt indifferens, & indeterminata, ergo vna vnitate ſufficienti ad cōſtituendum Vniuerſale. Antecedens patet, quia ſi ex ſe eſſet determinata, non poſſet vllo modo eſſe in pluribus, vel non poſſet eſſe ſine illis. Prima Conſequentia probatur, quia determinatum, & indeterminatum ſunt cōtradictoria, ergo cui non conuenit vnum, conuenit aliud. Secunda Conſequentia etiam probatur, quia vt ſic eſt vna apta eſſe in multis, ergo eſt vnitas ſufficiens ad conſtituendum Vniuerſale. Reſpondeo concedo Antecedens, quia natura ex ſe neutrum eſt, vt benè S. Thomas *de Ente & Eſſentia c.* 4. ſed habet indifferentiam ad vtrumque, ſcilicet ad poſſe determinari realiter, & eſſe indeterminatam per opus Intellectus; eo pacto, quo animal dicitur indifferens ad rationale, & irrationale; quare Ly *indifferens* non importat aliquid poſitiuum quod conueniat naturæ ex ſe, alioquin in quocunque ſtatu ei conueniret, etiam in ſtatu contractionis, quod implicat; ſed eſt quoddam prædicatū permiſſiuum, ſcilicet permiſſum ad explicandum ſtatum naturæ ſecundum ſe; vnde ad argumentum negatur prima Conſequentia. Ad probat: quæ videtur habere maximam efficaciam, Reſpondeo determinatum, & indeterminatū eſſe contradictoria, neutrum tamen conuenire ex ſe; neque ſemper contradictoriorum vnum verificatur, quando ſumuntur termini cum particulis *ex ſe, in quantum, quatenus*, & alijs huiuſmodi. Sic animal quatenus tale, neque eſt album, neque eſt non album; ſed ſolum vnum ipſorum neceſſario verificatur, quando termini ſumuntur abſolutè; & hoc maximè notandum ex Caietano *de Ente, & Eſſentia loco citato.* Quare natura ex ſe, ſeu ſecundum ſe, ſeu eſſentialiter, & intrinſecè: (hæc enim omnia idem ſonant) ſolum habet ſua prædicata eſſentialia, & proprietates.

Inſtatur Quinto. In quocunque agente principium agendi, vt quo, eſt natura, in qua ſibi aſſimilat paſſum, ſic album vt coloratum, non vt album mouet viſum, Homo, vt homo non vt Petrus generat hominem, ergo à parte rei datur vnitas formalis, per quam natura conſtituatur vna in multis, & vnum principium agendi, &c. Reſpondeo. In quocunque agente principium quo agendi eſſe naturam, ſed vt iam indiuiduatam; indiuiduatio enim eſt conditio ſine qua non natura ageret; vnumquodque enim agit eo modo, quo eſt, ſed natura eſt hæc, & ſingularis, ideo agit vt hæc, & ſingularis, ita quod ſingularitas ſit cōditio ſine qua non. Vide Vallium *quæſt.* 3. *c.* 12 *§ ad* 2.

183 Inſtatur Sexto, Nullo Intellectu cogitante natura eſt definibilis vna definitione, ergo nullo Intellectu cogitante eſt vna, ergo à parte rei datur vnitas ſufficiens ad conſtituendum Vniuerſale. Reſpondeo nullo Intellectu cogitante naturam eſſe definibilem fundamentaliter, propter conuenientiam in illius prædicatis, quam habent omnia ſua indiuidua, non tamen formaliter; quia ſicut definitio eſt opus rationis, ita natura cōcepta primò, vt vna in multis ratione fundamenti à parte rei, definitur proximè, & formaliter. Neque obſtat, quod obiectum præſupponatur ad potentiam, verum enim eſt de potentia, quæ nequit ſibi facere obiectum, vt dictum eſt, cum de Ente Rationis; at Intellectus poteſt ſibi facere obiectum; vel cum Vallio *loco citato ad* 6. verum eſſe vniuerſaliter de potentia paſſiua, non de actiua ſemper.

Inſtatur Septimò. Petrus, & Paulus non ſunt diſtincti formaliter, benè numericè, ergo à parte rei adeſt vnitas formalis, per quam ſunt indiſtincti; ergo vnitas ſufficiens ad Vniuerſale. Reſpondeo Ly *formaliter* poſſe ſumi dupliciter. Primo pro vnitate formali, quam dixi conſequi naturam vt ſic, & tali pacto ſunt diſtincti in vnitate formali, quia quilibet ipſorum habet propriam vnitatem formalem, ſicut habet propriam naturam diſtinctam ab alijs indiuiduis. Secundo poteſt ſumi ly *formaliter* pro conuenientia, ſeu ſimilitudine, quæ habetur in prædicatis eſſentialibus, & ſic non ſunt diſtincti formaliter. Quare negatur prima Conſequentia in vtroque ſenſu. In primo quia eſt vnitas formalis diſtincta. In Secundò, quia prædicta conuenientia ſtat cum diſtinctione, immò requirit diſtinctionem, alioquin non eſſet ſimilitudo, ſed identitas. Quare ad alia multa argumenta ſoluenda, notanda eſt differentia inter ſimilitudinem, & conuenientiam plurium, & vnitatem ad vniuerſale requiſitam, quia ad primum eſt ſatis, quod ſit forma ſimilis, licet diſtincta; ad ſecundum quod ſit eadem numero in omnibus. Item notandum aliud eſſe loqui de vnitatibus formalibus diſtinctis, aliud de eiſdem formalibus formaliter diſtinctis; omnia enim indiuidua alicuius ſpeciei, & ſpecies alicuius generis habent vnitates formales diſtinctas, ſed non formaliter; At quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, habent eaſdem formales diſtinctas etiam formaliter, quia diuerſas. His enim obſeruatis facilè erit cætera argumenta ſoluere, quæ poſſent afferri. Quia tamē cum dicitur quis habere eſſentiam diſtinctam ſolet intelligi non de diſtinctione reali, quam vltro concedimus, inter omnia indiuidua; omnia enim habent eſſentias proprias diſtinctas, ſed ſolet intelligi de diſtinctione eſſentiali, ſeu formaliter, ideo ſemper notanda æquiuocatio.

Tertia Concluſio. Vniuerſale conſtituitur per vnitatem præciſionis. Hæc concluſio ſequitur ex dictis. Non conſtituitur per vnitatem, neque numeralem, neque formalē vllam exiſtentem à parte rei, ergo per vnitatem præciſionis; nulla enim alia ſupereſt ex dictis, per quam poſſit conſtitui. Tota difficultas eſt in explicando quid ſit hæc vnitas, & quomodo conſurgat per actum Intellectus. Ad quod ſit ſequens quæſtio.

Quid ſit, & quomodo conſurgat Vnitas præciſionis per quam conſtituitur Vniuerſale. Quæſtio Quarta.

Stabilito à parte rei nullam dari vnitatem ſufficientem ad conſtituendum Vniuerſale, clarū videtur, quod vni- 184
tas præciſionis debeat ortum habere ab aliquo opere Intellectus; cum hoc tamen poſſit contingere dupliciter, videlicet primo quia Intellectus concipiat in natura ad modum, vel formæ abſolutæ, vel formæ relatiuæ ipſam vnitatem; & ſic prædicta vnitas ſit in natura ens rationis. Secundo poteſt contingere ſolum, quia Intellectus cognoſcat naturam ipſam ſine differentijs indiuiduantibus, non concipiendo in ipſa vllam formam, neque abſolutam, neque relatiuam, ſed ſolum quia ſic cognoſcitur intelligatur in illa vnitas præciſionis; & ſic prædicta vnitas ſit in natura, quæ dicitur vniuerſalis, tantum quædam denominatio extrinſeca orta ab actu, quo cognoſcitur ab Intellectu abſtractè. Difficultas igitur eſt an prædicta vnitas ſit opus Intellectus, tanquam Ens rationis verum, an tanquam denominatio extrinſeca. Rurſus cum prædicta vnitas, ſiue ſint Ens rationis, ſiue denominatio extrinſeca oriri poſſit, vel per [illegible] gnoſcitur natura [illegible] per vllum ordinem [illegible] in quibus [illegible] per [illegible] parationem [illegible] cognoſcitur natura per ordinem ad ſua inferiora [illegible]

on

non paruum est, quæ cognitio sit ex dictis necessaria, vt resultet vnitas præcisionis ad Vniuersale requisita.

Prima Conclusio. Vnitas præcisionis non est pura denominatio extrinseca. Est expressè contra Hurtadum *in Metaphys. disput.5. sect.7.§.79.* eam tribuit D.Thomæ, & Suarez *in Metaph.Disput.6.sect.6.num.* 10. & dicit eam communem suæ Societatis; quod an sit verũ, nescio. Scio Amicum sentire contrarium *tract.4.quæst.4.dub.5.* & Ruuium *de Vniuersalibus quæst. 5. num. 90.* & alios ex eadem societate.

Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui 2.*Post. cap.* 18. *alias citato* dicit, Vniuersalia nihil esse præter singularia, sed per Hurtadum formaliter sunt denominationes extrinsecæ, quæ vtique sunt aliquid à parte rei, ergo sunt aliquid præter singularia. Confirmatur, nam ex Commento 1. *de Anima, comm.* 8. Intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus, quem sequuntur D.Thomas, & ferè omnes, exceptis illis, qui volunt dari vniuersale à parte rei, ergo vnitas requisita ad vniuersale non est pura denominatio extrinseca. Consequentia hæc probatur, quia [illegible] non dicuntur denominationes extrinsecæ, sed resultant ex eo, quod fiat aliquid intrinsece, [illegible] extrinsecè sint termini; sunt enim effectus formales, non in genere causæ efficientis.

185 Probatur secundo. Vnitas præcisionis apta ad constituendum Vniuersale est [illegible] positiua (seu in re positiua) [illegible] Vniuersalis, ergo non est pura denominatio [illegible] quod Intellectus [illegible] at [illegible] sufficientis. Antecedens probatur, quia [illegible] quæ constituat illam naturam eandem in [illegible] esse in pluribus, ergo debet [illegible] ex se [illegible] ergo debet esse positiua. Consequentia probatur, denominatio extrinseca [illegible] cognitionis [illegible] ea predicata, quæ esse [illegible] non habet vt indiuisa sit [illegible] extrinseca non [illegible] positiuam, ergo neque [illegible] ipsa potest constituere [illegible] præcisione.

Probatur tertio. Vnitas præcisionis est vnitas intrinseca [illegible] vniuersali, ergo nequit esse sola denominatio extrinseca. Consequentia patet, quia [illegible] Antecedens probatur, quia vnitas [illegible] intrinsecè [illegible], dicit enim esse indiuisum [illegible] & diuisum [illegible] que alio. Confirmatur, [illegible] eadem est disciplina, ergo sicut nulla [illegible] existentem, ita neque in [illegible] existentem.

Probatur quarto. Intellectus per Hurtadum attingit [illegible], vt [illegible] quærit, vel [illegible] dicit aliquid ex parte [illegible], vel non dicit [illegible] rationis; & si [illegible] non est pura denominatio extrinseca: vel reale; & si [illegible] non potest esse nisi [illegible] vnitas numerica, aut formalis, quæ non est [illegible] à parte [illegible] per ipsum, at hæ non sunt aptæ ad constituendum vniuersale ex dictis. Si vero [illegible] nihil dicit ex parte obiecti, ergo non cognoscuntur [illegible] sed vt plura, ergo non est cognitio negotians vniuersale.

84 Respondet dicere denominationem extrinsecam, eo quia [illegible] cognita, vt vnum. Sed contra, quod sint cognita [illegible] non est quia vnico actu. Deus enim vnico actu omnia cognoscit [illegible] per hoc dicuntur cognosci [illegible] esse cognita vt vnum, nequit esse solum, quia extrinsecè denominentur cognita per vnicum actum; ergo quare dicuntur cognosci vt vnum, & illum actum esse [illegible] singularem, quod dicit Hurtadus, repræsentatiuè vero vniuersalem; hoc enim quæro. Nec aliud esse potest, nisi quia Intellectus sic cognoscens naturam, cognoscit in illa aliquid intrinsecè, vel ad modum [illegible] absolutæ, vel ad modum relationis, in quo consistit vnitas præcisionis.

186 Sed contra instat Hurtadus primò. Natura cognita abstractè v.g. Natura humana cognita absque Petreitate, & Paulitate, & cæteris differentijs non est multiplex, ergo [illegible] neque numerica, ergo præcisio [illegible] præcisionis est pura denominatio extrinseca. Confirmatur: Natura sic cognita est apta prædicari de pluribus [illegible] habet vnitatem sufficientem ad constituendum [illegible]. Confirmatur secundo. Natura fit singularis per differentias indiuiduales, ergo illis remotis remanet vniuersalis, sed natura cognita abstractè est secreta, & diuisa a singularitatibus, ergo remanet vniuersalis, ergo sola denominatio extrinseca cogniti abstractè, est vnitas sufficiens ad vniuersale, ergo vnitas præcisionis. In hoc sistit præcipuum robur Hurtadi, & eorum qui ipsius doctrinæ adhærent. Ad argumentum. Respondeo Naturam consideratam, & cognitam, vt dicit antecedens, esse vnam vnitate negatiua, quæ consistit in negatione diuisionis, seu pluralitatis; & natura non cognoscitur multiplex, &c. Vide Amicum *Tract.4.quæst.4. dubit.6. à §. ego vero Respondeo.* Vallium *de Vniuersalibus in Communi quæst.3.cap.7.* Ruuium *de Vniuersalibus quæst. 5. num. 69.* Non tamen esse vnam vnitate positiua, quæ requiritur ad vniuersale, vt suprà diximus; ideo concesso naturam abstractè cognitam non esse vnam vnitate formali, & numerica, negatur esse vnam vnitate præcisionis sufficienti ad vniuersale, quare negatur vltima consequentia. Quod si quis vnitatem illam negatiuam vellet appellare vnitatẽ præcisionis, nostra parum interest; est satis, quod non sit vnitas præcisionis sufficiens ad vniuersale; de hoc enim est lis cum Hurtado.

Ad primam confirmationem negatur antecedens, natura enim vna vnitate negatiua non est apta ad prædicandum de pluribus; cum enim prædicta aptitudo debeat fundari in aliquo, non fundatur in natura ipsa a parte rei [illegible] vt sic non est apta esse in pluribus, nisi cum sui diuisione, non in aliquo rationis, quia supponimus [illegible] abstractè illam cognouisse, & nihil in illa concepisse ad modum entis.

Ad secundam Confirmationem dato Antecedente, negatur consequentia: quia vniuersale est illud, quod est vnũ aptum esse in multis absque sui diuisione, at natura sic cognita vna vnitate tantum negatiua hoc non habet, vt *numero præcedenti* diximus, sed abstrahit ab hoc, sicut supra diximus de natura ipsa ex mente D.Thomæ, Caietani, & aliorum. Quod si velimus concedere esse vniuersale negatiuum, sicut concedit Amicus *loco citato conclus.* 4. non contendo, sed nostra contentio non est de nomine, sed re, est [illegible] quod non sit vniuersale, quod inquirimus. Neque est verum, quod ideæ Platonis, si darentur, essent ad modum naturæ sic cognitæ abstractè ergo sicut illæ Ideæ essent vniuersale, ita hæc natura; quia illæ Ideæ deberent posse esse in multis absque sui diuisione [illegible] ideo [illegible] [illegible] natura [illegible] cognita, vt dicit Hurtadus, non habet præ [illegible] aptitudinem, vt diximus. Ruuius [illegible] Metaphysicum, non Logicum, quod [illegible] sit de hoc vniuersale, quod quæritur.

Instatur secundo ab eodem Hurtado ex D. Thoma *Opusc.* 56. vbi habet *est autem vniuersale vnum vnitate cognitionis*, & idem videtur velle *Opusc.* 55. ergo ex S. Thoma vnitas Vniuersalis est quædam denominatio extrinseca, ex eo quia cognoscatur vt vnum. Respondeo primo *eodem loco Opusc.*56. dicere etiam D.Thomam, *Vniuersale esse Ens rationis*. Neque mihi dicat Hurtadus D. Thomam locutum hic impropriè, sumendo Ens rationis pro ipsa denominatione extrinseca prouenĩete ab actu rationis, scilicet à cognitione. Est voluntaria expositio ad extorquendum S. Doctorem in suum sensum. Resp. igitur secundo. Vniuersale esse vnum vnitate cognitionis, quia ab vnitate effectiue producta à cognitione; cum enim per eundem S. Thomam *eodem loco*, vt diximus, Vniuersale sit ens rationis, & ens rationis per ipsum sit tantum effectiuè ab Intellectu cognoscente, quod non est ens ad modum entis, vt diximus alibi, sequitur clarè, quod sit vnum vnitate orta a cognitione. Et ecce germanum sensum S. Doctoris, in quo tantum fidit Hurtadus. 187

Secunda Conclusio. Vnitas precisionis, seu vniuersalis constitutum est forma rationis, seu ens rationis. Est D. Thomæ *loco citato Opusc.* 56. Idem Caietanus, Capreolus, Boetius relatus a D. Tho. Riccardus, & alij relati à Vallio *quæst.3.cap.*13. idem sentiunt, Amicus *loco citato*, Ruuius, & alij. Sequitur ex dictis. Vnitas præcisionis non est vnitas realis à parte rei, non est denominatio extrinseca, ergo remanet quod sit aliquid rationis. Quid vero sit & quomodo fiat, dicetur postquam explicatum fuerit per quam cognitionem huiusmodi vnitas fiat, an per absolutam, vel per comparatiuam.

Sed instat Hurtadus: Ergo Intellectus formando Vniuersale

uersale decipitur, sed hoc nemo dicit, ergo non est ens rationis. Consequentia prima probatur, quia ex dictis Intellectus formando ens rationis semper fallitur. Respondeo quod, vel loquimur de vniuersalibus fundamentaliter, scilicet de natura reali, quæ existit à parte rei, & concipitur abstractè, vt formentur propositiones, & si sic non decipitur, quia non est ens rationis, sed fundamentum ipsius. Si vero de ipso Vniuersali formaliter, Respondeo, concedo consequētiam, quod Intellectus decipiatur, quia concipit ad modum entis, quod non est ens, scilicet illam vnitatem præcisionis, tanquam aliquid positiuum in re, quod non est verum. Quando vero dicitur, quod nemo dicit Intellectum decipi in formando Vniuersale, respondeo, verum esse, quia communiter attendunt Doctores vniuersale fundamentaliter, de quo sunt scientiæ, non formaliter; neque præcisio, & vnitas aliud sunt quantum ad hoc, quam conditiones sine quibus non darentur scientiæ de ipsis naturis realibus.

188 Tertia Conclusio. Vnitas præcisionis fit tantum per cognitionem comparatiuam. (diximus in notabili quid sit cognitio absoluta, quid comparatiua.) Hæc conclusio est Antonij, Andreæ, Trombettæ, Scoti, Alamanij, & aliorum, quos sequuntur Amicus *Tract. 4. quæstio. . dubitat. 6. Conclus. 5.* Ruuius *quæst. 5.* & alij; & mihi videtur expressa D. Thomæ *Opusc. 55.* qui expresè habet, *eius autem vniuersalitas non est ex eo quod est in anima, sed ex eo quod comparatur ad multa singularia.* Est tamen contra Suarez, Conimbricenses, Hurtadum, & alios, *loci citatis*, qui volunt saluari in prima cognitione absoluta rationem vniuersalis, quos omnes sequitur Paulus Vallius *loco citato, quæst. 4. cap. 9.* Ex his tamen aliqui dicunt duplex esse Vniuersale, absolutum, & relatiuum, & relatiuum fieri per cognitionem comparatiuam solum. Ita Suarez, & alij.

Probatur primo. Vnitas precisionis constituit vniuersale vnum in se aptum esse in multis, ergo fit per cognitionem comparatiuam. Consequentia probatur, quia nequit sic concipi vnitas nisi in ordine ad multa, in quibus esse potest, ergo est cognitio comparatiua. Confirmatur, vnitas precisionis talis euadit, qualis fit ab Intellectu, quia cum sit Ens rationis habet tantum esse per Intellectum, ergo cum debeat respicere intrinsecè plura, in quibus potest esse vniuersale, necesse est, quod hoc recipiat ab Intellectu, dum fit, ergo per cognitionem comparatiuam, quæ cognoscat illam naturam, vt vnam relatam ad plura, in quibus potest esse.

Probatur secundo. Vnitas precisionis constituit formaliter vniuersale, ergo fit per cognitionem comparatiuam tantum. Consequentia probatur, Vniuersale formaliter ad plura est vniuersale, quod enim non est ad plura, est singulare, ergo vt intellectus fingat vnitatem aptam ad constituendum Vniuersale in ordine ad plura est necesse, quod fingat illam naturam in ordine ad illa plura, ergo per cognitionem comparatiuam. Confirmatur, aliqua differentia esse debet, quando Intellectus fingeret aliquā vnitatem constituentem aliquid in se tantum, ac quando in ordine ad plura, quibus possit inesse, sed nulla alia potest esse differentia, nisi quia prima vice non fingat vnitatem relatam ad plura, ergo per cognitionem comparatiuam, &c.

189 Sed contra instatut primo: natura abstracta, & cognita sine differentijs est verè vna, & potest prædicari de pluribus, ergo est per cognitionem absolutam vniuersalis. Respondeo, nego antecedens, ad summum vt dicebamus, est vna negatiuè, quod non sufficit; & si Intellectus in illa absolutè cognita fingat vnitatem, erit ad modum vnius in se, at Vniuersale est vnum in ordine ad plura, quibus potest inesse.

Instatur secundo. Si Intellectus reflectat supra naturam a se cognitam abstractè, illam reperiet pluribus communem, & communicabilem, quia illam non reperit singularem, ergo per cognitionem absolutam iam erit vniuersalis, ergo vnitas præcisionis consurgit per cognitionem absolutam. Respondeo nego antecedens, quia si reflectat, reperiet illam naturam, vt vnam negatiuè tantum, modo explicato. Alia argumenta afferri possent, quorum aliqua affert Vallius, & Hurtadus, sed ex solutione horū, & in precedentibus conclusionibus facile soluentur, omnia enim in hoc tendunt, quod natura abstractè cognita per cognitionem absolutam, & directam sit iam vna apta esse in pluribus, non sit singularis &c. ad quæ omnia patet ex dictis.

Hic contendunt multi cum vniuersale sit ens rationis formatum ab Intellectu cū fundamento à parte rei, quodnam sit fundamentum remotum, vel proximum, de quo fusè Amicus *conclus. 5. dubit. citata.* Nobis sit satis, vt vitemus prolixitatem in re, quæ ad nihil deseruit, Intellectum ita procedere in formatione Vniuersalis. Primo cognoscit ex similibus, vel dissimilibus operationibus conuenientiam, vel disconuenientiam plurium in eadem natura; & sic concipit illam naturam, non considerando, nec cognoscendo illa singularia, à quibus illam abstrahit, & sic in primo signo natura dicitur præcisa, & tali pacto habet vnitatem, quam diximus, negatiuam, quæ abstractio potest etiam fieri ab vno tantum indiuiduo, considerando scilicet naturā tantum, non singularitatem; alioquin natura Solis, Lunæ, nequiret esse vniuersalis, quæ ab vno tantum indiuiduo potest abstrahi. Secundo illam naturam sic cognitam recognoscit cum ordine ad plura, in quibus potest esse, & illam concipit posse esse vnam in omnibus illis, seu eandem ab illis participari, & cum prędicta vnitas non sit a parte rei, sed sit opus tantum Intellectus, est vnitas rationis, quæ dicitur præcisionis, quia tribuitur naturæ præcisæ à singularitatibus; & sic est constitutum Vniuersale. Tertio tandem potest reflectere supra hanc suam comparatiuam cognitionem, & cognoscendo obiectum factum vniuersale per præcedentes actus, formare appellationem Vniuersalis, Generis, vel Speciei; prout natura, quæ est abstracta petit; si est abstracta à differentijs essentialibus, dicitur Genus, si ab accidentalibus, dicitur species, vt infrà. 190

Quare fundamentum, quod habet Intellectus in formādo Vniuersale est natura ipsa à parte rei, quæ de se participatur à pluribus, licet cum sui diuisione; seu vt dicunt alij, est vniuersale Metaphysicum, scilicet ipsa prædicata essentialia, quæ in pluribus reperiuntur à parte rei. De quo Amicus *quæst. 4. dubit. 1. §. 4. Concl.* & Ruuius *quæst. 5. citata nu. 68.* & inde sumit Intellectus motiuum formandi Vniuersale: præcisio verò, & abstractio est conditio sine qua non fieret Vniuersale; cognitio autem reflexa, & comparatiua, qua Intellectus recognoscens eandem naturam iam cognitam, cognoscit, vt vnam in ordine ad plura, in quibus possit esse, est veluti causa, efficiens proxima Vniuersalis. Ex his

Colligitur vniuersale distingui non posse in absolutum, & relatiuum, vt volebant Suarez, Conimbricenses, & alij; quia cum ex dictis omne vniuersale fiat per cognitionem comparatiuam vnius naturæ ad multa, in quibus potest esse nequit non esse relatiuum ad illa; & ad summum posset eis concedi naturam abstractam per primam cognitionem absolutam, quam concessimus, aliquo pacto posse dici Vniuersale negatiuum, esse tunc Vniuersale absolutum. Verum de hoc non est quæstio, sed de vero Vniuersali perfecto in ratione Vniuersalis, quod hic negamus posse esse absolutum.

Quænam sit aptitudo requisita ad Vniuersale.
Quæstio Quinta.

DVo requiruntur ad constituendum Vniuersale secundum definitionem allatam Aristotelis, Vnitas, & Aptitudo. De Vnitate diximus satis; modo de aptitudine. Pro qua 191

Supponendum hanc aptitudinem duplicem esse. Alia dicitur aptitudo Physica, alia aptitudo Logica. Aptitudo Physica est illa, qua natura quælibet per generationem est multiplicabilis. Aptitudo Logica est illa, quæ per Intellectum naturam præcidentem a pluribus singularibus, [illegible] vt communis constituitur, ei tribuitur. differunt autem quia Physica semper est cum sui diuisione, & multitudine, vt patet in communicatione naturæ humanæ in plura indiuidua. Logica autem est cum omnimoda indiuisione, natura enim humana abstracta est apta esse in pluribus, sed eadem in omnibus; vnitas enim precisionis, quæ conuenit vniuersali, dicit ne[illegible] diuisionis [illegible] quia scilicet non patitur diuisionem in plura, [illegible] in ipsis [illegible].

Omissa aptitudine Physica, de qua [illegible] sset, an sit quid positiuum nec ne, de sola aptitudine Logica dispu-

disputamus, hæc enim ad rem facit, pro qua sit

Prima Conclusio. Aptitudo quam dicit Vniuersale non est a parte rei in natura, prout existens est. Probatur
190 primo: nam prout existens est, est distincta in plura indiuidua, ergo aptitudo quam dicit Vniuersale, non inest naturæ, prout à parte rei. Antecedens ex dictis patet, Consequentia probatur, aptitudo, quam dicit Vniuersale, dicit eandem met naturam posse esse in multis constitutiuam, ita vt eadem esset constitutiua huius, ac illius, eo pacto, quo sequeretur, sic daretur Vniuersale à parte rei, sed non sic est in natura à parte rei, seu prout existens, cum implicet existere, & non existere diuisam differentijs indiuiduantibus; ergo aptitudo, quam dicit Vniuersale non competit naturæ vt existenti.

Probatur Secundò. Aptitudo, quam dicit Vniuersale sequitur vnitatem vniuersalis, sed vnitas ipsa ex dictis nō competit naturæ formaliter, nisi per Intellectum, ergo & aptitudo tantum per Intellectum, ergo nulla erit in natura a parte rei. Confirmatur non potest constituens esse reale, & constitutum ens rationis, siue quid per Intellectum confictum, ergo & aptitudo ipsum constituens erit per opus Intellectus.

Contra instatur Primò. Natura absque opere Intelle-
192 ctus habet possibilitatem ad essendum in multis, ergo & aptitudinem, ergo hæc aptitudo inest naturæ prout à parte rei. Antecedens probatur, absque opere Intellectus natura v.g. humana reperitur in Petro, Paulo, & alijs, ergo habet possibilitatem, aliòquin non esset in multis. Confirmatur, nam absurdum est dicere ad communicandam naturam ... in multis, esse necessariū opus Intellectus. Ad argumentum nego Antecedens, ad probationem Respondeo absque opere Intellectus naturam humanam reperiri in Petro, Paulo, & alijs, sed cum diuisione entitatiua, vt natura, quæ est in Petro, non sit natura, quæ est in Paulo, ... à parte rei natura habet aptitudinem, quæ est aptitudo Physica, non tamen natura reperitur in ... omnibus, quæ est aptitudo, quā dicit Vniuersale, & de qua loquimur. Et per hoc patet ad Confirmationem, ad communicationem Physicam non requiri Intellectus, ad Logicam autem esse necessarium, ... ergo argumentum tantum probatur à parte rei ... aptitudinem fundamentaliter, non autem formaliter, de qua est conclusio

Instatur Secundo. Plura Indiuidua posse esse sub eadem specie ... prouenit ab Intellectu, sed in natura est fundamentum, ergo & aptitudo essendi in multis conuenit naturæ ... se & non ab Intellectu. Consequentia patet, hæc enim inuicem ... posse sub eadem natura esse plura indiuidua, & eam naturam posse illis communicari. Antecedens etiam patet, alioquin naturæ, quæ secūdum aliquod multiplicari non potest, hoc haberet ab Intellectu, quod tamen nemo dicet. Respondeo sicut & ad primum; per hoc argumentum nihil aliud haberi, nisi à parte rei naturam posse multiplicari cum sui diuisione, quod nos nunquam negauimus, immò hoc posuimus, vt fundamentum Vniuersalis; quia enim natura multiplicatur in pluribus & est eadem formaliter, sumit occasionem Intellectus eam considerandi vt vnam omnino in pluribus, omnium constitutiuam; cuius vnitatis, & aptitudinis
191 fundamentum est ipsa realis multitudo; probat ergo argumentum tantum aptitudinem Vniuersalis fundamentaliter, non formaliter, & hæ responsiones maxime notādæ, quia ex illis alia argumenta soluentur, quæ omnia in hoc peccabunt, quod natura actu a parte rei sit in pluribus

Secunda Conclusio. Aptitudo, quam dicit Vniuersale,
193 & per quam constituitur formaliter, est quædam communicabilitas ab Intellectu ipsi naturæ abstractæ tradita. Probatur prima pars. Ideo natura v.g. humana habet aptitudinem physicam ad essendum in multis, quia potest communicari multis, ergo Vniuersale ideo habebit aptitudinem, quia vi sic poterit communicare, ergo hæc aptitudo est communicabilitas; nulla enim apparet ratio, cur vna alteram supponat, aut sequatur, eo enim ipso quod natura est apta esse in pluribus, est pluribus communicabilis, ita vt neque per Intellectum hæc duo possint separari.

Secunda pars Conclusionis probatur, hæc communicabilitas dicit naturam posse esse in pluribus, vt vnam omnibus communem, ita vt eadem sit in Petro, quæ in Paulo, sed hoc pacto à parte rei natura non est communicabilis, vt hactenus dictum est, ergo est quid fictum ab Intellectu.

Dices: Naturæ communi à parte rei non repugnat esse in multis, ergo à parte rei habet communicabilitatem, ergo non per opus Intellectus. Antecedens est notum experientia, cum natura v.g. humana sit in tot indiuiduis. Consequentiæ sunt claræ. Respondeo concedendo totum argumentum, procedit enim de aptitudine, & communicabilitate physica, quod nos non quærimus, sed supponimus, vt fundamentum aptitudinis Vniuersalis, vt in sequenti Conclusione.

Tertia Conclusio. Fundamentum aptitudinis Vniuersalis est aptitudo Physica, quam dicit natura, quæ vt Vniuersalis concipitur. Probatur, & explicatur simul. Vnitas formalis *ex quæst. præced.* est fundamentum vnitatis Vniuersalis, quę formalis ex vi propriæ naturæ fundat aptitudinem ad essendum in multis, siue non repugnantiam, sicut vnitas indiuidualis fundat repugnantiam, cuius repugnantiæ, & non repugnantiæ nullum aliud est fundamentum, quam naturalis conditio, seu proprietas talis naturæ, cui non repugnat multiplicari, vt benè Suarez *sect. 8. num. 10. & 12.* ergo fundamentum aptitudinis Vniuersalis erit aptitudo illa ab vnitate formali importata; Probatur Cōsequentia ideo enim natura diuina, licet habeat vnitatem formalem, non potest, vt Vniuersalis fingi ab Intellectu, quia caret aptitudine, & communicabilitate, ergo fundamentum, cur naturas concipiamus vniuersales non erit vnitas formaliter præcisè, sed vt dicit aptitudinem; alioquin posita vnitate formali, semper possemus formare Vniuersale.

Sed contra Instatur ex Suarez *loco supracitato*. Aptitu- 194
do, quam dicit natura est non repugnantia negatiua, non positiua; ergo fundamentum aptitudinis vniuersalis est quid negatiuum. Respondeo nego Antecedens, aptitudo enim physica, quam dicit natura ad sui communicationē, non fundatur in defectu alicuius additi, cuius sit capax, sed in ipsa positiua vnitate formali, vt ex eodem Suarez *num. eodem* patet; fundatur, & in ipsa entitate limitata, finita, & talis conditionis, vt ei non repugnet multiplicari cum sui diuisione, vt ipsemet fatetur *num. 12.* vnde aliqui carpunt ipsum, quod non sibi constet. Potest confirmari responsio iam allata, quia repugnantia, quam dicit natura indiuiduata ad se communicandum pluribus, est positiua, quia fundatur in vnitate indiuiduali positiua, ergo etiam non repugnantia, quam dicit natura vt sic, erit positiua, cum fundetur in vnitate formali positiua.

Pro multorum argumentorum solutione Notandum, vt diximus etiam superius, naturam tripliciter spectari posse. Primò vt indiuiduatam. Secundò vt præcisam ab indiuiduis per Intellectum. Tertio secundum se, quod est dicere, quatenus ex propria natura, & ab intrinseco ei cōueniunt talia, vel talia prædicata, non ratione alicuius status, contractionis, aut præcisionis, licet sine aliquo horum esse non possit. Quoties igitur D. Thomas, Caietanus, & alij dicunt aliqua prædicata conuenire naturæ per se, non est intelligēdum, quod detur aliquis tertius status, in quo sit natura absque indiuiduis, & præcisione; Sed ly *per se* ponitur ad denotandum talia prædicata ei competere, nō accidentaliter, quatenus indiuiduata est, eo pacto, quo ei accidit esse in hoc, vel illo Indiuiduo; sed intrinsecè ex natura sua, quatenus talis est; ita vt si per impossibile sine contractione aliqua esse posset, adhuc illa prædicata retineret, quod non contingeret in illis, quæ tantum accidentaliter ei conueniunt.

Igitur sufficienter remanet probatum, nō dari Vniuersale à parte rei; si enim Vniuersale in suis definitionibus constituitur per vnitatem, & aptitudinem ad multa; hę verò nullo pacto formaliter existūt à parte rei eo modo, quo ad ipsius constitutionem exposcitur, vtique neque ipsum vniuersale dicendum erit existere à parte rei; non enim perfectius esse potest constitutum partibus constituentibus; sed solum erit Vniuersale à parte rei quoad fundamentum, quod dicit, formaliter verò Ens rationis.

Soluuntur quædam Dubia de Vniuersalibus in Communi. Quæstio Sexta.

DE Vniuersalibus in communi solum remanent quæ-
dam facilia, vt vltimam manum imponamus huic 195

tractatui; quæ omnia præſenti hac quæſtione breuiter expedio, diffuſior enim Tractatio ſpectat ad Metaphyſicam, cuius eſt propria materia.

Quæritur igitur primo. Cum in Vniuerſali tria conſiderari poſſint ex dictis, natura ipſa realis, præciſio Intellectus, quæ naturam præſcindit à ſingularibus, & Vniuerſalitas ipſa; quid inquam prædicetur, quando prædicantur Vniuerſalia: v.g. cum dicitur *homo eſt animal*, *Animal eſt ſubſtantia*, quid importetur per Ly *Animal*, per Ly *Subſtantia*. Reſpondeo ex doctrina D. Thomæ *de Ente, & Eſſentia cap.4.* Caietani *ibidem quæſt.7. dubit.1.* quos ſequitur Vallius *quæſt.2. cap.3.* & alij; quoties prędicatum Vniuerſale eſt nomen primæ intentionis, vt in propoſitione allata, id, quod prædicatur eſt natura ipſa, quę eſt in ſubiecto; vniuerſalitas vero, & pręciſio ſunt conditio ſine qua non fieret bona prædicatio. Ratio eſt, nam cum dico, *Homo eſt animal*, ſi Ly *animal* ſtaret pro ipſa vniuerſalitate, vel pro natura, quatenus eſt vniuerſalis, propoſitio eſset falſa; quia homo neque eſt ipſa vniuerſalitas, neque eſt totum animal, vt eſt quoddam vniuerſale, ergo ſtat tantum pro animali, quod eſt identificatum cum homine, abſtractio autem, & vniuerſalitas ſunt conditiones ſine quibus non; quia alioquin natura, quæ prædicatur, vel eſset alia ab illa, quæ eſt in homine, & ſic propoſitio eſset falſa; aut ipſamet omnino nullo pacto diſtincta, & ſic eſset vana; faceret enim hunc ſenſum, homo eſt homo. Igitur illa abſtractio facit quod prædicatum aliquo pacto diſtinguatur à ſubiecto, & ſic euadat prima prædicatio. Quare *Petrus eſt homo*, facit hunc ſenſum, prædicata eſsentialia, quę ſunt naturę humanę, ſunt in Petro; quę poſtea in Petro ſunt indiuiduata, & ſunt Petri non Pauli. Si vero prędicatum ſit nomen ſecũdę Intentionis, vt Genus, Species, &c. vt cum dicitur, *Homo eſt Species, Animal eſt Genus*. Reſpondeo prędicatum ſignificare Ens rationis Specieitatis, Genereitatis, &c. connotando aliquam naturam, aut quoddam Ens commune; & ſubiectum ſupponere ſimpliciter pro ſuo immediato ſignificato, ita vt ſenſus ſit, homo eſt quędam natura, cui conuenit hoc Ens rationis, quod eſt Species. Ratio eſt, quia alioquin propoſitiones eſsent falſæ. Fuſius apud eoſdem auctores.

196 Quæritur Secundo. Qua prædicatione Vniuerſale prædicetur de his, in quibus eſt. Reſpondeo prædicari prædicatione directa. Notandum eſt autem prædicationem nihil aliud eſſe, quam propoſitionem, in qua aliquod prædicatum tribuitur ſubiecto. Hæc autem prædicatio ex Soto, *quæſt. vltima Vniuerſalium*, triplex eſſe poteſt. Identica, Diſparata, & Media. Identica eſt, qua prædicatum dicit omnimodam identitatem, & connexionem cum ſubiecto, talis eſt prædicatio, qua idem prædicatur de ſe ipſo. Diſparata eſt, qua prædicatum nullo modo conuenit Subiecto, vt *homo eſt lapis*. Media eſt, in qua prædicatum dicit connexionem, & identitatem cum Subiecto, attamen admittitur aliqua diſtinctio ſaltem rationis ratiocinatæ; quæ duplex eſt, alia directa, in qua quod ſe habet vt materia, tenet locum ſubiecti, quod ſe habet vt forma, habet locum prædicati. Hæc prædicatio vel eſt ſuperioris de inferiori, vt *homo eſt animal*, vel æqualis de æquali, vt *homo eſt riſibilis*. Alia media eſt indirecta, ſeu vt alij contra naturam; & eſt quando, quod ſubijcitur eſt veluti forma ad id, quod prædicatur de ipſo; & accidit, quoties inferius prædicatur de ſuperiori, vt *animal eſt homo*. Modo patet noſtra reſpõſio. Vniuerſale enim concipitur veluti quoddam totum reſpectu ſuorum inferiorum, atque adeo, vt forma quædam, quæ inſit in illis, ergo prędicatione directa prędicabitur; quia propriè quod ſe habet vt forma prędicatur de eo, quod ſe tenet vt materia. Præterquam quod hæc ſola prędicatio pertinet ad ſcientias, & maximè ſpectat ad prędicabilia, vt ex ſequenti videbimus, in quæ vt in quędam inferiora diuiditur Vniuerſale, vt *numero ſequenti*.

Quęritur Tertiò. Vtrum Vniuerſale adęquatè diuidatur in quinque illas ſpecies à Porphyrio aſſignatas. Reſpondeo ſufficienter Vniuerſale diuidi in illas ſpecies à Porphyrio aſſignatas, ſcilicet Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens; & ratio eſt, quia diſtinctio Vniuerſalis non poteſt melius percipi quam per ordinem ad ſingularia, in quibus eſſe, & de quibus prędicari poteſt; igitur ſi tantum quinque modis eſſe, & prędicari poterit, ſufficiens erit diuiſio. Quę ſufficientia ſic oſtenditur: quod habet identitatem cum altero, aut dicit identitatem eſſentialem, aut accidentalem. Si eſſentialem, aut per modum totius eſſentię, & ſic eſt Species; aut per modum partis; & ſi ſic, aut per modum partis quodammodo materialis, & determinabilis vlterius tanquam per formam, & eſt Genus; aut per modum partis ad inſtar formæ vltimò conſtituentis, & eſt Differentia. Si vero dicit identitatem accidentalem, aut eſt accidens neceſſarium, & inſeparabile, & ſi hoc, Ecce Proprium; aut eſt contingens, & ſeparabile, & ecce Accidens: Idem diſcurſus fieri poteſt de prędicabilitate, vt patebit conſideranti. Plura argumenta impugnant noſtram reſponſionem, quorum aliqua plura quam quinque eſſe prędicabilia, aliqua pauciora affirmant; quia tamẽ facilè ſolui poſſunt, omiſſa faciamus. Videat qui vult apud Conimbricenſes *Artic.1. quæſt 7. in Præſ. Porphyrij*, Alamannium *art.6 quæſt.2.* Toletum *quæſt.3. de ſubiecto huius Libri*.

Quęritur Quartò. An ſit diuiſio Generis in Species, nec ne. Reſpondeo affirmatiuè cum Conimbricenſibus *quæſt. eadem artic.2.* eſſe verum genus, qui adducunt pro ſe Scotum, & Toletum, & alios, immò tanquam communem omnium recentiorum affirmant. In eandem ſententiam adducit D. Thomam Alaman. *quæſt. citata art.7.* probari poteſt; etenim Vniuerſalitas relatiua nihil aliud eſt, quam relatio ficta ab Intellectu inter Vniuerſalia, & ea, de quibus prędicantur; ſeu quibus conuenire concipiuntur; ſed hęc relatio eſt eadem vniuocè in omnibus, eo modo, quo vniuocatio poteſt tribui entibus rationis, ergo. Verum in hoc non eſt immorandum, eſt enim quęſtio parui momenti. Qui plura vult videat Doctores *locis citatis*.

Nihil dicimus de Vniuerſali abſoluto, cuius diuiſionem negant multi eſſe generis in ſpecies, quia nos tale Vniuerſale negamus. De Vniuerſalibus in Communi, SATIS.

Tractatus Tertius. Qui eſt de Prædicabilibus.

PErvenimus ad vltimum Tractatum in Porphyrij Iſagogem, qui eſt de Prędicabilibus in particulari, nunc enim facilius vniuſcuiuſque ſtatus, & natura addiſcetur hauſta doctrina de Ente rationis, & de Vniuerſali in genere. Vt autem aliqualis cognitio habeatur doctrinę ipſius Porphyrij, quam explicandam hoc Tractatu intendimus, hanc methodum ſemper ſequemur, vt ipſius Iſagoges capitum ſumma pręmittatur, poſtea circa doctrinam quęſtiones moueantur, quod faciemus etiam circa Libros Ariſtotelis in ſequentibus, quorum doctrina quęſtionibus erit examinanda; ne Philoſophi mens, & opera diſcipulos penitus lateant, quem tamen profiteri intendunt, dum Philoſophię ſtudent.

PRIMI CAPITIS ISAGOGES.

SVMMA.

TRia præſtat Porphyrius in primo capite; Primo dicit tripliciter poſſe ſumi genus; primo pro multitudine hominum ab vno progenitore originem ducente; ſic Romanorum gentem, Genus Romanorum appellamus, eo quod ab vno Romulo deſcendant. Secundo ſumitur genus pro natali principio, quod à parente, aut patria trahitur, ſic Ariſtoteles dicitur genere Stagyrita, & Iſaac ad Abraham dicitur genus ducere. Tertio ſumitur genus pro eo ſub quo c[illegible]catur ſpecies, quod proprium eſt Philoſophorum, & de quo eſt intentum.

Secundo definit hoc Genus, & dicit eſſe quod prædicatur de pluribus differentibus Specie in quid.

Tertio aſſignat differentias generis à quolibet alio Prædicabili, & hoc vſque ad finem Capitis.

De

De Genere. An Definitio assignata sit bona.
Quæstio Prima.

197 DEfiniuit Porphyrius Genus dicens. *Genus est quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quod quid est*. Circa quam definitionem. Quæritur primo an sit bona. Respondetur.

Vnica Conclusio. Definitio suprapoſita eſt bona. Probatur. Definitio bona debet perfectè explicare naturam definiti, & illud ab omni alia re ſeparare, talis eſt definitio tradita, ergo. Maior eſt Ariſtotelis *Topicorum* 1.4. vbi habetur etiam eadem generis definitio, vocat enim definitionem terminum, ſumpta metaphora ab agrorum terminis, qui quidquid intra agros eſt, continent, & ipſos ab alijs ſeparant. Minorem probat idem Porphyrius; etenim dicta definitio per *prædicari de pluribus*, ſeparat genus ab indiuiduo per *differentibus specie*, ab ipſa ſpecie, quæ prędicatur de differentibus numero. Item ab ipſo Proprio, quod tamen de ſpecie, & plutibus differentibus numero prędicatur, vt ſuis locis: per *In quid*, differt à Differentia, & Accidente, quæ prędicantur *in quale*.

Ad euidentiam autem traditæ definitionis Notandum primo, prædicari *in quid* nihil aliud eſſe, quàm prędicari per modum Subſtantiæ illius, de quo prędicatur, vt quid per ſe ſtans; non vero quaſi adiacens, & determinans, ſic autem dicuntur prędicari tali pacto omnia, quæ ad interrogatum quid eſt, conuenit ipſa reſponderi, ſic ad interrogatum quid eſt homo, reſpondetur, Animal. Quare Animal prędicatur in quid: & genus ſemper reſpondetur ad interrogatum: Quid eſt, vnde optimè dicitur prædicari in quid, Ariſtoteles *Top.* 1.4.

Notandum ſecundo aliqua dupliciter dici poſſe differre ſpecie, vel quia ſint ſpecies diuerſæ ſub eodem genere, vt Leo, Homo, ſub animali, vel quia ſunt ſub diuerſis ſpeciebus, vt Petrus, bucephalus; genus ergo prędicatur de pluribus differentibus ſpecie vtroque modo; ſed primo, & immediatè de ſpeciebus ipſis, ſecundario vero his mediantibus de ipſis Indiuiduis. Hinc habet Ariſtoteles 4. *Metaphyſ. cap.* 1. ea tantum differre ſpecie, quæ ſub eodem genere collocata diuerſas habent definitiones, & de quibus idem genus commune prędicatur; vnde Petrus, & hęc albedo non dicuntur proprie differre ſpecie, quia non habent vnum genus commune.

An Generis Definitio ſit Quidditatiua, vel deſcriptiua.
Quæſtio Secunda.

198 IN hac quæſtione tres poſſunt aſſignari ſententiæ. Prima Scoti *quæſt.* 15 *in Prædicabilia*, Caietani *ibidem*, & aliorum aſſerentium definitionem traditam eſſe quidditatiuam, cum genus ſit *prædicabile de pluribus, differentibus ſpecie* ſit differentia, ſubſcribunt certo modo Conimbricenſes, quatenus aſſerunt ſi in definitione generis definiatur prædicabile generis, eſſe quidditatiuam; quia prędicabile de pluribus eſt verum genus, deinde ex additione differentiæ explicatur vera quidditas, & tota.

Secunda ſententia eſt Toleti *quæſt.* 2. Rubij *quæſt.* 3. Conimbricenſium *quæſt.* 1. *art.* 2. Vallij *Cap. de genere in tertia annotatione ſecundæ partis*, qui aſſerunt prędictam definitionem eſſe deſcriptiuam, quia datur per paſſionem, potuiſſe tamen definiri quidditatiuè, ſi ſic dictum fuiſſet: Genus *eſt Vniuerſale, quod ineſt multis ſpecie differentibus*.

Tertia Sententia eſt Ammonij, & Alberti *Tract.* 3. *cap.* 3. qui ne dum non eſſe definitum ſuſtinent, ſed neque poſſe definiri. Pro noſtra ſententia

Notandum cum quærimus, an genus poſſit habere genus ſupra ſe, ita vt poſſit definiri, non debere intelligi, quaſi quod detur aliqua natura realis abſtracta, quæ vt genus ſe habeat ad definitionem generis, vt ſic, omnia genera comprehendens, ſed intelligitur vtrum Intellectus poſſit Secundo Intentionaliter ab omnibus generibus vt ſic abſtrahere aliquam genereitatem, vt ita dicam, quæ ab omnibus generibus æquè participetur, ita vt per ipſam tanquam per verum genus poſſit definiri. Hoc notato

Prima Concluſio. Definitio Porphyrij eſt tantum deſcriptiua. Eſt communis, præter primam Sententiam, quã puto, & nobiſcum aſſenſuram, ſi genus definitum putarent vt genus, non vt prędicabile genericum. Probatur auctoritate eiuſdem Porphyrij dicentis, ſermonem eſſe de tertio genere, quod etiam *deſcribentes* aſſignarunt, non dixit *definientes*; videtur autem ſumere deſcriptionem in rigore ſermonis, dum eiſdem verbis prędictam definitionem deſcriptionem vocat in fine dicens: *Nihil ergo ſuperfluum deſcriptio dicta*.

Probatur ſecundo ſicut ſe habet prędicari ad vniuerſale, ita ad ſpecies ipſius; ſed poſſe prædicari ex dictis eſt paſſio Vniuerſalis, ergo etiam generis, quod eſt ſpecies Vniuerſalis, erit paſſio, ergo prędicta definitio eſt deſcriptiua. Probatur conſequentia. Omnis definitio tradita per propriam paſſionem eſt tantum deſcriptiua, ergo.

Secunda Concluſio. Genus poteſt quidditatiuè definiri, ſi afferatur definitio eo modo, quo à ſecunda Sententia allata eſt. 199

Probatur. Ideo Animal dicitur genus ad hominem, Leonem &c. quia animal eſt quid determinabile in homine, & Leone per diuerſas differentias eſſentiales, ex quibus ſimul cũ animali cõſtituitur quidditatiua definitio hominis, & Leonis, dum dicitur, *Homo eſt animal rationale*; ſed etiam Vniuerſale eſt quid determinabile per differentias generis, ſpeciei, &c. aliud eſt enim eſſentialiter vniuerſale quod eſt in pluribus differentibus ſpecie, & aliud, quod eſt in pluribus differentibus numero; ergo ex tali differentia, & vniuerſali conſtituetur quidditatiua definitio; ita vt *Vniuerſale* ſtet loco generis, *prędicari de pluribus differentibus ſpecie* ſtet loco differentiæ.

Sed contra Inſtatur primo. Omnia genera in ratione generis non differunt ſpecie inter ſe, quia eadem definitione ſunt definibilia, ergo tantum differunt numero; ergo genus generis potius ſe habet vt ſpecies, quam vt genus; ergo non poteſt quidditatiuè definiri, cum non ſit aſſignare genus ſupra ipſum; Conceſſo antecedenti, & prima conſequentia negatur ſecunda: vniuerſale enim quod eſt genus generis, alio modo eſſentialiter contrahitur à genere, & cęteris prędicabilibus; atque adeo de pluribus differentibus ſpecie dicitur; licet autem omnia genera vt genera non dicant diuerſitatem, ſeu alietatem eſſentialem, hoc non tollit, quin vniuerſale ſit verum genus in definitione generis; ſicut animal eſt verum genus in definitione hominis, licet omnes homines non differant ſpecie in ratione hominis inter ſe, ſed tantum numero; Eſt enim eadem omnino proportio.

Inſtatur ſecundo. Si Vniuerſale eſt genus ad ipſummet genus, ergo erit genus generaliſſimum; hoc tamen eſt falſum: nam ſubſtantia, quæ ſecundum Philoſophos eſt ſummum genus, eſt genus generaliſſimum, quod tamen ſub primo Prædicabili continetur.

Reſpondetur, Vniuerſale eſſe genus ad ipſummet genus, atque adeo ad ſummum genus, vt genus eſt; hoc autem nullum eſt abſurdum, non enim vniuerſale, quod dicitur genus ad ipſum genus, eſt aliqua vna natura realis, quæ vniuocè conueniat omnibus prædicabilibus, eo modo, quo Animal eſt natura realis conueniens homini, & Leoni; ſed vt in Notabili dictum, eſt quædam ſecunda Intentio genereitatis abſtracta ab Intellectu ab omnibus prędicabilibus, & in quà vniuocè conueniunt per Intellectum omnia prædicabilia; hoc autem modo non implicat, & ſubſtantiam vt genus eſt, habere genus ſupra ſe; implicaret autem habere genus realem naturam importans ad ipſum ſupremum, tunc enim non eſſet ſummum genus. Breuiter, ſubſtantia eſt ſummum genus in natura reali, vt ſubeſt intentioni, non eſt ſummum genus in natura ficta ab Intellectu, & Intentioni ſubſtans.

Inſtatur tertio. Ergo dabitur proceſſus in infinitum, 200 nam & ipſum genus generis poterit definiri, & per aliud genus definietur. Reſpondetur, cum ſimus in operationibus Intellectus circa entia rationis, nullum eſſe abſurdum Intellectum ſemper fingere aliquam aliam naturam, quæ ſe habeat, vt genus.

Inſtatur quarto. Eo ipſo quòd genus definitur per vniuerſale tanquam per genus, ſe habet vt ſpecies, ergo genus vt genus nequit definiri; eſt ratio tertiæ Sententiæ. Reſpondeo conceſſo Antecedenti negando conſequentiam; quia vt dicatur definitum vt genus, eſt ſatis, quod ſit definita natura generis, licet quatenus per aliud genus definitum, habeat rationem cuiuſdam ſpeciei.

Quid

Quid Definiatur in definitione Generis, Natura, An secunda Intentio. Quæstio Tertia.

PRo tituli intelligentia notandum cum Toleto *quæst. 1.* Genus, Species, & cętera Pręḍicabilia esse nomina connotatiua; atque adeo duo includere; aliquid, quod se habet vt materiale, aliud vt formale. Materiale est ipsa natura, quæ dicitur vniuersalis, formale est ipsa vniuersalitas, siue secunda Intentio, v.g. Animal est genus, duo dicit prędicata essentialia animalis, quæ dicuntur inesse homini, & ipsam Intentionem genereitatis, à qua animal dicitur genus, sicut in albo duo possumus considerare, parietem, qui denominatur albus, & albedinem, à qua denominatur; quæritur igitur, quid definiatur, an sola natura, vel sola intentio, vel tandem natura, vt connotans intentionem.

Notandum secundo. Cum genus sit velut, quoddam accidentale compositum, de eo eodem modo esse philosophandum, ac de compositis accidentalibus. Accidens igitur dupliciter potest definiri, in abstracto, & in concreto; si definitur in abstracto, subiectum connotatur, & ponitur in definitione in obliquo; si vero definiatur in concreto, ponitur in recto, & est quasi genus in illa definitione, vt si definiam simitatem dicam, esse curuitatem nasi; si in concreto dicam, esse nasum curuum.

Notãdum tertio aliud esse loqui de eo, quod definitur, aliud de eo, ratione cuius definitur, v.g. cum dico, album esse disgregatiuum visus, id, quod definitur est subiectum, vt tali formæ substat, forma vero est ratio, qua tale subiectum sic definitur; quare definitio conuenit subiecto, vt à tali forma denominatur, forma vero est ratio, ob quam illa definitio conuenit tali subiecto, & hoc in omnibus connotatiuis. His positis

201 Prima Conclusio. Sola secunda Intentio non definitur. Probatur. Id definitur, quod prædicatur de pluribus, sed sola intentio non pręḍicatur, Ergo. Confirmatur secunda Intentio est pura genereitas, sed Porphyrius definit genus in concreto, non in abstracto, ergo non definitur sola intentio. Patet consequentia *ex 3. notabili.*

Secunda Conclusio. Non definitur sola natura, quæ substat secundæ Intentioni. Probatur. Genus definitum est commune omnibus generibus, sed nullam est dare naturam communem omnibus generibus, ergo non definitur sola natura. Confirmatur primo. Eo modo definitur genus, sicuti definitur album *ex 2. notabili*, sed in definitione albi non definitur purum subiectum *ex 3. notabili*, ergo neque pura natura in definitione generis. Confirmatur secundo. Id, quod definitur, est quid vniuersale, sed sola natura sine ordine ad intellectum non est vniuersalis *ex hactenus dictis*, ergo non sola definitur.

Tertia Conclusio. Id, quod definitur est natura, vt substat intentioni generis, seu (& in idem redit) vt denominata ab intentione generis. Hæc conclusio est D. Thomę *de Ente, & Essentia cap. 4. §. & tamen prędicari.* Eam tenent Iauellus *in sua Logica tract. 4. cap. 2. §. quantum ad secundum*, Paulus Venetus *capite de Genere*, Sotus *quæst. vnica, art. 1. in fine*, Toletus *quæst. 1. Conclus. 1.* Conimbricenses *quæst. 1. Conclus. 4.* Ruuius *quæst. 2. num. 26.* Vallius *loco citato cap. 9.* etsi videatur dissentire, & alij.

Probatur primo à sufficienti partium enumeratione; non definitur natura ipsa, non intentio sola ex dictis, ergo nihil aliud remanet, quod sit, nisi natura, vt substat intentioni.

Probatur secundo. Natura animalis, vt substans intentioni generis est quod prædicatur de homine, Leone, ergo vt sic etiam definitur. Consequentia probatur, quia illud definitur, quod prædicatur. Antecedens probatur. Animal prædicatur vt quid superius, cum vt genus prędicetur, & vt essentiale prędicatur; sed natura sola non est superior, vt existit à parte rei, neque intentio sola potest esse essentialis, ergo erit natura, vt substans intentioni; intentio vero est tantum ratio, ob quam prędicatur, sicut dictum est de albedine *in tertio Notabili.*

202 Contra hanc conclusionem instatur. Aristoteles, *primo Topicorum capite 4.* eodem modo definiuit genus, ac Porphyrius, sed ibi non poterat definire nisi naturam, ergo natura est quæ definitur. Minor probatur, quia illud definiuit, vt esset locus Topicus. Respondetur negando Minorem. Ad Probationem dico, cum genus duo dicat naturam, & intentionem. naturam denominantem, secundùm vtrumque posse esse locum Topicum, & ex vtroque posse deduci argumenta. Ex primo modo sic probatur hominem esse substantiam, *Animal est substantia realiter, ergo, & homo, qui est animal.* Secundo modo sic probatur *Substantiam prædicari vt genus de homine, quia prędicatur de Animali*, quod prædicatur de ipso homine.

Pro multorum argumentorum solutione Notandum, quod aduertimus *in tertio Notabili* in connotatiuis, & concretis definiri subiectum, tamen non vt sic, (seu vt dicunt, vt est subiectum remotum) hoc enim modo vnica definitione non est definibile, & per accidens forma denominans prędicatur, sed vt est subiectum denominatum (quod vocant subiectum proximum) seu vt substat tali formæ, forma vero est ratio, cur tale subiectum definiatur, & de ipso per se prædicetur definitio. Quare cum definitur genus, definitur quidem natura cum intentione, non vt sic, seu vt est vnum per accidens, sed vt denominata à tali intentione generis, & ipsi substans.

Quomodo Genus prędicetur in quid de speciebus. Quæstio Quarta.

TRactat hanc quæstionem licet sub alijs verbis Alamanius *quæst. 3. de genere, art. 2. pro quæ*

Notandum primo ex D. Thoma *de Ente, & Essentia capite 3.* & Caietano *ibidem §. iterum corpus.* genus posse considerari dupliciter. Primo vt dicit naturam talem, v.g. *Animal* vt dicit naturam capacem motus, & sensus cum præcisione alterius perfectionis ex vi illius. Secundo potest considerari *Animal*, vt dicit naturam talem capacem motus, & sensus absque precisione, quæcunque sit illa forma. Primo modo consideratum habet rationem partis; vt sic in suo conceptu non includitur differentia, sed censetur aduenire tanquam pars parti, & hoc pacto dicitur homo constare ex sensitiuo, & intellectiuo, tanquam ex partibus. Secundo vero modo spectatum Animal habet rationem totius, significat enim omnes differentias indeterminate, & modo confuso: animal enim dicit explicitè naturam sensitiuam, non explicando per quã formam sit illa, per rationalem ne, an irrationalem, & tali modo sumptum genus est quoddam totum potestatiuum, & dicitur potestate retinere differentias.

Vide Vallium *de Vniuersalibus in Communi quæst. 5. capite 1.* idem dicendum de differentia. Quare considerando totum id, quod per nomen generis, speciei, definitionis, & differentiæ importatur, non differunt, sed differunt tantum pęnes formale significatum; genus enim formaliter dicit, & explicitè tantum perfectionem, quæ est veluti materia, licet etiam differentias includat; differentia explicite dicit quod se habet veluti forma, licet includat etiã genus; definitio vtrumque dicit explicitè; species etiam vtrumque, sed indistinctè quoad vocem, quia vnica voce, quæ tamen primo, & formaliter dicit totam naturam.

Notandum secundo. Cum dicitur genus sumi à materia, Differentia vero à forma, non sic esse intelligendum; 20
quasi quod genus dicat tantum materiam, differentia tantum formam: ex dictis enim Animal dicit naturam sensitiuam absque consideratione, an sit per hanc, vel illam formam: certum est enim per aliam formam hominem non esse sensitiuum, & per aliam rationalem vt patebit in libris de Anima. Hoc igitur modo est intelligendum, quod genus formaliter, & explicitè dicit, quod se habet veluti materia respectu differentiæ, & differentia quod se habet veluti forma respectu generis; licet re vera, & genus differentias, & differentia genus contineat confusè, & implicitè. Secundo dicitur, quia genus explicitè dicit materiam, licet non sit materia, & differentia dicit formã, licet nõ sit forma; animal enim explicitè dicit sensitiuum, quod ratione formæ in materia sumitur; rationale explicitè dicit perfectionem, quæ prouenit à forma, scilicet ab Anima; licet etiam sensitiuum includat aliquam formam indeterminate, per quam sit sensitiuum, & perfectio formalis per differentiam importata includat aliquid subiectum, quod sit rationale. His notatis

Vnica Conclusio. Genus prędicatur in quid de speciebus, prout in confuso, & indeterminatè dicit omnes differentias, & omnes species. Probatur Conclusio quoad pri-

mam

[illegible]. Genus prædicatur per modum per se stan- [illegible] hom o? rectè responde- [illegible] ergo animal prædicatur in quid. patet [illegible]

[illegible] autoritate D. Thomæ, [illegible] genus sumptum, vt [illegible] genus, sed cum dici- [illegible] prædicatur vt genus, ergo vt dicens [illegible]

[illegible] Animali de Homi- ne, [illegible] homini, sed non est [illegible] prædicatur, vt ratio- [illegible] sensitiuum, ac [illegible] in confuso rationale. [illegible] prædicatur determinate, [illegible] indeterminate, & implicite. Confirma- [illegible] superius, ergo vt in confuso dicens [illegible] species.

204 Dices. [illegible] quod prædicatur [illegible] indifferens, vel non, [illegible] non prædicatur vt genus si primum, [illegible] Respondetur esse quiddam [illegible] quod in confuso, & indeterminatè [illegible] quod in [illegible] stet pro vno, in [illegible] homine, *Homo est ani-* [illegible] *est animal*, [illegible] differen- [illegible] exponit, quod erat in eo confuse [illegible]

[illegible] *in quid* non esse neces- [illegible] per modum [illegible] definitioni conuenit, sed satis est, si partem dicat quidditatis explicitè, cęteras implicitè; & hoc tam generi, quam differentiæ competit. Ex dictis

Deducitur primo. Genus, & Differentiam, ex quibus tanquam ex partibus dicitur species Metaphysicè compo- ni, posse sumi, vt totum quoddam, quatenus in confuso, & indeterminate vnum dicit omne, quod [illegible], & tali pacto non dicuntur partes speciei, sed ipsamet species di- uerso modo significata; & quoties de specie prędicantur, vt, *Homo est Animal, homo est rationale*, semper prędica- ri vt habēt rationem totius, alioqnin propositiones essent falsæ: nullum enim compositum est in recto aliqua sui pars, vt optimè exponit Caietanus *loco citato ex D. Thoma §. in hac secunda parte*. Sicut patet etiam in Physicis, non enim dicetur *homo est corpus*, quia corpus est pars, dicetur qui- dem, *homo est corporeus*, quia nunc significatur per mo- dum totius.

Deducitur secundo. Omnia prędicta esse intelligenda non à parte rei, sed secundum Intellectum; etenim à parte rei eadem est entitas, quæ simul est sensitiua, & rationalis; & quæ est rationalis, nullo pacto continet alias differen- tias, sed intelliguntur secundum nostrum modum conci- piendi, quo tantummodo habetur genus præcise, & for- maliter, licet adsit fundamentum à parte rei propter con uenientiam, vel dissimilitudinem prędicatorum essentia- lium. Est igitur sensus de illa natura, quæ per nostrum modum concipiendi est genus, vel species, vel Differen- tia quomodo in genere sint differentiæ, & in differentiis, an sit genus, & quomodo prædicentur de specie, realiter enim omnia sunt vnum.

SECVNDI CAPITIS ISAGOGES.

SVMMA.

P[illegible] Porphyrius Speciem posse sumi pro pulchritudine vniuscuiusque, vnde speciosus.
[illegible] posse sumi pro specie Logica, quæ tripliciter accipi potest, eamque definit.
[illegible]. Specierum alias esse specialissimas, quæ videlicet prædicantur de pluribus differentibus numero, & non [illegible] vocari subalternas, quia participant rationem speciei, vt subijciuntur generi superiori, & rationem generis, [illegible] plures species.

Quarto. In vnaquaque Categoria (exemplificat de Substantia) esse reperire genus supremum, quod nullum aliud ha- [illegible] media, quæ scilicet possunt esse genera, & species, respectu tamen diuersorum: & speciem speciali[illegible] genus nunquam [illegible] potest.

[illegible] de Indiuiduo, illud definit dicens; Indiuiduum est quod prædicatur de vno solo, & rationem assignat, [illegible] proprietates [illegible] reperiri. Concluditigitur quod species continet indiuiduum veluti sui par- [illegible]; Species continetur à genere, atque adeo habet rationem partis, & totius respectu diuersorum, genus vero à nullo con- [illegible], atque [illegible] rationem tantum cuiusdam totius, à quo, si ad speciem specialissimam descendendum est, diuisione [illegible] ipsa ad genus ascendendum, collectione. Omnia patent in corpore.

De specie. Explicantur ex Porphyrio tres Speciei defini- tiones. Quæstio Prima.

205 Triplicem definitionem Speciei affert Porphyrius. Prima est. *Species est quæ ponitur sub assignato genere.* circa quam

Notandum est Primo: dupliciter nos posse intelligere [illegible] *genus*. Primo [illegible] definitum a Porphyrio, & a nobis iam explicatum. Secundo genus aliquod determi- natum, sub quo species [illegible] proprio ponatur; & hoc secundo modo intelligendum est, species poni sub assignato genere, non enim quælibet species sub quoli- bet genere collocatur, sed sub determinatis, homo sub [illegible] sub colore, Triangulum sub figura; & pro- pter hoc forsan ita exemplificauit Porphyrius.

Notandum secundo: posse sub assignato genere posse [illegible] dupliciter. Mediate, seu remotè, & immediate, seu proximè. Illud ponitur remotè, quod mediante [illegible] ponitur, sic homo mediante animali ponitur sub [illegible]. Illud ponitur proximè, quod ratione sui ponitur, [illegible] ipsum, & illud genus aliud medium, hoc secundo [illegible] definitio: intentum enim Porphyrij [illegible] quamcunque speciem habere proprium [illegible] sub quo proximè collocatur.

Secunda definitio est. *Species est, de qua genus prędica- tur, in eo quod quid est*. Quæ definitio intelligitur de prę- dicatione immediata, & proxima; ex quo excluduntur in- diuidua, licet genus prędicetur de indiuiduis specierum, si dicatur, *Petrus est animal*; attamen de Petro prædicatur mediante specie, scilicet homine, de quo tantum imme- diatè prædicatur; & hoc pariter apparet hanc definitio- nem non esse omnino eandem cum præcedenti; illa enim explicat speciem, vt subiectum, in quo genus reperitur; hæc vero explicat speciem, vt subiectum, de quo genus prædicatur.

Tertia definitio est. *Species est quæ prędicatur de plu- ribus differentibus numero*. Circa quam duo Aduertito, primo hanc definitionem conuenire tantum speciei infi- mæ, quæ nullo pacto genus esse potest, cæteræ vero duæ etiam speciebus subalternis; illæ enim æquè collocantur sub genere, & de illis genus prędicatur in quid, ac de vlti- mis; non tamen illæ prædicantur de pluribus differenti- bus numero, vt species infimæ, sed de pluribus differenti- bus specie, cum sint vera genera. Secundo aduertendum est speciem prædicari de pluribus differentibus numero immediate; per quod distinguitur a genere, quod licet prædicetur de pluribus differentibus numero, attamen prædicatur mediate, mediante scilicet specie, [illegible] enim [illegible] *Petrus est animal*, in quantum [illegible] *ho- mo est animal*; mediante enim homine, [illegible] esse animal.

Per quid constituatur Species. Quæstio Secunda.

206 ADuertendum ante omnia speciem dicere duplicem ordinem, ad genus, vnum, cuius est species, & alterum ad inuiuidua, ad quæ, vt vniuersalis se habet ad sua particularia. Item species, vt diximus, alia est subalterna, quæ videlicet habet genus supra se, & plures species, de quibus prædicatur, & ratione quarum se habet, vt genus; alia est species infima, quæ nullam speciem habet sub se, sed tantum indiuidua. hoc notato

Tres sunt difficultates. Prima est, An respectus, quem dicit species ad genus distinguatur ab eo, quem dicit ad indiuidua. Secunda per quid constituatur tam subalterna, quam infima, per quam scilicet habitudinem. Tertia difficultas: An species respectu speciei vltimæ, & subalternæ importet aliquid vniuocum nec ne.

Circa primam sit prima Conclusio. Sunt duo respectus omnino distincti. Probatur, per respectum ad genus species constituitur, vt subijcibilis, & vt subiectum, per respectum ad indiuidua constituitur prædicatum, & vniuersale, Ergo vera conclusio. Probatur Consequentia. Esse, subijcibile, & subiectum non dicit esse vniuersale (quod semper est prædicatum, cum sit vnum in multis) sed esse vniuersale, & non esse, sunt respectus diuersi, ergo.

Confirmatur primo: respectus quo Petrus refertur ad filium vt, Pater, est distinctus ab eo, quo vt filius refertur ad proprium patrem; ergo, & species per respectum distinctum respicit genus, & indiuidua. Confirmatur secundo: si darentur species sub aliquo genere, quæ nec actu, nec potentia possent habere plura indiuidua essent species, quia essentialiter distinctæ, & tamen eundem respectum dicerent ad genus, ac modo dicunt, ergo non est idem respectus cum respectu ad indiuidua. Consequentia patet, quia tunc vnum haberemus secluso alio, ergo distincti.

Instatur primo. Species, vt subijcibilis non est singulare, ergo vniuersale, cum inter singulare & vniuersale non detur medium. Respondeo, in eo casu esse vniuersale, seu commune negatiuè, quod est dicere, non esse alicui appropriatum, sed tantum vt alteri subijcitur; neque hoc est impossibile, cum illa vniuersalitas, & singularitas communitas &c. sint per opus Intellectus; quare Intellectus poterit tantum secundum vnam rationem considerare, & non secundum alteram.

Instatur secundo per Porphyrium *in hoc capite*, vnicus est respectus in specie infima, ergo. Respondetur ex Alberto, Ant. And. & alijs, dici vnum, & si sint duo, quia non extrahunt speciem extra rationem speciei, sed per vtrumque remanet species; non sic subalterna. Vide Vallium *de Specie capite secundo*.

207 Circa secundam difficultatem sit secunda Conclusio. Species subalterna, vt subalterna est, cōstituitur per vtrumque respectum. Probatur Conclusio. per respectum ad inferiora *animal* v. g. est tantum genus; & si concipiatur tantum cum respectu ad genus superius, est tantum species; ergo, vt sub vtroque concipiatur, scilicet vt genus, & vt species, vterque respectus requiritur.

Dices. Abstracta natura animalis ab homine, & Leone, ne dum illa natura est genus, quia communis pluribus differentibus essentialiter; sed etiam est species, quia, vt sic subijcitur corpori, ergo per vnicum respectum. Respondetur naturam sic abstractam esse quidem aptam prædicari de pluribus differentibus essentialiter, & subijci corpori vt essentialiter diuersa a nō animali, negatiuè (vt dictum est cum de vnitate requisita ad vniuersale:) attamen nec genus, nec speciem nondum posse dici; nomen enim generis & speciei sunt entia rationis quæ actu reflexo fiunt, dum Intellectus videns illam naturam sic abstractam refert ad plura differentia essentialiter, in quibus potest esse, illamque naturam vocat genus; deinde videns referri etiā ad corpus tanquam ad genus, speciem etiam vocat, & statuit. (Vt eodem loco diximus contra Hurtadum.) Vnde patet quod per diuersum respectum constituitur, per alterum ad genus, per alterum ad speciem. Quare cum species subalterna vt sic, & dicat genus, & speciem: vtrumque respectum dicet, per quos genus, & species constituatur

Tertia Conclusio. Species infima, vt infima est, constituitur tantum per respectum ad inferiora. Probatur. Ideo speciem talem voco infimam, quia non habet rationem generis, sed ideo non hàbet rationem generis, quia prędicatur de pluribus differentibus non essentialiter, sed numericè, ergo vt sic constituitur per respectum ad inferiora.

Instatur. Species infima inuoluit in suo conceptu conceptum speciei, sed species constituitur per respectum ad genus: species enim alicuius generis est species, ergo species infima constituitur etiam per respectum ad genus. 20

Respondetur dato Antecedenti negando consequentiam; aliud enim est quod species infima includat respectum ad genus, & aliud, quod vt infima est per illud constituatur; primum enim concedimus, secundum vero negamus; sicut non valet, homo includit in suo conceptu animal, ergo homo, vt homo per animalitatem constituitur; ly enim *vt* facit, quod formaliter accipiatur homo, formaliter autem acceptus non constituitur per animalitatem. Idem dicite de Specie infima, vt infima est. Vide Vallium *loco citato, capite 5. & 6.*

Tertiam difficultatem tangunt Conimbricenses *quæst. 1. in capite de specie §. priusquam, in fine*. Circa quam sit

Quarta Conclusio. Species, vt communis infimæ, & subalternæ, dicit aliquid vniuocum commune vtrique. Probatur, & explicatur simul. Species vt sic, vt abstrahit ab infima, & subalterna, dicit naturam quandam constantem ex perfectiuo, & perfectibili; hoc autem est commune vtrique; vtraque enim hoc dicit, ergo species est vniuoca respectu Speciei subalternæ, & infimæ. Antecedens probatur. Species vt sic, dicit respectum ad genus, tanquam ad quid vniuersalius, ergo dicit, & naturam generis, & naturam propriam; at natura generis est perfectibilis per differentiam Speciei, & Differentia est perfectiua generis; ergo species, vt sic dicit naturam ex perfectiuo & perfectibili.

Quæres in quo differant? Respondetur differre, quod subalterna est vlterius perfectibilis per nouam perfectionem; infima sistit in illa perfectione, ideo infima dicitur

An vltima Speciei Definitio competat illis Speciebus, quæ vnicum tantum Indiuiduum habere possunt. Quæstio Tertia.

HÆc quæstio supponit dari posse speciem, quæ ita sit in vno Indiuiduo, vt nullo modo in pluribus esse possit à parte rei, Quæ est sententia D. Thomæ *quæst. 5. art. 4. in corpore in prima parte*, asserens Angelos non posse multiplicari in specie. Hoc supposito (de quo, cum de Angelis in Theologia disputabimus) quæritur vtrum definitio Speciei tradita à Porphyrio, per prædicari de pluribus differentibus numero, conueniat huiusmodi speciei. 2

Prima Sententia est Caietani *prima parte quæst. 13. art. 9. §. aduerte; de Ente, & Essentia cap. 5. quæstio. 9. §. ad secundum dicitur*, qui duo docet. Primo Vniuersale posse sumi dupliciter, ex parte rei, & Intellectus; & ex parte Intellectus tantum. Primum contingit, quando natura illa, quæ vt vniuersalis concipitur, habet fundamentum à parte rei, eo quia sit in pluribus indiuiduis actu, vel potentia; & ex parte Intellectus, qui vt abstractam à conditionibus indiuiduantibus illam concipit, vt accidit in natura humana; Secundum vero tunc contingit, quando à parte rei nullum est fundamentum, sed tantum à parte Intellectus concipientis tantum naturam sine conditione indiuiduante; & hoc modo vocat vniuersalem naturam aliquam Angelicam, in qua, licet sit idem esse indiuiduum, & esse specificum; quia tamen à nobis significatur ad modū rerum compositarum nomine concreto, in quo aliud est natura, aliud suppositum, ideo illa natura vt sic obiecta est quoddam vniuersale Logicum. Docet secundo hanc naturam sic considerątam esse prędicabilem de pluribus, nō tamen actu, aut potentia, sed vt obiecta Intellectui scilicet secundum rationem.

Hanc sententiam fundat Caietanus in D. Thom. *quæst. 13 art.* [illegible]. Verum e[illegible] D. Tho[illegible] n[illegible] naturam [illegible] t [illegible] esse prædicabilem, vt [illegible] *P[illegible]* [illegible] natura [illegible] non est apta recipi in [illegible], vt vniuersalem spectari, sicut nec indiuiduum. Caietanus

videtur

videre est qui Vallius ex Modernis, *de Specie quæst. 4. c. 14.* Alamanius, qui D. Thomæ sententias premere intendit *in summa Metaphysicæ, prima parte, quæst. 6 art. 1.* putat definitionem speciei conuenire speciei habenti vnicum Indiuiduum actu, & potentia, eo quod accidit illi speciei vnicum tantum habere, & nulla inuoluitur contradictio, quod species per Dei potentiam multiplicetur. Verum

208 contra hunc dicendum, ex eo quod D. Thomam apertè docere, non per potentiam absolutam speciebus Angelorum posse competere pluralitatem, vt videre est *prima parte quæst.* 50. *art.* 4. Vnde quidem rationes Alamanij de speciebus rerum materialium, quæ vnicum tantum habent indiuiduum, vt Sol, Luna, cum etiam plura habere possint, saltem per Dei potentiam, vtique de pluribus predicantur non actu, sed potentia; vt docuit etiam S. Thomas *Metaphysicæ lib.* 7. *lect.* 13. Quidquid sit de mente D. Thomæ.

210 Tertia Conclusio. Prædicta definitio nullo pacto potest conuenire speciebus, quæ tantum vnicum indiuiduum habere possunt. Est secunda Sententia immediate opposita Caietano, est tamen Murtiæ *disputatione secunda de Vniuersalibus quæst.* 4. Conimbricensium *in præfationem Porphyrij quæst.* 2. *art.* 2. Hurtadi *disputatione* 3. *Logicæ sect.* 5. & aliorum. Probatur primo. Definitio Porphyrij competit illis speciebus, quæ prædicantur de pluribus differentibus numero per modum quidditatis ipsorum; sed talis non est in casu Caietani, ergo nullo modo competit illis speciebus, quæ vnicum tantum indiuiduum habere possunt. Maior est definitio ipsius Porphyrij. Minor probatur, quia illi species non prædicantur, nec actu, nec potentia ex Caietano. Ergo non prædicantur neque per modum quidditatis, nec alio pacto.

Dicet tamen Caietanus, esse prædicabiles, vt obiectæ sunt Intellectui. Sed contra, prædicabilitas, vt passio sequitur ad naturam absolutè consideratam, sed à natura sic cognita, non sequitur, ergo. Probatur Minor. In tantum sequitur prædicabilitas, in quantum naturæ non repugnat esse in pluribus; sed naturæ sic obiectæ repugnat, vt idem Caietanus fatetur, ex parte rei esse in pluribus, ergo. Confirmatur. Si dicere, quod natura illa nec actu, nec potentia possit prædicari de pluribus, sed tantum vt obiecta, & secundum rationem, est ludere verbis; vnde desumo secundam rationem.

Probatur secundo. Prædicari de pluribus dicit relationem ad multa, quæ indirecte illa respiciat, sed illa natura, quæ essentialiter non potest multiplicari, non respicit plura, immo habet repugnantiam, ergo neque prædicatur.

209 Confirmatur. natura repugnat per Caietanum multiplicari natura Gabrielis, sicut natura Solis, sed natura Solis quocunque modo concipiatur, semper concipitur, vt haec numero, neque potest esse vniuersalis secundum rationem, ergo neque natura Gabrielis.

Dices. Vt concipi naturam Gabrielis, dum vt sic concipio absque ea conditione. Respondetur, in sententia ipsorum necessario esse falsum: tunc enim natura concreta, eum concipitur quidquid ei est essentiale, sed talis conditio est essentialis, & tamen non concipitur, ergo falso concipitur, sicut non conciperem indiuiduum, si conciperem sine conditione indiuiduali, & quia indiuiduum, vt indiuiduum hanc includit: ita cum natura Gabrielis per ipsius conceptum non multiplicari, nec de potentia absoluta, est ei essentialis, ergo si sine illa concipiatur, non concipitur natura Gabrielis, non adæquate, & vt ita dicam, quoad partem tantum, quia non concipitur prout est in se, quia si sic conciperetur, conciperetur, vt singularis. Neq; aliud videtur dicere velle D. Thomas *quæst. illa* 13 *artic.* 9. nisi quod Deus, & natura Angelica significantur per modum existentis in supposito, secundum rationem, quod est dicere imperfecto quodam modo posse concipi, vt non hac, & sic, quoad modum significandi, vt communicabiles; quando autem infertur, ergo definitio Porphyrij potest eis competere, negatur consequentia, eo quia Porphyrij definitio est speciei, quæ prædicatur, vel potest prædicari de pluribus; at communne hoc pacto non potest prædicari, quia statim ac supra ipsum reflectimus, inuenimus esse talem singulare. Remanent aliqua argumenta soluenda.

211 Contra nostram conclusionem Instatur primo. Porphyrius affirmat absolutè definitionem conuenire omnibus speciebus infimis; sed species, quæ vnicum tantum indiuiduum habere potest, est infima, ergo. Confirmatur ex Aristotele *in capite de Substantia*, dicente, secundas substantias prædicari de primis, at species Angelorum sunt secundæ substantiæ, ergo. Respondetur vtrumque Philosophum locutum esse de speciebus à se perfectè cognitis, cum non di non erant Angeli; quorum vtique imperfectam notitiam habuerunt. Addo Aristotelem velle secundas Substantias prædicari de primis; non tamen habet, quod si aliqua species vnicum tantum indiuiduum habere potest, non solum de illo, sed de pluribus prædicetur.

Instatur secundo. Natura v. g. Gabrielis considerata absque conditione indiuiduali prædicatur de Gabriele, non prædicatione identica; quia ipsa, & differentia saltem ratione ratiocinata distinguuntur, neque prædicatione æquali, quia sic abstracta magis patet se ipsa cum tali differentia, ergo prædicatur prædicatione superioris de inferiori. Respondetur, prædicari prædicatione æquali, eo quod parem ambitum habeant, sicut si dicamus. *Homo est rationalis:* immo hæc responsio potest corroborari auctoritate D. Thomæ 5. *Metaphysices lect.* 19. vbi habet: modum prædicandi sequi modum essendi, cum ergo parem ambitum habeant in essendo Gabriel, & natura ipsius, ex suppositione, habebunt etiam parem ambitum in prædicando.

Instatur tertio. Michael aliquam speciem habet, sub qua collocatur, ergo superiorem, ergo de pluribus prædicabilem.

Respondeo negando vtranque consequentiam; dicitur quidem habere speciem, eo quia sub genere eodem cum ceteris collocatur, a quibus essentialiter differt, quod est necessarium per Philosophum, vt aliquid possit dici differre specie sub aliquo; scilicet idem genus respicere, vt superius, postea per diuersas differentias illud determinare. Ex quibus omnibus sequitur, si dantur huiusmodi species, esse tantum species subijcibiles, & nullo modo prædicabiles, cum non sint vniuersales. Plura apud Hurtadum *loco citato*, qui hanc quæstionem per benè versat.

An Species possit conseruari in vnico Indiuiduo, & genus in vnica Specie. *Quæstio Quarta.*

Difficultas, quam importat quæstio est, an vnico tātum existente indiuiduo, ceteris impossibilibus, dicatur in illo vnico conseruata tota species, & vnica existente specie, possit dici conseruatum totum genus. Pro quo 212

Notandum primo Naturam quæ dicitur genus, vel species, tripliciter posse considerari. Primo Physice, scilicet quoad prædicata essentialia tantum, v. g. homo, quatenus dicit Animal rationale. Secundo Logicè, scilicet quatenus est quoddam vniuersale in ordine ad plura. Tertio Metaphysice, scilicet quatenus est quid contrahibile per differentias, verbi gratia; natura animalis quatenus potest determinari in homine per rationalitatem, vel in Leone per irrationalitatem, & dicitur sumpta Metaphysicè, quia sic est pars Metaphysica speciei, & species Indiuidui.

Notandum secundo duplicem esse potentiam secundū quam aliquid potest dici possibile, vel impossibile, scilicet Physicam, seu positiuam, seu naturalem; & Logicam, seu negatiuam, seu per non repugnantiam. Physica dicitur illa, quæ ex se potest producere effectum absque vllo miraculo; ver. g. ignis habet potentiam physicam ad comburendum: Logica est potentia, quæ solum dicit effectum possibilem per agens, supernaturale, quia dicit non repugnantiam terminorum, vt producatur à Deo, ver. gr. alius Sol est possibilis potentia Logica, quia non est repugnantia quin à Deo producatur, licet non adsit principium naturale, quod illum exigat. (Vocatur autem hæc potentia Logica, quia est quædam non repugnantia termini ad produci, & Logici sunt, qui agunt de repugnantijs, & non repugnantijs.) his notatis sit.

Prima Conclusio. In vnica specie genus, & in vnico indiuiduo species physice sumpta conseruari possunt, & sic cætera omnia sint impossibilia. Hæc conclusio est omnium, vt est videre apud Conimbricenses *de specie quæst.* 1. *art.* 2. Rubium *de specie quæst.* 3. Hurtadum *disputatione* 5. *Logicæ sect.* 4. & alios. Probatur vnica ratione. Eadem sunt prædicata essentialia cum generica, tùm specifica in quocunque inferiori, ergo vno tantum existente, cæteris omnibus impossibilibus conseruari possunt species, & genus. Antecedens patet, quia æquè est homo Petrus, ac Paulus;

Paulus, æquè eſt animal phyſicè Homo, & Leo. Conſequentia etiam ſequitur, quia ſi ſunt eadem in quocunque, ergo in quocunque ſunt tota. Confirmatur, quia prædicata ſuperiora ſunt eſſentialia inferioribus, ergo vnico exiſtente indiuiduo, in eo conſeruantur omnia prędicata ſuperiora, ergo omnia genera, & ſpecies, quarum eſt indiuiduum.

213 Secunda Conclnſio. In vnica ſpecie genus, & in vnico indiuiduo ſpecies Logicè ſumpta conſeruari poſſunt, ſi cetera ſint poſſibilia tantum ſecundum potentiam Logicam. Hæc concluſio primo eſt contra Toletum *de ſpecie quæſtio vnica*, Fonſecā, & Sotum, qui volunt genus ad ſui conſeruationem exigere plures ſpecies actu exiſtentes. Secundo eſt contra Albertum, Apollinarem, & alios, qui dicunt genus exigere plures ſpecies poſſibiles potentia phyſica. Ita apud Vallium *de Specie, quæſt.4.cap. 5.* Nos dicimus quantum ad hoc eſſe paria ſpeciem, & genus, & requirere plura inferiora ſolum ſecundum potentiam Logicam. Eſt Conimbricenſium, Ruuij, Vallij, & aliorum apud eoſdem.

Probatur primo. Vno exiſtente indiuiduo, & vnica ſpecie, cęteris vero exiſtentibus in potentia logica, conueniret generi vera definitio generis, & ſpeciei vera definitio ſpeciei, ergo vera concluſio, quod in vnico indiuiduo poteſt conſeruari ſpecies, & in vnica ſpecie genus. Conſequentia patet, quia cui competit definitio, competit & definitum. Antecedens probatur. Illa natura generica eſſet apta eſſe in multis ſpeciebus, & illa natura ſpecifica in multis indiuiduis, quæ Logicè eſſent poſſibilia, ergo eis cōpeteret definitio generis, & ſpeciei: genus enim, & ſpecies Logicè ſumpta, cum ſint quædam vniuerſalia, non exigunt, quod actu ſint in multis, ſed aptitudinem, quæ tunc eſſet ad inferiora poſſibilia.

Probatur Secundo. Vniuerſalia ſiue generica, ſiue ſpecifica ſunt æterna, ideo ſunt æternæ veritatis hæ propoſitiones, *homo eſt animal*, *Animal eſt ſubſtantia*, ergo non pendent neque ab actuali exiſtentia inferiorum, neque ab eorum exiſtentia poſſibili ſecundum potentiam phyſicam, ergo eſt ſatis quod ſint poſſibilia ſecundum potentiam Logicam.

Confirmatur, quia re vera potentia Logica fundat veram poſſibilitatem in ordine ad Deum, ergo ſufficit, vt ſecundum illam aliquid dicatur poſſibile.

Sed contra hanc concluſionem Inſtatur primo. Eſſentiale eſt generi contrahi per diuerſas differentias ſpecificas, ergo requirit genus plures ſpecies actu. Conſequentia probatur, quia alioquin numquam erit hoc genus eſſentialiter completum. Reſpondetur generi eſſe eſſentiale poſſe contrahi per diuerſas ſpecies, & hoc bene ſaluatur vnica exiſtente ſpecie, ceteris poſſibilibus, quod eſt dicere, generi eſſe eſſentiale habere potentiam Logicam, non Phyſicam.

214 Inſtatur ſecundo. Differentiæ ſpecificæ ſunt oppoſitę, & contrariæ, ergo genus requirit plures actu exiſtentes. Conſequētia probatur ex Ariſtotele 2.*Cœli textu* 18. quia vno exiſtente contrario, aliud exiſtit etiam. Confirmatur etiam, quia differentia diuidit genus ab alia differentia, ergo debent exiſtere; quod enim non exiſtit, non ſeparatur ab alio.

Ad argumentum reſpondetur, dato Antecedenti de oppoſitione lata nego conſequentiam. Ad probationem reſpondetur, Ariſtotelem eſſe intelligendum de oppoſitis Phyſicè, & iuxta perfectionem vniuerſi; nos autem loquimur ſimpliciter, an ſi vnica eſſet ſpecies, & vniuerſum non eſſet adeo perfectum, an in illo conſeruetur totum genus Logicè ſumptum.

Ad confirmationē reſpondetur; differentia, quæ actualiter determinaret genus ad certam ſpeciem, puta rationalitas, quæ contraheret animal ad ſpeciem hominis, diuideret genus ab aliis ſpeciebus poſſibilibus; non enim minus differunt flores, inquit Ruuius, verno tempore, quando exiſtunt, ac in hyeme, quando non exiſtunt. Hæc ſunt principalia fundamenta Toleti, & aliorum, qui exigunt plures ſpecies actu exiſtentes.

Inſtatur tertio. Vniuerſale eſt aptum natum eſſe in multis, ergo genus debet poſſe eſſe in multis ſecundum potentiam Phyſicam, non tantum Logicam. Reſpondetur primo, quod hoc argumentum probaret etiam de ſpecie, quod requireret plura indiuidua poſſibilia ſecundum potentiam Phyſicam; etenim etiam ipſa eſt apta nata eſſe in multis; quod tamen omnes negant. Reſpondetur ſecundo, negando conſequentiam; Sicut enim genus accipit aptitudinem genericam ab Intellectu, non autem quaſi quod ex natura ſua intrinſeca hoc habeat, quia non datur genus formaliter à parte rei, ita etiam habet potentiam tantum Logicam, tamen cū fundamento à parte rei; quod ideo nequit Intellectus pro ſuo libito, fingere ſpecies, & ſi genus dicat tantum potentiam Logicam. Quare cum in genere non ſit potentia naturalis, & Phyſica, nec etiam eſt neceſſarium, quod inferiora ſint poſſibilia ſecundum potentiam Phyſicam, ſed tantum Logicam. Poſſet quidem dici potentia naturalis, quatenus illa potentia Logica fundatur in natura; ſed tali pacto etiam ſpecies habet potentiam naturalem. Nobis eſt ſatis, quod non ſit potentia Phyſica, ſed tantum Logica, de hoc enim contendimus cum aduerſariis, qui Phyſicam exigunt in genere ad ſpecies, Logicam in ſpecie ad indiuidua. Nos in hoc nullam cognoſcimus differentiam. Vide Vallium *cap.* 12.

Tertia Concluſio. Species poteſt in vnico Indiuiduo conſeruari Metaphyſicè ſumpta; etiamſi cetera nō exiſtāt; genus autem non poteſt, niſi omnes ſpecies exiſtant. Eſt Conimbricenſium, Ruuij, & aliorum. Probatur vnica ratione. 21

Diuerſo modo perficitur genus per diuerſas differentias ſpecificas, quia ſpecies ſunt inæquales in perfectione; at ſpecies eodem modo per differentias indiuiduales, quæ ſolum accidentaliter differunt, ergo vera Concluſio. Conſequentia probatur, quia vnica ſpecie exiſtente, genus nō habet perfectionem eſſentialem, quæ eſt in alia ſpecie, ergo non exiſtit totum genus Metaphyſicè; at vnico exiſtente indiuiduo exiſtit in illo tota perfectio eſſentialis, quæ poteſt haberi, ergo exiſtit tota ſpecies Metaphyſicè, ergo vera concluſio. Ex quo

Deducitur, quod in ſententia illorum, qui volunt differentias indiuiduales aliquando eſſe inæquales in perfectione eſſentiali, vt in animabus rationalibus (de quo ſuo loco) ſpecies illorum indiuiduorum tunc non conſeruatur Metaphyſicè in vno Indiuiduo; eſt enim par ratio in tali caſu, ac de genere.

An rectè definiatur Indiuiduum. Quæſtio Quinta.

Explicata natura ſpeciei aliqua ſunt dicenda de Indiuiduo, de quo poſt ſpeciem agit Porphyrius, eò quia ſit correlatiuum ſpeciei, vt Prędicabilis eſt, hic de definitionibus à Porphyrio traditis, quærimus an benè ſint traditæ. 2

Notandum eſt autem primo. Indiuiduum duplex eſſe: aliud determinatum, aliud vagum. Indiuiduum determinatum eſt illud, quod rem determinatam ſignificat, vt *Petrus, Franciſcus*. Vagum quod rem ſingularem, ſed vagè, & indeterminatam ratione ſigni particularis, *Aliquis*, *Quidam*, vt *aliquis homo, quoddam animal*, &c. quæ indeterminatio non eſt à parte rei: omne enim quod eſt, determinatum eſt; ſed tantum ex parte Intellectus non concipientis ſub illo termino naturam aliquam determinatā, ſed ſingularem vagè ſub disiunctione, idem enim eſt *quidam homo*, ac *iſte*, *vel ille*. Indiuiduum autem determinatum ex Conimbricenſibus *hic in Commentario*, immò ex eodem Porphyrio triplex eſt. Primum eſt Indiuiduum Subſtantiæ proprio nomine appellatum, vt *Caſimirus*. *Petrus*, &c. Secundum eſt Indiuiduum ſignatum, vt *hic homo, hoc album*. Tertium eſt ex ſuppoſitione, vt *Tullij Nepos*, pro *Franciſco*.

Notandum ſecundo. Indiuiduum poſſe conſiderari, & vt terminus eſt primæ Intentionis, ſcilicet ſecundum ea, quæ ei competunt à parte rei, & vt terminus eſt ſecundæ Intentionis, ſcilicet, vt ab Intellectu conſideratur in ordine ad ſe ipſum. His notatis.

Prima Definitio Indiuidui, vt terminus eſt primæ Intentionis, quæ eſt *Indiuiduum eſt cuius proprietates omnes in alio reperire eſt impoſſibile* eſt bona. Ratio eſt, quia licet aliqua indiuidua in vna, vel altera proprietate poſſint conuenire, non tamen in [illegible]bus, vt experientia patet [illegible] proprietate a [illegible] & A[illegible] Tract.4.cap [illegible] bus c[illegible]

Forma [illegible], Locus Stirp[illegible] Nomen, Patri[illegible] T[illegible]
Vnum perpetua reddere l[illegible] ſolent.

Patet

Patet enim in nullo Indiuiduo Substantiæ (de quo tantum est hæc definitio, vt benè Conimbricenses *de specie, quæst.* 3. *art.* 1. sola enim indiuidua Substantiæ capacia sunt prędictis affectionibus,) omnes prędictas proprietates posse reperiri easdem.

217 Sed contra hanc definitionem instatur primo. Vel per proprietates easdem, intelliguntur secundum speciem, vel secundum numerum. Si secundum speciem est falsum, quia omnes secundum speciem possunt reperiri in pluribus indiuiduis, si secundum numerum nulla ex illis potest in pluribus reperiri; quia nequit idem accidens esse in pluribus subiectis, ergo satis erat dicere, cuius nulla proprietas in alio potest reperiri; ergo mala est definitio.

Respondetur intelligi de proprietatibus secundum numerum, ad instantiam dico ex prædictis proprietatibus aliquas esse, quæ cum sint tantum denominationes extrinsecæ, vt Tempus, Stirps, Patria, possunt eædem numero esse in pluribus, ideo erat dicendum, cuius omnes simul nequeunt esse in pluribus, ideo negatur Consequentia.

Instatur secundo. Traditur per accidentia, ergo est mala definitio. Respondetur nego Consequentiam; non est quidem quidditatiua, sed descriptiua: etenim seclusis etiã omnibus accidentibus, adhuc indiuiduum, quidditatiuè [illegible] indiuiduum, quia intrinsecè indiuiduatur per propriam [illegible] substantialem, vt dicetur *in Metaphysica*, [illegible] vide Hurtadum *Disputatione Logica* 5. *sect.* [illegible] traditur autem [illegible] Porphyrius per accidentia, vtpotè per sensibilia, consequenter notiora nobis.

218 Secunda Definitio Indiuidui, vt est terminus secundæ Intentionis, quæ est: *indiuiduum est quod prædicatur de vno tantum*, est bona. Ratio est, quia per hoc discriminatur à perfecto vniuersali, quod debet posse prædicari de pluribus, at indiuiduum de vno tantum; dicitur enim, *Petrus est Petrus, Petrus est hic Homo*; in qua definitione idem est obseruandum, quod in genere, & specie, scilicet quod non definitur sola natura, neque sola intentio indiuidui, sed natura, vt stat sub intentione, & vt habens ab Intellectu [illegible] tatem præcisionis.

Sed contra instatur primo ex Aristotele pluribus locis, quibus habet, Indiuiduum non posse definiri, de Indiuiduis non esse scientiam; Indiuiduum non posse de vllo prædicari [illegible]; ergo male est hic definitum Respondetur Omnia loca Aristotelis esse intelligenda de indiuiduo materialiter sumpto in particulari, non de indiuiduo vt sic, en in communi; & de prędicatione superioris [illegible], quæ solet attendi in scientiis, non de identica [illegible]. Vel dicendum cum Caietano Indiuiduum de nullo prædicari, prædicatione artificiosa vtili ad scientias, benè prædicatione naturali. Vide Vallium *in annotationi* 3. *partis, cap. de Specie*.

Instatur secundo. Si benè definitur Indiuiduum, ergo datur aliqua ratio communis, quæ sit, vel genus, vel species, quæ prædicetur de pluribus: quod videtur contra naturam Indiuidui, propter hanc difficultatem sit.

An Detur vna Ratio Communis omnibus Indiuiduis.
Quæstio Sexta.

QVæstio procedit de Indiuiduis determinatis; de Indiuiduo enim vago agetur quæstione sequenti. Ad intelligendum autem præsentem quæstionem supponenda sunt omnia, quæ in præcedentibus diximus, requiri, vt sit in Intellectu aliqua vna ratio pluribus communis cum fundamento à parte rei.

Vnica Conclusio. Datur vna ratio communis omnibus indiuiduis. Est contra Caietanum, Louanienses, Toletum, & alios apud Hurtadum *loco citato sect.* 7. Est tamen cum D.Thoma 1. *parte, quæst.* 30. *art.* 4. & alijs, quos sequuntur Conimbricenses *quæst.* 3. *citata*, Ruuius *de Specie, quæst.* 6. Hurtadus *loco mox citato*, & alij.

Probatur primo. Omnis differentia indiuidualis æquè reddit indiuiduum vnum in ratione indiuidui, ac differentia specifica vnum in ratione speciei, ergo si à differentia specifica potest abstrahi vna ratio communis, poterit etiam à differentia indiuiduali. Consequentia est clara à paritate, Antecedens etiam patet, quia omne indiuiduum hoc habet quod sit indiuisum in se, & diuisum à quocunque alio numericè; sicut omnis natura est indiuisa in se, diuisa à quacunque alia natura. Confirmatur, quia est propositio vera, & superioris de ĩferiori, *Petrus est indiuiduũ*; quia in esse indiuiduũ conuenit cum Paulo, & Francisco, immò cum hac albedine, lapide, Bucephalo, &c. ergo datur vna ratio communis omnibus indiuiduis.

Probatur secundo. Omnia Indiuidua hoc habent quod sint incommunicabilia alteri: modo, vel omnia æquè sunt incommunicabilia; vel vnum per ordinem ad aliud; vel vnum magis alio: non vnum per ordinem ad aliud; quia vnumquodque indiuiduatur per propriam entitatem; neque vnum magis alio, quia vnitas numeralis est maior omnibus vnitatibus, consequenter excludit omnem diuisionem, ergo vnum non est magis indiuisum alio; ergo remanet quod ratio omnimoda incommunicabilitatis æquè ab omnibus indiuiduis participetur, ergo datur vna ratio cõmunis omnibus. Confirmatur, quia prædicata essentialia pluribus à parte rei communicantur cum sui diuisione, potest intellectus concipere vnam naturam communem pluribus, ergo, quia prædicatum indiuiduale potest à pluribus participare, potest intellectus concipere vnam rationem omnibus indiuiduis communem. 219

Sed contra Instatur primo. Ergo si Indiuiduum est quid commune non prædicatur tantum de vno. Respondetur concedendo totum de indiuiduis vt sic, quia dicitur de omni indiuiduo. Indiuiduum autem, quod prędicatur tantum de vno, sunt ipsa indiuidua materialia, quibus conuenit definitio Indiuidui; sicut etiam in specie, species vt nomen secundæ Intentionis prædicatur de pluribus speciebus; quælibet enim species est species; & quælibet species dicitur de plutibus differentibus numero, quare aduertenda æquiuocatio.

Instatur secundo. Differentiæ Indiuiduales sunt primo diuersæ, ergo nequit in illis esse aliqua ratio communis. Respondetur, nego consequentiam, quia in hoc conueniunt, quod sint primo diuersæ, quare eædem differentiæ indiuiduales fundant per se ipsas, & diuersitatem; quatenus tales ad inuicem differunt, & conuenientiam, quatenus omnes habent hoc, quod faciant omnimodam diuersitatem.

Dices. Petrus, vt tale singulare, adhuc est singulare, & indiuiduum, ergo conueniet, vt tale est cum alio singulari. Respondetur concedendo totum, quod conueniant in natura communi indiuidui; quod est necesse de omnibus, quando aliqua ratio est illis communis, sed est satis quod non conueniant ad intra rem; sicut etiam homo quatenus tale animal distinguitur à Leone, & tamen etiam quatenus est tale animal est vnum cum Leone in natura communi animalis. 220

Dices secundo. Petrus, vt homo determinatur adesse talem hominem per differentiam indiuidualem, at vt singularis nequit determinari ad talem singularem per aliam differentiam, alioquin processus in infinitum; quia etiam illa alia differentia habebit suam conuenientiam, & sic per aliud. Quare non est eadem ratio de Petro, vt homine, & de eodem, vt singulari. Respondetur, hanc esse disparitatem inter differẽtiam specificam, & indiuidualem, quod illa determinatur per aliam inferiorem ad esse talem in illa specie; at indiuidualis per se ipsam determinatur ad esse tale indiuiduum; & ratio est, natura ipsa indiuidualis differentiæ, quæ cum sit vltima potest fundare, & conuenientiam, & disconuenientiam secundum diuersam rationem: sicut etiam differentiæ specificæ vt rationale, & hinnibile per se ipsas sunt primo diuersæ, & per se ipsas in hoc conueniunt, quod constituant speciem, & diuidant genus.

Instatur tertio. Ergo nulla differentia inter vnitatem numericam indiuidui, ac formalem speciei: sed hoc est absurdum, quia vnitas numerica dicitur maior vnitas omnibus vnitatibus. Consequentia probatur, quia si datur ratio communis in indiuiduis, eodem pacto se habet vnitas formalis in speciebus, à quibus potest abstrahi ratio specifica communis. Respondetur negando consequentiam. Ad probationem, esse maximam disparitatem, quia ratio communis, quæ abstrahitur ab indiuiduis, est ratio communis in qua conueniunt, vt vltimò diuersa; ideo vnitas numerica est maior omni vnitate; at non sic ratio specifica, quæ vlterius determinatur per differentias indiuiduales.

Quæres primo. An prędicta ratio sit vniuoca, vel Analoga. Respondetur, quod si loquamur de Indiuiduo, qua- 221

tenus est terminus primæ intentionis, quo pacto fuit definitum per primam definitionem, esse analogam; vnum enim sequitur Ens: eo igitur pacto, quo Ens dicitur de suis inferioribus, etiam vnum, Ens est analogum, ergo etiam vnum, quod definitur, dum definitur indiuiduum reale: & tali sensu existimo locutum Hurtadum *loco citato* §.72.*sect*.7.Confirmatur, quia omnia indiuidua realia sunt indiuidua per propriam entitatem, at certo huiusmodi entitates non habent vnam rationem realem vniuocam, cõmunem, neque fundamentaliter. Si vero loquamur de indiuiduo, vt est terminus secundę Intentionis, & quatenus formaliter est quid prędicabile, dico esse rationem vniuocam; quia æquè ab omnib. participatur, vt supra dictũ est.

Confirmatur. Definitiones generis, speciei, vniuersalis, & ceterorum terminorum secundæ Intentionis sunt vniuocę suis inferioribus; licet inferiora materialiter sumpta non conueniant vniuocé; verbi gratia, vniuocé participatur definitio speciei ab omnibus speciebus, licet specierum aliæ sint substantiæ, aliæ Accidentia; ergo idem dicendum de indiuiduis. Vide Amicum *Tract. 6. quæst. 4. dubitatione prima, & secunda*, Conimbricenses, *quæst. citata art.* 1.

Quæres secundo. An prædicta ratio vniuoca sit ratio generica, an specifica. Respondetur cum eisdem Conimbricensibus, esse rationem genericam, cuius species sunt quatuor. Prima est, Indiuiduum in quid completé; videlicet, cum est idem omnino prędicatum, & subiectum: vt *Petrus est Petrus; Petrus est hic homo*. Secunda, cum est indiuiduum in quale essentiale; scilicet differentiæ essentiales, vt *Petrus est hoc rationale*. Tertia cum est in quale necessarium, scilicet propriæ passionis; vt *Petrus est hoc risibile*. Quarta cum est in quale contingenter, scilicet ceterorum accidentium, vt *Petrus est hoc album*; patet enim quod hæc quatuor indiuidua in hoc conueniunt, quod prædicantur tantum de vno, quæ est ratio communis generica; deinde alterius rationis est vnumquodque ex illis, quæ sunt rationes specificæ determinantes illam rationem genericam; & ad has quatuor species necesse est, vt reducantur cetera omnia indiuidua, quæ prædicantur: nam omnia, vel prædicantur in quid, vel in quale: si in quale, vel essentialiter, vel accidentaliter: si accidentaliter, vel contingenter, vel necessario. Aliqua in contrarium videri possunt apud Conimbricenses *artic 2. ad vltimum*; & per hæc patet ad argumentum vltimum ex prę cedenti quæstione; nec nobis existimo contrarium Ruuium *quæst. 6.* quatenus videtur negare rationem communem Indiuidui esse rationem vniuocam genericam; loqui enim videtur de indiuiduo fundamentaliter, quoad naturam, quæ concipitur prędicari de vno: at nos loquimur de indiuiduo formaliter; fundamentaliter enim nequit concipi vt vna natura completa, quæ requiritur ad verum genus.

222 Quæres tertio. An predicatio Indiuidui de se ipso semper sit identica. Respondetur doctrina vniuersali, qua vnusquisque vti poterit in casibus particularibus.

Quotiescunque est aliqua distinctio in Intellectu concipiente, inter prædicatum, & Subiectum; & prædicatum est ratio, cur sit tale subiectum taliter sumptum est prędicatio formalis, bona, & identica. Quoties vero sunt penitus idem in Intellectu prædicatum, & Subiectum, prædicatio est merè identica. Vnde propositio Identica est ista, *Petrus est Petrus*, *Petrus est hic homo*: non est autem identica, sed directa, & formalis ista, *Petrus est hoc animal, hoc rationale, hoc album*; quia est aliqua distinctio inter prædicatum, & Subiectum.

Ita Hurtadus *loco citato sectio. 6.* quamuis refragentur Conimbricenses *loco citato art.* 1. qui volunt, quod quando prædicatur indiuiduum in quale essentialiter sit prędicatio identica, vt *Petrus est hoc rationale*. In re parui momenti non moror, vide ipsos, vt Vallium *de Vniuersalibus in Communi quæst.7.cap.*10.

An Indiuiduum Vagum Prædicetur de vno tantum. Quæstio Septima.

223 Diximus indiuiduum vagum esse terminum communem signatum signis, *Aliquis, Quidam*, vt *quidam homo*: modo cum diximus indiuiduum determinatum de vno tantum prædicari, emergit difficultas, an hoc sit verũ de indiuiduo vago; prima enim facie videtur quod non, quia cum dicitur *quidam homo*, potest competere Petro, Francisco, & alijs. Sit

Prima Conclusio. Indiuiduum vagum prædicatur de pluribus. Est Caietani *capite de Specie*, Scoti *cap. de substantia quæstio.* 2. Alberti, Soncinatis & aliorum, quos sequuntur Hurtad. *disput.* 5. *art.* 9. Amicus *loco citato*, Ruuius *de Specie quæst.7.num.*40. Est etiam euidens, dicitur enim *Petrus est quidam homo*, *Bucephalus est quidam equus*, ergo dicitur de pluribus. Tota difficultas est in assignando, quidnam sit illud, quod per indiuiduum vagum prædicatur de pluribus, & an constituat distinctum Prędicabile à quinque iam enumeratis: de quo sit

Secunda Conclusio. Indiuiduum vagum dicit naturam singularizatam in communi. Sub his terminis est expressa Alamanij *capite de Specie art.* 3. *ad* 6. & forsan non dissentit Amicus *loco citato conclusio.* 4. dicit igitur nostra Conclusio, quod ratio communis, in qua conueniunt omnia indiuidua vaga, & per quam indiuiduum vagum est aliquid vniuersale, est aliqua natura singularizata, ita vt primariò importetur ipsa singularitas in communi, secundario ipsa natura, quæ per ipsam singularizatur.

Probatur vnica ratione. Indiuiduum vagum, ver. gra. *aliquis homo*, non dicit solam naturam; aliud est enim significatum huius termini, *Homo*, ac huius, *Aliquis homo*; nam dicit aliquam singularitatem in particulari, alioquin non posset dici de pluribus indiuiduis, & tamen dicitur æquè de Petro, ac de Paulo: *Petrus est aliquis homo*, *Paulus est aliquis homo*, ergo remanet, quod dicat ipsam materiam singularizatam in communi.

Confirmatur. De quolibet indiuiduo valet prædicari cum connotatione propriæ naturæ. Valet enim, *Petrus est quidam homo*: *Bucephalus est quidam equus*: *hæc albedo est quædam albedo*; ergo indiuiduum vagum importat naturam singularizatam in communi.

Sed contra Instatur primo; ergo Indiuiduum vagum, & indiuiduum determinatum non distinguuntur. Re- 22
spondetur Indiuiduum determinatum in aliqua natura in communi non distingui ab indiuiduo vago eiusdem naturæ, verbi gratia idem est, *aliquis homo*, ac *indiuiduum naturæ humanæ*; sic, *aliqua albedo*, ac *indiuiduum albedinis*: vtrumque enim importat naturam singularizatam in communi; distingui vero indiuiduum vagum alicuius naturæ ab indiuiduo determinato in particulari sumpto, verbi gratia. *Petrus est hic homo*, *Petrus est aliquis homo*.

Instatur secundo. Si dicatur *quidam homo*, explicatur cum disiunctione, ergo *iste vel ille*, ergo non importatur vna natura communis. Probatur consequentia; quia natura communis non participatur sub disiunctione ab inferioribus, sed copulatiuè. Respondetur, nego consequentiam; ad probationem dico, cum terminus communis non sit adæquatè in omnibus inferioribus, semper explicari cum disiunctione respectu inferiorum in particulari. Verbi gratia. *Petrus est homo*, ergo dicetur *iste, vel ille*: *Petrus est indiuiduum naturæ humanæ*, ergo *istud, vel illud*; & sic de indiuiduo vago. Quod ideo Hurtadus *loco citato*, existimauit idem significare indiuiduum vagum, ac terminum, cui adiungitur, verbi gratia, idem esse dicere *Aliquis homo*, ac *homo*, tamen fallitur, quia cum dico, *Petrus est homo*, licet valeat dicere, ergo *iste, vel ille*, tamen primo apprehendit naturam talem connotando quodammodo ipsam singularitatem: at cum dicitur *aliquis homo*, Intellectus illico apprehendit singularitatem connotando naturam, licet in communi.

Tertia Conclusio. Indiuiduum vagum non constituit distinctum prędicabile. Est communis apud Amicum, Ruuium, & aliorum, contra Caietanum *capite de specie*. Probatur. Indiuiduum vagum dicit naturam singularizatam in communi; sed hæc æquè participatur ab omnibus indiuiduis vagis, quæ in diuersis naturis prędicantur de suis indiuiduis, ergo est natura generica vna, habens sub se plures species. Confirmatur; nam indiuiduum vagum est idem, ac indiuiduum vt sic sed indiuiduum vt sic est genus ad omnia indiuidua, quæ de vno tantum prędicantur, ergo etiam indiuiduum vagum: cuius species erunt, sicut in indiuiduo vt sic, scilicet quatuor. Indiuiduum vagum in quid complexum, verbi gratia. *Petrus est quidã homo*, in quale essentiale, vt *Petrus est quoddam rationale*; in quale necessarium accidentaliter, vt *Petrus est*

quod-

q[illegible]am risibile, & in quale contingenter, vt *Petrus est quoddam album*, & sic in cæteris naturis. Ex dictis

225 Deducitur primo, quod sicut indiuiduum determinatum in communi sumptum, vt terminus primæ Intentionis à parte rei, non dicit vnam naturam vniuocam, sed analogam; quia omnia indiuidua non sunt vniuoca, ita indiuiduum vagum primo intentionaliter sumptum dicit tantum [illegible] analogam, non enim sunt vnum vniuoce natura [illegible] singularis in communi verbi gratia hominis, [illegible] singulari in communi albedinis, consequenter *[illegible] homo, & quædam albedo*, non sunt vnum vniuoce. [illegible] sumatur secundo intentionaliter, vt quod[illegible], dicimus esse vnum vniuocè, & constituere genus, sicut etiam Indiuiduum determinatum in communi sumptum, vt prædicabile, est genus; quia vt prædicabile æquè dicitur de omnibus Indiuiduis vagis.

Deducitur secundo Indiuiduum vagum, adæquatè sumptum, seu formaliter non esse a parte rei, sed tantum per Intellectum: quia non datur natura singularizata in communi à parte rei; adest tamen fundamentum hoc, & illud singulare in tali natura, à quo Intellectus format indiuiduum vagum, *quidam, aliquis*, in natura tali; ex quo prouenit quod indiuiduum vagum nequit prædicari de vno tantum, sicut indiuiduum determinatum, quod cum detur à parte rei adæquatum, potest prædicari de vno tantum: immò indiuiduum est, quod dicitur de vno tantum; sicut etiam indiuiduum naturæ, vt sic, humanæ, bouinæ, aut alius, prædicatur semper de pluribus, scilicet de omnibus indiuiduis naturæ illius, sic igitur indiuiduum vagum, quod nō differt ab indiuiduo, vt sic alicuius naturæ.

TERTII CAPITIS ISAGOGES.

SVMMA.

P[illegible] primo diuidit Differentiam communissimè, in communem, propriam, & propriissimam. Communis, quæ [illegible] accidentalis separabilis, vt calor in ligno, propria accidentalis, aliquod inseparabile vt simitas in naso; [illegible] forma aliqua essentialis, qua vnum ab alio essentialiter differt, vt rationale in homine. Vnde dicit [illegible] diuersitas [illegible], sed communis, & propria per accidens, propriissima per se, quod etiam dicitur a[illegible].

[illegible] separabiles, vt moueri, quiescere, aliæ inseparabiles, vt simum rationale.

[illegible], aliæ per accidens, vt simum, aquilinum; aliæ per se, vt rationale, quæ faciunt per se aliud; [illegible], nec suscipiunt magis aut minus: quæ vero per accidens, non faciunt aliud, sed diuersum [illegible], & sunt remissibiles, & intensibiles.

[illegible] per se, aliæ diuisiuæ generum in species; aliæ constitutiuæ earundem specierum: eædem
24 *[illegible] constitutiuæ specierum, nam animal per rationale, & irrationale diuiditur; Sed ra[illegible] mortalis, & irrationale animalium ratione expertium.*

[illegible] quinque Differentiæ definitiones affert; primam in ordine ad species, differentia est qua species ab[illegible] genus. [illegible] in ordine ad inferiora, & vt prædicabilis, differentia est, quæ prædicatur de plu[illegible] in quale quid. Tertiam in ordine ad effectum formale, Differentia est, quæ sua natura apta est [illegible] sub eodem genere sunt. Quartam in ordine ad eundem effectum formalem, Differentia est id, quo singu[illegible] in ordine etiam ad eundem effectum formalem, Differentia est id, quod separat quæ sub eodem [illegible], vt quid tamen essentiale, & pars illius reicuius differentia est; quæ est tantum maior explicatio duarum [illegible] Porphyrius primam fit, exactius.

[illegible] Explicantur Definitiones Differentiæ.
Quæstio Prima.

226 Q[illegible] definitiones differentiæ [illegible] Summa [illegible] explican[illegible] Differentia est qua species abun[illegible], [illegible] Differentia est id, per quod species excedit genus; species enim [illegible] hominis, vel [illegible] rationale, quod non dicit [illegible] actu, & [illegible] in actu, [illegible] animal. Vide quæ [illegible] *quæ l. 4 de [illegible]*, ex D. Th. & Caietan.

Instatur primo. [illegible] excedit genus per differentiam [illegible] ergo ex genere [illegible]; [illegible] genus. Respondetur [illegible] continere [illegible], sed potentia [illegible] species au[illegible] esse [illegible], & [illegible] species vero di[illegible], & [illegible] amplius, ideo dicitur [illegible].

Instatur secundo. Animal [illegible] homine [illegible] Leone [illegible] differen[illegible] per ipsam speciem non excedit genus. Dato au[illegible] antecedenti [illegible] vt genus [illegible], & a [illegible] in homine [illegible] in Leone, vt sic au[illegible] est quia species, quæ per illam diuiditur [illegible] genus, excedit ipsum genus, quod [illegible] actu, vt dictum est, sed tantum [illegible].

Secunda definitio. *Differentia est, quæ prædicatur de plu[illegible] in quale quid*: dicitur differentia [illegible] quale, quia differentia cōparetur ad speciem tanquam forma [illegible] tatur ad modū per se stantis, sed alter [illegible] quia tamen hæc differentia est essentialis, ideo additur, *quid*, ad differentiam [illegible] differentiarum, quæ quidem prædicantur in quale, [illegible] qualitates; attamen non prædicantur in quid, quia non sunt de essentia. Hinc patet hanc definitionem competere solum tantum differentijs essentialibus, & speciem constituentibus.

Sed contra [illegible]. Rationalitas, item Irrationalitas 227
sunt differentiæ essentiales; per primam enim homo differt à Leone, per secundam Animal differt a planta, & tamen nemo dicit homo est rationalitas, Animal est sensibilitas; ergo differentia non prædicatur de pluribus. Respondetur, aliquid posse prædicari de aliquo dupliciter, vt *quid* & vt *quo*. Illud prædicatur vt *quod*, quod per se, & immediate prædicatur, vt genus de specie: illud prædicatur vt *quo*, quod licet non prædicetur in recto, est tamen causa, & ratio, qua aliquid prædicetur. Differentia igitur non prædicatur nisi secundo modo; est enim ratio, & causa, qua ratione prædicatur de homine, & qua sensibile prædicatur de animali; vel posset etiam dici semper prædicari in concreto, quia prædicatur per modum totius.

Tertia Definitio. *Differentia est quæ nata est sua natura separare ea, quæ sub eodem genere collocantur*; quia essentiale est differentiæ diuidere genus, scilicet ita contrahere genus in vno, vt illud distinguat ab altero, in quo ab altera differentia contrahitur, rationale enim ita contrahit animal in homine, vt omnino illum distinguat à Leone, qui sub eodem genere continetur. Quare non dicitur diuidere ea, quæ sub genere sunt; quasi essentialia prædicata generis diuidantur, hæc enim in omnibus inferioribus æque reperiuntur.

Instatur. Genus est intrinsecū speciei, & [illegible] ab omni, quod nō est tale: animal enim distinguit hominē ab omni, quod non est animal, ergo etiam per se genus di-

ſtinguuntur, quæ ſub genere collocatur. Reſpondetur per genus non diſtingui ea, quæ ſub eodem genere, ſicut per differentiam, rationale enim diſtinguit hominem à Leone, qui ſub eodem genere animalis collocatur, ſed tantum ab alijs, quæ ſub diuerſo genere, vt à lapide, albedine, &c.

Quarta Definitio eſt. *Differentia eſt id quo ſingula differunt.* Hæc definitio, vt placet Conimbricenſibus *hoc capite*, ſolis verbis differt à præcedentibus; & quia hæc, & præcedens definitio poſſet conuenire, & differentiæ communi, & propriæ, ſi in puris verbis ſumantur, & vt ſonãt; ideo Porphyrius addit quintam definitionem dicens. *Differentia eſt id, quod ſeparat ea, quæ ſunt ſub eodem genere, vt quid eſſentiale, & pars illius, cuius eſt differentia.*

Claré patet hic definiri differentiam eſſentialem conſtituentiam ſpeciei, hæc enim ſola cõfert ad rationem; quia complet rei eſſentiam, & eſt pars intrinſeca illius: patet etiam hunc eſſe intentum Porphyrij in exemplo allato, dicit enim eſſe aptum ad nauigandum eſſe quidem differentiam diuidentem genus animalis: attamen nõ eſſe ſpecificam differentiam, de qua loquitur, & quam hac definitione definit: quia non pertinet ad eſſentiam, nec eſt pars illius, ſed tantum proprium. Puto tamen ſolam etiam eſſentialem definiuiſſe in cęteris definitionibus: hoc perſuadent exempla ipſius Porphyrij de rationali, & irrationali, quæ differentiæ ſunt eſſentiales, & etiam ex verbo, *Exactius*, addito in hac definitione, quaſi dicat, licet definita fuerit huiuſmodi differentia eſſentialis, attamen ad maiorem claritatem &c.

Quid definierit Porphyrius in prædictis definitionibus.
Quæſtio Secunda.

228 Notandum primò, differentiam ſumi poſſe dupliciter, ſicut & cętera prædicabilia. Primò fundamentaliter. Secundo formaliter. Sumpta fundamentaliter dicit formam illam, ſeu illud prædicatum, per quod vnum ab alio diſtinguitur. Formaliter vero accepta dicit relationem differẽtiæ, quam dicit in eo, quod differre dicitur.

Notandum ſecundo, differentiam fundamentaliter tripliciter poſſe ſpectari. Primò Phyſicè. Secundò Metaphyſicè. Tertio Logicè. Primo modo ſpectata, dicit formam illam realem, v. g. rationale dicit phyſicè rationalitatem ipſam, prout eſt a parte rei, per quam differt Homo a Leone. Metaphyſicè eſt eadem met differentia, quatenus fundat, quemdam gradum eſſendi; rationalitas v. g. quæ fundat gradum eſſendi rationalem, per quem homo differt ab Equo, cum quo conuenit in animali. Logicè denique ſpectata eſt in ordine ad ſecundam Intentionem, à qua vocatur differentia; ſicut natura generis, vt ſubeſt ſecundæ Intentioni generis, dicitur Logicè conſiderari. His notatis, Quæritur quid prædictis definitionibus ſit definitum, natura ne tantum Phyſicè, an Metaphyſicè, an etiam Logicè.

Prima Concluſio. Omnes definitiones Differentiæ, excepta ſecunda, definiunt differentiam phyſicè ſumptam. Probatur Concluſio. Excedere genus per differentiam conuenit naturę ſpecificę nullo Intellectu cogitante; item per differentiam nullo Intellectu cogitante, quæ ſub genere ſunt verè differunt inter ſe, & hæc differentia eſt eſſentialis & pars illius, ergo vera concluſio. Antecedens probatur. Si Intellectus nihil cogitaret v. g. de rationali, per rationalitatem homo excederet animal, & per ipſam, tanquam per quid ſibi eſſentiale diſtingueretur a Leone, Boue &c. Conſequentia probatur; quia omnes definitiones, ſecunda excepta, definiunt differentiam in ordine ad effectus enarratos, ergo ſi hi omnes competunt præciſo quocunq; opere Intellectus, definitur differentia phyſicè.

Dices. Porphyrius definit differentiam in definitionibus allatis in ordine ad genus dicens, eſſe, qua ſpecies genus excedit; item in ordine ad ſpeciem, vt videre eſt, ſed genus, & ſpecies non ſunt abſque opere Intellectus, ergo ſumit differentiam nõ phyſicè, ſed in ordine ad opus Intellectus. Negatur conſequentia, aliud enim eſt, quod non detur genus, & ſpecies à parte rei, & aliud, quod natura generica excedatur à ſpecifica per differentiam. Primum non dicimus, ſed tantum ſecundum; quia nullo Intellectu cogitante Petrus, vt homo differt à Leone per rationale, licet conueniant in viuente, & ſenſitiuo.

229 Secunda Concluſio. Secunda definitione definita eſt differentia, vt Logicè ſpectatur. Probatur primò prædicari de pluribus competit differentiæ tantum, vt ſubeſt Intentioni, & conſiderationi Intellectus, ſed hic definitur differentia, per prędicari de pluribus, ergo vt ſubeſt intẽtioni, ergo vt Logicè ſpectatur. Vltima Conſequentia ex *Secundo Notabili* patet. Maior probatur, quia eodem modo competit Differentiæ prædicari de pluribus, quomodo generi, aut ſpeciei; ſed his, ex dictis tantùm competit, vt ſubſtant intentioni, ergo.

Confirmatur Concluſio; nam Porphyrius agit de differentia, vt vno ex quinque prædicabilibus; ſed ex precedẽti concluſione, nulla definitione, vt prædicabilis eſt definita, ergo ſaltem ſecunda dicetur definiri; aliaquin nullo modo Differentiam, vt prędicabilem explicaſſet.

Pro maiori intelligentia noſtrę concluſionis, obſeruandum nomen, *Differentia*, multipliciter vſurpari poſſe. Primo dicit formaliter ex vi nominis relationem rei differentis, prout differẽs eſt; quoniam vero hæc relatio fundatur in ipſa forma, quę eſt cauſa differentiæ; ideo ſumitur etiam in abſtracto pro ipſa forma, quæ dicitur differentia materialis. v. g. pro ipſa rationalitate, quæ eſt cauſa differẽtię, prout eſt relatio hominis differentis. Secundo ſumitur etiam in concreto, & pro eodem, ac faciente differre, vt ſic autem formaliter dicit relationem facientis differre, connotans formam, quæ facit differre, vt rationale. Tertio ſumitur pro tertio prędicabili, ratione cuius totũ hoc caput inſtituit Porphyrius; vt ſic autem eſt nomen concretum, ſicut genus, & ſpecies, formaliter dicens aptitudinem, & relationem ad eſſendum in pluribus, vt qualitas eſſentialis; & hac tertia acceptione eſt definita differẽtia. Secunda definitione, & hoc pacto intelligitur differẽtia Logica, ſcilicet natura ipſa, ſeu differentia ipſa materialis, ſubſtans intentioni prædictæ, quam intentionem eodem nomine differentiæ appellauit, ſicut & appellatur, & Differentia ipſa materialis.

Dices prædicari *in quale quid* de pluribus; conuenit tãtum differentiæ eſſentiali, ergo non comprehendit cęteras differentias, ſcilicet communes, & proprias, quas tamẽ attulit in textu, ergo mala definitio. Reſpondetur Porphyrium quædam tetigiſſe de differentia communi, & propria, vt facilius explicaret differentiam propriſſimam; neque eius intentum fuiſſe tradere definitionem Differentiæ, prędicabilis, comprehendentem omnes differentias, quas in textu attulerat; eo quod Differentia propria, & communis particulare prædicabile ſibi vendicatent, vt in ſequenti videbimus; illud enim pertinet ad prædicabile de Proprio, ſiue ſumatur, vt proprietas, ſiue vt differentia propria, cum vtroque modo prædicetur ad modum qualitatis inſeparabilis, vt dicetur poſtea.

Quæres an hac definitione ſit definita differentia infima. Prima facie videtur quod non, eo quod ipſa non prædicetur de pluribus differentibus ſpecie, ſed numero, & tamen non videtur probabile Porphyrium eam omittere voluiſſe, cum ſit vera differentia eſſentialis. Reſpondetur cum Conimbricenſibus, immo cum communi Porphyrium definiſſe tantum differentiam ſubalternam; vel quia eius vſus frequenter erat in Scholis, vel quia, vt aliquibus placet, differentias vltimas negabat. Si vero prædicta Definitio hoc pacto accommodetur, *Differentia eſt quæ prædicatur de pluribus in quale quid*, hoc pacto competit omnibus differentijs eſſentialibus. Vide etiam Vallium *quæſt.* 1. *c.* 12.

Quomodo Genus contineatur in Differentijs.
Quæſtio Tertia.

EX his, quæ diximus *quæſt.* 4. *de Genere notabili primo* videtur ſequi, quod genus aliquo pacto contineatur in differentijs; diximus enim quod ſecundum rem totum id, quod dicit genus, dicit etiam differentia, ergo aliquo pacto genus eſt in differentia. Item dicitur rationale eſt animal, conſequenter hęc prędicatio affirmatiua fundatur in aliqua identitate, hoc autem quærimus de præſenti. pro quo

Notandum quamcunque differentiam, ſiue vltimam, ſiue ſubalternam poſſe conſiderari dupliciter. Primo materialiter. Secundo formaliter a parte rei [illegible] gnificat totum id, quod ſpecies, ſcilicet [illegible], quaſi pro materiali, & gradum proprium pro [illegible] v.g.

ratio-

[illegible] dicit materialiter, & esse sensitiuum, quod est ge[illegible], & esse rationale, quod determinat sensitiuum ad esse tale sensituum. At sumpta formaliter tãtum dicit gradu[illegible] proprium, & in vtroque sensu sumitur in concreto; [illegible] sumpta in abstracto non est differentia, sed principiũ differentiæ: sicut patet etiam in albo. quod in concreto po[illegible] sumi & [illegible]aliter, & formaliter. hoc notato non quæ[illegible] de differentia materialiter sumpta, sicut certum est dicere et[illegible] genus. Quare tota quæstio est, an sumpta for[illegible]ter dica[illegible] & includ[illegible]t in se genus, an *rationale* v.g. vt dicit [illegible] Intellectui, includ[illegible]t gradum sentiendi, seu sen[illegible].

231 [illegible] Conclusio. Genus non includitur in differentijs [illegible] sumptis. Est [illegible] *disput.6.sectio.3.* Ruuij *de [illegible] quæst.5.* [illegible] existimo communem cum D. [illegible] *de Ente, & essentia cap.* [illegible]. Caietano *ibidem*, Ala[illegible], & alijs. Probatur primo. Per omnes Differentia[illegible] praedicabile a specie, ergo non includit genus. [illegible] probatur. quia in tantum distin[illegible], in quantum Differentia formaliter dicit tantum [illegible], & illam ipsam prædicit, at species [illegible], ergo formaliter non dicit genus. [illegible], quia species non dicit nisi naturam generi[illegible] per differentiam, ergo si differentia [illegible] ipsa species quoad [illegible], licet [illegible] specie, quia species v.g. [illegible] *Homo*, [illegible] *rationale* at [illegible] idem [illegible] formaliter [illegible] animal.

[illegible] Genus & Differentia sunt partes [illegible] speciem, e[illegible] [illegible]. Consequentia probatur, quia partes [illegible] sunt [illegible] ex[illegible], [illegible] partes [illegible] propositione in se habent [illegible], sicut [illegible] in se habent [illegible] Meta[illegible] Differentia [illegible] formaliter genus.

[illegible] differentia [illegible] *rationale*, [illegible] *corporeum* [illegible]. Respondetur [illegible] Antecedentis [illegible] completa, at hæc [illegible] completa. Quare omnes [illegible] includunt conceptum [illegible] [illegible] dicere [illegible].

[illegible] Differentia includit [illegible] genus ad omnia [illegible], ergo [illegible] genus. Respondetur [illegible] differentia, vt [illegible] enim [illegible] species vtique includunt genus, [illegible] differentijs, [illegible] & constituunt species, [illegible] genera.

232 [illegible] hæc propositio, *rationale* [illegible] *est* [illegible], ergo genus includitur in [illegible]. Consequens probatur, quia aliquando [illegible] Respondetur [illegible] quia differentia materialiter, vt dicebamus in [illegible] non valet [illegible] enim hoc [illegible] *rationale* [illegible] sensibile [illegible] materialiter [illegible] sunt falsæ. Quare omnes propositiones [illegible] tantum materialiter. Ex [illegible]

[illegible] *de Ente, & essentia cap.3.* Caiet. *ibidem*. [illegible] *de genere*, [illegible] quod genus non prædicatur [illegible] differentiam per se, quia non prædicatur tanquam [illegible] essentiam; sed eo modo, quo subiectum [illegible] passione; v.g. *risibile est homo*, & [illegible] propria, indirecta, & innaturalis, quia prædicatur id, quod se habet, vt materia de eo, quod se habet vt forma: quo casu non est prædicatio propria, directa, & naturalis, vt inter cęteros benè aduertit Vallius *de genere quæst.2.c.8.* Vide Caietanum *loco citato* §. *pro intellectu horum.*

Vtrum Differentia Inferior contineat Superiorem.
Quæstio Quarta.

DIfferentiæ Superiores dicuntur illæ, quæ constituunt species subalternas magis vniuersales. v.g. *corporeum* respectu sensibilis; *sensibile* respectu rationalis & irrationalis &c. Et sic de cęteris. Differentiæ inferiores dicuntur illæ, quæ constituunt species, vel infimas, seu atomas, seu vltimas; hæc omnia idem sonant; v.g. *rugibile* in Leone, *hinnibile* in Equo, *Rationale* in homine; vel minus vniuersales. Modo quæritur, an Differentia Superior formaliter sumpta includatur in inferiori formaliter sumpta. Ex *quæstione præcedenti* patet, quid sit Differentia formaliter sumpta.

Vnica Conclusio. Differentia inferior non includit in suo conceptu formaliter differẽtiam superiorem. Est Scoti, Capreoli, Fonsecæ, & aliorum apud Hurtadum *disput.6. Logicæ sect.3.* Ruuium *de Differentia quæst.5.* contra Soncinatem, apud eosdem, & cõtra quosdam Thomistas apud Valliũ *de Differentia, quæst.1.cap.7.* Probatur primo. Differentia vltima v.g. dicit in suo conceptu differentiam superiorem, ergo non est vltima. Consequentia probatur, quia si est vltima, vltimo diuidit, at quatenus [illegible] superiorem v.g. sensibile, non vltimo diuidit, cum adhuc potest animal diuidi per rationale, & irrationale, ergo non est vltima contra suppositum. Quare [illegible] si est vltima, quatenus diuidit genus, non debet [illegible] sumpta cum vllo conuenire; alioquin non diuideret vltimo; sed si dicit superiorem quatenus vltima, conueniret v.g. rationale, & irrationale in sensibili, ergo nulla differentia inferior potest continere superiorem, [illegible] eadem ratio de omni inferiori, siue vltima, siue non vltima, vt consideranti innotescet. 233

Probatur secundo. Summus v.g. *rationale*, & *hinnibile*, quæ [illegible] differentiæ diuidentes animal: hæ duæ differentiæ [illegible], quatenus includunt per aduersarios [illegible] superiorem, scilicet sensibile, non differunt neque diuidunt animal; ergo, vt sic non essent inferiores; sed solum faciunt differre, vt [illegible] sensibile, & hinnibile [illegible], ergo vt sic tamen sunt differentiæ inferiores, [illegible] superiorem.

Sed contra [illegible] v.g. est [illegible] superiorem. Respondetur, [illegible] formaliter loquendo; *hinnibile* [illegible] determinatiua sensibilis; [illegible] vt [illegible] esse tale sensibile; & hoc [illegible], quando dicitur *hinnibile est sensibile* est prædicatio materialiter, & identice, non formaliter, vt [illegible] *præcedenti de genere*

Instabis secundo. [illegible] operatio sensitiua, & vitalis, ergo hinnibile, quod est eius principium, est sensibile, & viuens. Respondetur formaliter loquendo negatur antecedens, [illegible] determinatiua actionis sentiendi, & vitalis [illegible] esse actionem sensitiuam actionem, & vitalem [illegible] tanquam alicui præsupposito [illegible] determinato, aduenit illa formalitas determinans; sicut in physicis forma supponens materiam aduenit illi determinandæ; atque esset, nisi præsupponeret materiam informatam, & determinatam, hinc tamen non sequitur, quod forma formaliter sit materia. Ideo negatur consequentia argumenti. vel dicendum quod totum potest concedi, si sumatur *hinnire* quatenus species, & *sentire* quatenus genus; sic hinnibile quatenus species, & sensibile quatenus genus: tunc enim argumentum est verissimum, quia species formaliter est genus, at loquendo de illis, vt habent rationem differentiarum formaliter, neganda sunt. Et hoc etiam aduertendum, quia in his maxima latet æquiuocatio. Ex his 234

Deducitur responsio ad aliqua loca Aristotelis allata à Ruuio *loco citato*, quibus videtur velle, quod differentia superior includatur in inferiori: etenim est intelligend[illegible] Aristoteles de differentijs, vel materialiter, vel [illegible] sumuntur loco generum, quæ diuidunt [illegible] constituunt, [illegible] sibi suffisset [illegible]

deciuerit generi, & per consequens differentias superiores, quia genus non tribuit esse extra differentias; Sic *Top. 4.c.2. loco citato. Manifestum igitur, quoniam non participat genus differentiam: quare neque impar Species erit, sed differentia: quoniam non participat genus.* idem repetit alibi, &c.

Vtrum Differentia Subalterna constituat diuersum Prædicabile à Differentia vltima. Quæstio Quinta.

235 Ratio dubitandi est, quia differentia subalterna, puta sensibile prædicatur de pluribus differentibus specie, scilicet de homine, Equo, Boue: at Differentia vltima prædicatur tantum de pluribus differentibus numero, puta hinnibile de hoc, vel illo Equo; sicut igitur genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie est prædicabile distinctum a specie, quæ tantum prædicatur de pluribus differentibus numero, idem erit dicendum de differentia subalterna, & media. hoc tamen non obstante sit

Vnica Conclusio. Differentia subalterna non est prędicabile distinctum a differentia vltima. Est communis apud Hurtadum sect.4. loco citato. Vallium *de differentia quæst. 2.cap.3.* Probatur vnica ratione. Prædicabilia distinguuntur per diuersum modum prædicandi, non ratione subiecti, de quo prædicantur propriè loquendo; sed omnes differentiæ habent eundem modum prædicadi, siue sint subalternæ, siue infimæ; ergo vera conclusio. Maiorem suppono certam apud omnes. Minor probatur: omnes differentiæ in hoc conueniunt, quod prædicant incomplete tantum vnam partem essentialem, per modum alteri adiacentis; sic dum dicitur, *homo est sensibilis*, prædicatur explicitè tantum sensibile, quod est pars, & prædicatur per modum alteri adiacentis; sed idem est, dum dicitur *Petrus est rationalis*, ergo habent eundem modum prædicandi. Confirmatur, quia si ex diuersitate inferiorum, de quibus prædicantur, essent sumenda, & distinguenda prædicabilia, etiã genus vltimum, quod predicatur de inferioribus, quę sunt puræ species atomæ, constitueret distinctum prædicabile à generibus non vltimis, quæ prædicantur de inferioribus, quæ etiam sunt genera v.g. viuens de corporeo, & incorporeo, & animal de homine, & equo, quæ sunt tantum species.

Ad rationem in contrarium Respondeo genus, & speciem nõ distingui, quia vnum prædicetur de pluribus differentibus specie, altera vero de pluribus differentibus numero; tunc enim esset par ratio; sed quia habent diuersum modum prædicandi; nam genus prædicat tantum vnam partem explicitè, licet per modum totius, & per se stantis, dum enim dicitur, *homo est animal*, ly *animal* explicitè dicit tantum naturam genericam: at species prædicat complectè totam naturam subiecti, licet non distinctè quoad modum, vt magis patebit in calce huius quæstionis. Adhuc tamen

Instatur primo. Differentia vltima, & differentia subalterna, vt predicabiles sunt, habent diuersas definitiones, ergo differunt essentialiter, definitio enim spectat ad essentiam rei. Respondetur non habere diuersas definitiones, sed tantum distinctas accidentaliter ratione inferiorum, de quibus prædicantur, vt dictum est in conclusione.

236 Instatur Secundo. Differentia subalterna prædicatur *in quale quid* completè; ergo differunt essentialiter, ergo constituunt distinctum prædicabile: ambæ consequentiæ patent. Antecedens probatur, quia per differentiam vltimam indiuiduum distinguitur complete, per subalternam incomplete; ergo sic etiam prædicantur. Respondeo negando Antecedens, vtraque enim prædicatur incompletè vt diximus.

Ad probationem differentiam specificam completè distinguere, quia est vltimum complemẽtum incompletum; non enim dicuntur Indiuidua differre completè, quia differentia prædicetur de illis complete, sed quia in ratione differentiæ non est alia differentia, per quam differant sed illa est vltima, hecceitates enim non spectant ad differentias essentiales, sed tantum accidentales. Quare licet differentia vltima possit dici differentia completa, & sic distinguere completè; quia tamen modus prædicandi dicitur completus, vel incompletus, prout pars, vel tota essentia prædicatur explicitè, ideo quia differentia quæcumque prædicat tantum explicitè partem essentiæ, non totam essentiam, dicitur semper prædicari incomplete; & hoc maximè notandum propter æquiuocationem ly *complete* ex his omnibus

Deducitur, quam benè differẽtia sit assignata tanquam distinctum prædicabile a genere, & specie; licet differentia subalterna conueniat cum genere in prædicari de pluribus differentibus specie; & differentia specifica conueniat cum specie in prædicari de pluribus differentibus tãtum numero: etenim licet genus conueniat cum differentia, quod vt supra dicebamus, prædicatur per modum totius; quia implicitè prædicat totam naturam Subiecti, sicut etiam differentia, vt benè Ruuius *de genere quæst. 5.* tamen in hoc differunt, quod genus explicitè prædicat tãtum partem essentiæ, quæ se habet in natura, vt determinabilis per differentias; at differentia prædicat explicitè tantum partem essentiæ, quæ se habet vt pars determinãs, & actuans aliam partem genericam; quod ideo prædicatur differentia per modum alteri adiacentis, & genus per modum per se stantis. Quare licet conueniant in hoc, quod prædicant incompletè ex parte rei prædicatæ explicitè, differunt tamen, quia genus aliam partem prædicat ab ea, quam differentia; & genus per modum per se stantis, differentia per modum formæ adiacentis. At vero species ab illis differt, quia prędicat totam naturam subiecti actu, & formaliter, licet vnica voce, vtramque partem æquè significante, per quod differt à definitione, quæ vtrumque explicat; *animal* enim formaliter, & explicitè dicit tantum naturam sensitiuam, *rationale* esse discursiuum; *homo* vtrumque significat, quia illud est significatum alicuius vocis formaliter, ad quod primo vox est imposita, vt benè S.Thomas *de Ente, & Essentia cap.3.* & Caietanus *ibidem §.pro Intellectu horum.* Quare benè dixit Vallius *de Genere quæst.2.c.6.num.3* & nos etiam supra innuimus ex D. Thoma, à parte rei idem significare Genus, Differentiam, & speciem, licet non formaliter, & explicitè hinc sunt distincta prædicabilia; hoc maximè aduertendum, quia ex hoc plenè innotescit natura prædicabilium, quæ tantum ex modo prædicandi formaliter debent distingui essentialiter, vt sint prædicabilia.

Circa tamen prædicta aduertenda doctrina optima, 2
quam ex D.Thoma *de Ente & Essentia* affert Ruuius *de Differentia quæst.3.* videlicet aliter prædicari per modum totius genus, & aliter differentiam; nam genus cum contineat omnes differentias in confuso, vt diximus supra *de genere quæst.4.* prædicatur tanquam totum potestatiuum: at differentia cum nequeat esse, nisi cum tali natura generica, quam materialiter importat, licet formaliter illam nõ explicet prædicatur tanquam quoddam totum actuale; quia actu determinatè includit partem formalem, quam explicitè prædicat, & partem genericam, quam præsupponit &c. Et hoc tantum in actuali prædicatione, dum abstractè genus, & Differentia sunt in Intellectu, non in tota prædicatione, neque genus sumitur, vt dicit naturam genericam, vt iam actuatam per differentiam, neque differentia, nisi vt dicit naturam differentialem, iam actuantem, & determinantem naturam genericam. Quare tunc non habent rationem totius, sed partium vnius essentiæ, quam constituunt, Vide Ruuium *loco citato §.vltimo Notandum.* Hæc autem omnia quæ dicta sunt de genere respectu specierum sunt intelligenda data proportione, de Specie, & Differentia respectu suorum inferiorum: nam respectu eorundem, sunt quædam vniuersalia, consequenter totum potestatiuum: at Differentia respectu speciei, de qua immediatè prædicatur, non est vniuersalis, nisi negatiue, seu materialiter; vt benè Hurtadus *disput.6. Logicæ sect. 2.* quia habet parem ambitum cum ipsa specie; neque vt sic constituit tertium prædicabile, quia non est quid superius, & vniuersale. Ex his omnibus adæquate patent quæ in superioribus dicta sunt maximè 4. *quæst. de Genere*, & sufficienter reijcitur doctrina eiusdem Hurtadi *disput. 4. de genere sect. 4.* videlicet, quod sicut genus est totum quoddam potestatiuum, quia in confuso continet differentias etiam differentia sit totum potestatiuum respectu generis; [illegible] potestatiuum.

Solum-

[illegible]untur quædam dubia de Differentia. *Quæstio Sexta.*

238 Dubitatur primo. Vtrum omnis differentia constituens speciem sit simplex an composita? pro intelligentia aduertendum illam dici differentiam simplicem, quæ habet vnicum conceptum proprium v.g. *sensibile*, quod [illegible] vnicum conceptum constituit; [illegible] compositam, quæ pluribus, & diuersis conceptibus [illegible], vt si differentiam hominis constituentem [illegible] *mortale*, vt aliqui fecere. Respondetur [illegible] differentiam constitutiuam speciei, siue [illegible] simplicem. Est sententia [illegible] D. Thomæ *ibidem lect.* 12. [illegible] 2 *Posteriorum quæst.* 52. Caietanus [illegible] *de Differentia quæst.* 2. *art.* 1. [illegible] *tamen* [illegible] *cap. eodem quæst.* 5. & [illegible] differentia generica, vel specifica [illegible] ex [illegible] conceptibus; vel per omnes [illegible] quod nullus illorum [illegible] genere, vel specie, vel per aliquem tantum [illegible] conceptus, [illegible] & vera differentia [illegible] simplex; si dicatur [illegible] & non [illegible] necessitate, & nulla est necessitas [illegible]. Quod si quando [illegible] definiendam per partes [illegible] quia multoties [illegible] veræ [illegible] plura [illegible] substantiales, quia [illegible] *loco allegato*, & [illegible] *Differentia q.* [illegible] *cap.* [illegible].

[illegible] perfectior sit [illegible] D. Thom. *in 2 dist.* [illegible] *quæst.* [illegible] 4. *ad* 1 Omnem [illegible] genere.

[illegible] D. Thoma omne distinguens [illegible] nobilius [illegible] co [illegible] differentia ad genus se habet [illegible] *Animal* enim v.g. dicit esse sensitiuum, non dicit vtrum sit rationale, vel irrationale, at *rationale* dicit sensitiuum, cum determinatione ad rationale.

Instatur. Genus habet modum prædicandi nobiliorem, quam differentia; quia prædicatur in quid, differentia in quale, ergo est nobilius. Respondeo nego consequentiam, differentia enim cum genere secundum se comparata est nobilior quam genus propter rationes allatas; si vero in modo prędicandi conceditur totum, nec contra nos facit; ideo autem in modo prædicandi est nobilius genus, quia prædicatio sequitur modum concipiendi, concipitur autem genus ad modum substantiæ subsistentis per se, ideo prædicatur *in quid*, Differentia vero concipitur ad modum formæ adiacentis, ideo prædicatur *in quale*.

Pro argumento tum solutione Aduertendum omnes species eleuare genus ad esse perfectius tanquam determinantes genus, & faciunt habere actu, quod prius tantum potentia habebat; tum etiam, quia omnes species sunt inter se inæquales in perfectione, alioquin non essent diuersæ speciei. 239

Dubitatur tertio. An Differentia prædicetur de genere, & *in quale quid*, sicut de specie. Respondetur prædicari tantum *in quale*, eo quod respectu generis differentia se habet, vt qualitas extrinseca, aliquo modo, eo quod non sit de eius definitione; at respectu speciei est de essentia, ideo vt qualitas essentialis prædicatur *in quale quid*. Hæc tamen prædicatio differentiæ de genere est directa, & naturalis, quia quod se habet vt forma, prædicatur de eo, quod se habet, vt materia, ad nullum tamen prædicabile pertinet, quia non prædicatur, vt superius de inferiori.

Dubitatur quarto. Cum Differentia dicat habitudinem ad Genus, quod diuiditur, & ad Speciem, quam cõstituit, an ad intelligendam differentiam sit necesse concipere vtramque habitudinem. Respondetur affirmatiuè; ratio est, quia differentia, eo quia diuidit genus, constituit speciem, & quia constituit speciem, diuidit genus; quare vtramque formaliter dicit, nec vnum dicere potest sine altero. ea enim dicuntur differre quæ in aliquo vniuoco conueniunt; [illegible] differentia v.g. *rationale* constituit hominem distinctum à Leone, vtique diuidit animal, in quo conueniunt vtrumque, alioquin non esset differentia.

237

QVARTI CAPITIS ISAGOGES.

S V M M A.

P[illegible] *quatuor modis accipi* [illegible]*. Primo quod soli* [illegible] *speciei competit, sed non omnibus eius indiuiduis, vt* [illegible]

[illegible] *quod omnibus indiuiduis* [illegible] *speciei accidit, sed non soli, vt homini bipedem esse.*

[illegible] *soli, & toti speciei accidit, sed non semper, vt canescere.*

[illegible] *proprium pro eo, quod omni soli, & semper speciei conuenit vt hominem esse risibilem; hoc tantum Porphyrius* [illegible] *proprium, quia hoc solum conuertitur cum specie, & est ei connaturale; & de hoc hic præcipuè* [illegible]

[illegible] *Quomodo Proprium constituat quartum Prædicabile.* *Quæstio Prima.*

240 D[illegible] proprium quatuor modis [illegible] de [illegible] qui in primo [illegible] quomodo sumatur proprium vt constituat quartum prædicabile. [illegible]

[illegible] Proprium [illegible] posse dupliciter. Primo [illegible] significat aliquid, quod [illegible] relation[illegible] [illegible] negatione conuenientiæ respectu [illegible] tem, quæ propriè dicitur [illegible] proprium ex vsu Philosophi pro quarto [illegible] dicens aptitudinem [illegible] & relatio[illegible] accidentaliter necessario, fundamentaliter [illegible], quæ Proprium dicitur, [illegible] intentionem proprij eo pacto quo dicitur de [illegible] prædicabilibus.

Notandum secundo. In definitione Proprij quarto modo accepti videlicet, *Proprium est quod accidit omni, soli, & semper*. Ly *semper*, duplicem sensum habere posse; primum vt Proprium conueniat, & accidat Subiecto omni tempore, quo existit: Secundum semper, hoc est necessario, quæ necessitas adhuc duplex esse potest. Prima est ab essentia subiecti, quod scilicet illud, quod necessario accidit, exclusa omni causa exteriori naturaliter dimanat ab ipsa essentia. Secũda necessitas est à causis extrinsecis quia solet et talis est concursus causarum naturalium, vt attento cursu naturali, semper, & necessario illud accidens in tali subiecto imprimant. His positis sit.

Vnica Conclusio. Proprium quarto modo sumptum constituit quartum prædicabile. Est omnium, pro qua aduerto, proprium vt constituat quartum prædicabile esse explicandum, vt ly *semper* dicat necessitatem, non quamcumque, sed necessitatem subiecti modo explicato *in secundo notabili*; ita vt sensus sit, proprium esse, quod accidit omni, & soli necessario, vt dimanans ab essentia. Conclusio sic explicata probatur. Quartum Prædicabile debet constitui

constitui per aliquod, ratione cuius distinguatur à cęteris prędicabilibus, sed solum proprium quarto modo hoc prestare potest, ergo. Maior patet: nam quinque prædicabilia sunt distincta. Minorem probo; proprium primò, secundo, & tertio modo acceptum est accidens potens alijs conuenire, ergo ad quintum prędicabile pertinet, ergo, quarto modo tantum constituet quartum prędicabile.

241 Hinc infertur solum proprium quarto modo constituere quartum prædicabile, neque aliud posse ad ipsum pertinere; eodem enim modo philosophandum est, ac de cęteris prędicabilibus; sed in cęteris vnica tantum natura determinata in ordine ad secundam intentionem constituit genus, speciem, &c. ita dicendum in casu nostro. Est contra Conimbricenses *in hoc capite art. 3. ad primam rationem* qui affirmant omne proprium quarto modo spectare ad quartum prædicabile; attamen non omne quartum Predicabile esse proprium; eorum rationes argumentorum solutione diluentur.

Contra instatur primo. Color flauus ex Aristotele *de generatione Animalium 5. capite 6.* conuenit toti speciei Leonis, & semper ergo est proprium quarto modo respectu illius; & tamen respectu aliorum, in quibus reperitur est accidens pertinens ad quintum prædicabile, ergo falso dicimus illud tantum proprium, quod conuenit soli cōstituere quartum prædicabile. Idem dici potest de albedine respectu Cygni, & nigredine respectu Corui, quæ respectu istorum sunt propria quarti prædicabilis; attamē respectu aliorum quibus insunt spectant ad quintum. Respond. Neg. Antecedens, color enim flauus, non est proprium quarto modo supra explicato, eo quia non sit proprietas emanans ab essentia Leonis, quomodo diximus esse proprium constituens quartum prædicabile. Vnde pertinet ad quintum prædicabile. Idem de albedine respectu Cygni, nigredine respectu Corui.

Confirmatur hæc responsio ex Aristotele *loco citato*; dicit enim, quod omnes apes sunt eiusdem coloris, quia eodem cibo vtuntur; aues autem diuersi, quia diuerso cibo vescuntur. Quare hæ proprietates non oriuntur ab ipsa essentia, sed multoties à causis extrinsecis proueniunt, vt Æthiopem esse nigrum, quia nascitur in tali cęli regione: aliquando sequuntur naturam indiuiduorum, puta tale temperamentum, complexionem &c.

242 Instatur secundo. Primæ quatuor qualitates elementorum sunt eorum proprietates quarto modo, & tamen competunt etiam alijs pręter ipsa, ergo spectabunt etiam ad quintum prædicabile. Respondetur primas quatuor qualitates esse proprietates elementorum, attamen, vt sunt eorum proprietates nullo pacto alijs posse conuenire, quomodo autem sint proprietates videbimus cum de generatione. Idem obseruetur de quibusdam alijs, quæ proprietates quarto modo videntur, & tamen alijs conueniunt; vel enim non emanant ab essentia, vt possint pertinere ad quartum Prædicabile; vel si emanant non eodem modo conueniunt alijs.

Instatur tertio. Esse disgregatiuum visus est proprium albedinis quarto modo, & tamen Cygno verbi gr. est proprium secundo modo; ergo Accidens commune potest pertinere ad quartum prædicabile. Respondetur diuerso modo conuenire Cygno, & albedini disgregare visum: albedini immediate tanquam quid ab eius essentia emanans; at Cygno mediatè, quatenus scilicet habet albedinem; vnde non est mirum, si sit eius proprium secundo modo; cum etiam albedo, qua mediante conuenit disgregare, secundo modo sit eius proprium. Quod negamus est, proprium quarto modo sumptum, & explicatum *num. 4.* quod constituit quartum prędicabile, nunquam posse reperiri immediate nisi in illo, cuius est proprium, & modo, quo ipsius est proprium.

Instatur quarto. Sensibile est proprium generis animalis pertinens ad quartum Prædicabile, & tamen, competit homini, Leoni, &c. ergò malè diximus quartum prędicabile constitui solum per proprium, quod conuenit omni, semper, & soli. Respon. Neg. consequentia sensibile enim est proprium tantum animalis, & illi tantum conuenit; conuenit enim homini, Leoni &c. quia animal sunt, vnde semper conuenit illi tantum naturæ. Vrgeret autem argumentum, si sensibile pertineret ad quartum prædicabile, vt proprium animalis, deinde reperiretur etiam in alijs, quæ non essent animal, atque adeo respectu illorum esset accidens commune: quod tamen non accidit in casu illaro.

Summa igitur totius huius quæstionis sit, proprium pertinens ad quartum Prædicabile esse tantum illud, quod necessario dimanat ab essentia; quod si aliquando aliqua pluribus diuersæ naturæ cōueniunt, respectu nullius erit propria hoc modo; impossibile enim est, aliquid necessario dimanare ab essentia tali, & reperiri vbi non est talis essentia; vel si respectu alicuius sit proprium non tamen eodem modo conueniet alijs. Quæ sententia est ipiusmet Porphyrij, comparans enim proprium cum accidente *capite sesto* inquit, Proprium primo conuenire speciei, quam indiuiduis: Accidens primo Indiuiduis. Quod autem primo conuenit speciei, necessario dimanat ab essentia, competit enim ante omnem existentiam & est etiam Aristotelis *in prædicam. cap. 5.* Diui Thomæ *de Ente, & Essentia cap. 7.* Conimbricensium *hoc cap. quæst. 1. art. 3. & 4.* Existimo tamen sibi ipsis contradicere, dum asserunt Proprium quarto modo, quod constituit quartum Prædicabile, exigere dimanationem à subiecto; deinde asserunt nō omne quartum prædicabile esse proprium quarto modo; Si enim aliquid propriū, quod non conuenit soli pertinear ad quartum prædicabile, iam non erit proprium dimanans ab essentia, cum implicet aliquid dimanare ab essentia, & soli non conuenire, si autem non dimanat ab essentia, non pertinet ad quartum prædicabile ab ipsis definitum *illo 3. art. §. dicendum*. Sic Proprium est id, quod prædicatur de pluribus accidentaliter necessario; ly *necessario* dicente emanationem ab essentia; vt totis viribus *toto illo Articulo* defendunt. 243

Quomodo Proprium sit Vniuersale. Quæstio Secunda.

NOtandum primo. Proprium duplex esse, aliud genericum, aliud specificum; Specificū enim est, quod dimanat ab essentia speciei, eiusque naturam consequitur, vt *risibile* verbi gratia respectu hominis. Genericum vero est, quod ab essentia generis oritur, illudq; comitatur, vt *sensibile* respectu animalis. In hac quæstione de vtroque quæritur, & merito dubitatur, Porphyrius enim definiens proprium in ordine ad quartum prædicabile ait, esse quod omni, soli, & semper accidit, & conuertitur prędicatur de specie; sed ex eo quod prædicatur de specie non est vniuersale cum parem ambitum habeant, ergo ad huc remanet discutiendum, quomodo sit vniuersale, vt constituat quartum prædicabile, quod vniuersale esse debet. Eisdem ferè verbis, ac a Porphyrio, definitum fuit proprium ab Aristotele *1. Topic. cap. 4.* vt prædicabile tantum in ordine ad speciem. 2[illegible]

Prima Conclusio. Proprium in ordine ad speciem tantum, non est vniuersale, neque quartum prædicabile.

Probatur. Vniuersale est, quod inesse, & prædicari de pluribus debet, tale non est proprium respectu speciei, ergo. Maior est clara: Vniuersale enim, vt superius prædicatur. Minor etiam constat; proprium enim respectu speciei, si est specificum, & respectu generis, si est genericum, parem ambitum habent.

Hinc deducitur neque Porphyrium neq; Aristotelem definijsse proprium, vt quartum prędicabile, cum definierint tantum in ordine ad speciem, respectu cuius non est Vniuersale. Definierunt quidem in ordine ad secundam Intentionem, quia per prædicari, non tamen in ordine ad quartum prædicabile, quod vniuersale esse debet, & vt sic debuisset definiri.

Secunda Conclusio. Proprium est vniuersale, & quartum prædicabile respectu inferiorum, de quibus dicitur, vt superius: specierum quidem si est genericum, Indiuiduorum vero si est specificum. Hæc Conclusio non indiget probatione. Proprium enim est Vniuersale, quia quartum prædicabile, non est tale respectu speciei, *ex conclusione præcedenti*, ergo erit tale respectu indiuiduorum

Quare Proprium, vt quartum Predicabile sic definitur. *Proprium est, quod prædicatur de pluribus in quale accidentaliter, & necessario.* Dicitur, *prædicatur de pluribus*, in quo conuenit cum cęteris prædicabilibus. *In quale accidentaliter*, [illegible] ferentia: [illegible] vltimo, *Necessario*. [illegible] plicato *quæstione præcedenti in Conclusione* per [illegible]

[illegible] ab accidente quinto prædicabili.

Tertia Conclusio. Proprium non est quartum prædi- 245
cabile, si comparetur ad hoc, & illud Proprium; sed tãtum in ordine ad subiectum. Probatur, & explicatur simul. *Risibile, v.g.* potest comparari ad hoc, & illud risibile, tanquam superius ad inferiora, & de illis prædicari dicendo: *Hoc risibile est risibile* &c. Secundo potest compārari ad subiecta, in quibus inest mediante natura, à qua emanat verbi gratia respectu Ioannis, Francisci, dicendo: *Ioannes est risibilis* &c. Primo igitur modo non est proprium, sed potius se habet, vt species, quia de intrinseca natura horum risibilium est esse risibile, & omnia risibilia, vt plura differentia numero tantum se habent respectu [illegible], quæ eandem naturam dicunt risibilitatis. Idem dicendo de proprio generis sensibile verbi gratia respectu [illegible], & illius sensibilis, at secundo modo est tantum quar[tum] prædicabile, quia non est de intrinseca natura Ioannis verbi gratia, sed tantum passio emanans ab eius natura. Eodem modo affirmandum est de Differentia respectu [illegible], & [illegible] differentiæ: *rationale* respectu huius, & [illegible] non constituit tertium prædicabile, sed [illegible] prædicatum, vt notat [illegible] *in Metaphysica disp.* [illegible] *sect.* 8. *num.* 5. Com[illegible] *in Logica disput.* [illegible] *qu.* [illegible] *num.* 19. Conimbricen. [illegible]

[illegible] Conclusionem instatur primo. Commune, & proprium opponuntur, sed omne Vniuersale est aliquid commune, ergò proprium Vniuersale esse nequit.

Respondetur proprium, & commune pugnare respectu eiusdem secundum eandem rationem; at in casu nostro proprium est proprium respectu naturæ genericæ vel specificę, & dicitur commune quatenus conuenit pluribus, in quibus illæ naturæ reperiuntur.

Instatur secundo. Proprium non prędicatur de Indiuiduis per se, sed ratione naturæ specificæ, vel genericæ, cui primo, & per se aduenit; ergo non est inter Vniuersalia enumerandum, quæ sunt vniuersalia per se.

Respondetur ex hoc tantum sequi proprium primo prędicari de natura, à qua emanat, quã de inferioribus, quod libenter concedimus, non tamen sequitur non esse Vniuersale per se, prout per se contradistinguitur à per accidens; prædicatur enim ratione alterius, non tamen per accidens, quia prædicatur tanquam de proprio subiecto, à quo emanat: quæ prædicatio est secundi modi dicendi per se, vt *in libris Poster.* patebit. Addit Albertus Magnus *Tractat. 6. cap. 1. in fine*, Proprium respicere naturam communem, prout est in materia; atque adeo prout reperitur in singularibus, & sic respicit singularia per se, quare non est Vniuersale per accidens. Prima tamen responsio magis placet.

QVINTI CAPITIS ISAGOGES.

S V M M A.

PORPHYRIVS definit Accidens, dicens, *Accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem. Secundo diuidit* [illegible] *separabile, vt sedere, aliud inseparabile, vt nigredo ab Aethiope, separabile tamen per In*[illegible] *corruptione. Tertio alias duas definitiones affert. Primam dicens, Accidens est, quod* [illegible] *non inesse potest; secundam vero; Accidens est; quod neque genus, neque Species, nec Differentia, nec Proprium* [illegible] *semper autem est in subiecto. Sic Porphyrius ex Aristotele 1. Topic. cap. 4.*

De Accidente. Quo nomine Accidentis in ordine ad [illegible] *Porphyrius.*

Quæstio Prima.

246 NOMINE [illegible] accidentis [illegible]
[illegible]

Vnica Conclusio. Nomine Accidentis constituentis quintum prædicabile [illegible] Accidens tertio modo [illegible] ab essen[tia]. Hæc Conclusio est Toleti *hic* & [illegible].

Probatur. Prædicabilia sumuntur secundum respectum, quem dicunt ad subiectum, sed solum accidens prædicto modo explicatum habet respectum sufficientem ad constituendum distinctum prædicabile à quatuor prædictis, ergo. Maior sæpius est probata. Minor [illegible] ostendo. Accidens primo modo comprehendit etiam proprium, [illegible] diuersum prædicabile constituunt ex [illegible] ab [illegible]. Secundo modo acceptum comprehendit [illegible], quæ sit extra essentiam [illegible], vel non fiunt prędicationes directe, verbi gratia *Homo est Petrus, animal est homo*; vel [illegible] superioris de inferiori [illegible] *animal est rationale, viuens est animal.* &c. Cõtra rationẽ omnium prædicabilium, in quibus prædicationes, & sunt directæ, & superioris de inferiori, vt ex [illegible] dictis de cæteris patet; ergo solum accidens Tertio modo acceptum est sufficiens ad constituendum quintum prædicabile.

Sed contra [illegible] eodem modo dicitur habitu- 247
dine [illegible] verbi gratia dicam *animal est rationale*, [illegible] ergo si secunda propositio spectat ad [illegible] spectabit etiam prima. Respondetur [illegible], quia prædicabilia requirunt prædicationes directas, & superioris de inferiori vt dictum est; huiusmodi est secunda, non prima. Verum quidem est, ad ipsum reduci omnes prædicationes, in quibus substantia prædicatur in quale tantum de subiecto, & hoc ne cogamur sextum prędicabile adstruere; non tamen proprie, & per se ex similis accidente construitur propter rationem assignatam. Et sic possent conciliari Toletus *loco citato*, qui negat, & Conimb. *cap. de Accidente in Comment.* [illegible] *quæst.* [illegible] *Art.* 1. *§. propter hæc*, qui affirmant propositiones ex substantia, quæ est extra essentiam subiecti, spectare ad quintum prædicabile; quod asseruit & Vasquez *in 3. parte tom. 1. disp. 68. cap. 4. num. 20.*

Instatur secundo. Quæ sunt in eodem prædicamento spectant ad idem prædicabile, sed accidens proprium, & commune spectant ad idem prædicamentum, ergo ad idẽ prædicabile; ergo [illegible] asseruimus in conclusione accidẽs solum non [illegible] emanans ab essentia pertinere ad quintum prædicabile, consequentiæ patent, cum minore. Maior probatur: quia prædicabilia ex modo prædicandi sumuntur, qui vtique idem erit, dum sunt in eodem prædicamento. Respondetur negando maiorem. Ad probationem dico, prædicabilia sumi ex modo prædicandi, vt dicit habitudinem ad subiectum; vnde cum ea, quæ sunt in eodem prædicamento possint dicere diuersam habitudinem ad subiectum, diuersum etiam prædicabile constituere possunt, [illegible] *album* ad idem prædicamentum [illegible] diuersam habitudinem [illegible] pure accidentalem, diuersum prædicabile constituunt.

Insta-

Instatur tertio ad hoc prædicabile pertinet omne accidens, quod potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, vt ex definitione Porphyrij patet, ergo vel intelligitur de absentia reali, & sic accidens inseparabile ad ipsum non pertinebit; vel intelligitur de absentia per intellectum, scilicet quod possimus concipere subiectum integrum in sua essentia sine tali accidente; & sic hoc pacto, etiam proprium ad ipsum pertinebit; sicut enim possum concipere hominem integrum in sua essentia sine albedine, ita sine risibilitate. Respondetur intelligi de absentia, & separatione per intellectum; in hoc tamen sensu, vt accidens constituens quintum prædicabile sit, quod potest, si non separari realiter, saltem per intellectum, & oppositum intelligi in subiecto, salua essentia ipsius subiecti: sic autem non comprehendit proprium, licet verbi gratia possim concipere hominem, non concipiendo risibilem, non tamen possum concipere hominem cum opposito, rugibilitate scilicet, quia non conciperetur salua essentia: at in accidente inseparabili potest: concepto enim coruo cũ albedine, non destruitur eius essentia. Ita Caietan. apud Toletum §. *Caietan. aliter* Conimb. hic *quæst. 1. art. 1. ad 2.* vbi multa dicunt digna, quæ videantur.

248 Instatur quarto. Mors respectu hominis; combustio respectu domus, sunt accidentia, tamen non absunt prępter subiecti corruptionem; ergo ad hoc prædicabile pertinet aliquod accidens, pręter iam assignatum. Inter varias responsiones placet responsio Alberti *Tract. 7. cap. 2.* Mortem, combustionem, corruptionem, &c. non esse accidentia propria, sed priuationes substantiales; atque adeo non est mirum, si in accidente, pertinenre ad quintum prędicabile directè non includantur, neque in accidente à Porphyrio definito in ordine ad hoc quintum prædicabile; igitur pertinebunt ad ipsum, sed secundario tantum. Aliter respondet Vallius *de Accidente cap. 16. ad quintum*, & placet responsio, tum de his, cum de morbo, peste, febri, & similibus, quæ ex eodem sumi possunt dupliciter. Primo pro ipsa pręuia, & proxima dispositione ad destructionem subiecti, & sic possunt adesse, & abesse præter subiecti corruptionem. Secundo pro ipsa separatione animæ, & destructione subiecti, & sic eorum subiectum est materia prima, quæ remanet semper eadem, non ipsum subiectum, quod desinit esse; separatio enim animæ in hominis morte, non recipitur in homine, quia anima separata, non est amplius homo, sed recipitur in materia ipsa.

Quæres vtrum accidens quinti Prædicabilis, requirat actualem existentiam sui, & subiecti; & merito dubitatur; cum inhærentia tantum aptitudinalis sit de essentia accidentis, vt in Sacramento Eucharistiæ patet, in quo manent tot accidentia sine inhæsione actuali. Respondetur, vt accidens prędicetur quinto prædicabili requiri actualem existentiam sui, & subiecti. Est Conimb. *art. 2.* Probatur. Ideo accidens quinti prædicabilis affirmatur de aliquo, quia aliquam identitatem habet cum illo; ex identitate enim prędicati cum subiecto sumuntur prędicabilia; sed omnem identitatem habet ratione actualis inhærentiæ, ergo, vt prędicetur actualem existentiam requirit. Probatur minor. Accidens quinti prædicabilis potest adesse, & abesse, saluo subiecto, ex dictis, ergo tunc tantum dicetur habere identiratem accidentalem, quãdo actu est; quod enim non est Petri verbi gratia, idem cum Petro esse non potest.

Confirmatur. Accidens quinti Prædicabilis primo cõpetit indiuiduis, quam speciei, & non affirmatur de specie, nisi quia de aliquo indiuiduo prius affirmatur; sed indiuiduo non conuenit, nisi ratione actualis inhærentiæ, ergo accidens quinti prædicabilis exposcit actualem existentiam sui, & subiecti.

249 Hæc autem intellige de Accidẽte reali intrinseco, nam ad reale extrinsecum, vt actus Intellectus, & voluntatis, à quibus res extrinsecæ denominatur visæ, & volitæ, satis est existentia realis ipsorum accidentium, & obiectiua subiectorum; verè enim dicitur volita victoria, quæ nunquam existet, & cognita Eclypsis futura.

Quæres secundo. Ad quodnam prędicabile pertineant prædicationes desumptæ ex ente rationis, vt esse vniuersale, esse subiectum, Genus, &c. Respondetur pertinere ad quintum prædicabile; omnia enim concipiuntur, vt extrinsecus aduenientia, & ad modum qualitatis accidentalis, in natura denominata; in natura autem, vt abstracta, aliquando habebunt rationem proprij, & sic ad quartum Prædicabile.

Quæres tertio quamnam existentiam requirant ista accidentia ex ente rationis. Respondetur exigere existentiam, saltem sui obiectiuam; ratio est, quia cum subiectum denominetur, ab aliquo, aliquam existentiam habente, denominari debet, si illud accidens, habet rationem accidentis communis; si vero proprij, poterit etiam prædicari nulla existentia supposita, vt de proprio dictum est. Quoad existentiam subiectorum, de quibus dicuntur, aliquando exigunt existentiam realem; aliquando obiectiuam tantum secundum naturam eorum, de quibus prædicatio fit, & secundum naturam prædicatorum, in quibus non moror; cum prædicabilia propriè constituatur ex rebus realibus, non fictis per intellectum, quæ tantum per quãdam reductionem ad ipsa pertinere possunt.

De his videri possunt Conimb. *quæst. 1. citata, Artic. 2.*

Quomodo Accidens sit Vniuersale. Quæstio Secunda.

Notandum est cum Toleto *hic* §. *& 2.* Accidens tripliter posse spectari. Primo secundum quod in rebus est, & secundum suam naturam, & hoc pacto ad Metaphysicã spectat. Secundo potest considerari, vt abstractum ab Intellectu comparatum ad sua inferiora: ver. gr. *album* ad hoc, vel illud album, &c. & hoc pacto habet rationem speciei, vel generis. Tertio potest spectari in ordine ad subiectum, in quo est, & hoc pacto constituit quintum Prædicabile. Vnde sit

Vnica Conclusio. Accidens constituit quintum prędicabile in ordine ad subiectum. Probatur. Quintum prędicabile sumitur ex habitudine contingenti prædicati ad subiectum ex dictis, tale est solum in ordine ad subiectũ, in quo est, ergo. Minor probatur. Vel accidens potest comparari ad sua inferiora, vt paulò ante dictum est, vel ad subiectum; secundum primam comparationem potius dicit habitudinem essentialem eo modo, quo de Proprio, & Differentia dictum fuit *q. 2. de Proprio*; ergo tantum in ordine ad subiectum dicet habitudinem contingentem.

Quare Accidẽs, vt quintum Prędicabile sic poterit definiri *Accidẽs est quod prędicatur de pluribus in quale accidẽtaliter. & cõtingẽter.* Per ly *in quale*, distinguitur à genere, & specie; per ly *accidentaliter*, distinguitur à differentia; per ly vero *contingenter* distinguitur à proprio. In qua definitione accidens sumitur pro secunda intentione, dicente formaliter aptitudinem, & relationem ad essendum in multis accidentaliter contingenter. Vide quæ diximus *q. 1. de Proprio*. Pro tota tractatione de accidenete aduertatur etiam ipsum diuidi in genericum, & specificum; Genericum, quod affirmatur de pluribus specie differentib. vt *album* affirmatur de homine, lapide &c. Specificũ, quod tantum de pluribus numero differentibus, vt actu *ratiocinari*, quod dicitur tantum de Petro, Ioanne, &c. per hoc tamen non constituunt distinctum Prędicabile; sicut nec etiam proprium genericum, & proprium specificũ, vt supra diximus, de Differentia generica, & specifica, *q. 5. de Differentia*, militat enim eadem ratio, etiam in proprio, & in Accidente, vt consideranti patebit.

Cęterum Porphyrius in 6. cap. suę Isagoges agit de his, in quibus conueniunt, & differunt quinque Prędicabilia ad inuicem collata, sed ex dictis sufficienter omnium conuenientia, & differentia explicata remanent. De Prædicabilibus SATIS.

Tractatus, & quæstiones in prędicamenta Aristotelis.

Hactenus, quæ nobis pręmittenda visa fuerant, egimus, vt faciliorem nobis viam ad Aristotelis Categorias pararemus, vnde suæ Dialecticæ initium dedit ipse, tanquam ex quo primo instruendi scholares, quomodo prima nostri Intellectus operatio dirigatur; ad hoc enim librum hunc fuisse institutum haud dubium, scilicet, vt innotesceret facilè natura cuiusque rei, & termini, cuius naturam, & proprietates simpliciter apprehendendo, Intellectus non deciperetur, sed haberet veram methodum, qua simplici apprehensione candidam [illegible] gere posset. [illegible] Aristotelis Logicam [illegible] tes, hunc librum Prædicamentorum explicare [illegible] sumus.

Pro-

Prolegomena ad Prædicamenta.

251 HIc Liber inscribitur *Categoria*, quod idem est, ac Prædicamenta, vel saltem sumitur pro eodem, ac [illegible] dum [illegible] disputare, an propriè significet [illegible], an tantum translate, vt existimant [illegible], & [illegible] apud Amicum *Tract.* 20. *quæst.* [illegible] §. [illegible]

Aduertendum est autem *Categorias*, seu Prædicamenta [illegible] præ[illegible]ne, seu actu prædicandi, quo [illegible] enunciamus, quomodo sumi posset, ex [illegible], Græci enim eodem nomine sæpè significant [illegible], & id, quod sub actione cadebat. Se[illegible] Categoria, seu Prædicamentum pro re, quæ [illegible]. Verum [illegible] hoc nomine prædicamenti [illegible] significare: Primo ipsum summum genus [illegible] omnia eiusdem naturæ, seu ordinis reducuntur [illegible] *substantia*, sub [illegible] referuntur omnia, quæ ra[illegible] significant, & hac acceptione vocantur decem prædicamenta per antonomasiam, eo quod omnia [illegible] ad hæc decem reducuntur. vel secundo possumus si[illegible] prædicamenti totam coordinationem [illegible] generis vsque ad individua, scilicet totam [illegible] specierum, & individuorum, quæ [illegible] continentur; & ita communiter [illegible] sic autem sumptum po[illegible] sumunt, & eorum quæ sub [illegible] dispositionem.

250 [illegible] per maximè vtilem esse, [illegible] Logicæ habenda est; [illegible] enim [illegible] fit dirigere operationes Intelle[illegible] dirigitur prima operatio, ad quam [illegible] endere [illegible], sicuti est; & vt apprehendere [illegible] aliqua tractatio, quæ [illegible] explicaret, & [illegible] cuiuscunque generis, [illegible], & cætera, quæ ei conueniunt, [illegible] methodum reduceret, [illegible] cognita aliqua re, statim cognosceret [illegible] et, quid [illegible] autem præsta[illegible], in quo omnia ad decem [illegible] reducuntur: & quid sub vnoquoque [illegible] ad[illegible], vt subito Intellectus co[illegible] genus [illegible] sit, quæ differe[illegible] [illegible] ita definitio[illegible] distinguatur per omnia, [illegible] prædicata, quæ competunt rei, quam definire intendit, seu eius definitionem apprehendere. Addo esse vtilem etiam ad secundam, & tertiam operationem; non enim possumus diuidere, componere, affirmare, vel negare, item ex vna rem aliam inferre nisi naturam vniuscuiusque perfectè calleamus; hoc autem docemur in hoc libro, & ideo etiam præmittitur omnibus ceteris libris Aristot. tanquam fundamentum, & necessario præ requisitus ad illos, cum hic agatur de terminis simplicibus, & realibus, quorum cognitio supponitur ab Enunciatione, & discursu, quæ tractantur in cæteris libris.

De Subiecto vero, seu natura huius libri sunt variæ sententiæ apud Amicum *loco citato quæst.* 3. *art.* 1. Nos in re parui momenti non immoramur; dicimus igitur subiectū esse decem prędicamenta realia, vt dirigere valent operationes Intellectus. Probatur hac vnica ratione. In toto libro agitur de Substantia, Accidente, & ceteris, vt quedam res sunt; recipere enim contraria, æqualitas, inæqualitas, esse in Subiecto, & cętera huiusmodi, quæ explicantur in hoc Libro, competunt decem prædicamentis, vt res quædam sunt. Secunda pars etiam probatur, alioquin hic Liber aberraret à fine totius Logicæ, quem statuimus esse directionem operationum, ergo vera Conclusio.

Dices agere de rebus pertinet ad Metaphysicum, non ad Logicum, ergo subiectum huius libri esse non possunt res: alioquin Metaphysica, & Logica idem obiectum sibi vendicarent. Respondeo diuerso modo Metaphysicum, & Logicum agere de rebus. Metaphysica enim agit de omnibus rebus, vt clauduntur sub ente, & ideo ita agit, vt perfectè consideret naturam, principia, & passiones ipsarum, vt sub Ente clauduntur; at Logica tātum de his agit, vt iuuant ad dirigendas operationes Intellectus ad omnem scientiam, vt enim doceat conficere demonstrationē scientificam, docere debet esse vitandas propositiones per accidens, considerare debet quodnam sit genus, quæ differentia, & cætera similia, quæ sine rerum cognitione cognoscere nequit, & ad hoc instituit librū Prędicamentorū in quo oēs res explicātur, quantū sat est ad dāda præcepta, quibus instructus Intellectus in quacunq; sciētia vti possit.

Totus autem hic Liber in tres partes diuiditur. In prima explicantur quædam veluti præludia, & necessaria scitu, ad intelligenda ipsa prędicamenta. In secunda explicatur ipsa prędicamenta. In tertia denique traduntur quædam communia omnibus prędicamentis, quæ ideo dicuntur post prædicamenta, sicut ea quæ traduntur in prima parte, antepredicamenta vocantur; quem ordinem nos quoque sequemur in nostris quęstionibus. ideo sit

TRACTATVS PRIMVS.
Qui est de Antepraedicamentis.

Capitis de Æquiuocis, Vniuocis, & de Nominatiuis
SVMMA.

Æquiuoca dicuntur ea, quorum nomen est idem, at substantia per nomen significata est omninò diuersa, vt Animal dicitur, & ipse homo, & id quod est pictum, quorum diuersa substantia.

Vniuoca sunt, quorum nomen est idem, & pariter substantia, vt animal dicitur, & homo, & Equus, quorum non solum nomen, sed etiam substantiam candem communicant.

Denominatiua sunt, quæ ab aliquo habent appellationem nominis solo differentia casu, vt grammaticus à grammatica, iustus à iustitia.

Expenditur Definitio Aequiuocorum. Quæstio Prima.

252 PRimo Aristoteles agit de Æquiuocis. Secundo de Vniuocis. Tertio de Denominatiuis, antequam ipsa prędicamenta explicet instituit triplicem comparationem, quam de ipsis facere possumus; vel enim comparantur ad ens, vel vnumquodque ad sua inferiora; vel nouem vltima ad primum prędicamentum nempe ad substantiam; si ad ens comparentur habent in illo æquiuocationem, cum ens de illis æquiuocè dicatur, Si fiat secunda comparatio, vnumquodque dicitur vniuocè de omnibus suis inferioribus. Si denique tertio comparentur ad substantiam cętera prędicamenta, omnia de ea denominatiuè dicuntur. Quare cum de his omnibus in prędicamentis agatur, ideo explicanda erant, ne in incerto, ignotoque vagaremur, vel etiam quia Æquiuoca à prędicamentis excludenda sunt, ideo explicatur quid sint. Ita Amicus *tract.* 12. *quæstione.* 1. Toletus *in hoc capite.* §. *in his igitur.* Conimb. *eodem loco*, & alij.

Æquiuoca definit Aristoteles his verbis: *Aequiuoca dicuntur, quorum solum nomen est idem, ratio vero per nomen significata diuersa.* Pro cuius explicatione.

Notandum primo. Quinque modis aliqua sumi possunt secundum nomen, & definitionem, seu substantiam. Primo cum sunt idem in nomine, & substantia, & dicuntur vniuoca. Secundo cum habent vtrumque diuersum, & dicuntur diuersiuoca. Tertio, cum idem quidem nomen habent, tamen ratio est diuersa, & dicuntur Æquiuoca, de quibus

quibus agimus modo: Quarto cum eandem habent definitionem, tamen nomen non est idem, & vocantur multiuoca; vel tandem cum partim habent idem nomen, & definitionem, partim non habent, & dicuntur denominatiua; De Vniuocis tantum, Æquiuocis, & Denominatiuis hic agitur vt potè ad prædicamentorum intelligentiam necessarijs.

Notandum Secundo, ex Toleto *hic* res significatas, & voces significantes mutuo quodam ordine dici Æquiuocas, & Vniuocas; res, vt vocibus ęquiuocis, vel vniuocis significatas, voces vero, vt res significant: Quę à Logicis vocari solent ęquiuoca, vel vniuoca vniuocantia; res verò vniuoca, vel ęquiuoca ęquiuocata.

253 Primo igitur ad Definitionis traditę explicationē quęritur, an definiantur ęquiuoca ęquiuocata, an ęquiuocantia. Respondeo definiri ęquiuoca ęquiuocata; rebus enim per nomen significatis conuenit habere idem nomen, & diuersam substantiam; & ideo definiuntur in plurali, vt detur intelligi, definiri res per nomen importatas, non autem nomen ipsum.

Quęritur Secundo. Quomodo debeat esse hęc communitas nominis. Respondeo hic sumi nomen, non prout distinguitur à verbo, sed pro quacumque voce, quę plura significare possit, quę vox debet esse communis omnibus, secundum easdem omnino affectiones grammaticales, scilicet, vt sit eiusdem quantitatis, accentus &c. Quare *Populus* respectu arboris, & respectu hominum, non est ęquiuocum, quia in primo habet primam syllabam longam, in secundo habet primam breuem, atque adeo non habet perfectam vnitatem vocis.

Dices. Nomen sumit vnitatem à significatione, hæc autem non potest esse communis pluribus, ergo nec nomen; ergo falsò dicimus ęquiuoca requirere vnitatem nominis. Respondeo nomen posse sumi dupliciter. Primo materialiter, pro ipsa voce. Secundo formaliter prout est significatiuum tali, vel tali significatione; nomen igitur sumit vnitatem formalem à re significata, materialem, verò nequaquam. In definitione igitur sumitur vnitas materialis, non formalis, immò licet significationes sint plures, nomen est tantum vnum, si habet omnes conditiones requisitas.

Queres Tertio. Quid intelligatur per ly *ratio Substantiæ debet esse diuersa*. Respondeo per substantiam non intelligi primum prędicamentum ab alijs distinctum, sed substantiam, scilicet essentiam illorum, quę ęquiuoca dicũtur, vt detur intelligi, æquiuocationem non solum in substantia posse accidere, sed etiam in accidentalibus. Dixit autem Aristoteles, ratio substantiæ nomini accommodata, vt intelligeremus ad æquiuocationē satis esse, id quod immediatè significatur per nomen, esse diuersum, licet illa in aliquo superiori conueniant, sic *canis* est æquiuocum nomen, quia est impositum ad significandam immediatè naturam Canis terrestris, & cęlestis, quæ sunt diuersæ inter se, licet conueniant in ente, substantia, &c.

Dixit etiam Aristoteles, ratio substantiæ diuersa, non addidit simpliciter, vt comprehenderet duo genera ęquiuocorum æquiuocatorum. Aliud quod dicitur æquiuocatorum à casu, in quibus scilicet nominandis nulla habetur ratio, aut consideratio; aliud æquiuocatorum à consilio, in quibus nominandis habent aliquam rationem similitudinis, aut proportionis, vnius ad alterum, v.g. *pes* lecti, dicitur pes ad similitudinem pedis hominis; hæc æquiuoca dicuntur æquiuoca secundum quid, quia ratione similitudinis, aut proportionis, non habent naturam omninò diuersam, vocantur etiam magis propriè Analoga. Æquiuoca primi generis vocantur ęquiuoca simpliciter, quia habent idem nomen, cum diuersitate naturæ absque aliquo ordine vnius ad alterum, quæ propriè æquiuoca dicuntur.

Expenditur Definitio Vniuocorum. Quæstio Secunda.

254 NOtandum Vniuocum sumi posse dupliciter. Primo pro quacunque re, quæ sit vnius nominis, & essentiæ, siue sit singularis, siue communis, quomodo dicitur Petrus vniuocè prædicari de seipso, eo quod non prædicetur æquiuocè. Secundo sumitur pro natura communi vnius rationis.

Prima Acceptio est impropria. Secunda propria; & iuxta hanc Vniuoca definiuntur ab Aristotele; quæ primo diuiduntur in participata, & participantia. Participata dicuntur naturæ communes, quę per nomen vniuocum immediatè significantur, vt *animal* respectu hominis, ouis &c. Participantia verò dicuntur ipsa inferiora, quæ eam naturam participant, vt *homo*, *ouis* &c. respectu animalis. Secundo diuiduntur in vniuoca essentialia, quando scilicet ratio vniuoca participata est essentialis vt animal, & in vniuoca accidentalia, quando ratio vniuoca est accidētalis participantibus, vt album respectu hominis, & Cygni. Hoc notato sic definiuntur Vniuoca.

Vniuoca sunt, quorum nomen est idem, & substantia per nomen significata. Quæ definitio eodem modo explicanda est, ac definitio æquiuocorum, præterquam in vltimis particulis, ibi enim substantia erat diuersa; hic autem eadem debet esse. Vt tamen præsens definitio magis dilucidetur, duo quærenda sunt.

Quæritur primo. An hac definitione definiantur vniuoca participata, vel tantum participantia.

Respondeo cum distinctione; si enim accipiatur strictè & rigorosè, prout sonant verba definitionis, non conuenit nisi participantibus. Et ob hoc forsan Aristoteles definiuit in plurali; & probatur, quia conditiones positæ in definitione vniuocorum, non conueniunt vniuocis vniuocatis, siue participatis. Primo enim vniuoco vniuocato non est nomen aliquod commune, puta animali, nomen animal non est commune, sed æquè patet. Secundo ratio substantiæ non est communis animali; eodem enim modo philosophandum est de nomine ac de substantia per nomen significata; non est enim assignare aliquam naturam animalis, quæ competat animali, & alijs ab animali, quod esset necesse, vt diceretur communis, vt scilicet plura eandem naturam communicarent. Si vero sumatur prædicta definitio minus rigorosè, poterit etiam accommodari participatis, vt sit sensus: Vniuoca participata esse, quorum nomen est commune, & substantia eadem, scilicet respectu inferiorum; animal enim est nomen commune, & communis etiam definitio, & idem nomen, eademque definitio conuenit omnibus animalibus.

Quæritur Secundo. An hac definitione comprehendātur vniuoca accidentalia, quod est dicere, an accidentia possint prædicari vniuocè de substantijs. Primo videtur quod non, æquiuoca enim, & vniuoca distinguuntur à denominatiuis: at accidentia prædicantur denominatiuè. Secundò. Philosophus ait, Accidentia non prædicari de Subiecto nomine, & ratione, scilicet vniuoce. Tertiò ait, proprium esse secundæ substantiæ prædicari vniuocè de primis; hoc autem esset falsum si sub vniuocis etiam accidentia complecteretur.

Respondeo igitur Accidentia posse considerari dupliciter in ordine ad substantiam. Primo prout afficiunt ipsum subiectum, eique suum effectum formalē attribuunt. Secundò prout ex hac attributione oritur prędicatio eadem in omnibus, in quibus tale accidens reperitur. Primo modo sumuntur denominatiuè; à tali enim effectu accidentali, ipsi subiecto, prouenit talis denominatio. Si secundo modo, vniuocè sumuntur, & hac definitione sunt inclusa; idem enim nomen, eandemque definitionem dicit *album* respectu Cygni, ac Niuis; ac *animal* respectu hominis, & Leonis. Si igitur animal est vniuocum, cur nō album? Confirmatur. In æquiuocis diuersitas substantiæ siue accidentalis, siue substantialis cum identitate nominis constituit ęquiuocum, ergo identitas naturæ, seu substantiæ per idem nomen significata in pluribus constituet vniuocum. Probatur Consequentia quia eadem substantiæ ratio posita in definitione vniuocorum opponitur diuersæ substantiæ positę in definitione Æquiuocorum; & in oppositione termini sumuntur eodem modo. Hinc patet ad argumenta.

Ad Primum, dicuntur Denominatiua distingui ab vniuocis, non tantùm materialiter semper, sed aliquando ratione; ita accidit in casu nostro; alia enim ratione album dicitur denominatiuum, alia ratione vniuocum, vt patet in responsione ad quæsitum.

Ad Secundum Respondeo, Accidentia non prædicari de Subiecto nomine, & ratione, scilicet essentiali [illegible] secũdo quatenus prædicatur denominatiuè, eo [illegible] etiā dicit prędicationem vniuocā generis, & [illegible] ni prędicationi denominatiuę Accidentis, & [illegible] quod hæc prædicentur accidentaliter, illa essentialiter.

Ad

Ad tertium dico proprium esse secundę Substantię prędicari vniuocè, e[illegible] quod substantia secunda semper prædicatur vniuocè, neque alia prædicatio ei conuenire potest, cum superiora prædicentur essentialiter de inferioribus; atq; adeo vniuoca prædicatione; at accidenti præter prędicationem vniuocam, alia ei competere potest, scilicet denominatiua. Addo Aristotelem numquam dixisse solis secundis substantijs conuenire prædicari vniuocè: ex quo modo loquendi, non excludit accidentia à prædicatione vniuoca, vt patet consideranti. Ita sentiunt Sotus *hoc capite* Albertus Magnus; Hurtadus *disp. 9. sect. 2.* Amicus *tra. 1. 12. quæst. 6. dubio 2.* contrarium tenent Conimbricenses *hoc capite quæst. 2. art. 2.* nulla tamen ratione alicuius momenti suam sententiam confirmant.

Expenditur Definitio Denominatiuorum. Quæstio Tertia.

256 D[illegible]a sic definiuntur ab Aristotele hic. *De[illegible]tiua dicuntur quæcunque ab aliquo nominis appellationem habent solo casu differentia*, cuius definitio[illegible]. Res denominatiuæ dicuntur, quæ ab aliquo [illegible] suam appellationem, aut deriuationem habēt, a [illegible] differunt sola terminatione, & inflexione vocis, per quam ipsæ res significantur. In qua definitione [illegible] conditiones videtur requirere Aristoteles.

Prima est, vt Denominatiua suam appellationem, seu nomen habeant ab aliquo, in quibus particulis multi exigunt formam, à qua denominatiuum sumit appellationem, [illegible] adiacentem, & accidentalem rei, quæ denominatur. Defectu huius conditionis *homo* non est denominatiuum, licet dicatur ab humanitate, quia humanitas non dicit naturam diuersam, & accidentalem homini; [illegible] dicitur ab albedine, quæ dicit alei[illegible] quod dicitur album.

Secunda Conditio. *Differentia casu*, vt scilicet deno[illegible] terminatione videlicet differat ab eo, [illegible] appellationem. Quare multi asserunt *musica* [illegible] arte musica, & pro arte ipsa, defectu huius conditionis non esse denominatiuum. Verum melius dicendum tria esse denominatiuorum genera; alia enim dicuntur denominatiua secundum vocem, non secundum rem; sic *studiosus* dicitur à studio quo ad vocem, non quo ad rem; aliud enim significat studium, aliud studiosus. Alia dicuntur Denominatiua secundum rem, non tamen secundum vocem, vt *virtus*, & *studiosus*. nomen enim diuersum est. attamen studiosus deriuat à virtute, & idem significat. Tertio alia dicuntur Denominatiua secundum rem, & vocem, quæ idem scilicet significant, & eandem vocem participant cum diuersa terminatione, vt *iustus* à iustitia. Vnde dicendum puto *Musica* pro cantatrice esse denominatiuum secundum rem, non tamen secundum vocem, eo quod non differat terminatione, seu inflexione vocis, à musica prout dicit artem, à quo nomine suam appellationem sumit.

Tertia Conditio; vt differant Denominatiua à forma, à qua suam denominationem sumunt, Solo casu. Quibus verbis innuitur hic Aristoteles sumpsisse denominatiua in tertio sensu explicato; Quæ enim sunt tantum secundum rem non differunt casu, quæ sunt secundum vocem tantum non differunt solo casu, sed re ipsa. Quare cum Aristoteles requirat differentiam casus, & solius casus, videtur velle Denominatiuum esse, quod habet idem significatum cum eo, à quo denominatur, & differt non voce, sed casu vocis, seu terminatione, quod idem est, ac denominatiuum secundum rem, & secundum vocem.

Quare Boetius, Burlens, Caiet. & alij tria dicunt requiri in denominatiuis ab Aristotele definitis. Primo conuenientia in principali significato, non in totali; nam forma significat tantum se ipsam, at denominatiuum, & formam, & subiectum. Secundo conuenientia in principio vocis. Tertio dicunt requiri differentiam in fine vocis ab ipsa forma, à qua deriuat.

Hic occasione æquiuocorum multi quærunt de Analogia; attamen proprium locum haber in Metaphysica; & nos supra sufficienter de ea egimus *in Introductione prima parte, c. secundo*, agendo de terminis Analogis; de qua plura forsan occurrent dicenda cum de Analogia entis.

CAPITIS DE COMPLEXIS, & Incomplexis.

S V M M A.

P[illegible] affertur diuisio vocum, seu rerum secundum alios per voces significatarum, in complexas, & incomplexas; illustrat exempla dicens de primis. Homo currit, homo vincit. De secundis. Homo bos, &c. Secundo ponit diuisionem eorum, quæ sunt in prædicamento, quorum aliqua nec sunt in subiecto, de subiecto tamen dicuntur, huiusmodi sunt substantiæ Vniuersales. alia in subiecto quidem sunt, de subiecto tamen non dicuntur, vt accidentia singularia: Quædam in subiecto sunt, & de subiecto dicuntur, vt accidentia communia. Alia denique nec sunt, nec de subiecto dicuntur, vt substantiæ singulares.

Tertio affert definitionem eorum, quæ in subiecto sunt dicens, esse ea, quæ in subiecto aliquo sunt, non tamen, vt eius pars, nequeunt tamen esse sine eo.

Expenduntur contenta In Capite de Complexis, & Incomplexis. Quæstio Quarta.

257 PRæmisit Aristoteles Definitiones æquiuocorum, vniuocorum, & Denominatiuorum, tanquam necessarias futuras ad cognitionem decem prędicamentorum, propter eandem rationem nunc præmittit explicationem Complexorum, & Incomplexorum, vt deinde exclusis Complexis, ad decem Prædicamenta tantum incomplexa reducat prout facit infra, subdiuidens incomplexa in decem Prædicamenta.

Dicit igitur omnium rerum prædicamentalium, alias esse talis naturæ, vt non sint in aliquo, vt in subiecto, attamen prędicantur de subiecto, vt *Homo*, qui dicitur de aliquo homine tanquam de subiecto nō tamen est in aliquo, vt in subiecto, & huiusmodi sunt omnes substantiæ vniuersales. Dicit secundo alias esse, quæ in aliquo non sunt, vt in subiecto, nec de aliquo, vt de subiecto prædicantur, vt *quidam homo*, & *quidam equus*, & omnes substantiæ particulares. Tertio dicit quasdam esse, quæ & de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, vt *scientia*, quæ de subiecto dicitur, vt de grammatica, & in subiecto est puta in anima, tales sunt omnia accidentia Vniuersalia. Quarto denique dicit quasdam de subiecto, non dici in subiecto, tamen esse, vt *hoc album* in subiecto quidem est, scilicet in corpore, non tamen de aliquo subiecto dicitur. Breuiter igitur diuidit Aristoteles omnia, quæ sunt in Vniuersalia substantias, & particulares substantias: in Vniuersalia accidentia, & particularia accidentia; omniaque exemplis illustrat: qua diuisione, vt habet Toletus *hic* §. *Notandū primo*. Amicus *quæst. 1. dub. 4.* Aristoteles complexus est omne ens prædicamentale completum; omnia enim quæ sunt per se in prædicamento non sunt, nisi vniuersalis natura, aut particularis, & hæc aut substantia, aut accidens. Circa doctrinam hoc capite traditam

Quæritur primo. Quid intelligatur apud Aristotelem per *dici de subiecto*, cum dixit, Alia de subiecto dicuntur.

Respondeo per *dici de subiecto*, intelligi de subiecto inferiori de quo superius prædicatur in recta [illegible] prædicamentali; Quod patet ex eo quod dixit, [illegible] substantiam par-

particularem, nec accidens particulare prędicari de subiecto, quod tamen non verificaretur respectu accidētis particularis, quod dicitur de subiecto in quo est, nisi sumeretur de prædicatione essentiali, vt de Inferiori: & per hoc patet aliter accipi subiectum, cum dicitur aliquid inesse subiecto, aliter cum dicitur prædicari de subiecto. In primo enim intelligitur de subiecto Inhæsionis, in secundo de subiecto prædicationis modo explicato; per primum accidens distinguitur à substantia, per secundum vniuersalia à particularibus.

258 Quæritur Secundò. Quomodo sit intelligenda definitio accidentis tradita ab Aristotele, cum dixit, *dico autem esse in Subiecto, quod non est in aliquo, non tanquam pars, & impossibile est esse sine eo, in quo est*. Respondeo hic ab Aristotele tradi definitionem Accidentis, quoad suam entitatem, & naturam, quæ tribus conditionibus explicatur.

Primo quod est in aliquo; intelligitur autem de esse in aliquo positiuè, & propriè, vt ex Caietano habet Amicus; per hanc particulam excluduntur omnia ea, quæ sunt in alio, sed impropriè, & per quandam Metaphoram, vt totum in partibus; genus in specie, Appetens in fine, & cęteris modis, quos ex Aristot. *phys.4.textu 23*. numerat Amicus & Toletus *hic §.1.fundamentum*.

Secundo *non tanquam pars*, quod scilicet non insit alicui, ad constitutionem alicuius entis per se, & completi; per quod excluduntur omnes partes, tum Phys. tum Metaphys. hæc enim assumuntur, & concurrunt ad constituendum aliquod vnum per se.

Tertiò dicitur. *Impossibile est esse sine eo, in quo est*, in quibus verbis ignoscendum Philosopho, qui ordinem rerum supernaturalium non agnouit; si enim agnouisset quantitatem in Eucharistia futuram sine vllo subiecto, hoc non dixisset. Intellige igitur naturaliter, non supernaturaliter.

Sed contra hanc definitionem instatur. Conuenit alijs à definito, conuenit enim locato, quod est in loco, non vt pars eius, neque sine loco esse potest, ergo non est bona definitio. Respondeo negando Antecedens. Ad probationem, Dico locatum non posse quidem esse sine omni loco, posse tamen sine aliquo, isto, vel illo; at accidens ita nequit esse sine illo Subiecto numero, vt in altero existere sit impossibile.

Secundo Instatur. Non conuenit omnibus accidentibus, ergo. Probatur antecedens. quia aliqua accidentia sunt separabilia, vt actio, locus, habitus, quę extrinsecè denominant. Respondeo subiectum accipi posse dupliciter. Primo pro subiecto inhæsionis, & hoc nunquam mutatur. Secundo pro subiecto denominationis, quod aliquando idem est ac subiectum inhæsionis; vt paries respectu albedinis, aliquando est diuersum, vt agens respectu actionis, quæ agens denominat, non tamen recipitur in agente. Vt igitur tradita definitio competat omnibus accidentibus satis est, si non possit esse sine subiecto vel inhæsionis, vel denominationis. Quare actio non solum non potest esse sine principio actiuo, quod denominat, sed nec illud mutare potest. Posset etiā addi secundū aliquos hæc, & similia non esse propria accidentia, quia propriè non inhærent. Sed prima responsio magis mihi videtur ad propositum.

CAPITIS DE REGVLIS, & diuisione Prædicamentorum.

S V M M A.

IN hoc Capite duas Regulas tradit Aristoteles. Prima est. Quando quidquam prædicatur de altero, vt de subiecto; quæ dicuntur de prædicato, dicentur etiam de subiecto; vt homo, qui de quodam homine prædicatur, & de ipso homine dicitur animal, animal dicetur etiam de quodam homine.

Secunda Regula est. Diuersorum generum diuersæ sunt, & differentiæ, & species, vt animalis, atque scientiæ; ea autem genera, quorum vnum sub altero continetur, possunt communicare in differentiis.

Tertio. Assignat diuisionem decem prædicamentorum, dicens eorum quæ nulla cum complexione dicuntur; aut substantiam, aut quantitatem &c.

Expenduntur, Regulæ quas Aristoteles docet hoc Capite. Quæstio Quinta.

259 DOcuerat Aristoteles Capite præcedenti eorum, quæ sunt, quæ dam dici de subiecto modo per primam Regulam explicat quandam proprietatem istorum, quæ de subiecto dicuntur. & dicit, quoties aliquid dicitur de subiecto omnia, quæ de illo prędicato essentialiter dicuntur, dicuntur etiam de subiecto; probat autem exemplis, quia enim homo prædicatur de quolibet homine, & de ipso homine prædicatur animal, etiam de quodam homine dicetur animal; quidam enim homo, & est homo, & est animal; ex quibus exemplis patet mētem Aristotelis fuisse loqui de prædicatione tantum essentiali superioris de inferiori; exempla enim sunt superioris de inferiori; tum etiam quia hic assignat conditionem eorum, quæ de altero dicuntur, de quibus in capite præcedenti locutus fuerat; ibi autem tantum locutum est de ijs quæ dicuntur, vt superius de inferioribus.

Ideo autem tradit hanc regulam, vt cognoscamus rectam seriem, seu lineam prædicamenti ita se habere, vt prædicentur vniuocè omnia superiora, media, & inferiora; si enim quando prædicatum dicitur de subiecto omnia essentialia prædicati dicuntur etiam de subiecto, iam mihi patet ita esse res constitutas in prædicamento, & talem debere habere connexionem, vt supremum genus cum omnibus intermedijs generibus essentialiter prædicetur de vltimo constituto in illo prædicamēto; Quod si aliquid non prædicetur vniuocè, & essentialiter de illo vltimo constituto, in illo prædicamento, non poterit pertinere ad illud prædicamentum.

Secunda Regula deseruit ad cognoscendum prædicamenta esse impermixta, & distincta; dicit autem generum quæ non sunt subalterna, scilicet vnum non cōtinetur sub altero; esse differentias specie differētes: vbi docemur genera quæ non subalternantur, habere semper diuersas differentias, & in nullo conuenire; & cum ad diuersa prædicamenta pertineant, clarè constat prædicamenta inter se esse omninò contradistincta, & impermixta, sic animal, & scientia, quorum vnum non continet aliud, ex natura sua habent diuersas differentias; nam animalis differētiæ sunt gressibile, & volatile, quæ nullo modo conueniunt scientiæ. At genera quorum vnum sub altero continetur, vel ambo sub vno superiori, habere easdem differentias constitutiuas, eo quod superiora predicantur de generibus, quæ sub se sunt. Quare per hanc regulam præter impermixtionem prædicamentorum habemus etiam distinctionē generum diuersorum subalternorum, quæ scilicet possunt communicare in eadem differentia: & generum diuersorum non subalternorum, quæ differentias specie distinctas exposcunt, & in nullo possunt communicare, ex quo sequitur omnino dari distinctio prædicamentorū inter se.

An Prædicamenta sint tantum decem. Quæstio Sexta.

260 IN tertio Capite in fine, vel in quarto capite, vt alij volunt, ponit Aristoteles diuisionem decem Prędicamentorum dicens, *vnumquodque eorum, quæ incomplexè sumūtur aut significare substantiam, aut quantum aut quale, aut ad aliquid, aut Vbi, aut Quando, aut Situm, aut Habere, aut Agere, aut Pati*. Occasione huius diuisionis propositam quæstionem moueo, antequam ad 2. Tract. scilicet ad ipsa prædicamenta deueniam.

Circa numerum Prędicamentorum variæ extiterunt

antiq[illegible]rum opiniones, prout referunt Toletus *de prædicamentis in commun[i] quæst.* 1. Suarez *in Metaph. disput.* 3[illegible] *sect. 2. num.* 11. & alij. Quidam enim vnum tantum po[illegible]unt, vt Plato. Quidam duo, vt Xenocrates, & Andro[illegible]nicus. Stoici quatuor tantum, & nonnulli ita auxerunt numer[um] prędicamentorum, vt vsque ad 20. ea dilatauerint. C[o]mmunis sententia Ari[sto]telis 5. *Metaph. 7.* & plurimis in loc[is] D. Th[o]mæ, Scoti, Och[a]mi, & omnium sanè philosophorum, [v]t inquit Suarez, est prædicamenta nec plura, nec pauc[ior]a esse quam decem, cum qua & nos ponimus vn[ic]am Conclusionem.

Vnic[a] C[onc]lusi[o]. Prædicamenta sunt tantum decem. Probatur pr[imo] auctoritate Aristotelis, D. Thomæ, Scoti, Och[ami], Conimbricensium, Toleti, & ferè omnium rec[en]t[io]rum. Qu[o]ad rationes.

T[ota] difficultas, si[c] est in nouē generibus accidentiū; de Substantia enim nulla est difficultas esse predicamen[t]um per se distinctum ab illis. Qu[o]modo autem accidens in o[r]dine ad substantiam (ad cuius comparationem omne[s] [conue]niunt esse constituenda cætera prædicamenta) in nouem [illegible] genera distinguatur; Hic opus, & labor [illegible] ratione, quæ satisfaciat, & euidenter suffic[ie]nt[iam] [illegible] numeri denar[i]j demonstret.

Pr[imo] probat Ochamus sufficientiam huius numeri, in *[illegible] cap. 4[illegible]. & quodlibeto [illegible]. quæst.* 22. tali pacto. Decem [illegible] sunt quę de Petro quęri possunt, ergo decem tan[illegible]. Consequen[tia] patet quia prędicamen[ta] [illegible] in ordine ad pręedicata omnino diuersa quę de [pri]ma substant[ia] enunciar[i] possunt. Antec. probatur de Petr[o] [illegible] potest, quid sit, quātus, qualis, ad quid [illegible] in quo loco sit, quo tempore, quam corporis di[illegible] rei[illegible] loci, quo habitu sit affectus, [illegible] quid patiatur, ad quas interrogationes re[illegible] per decem summa genera, ab Aristotele [illegible]. Verum hæc ratio ab omnibus reij[illegible] & [illegible] reddit rationem cur tantum decem de [illegible] interrogationes instituere, atque adeo [illegible] difficultatem, [illegible] quia videtur petere prin[cipium] [illegible] cur tantum decem prędicata de Pe[tro] [illegible], respondet quia tantum decem [illegible] de eo quærere.

Secundò probant alij ratione D. Thomæ 3. *phys. lect.* 5. *§ ad horum igitur,* & 5. *Metaph. lect.* 8. *§. sciendum, si*. Omnia prædicata, vel pertinent ad essentiam primæ substantiæ, vel illi inhærent, vel extrinsecè denominant: Si pertinent ad essentiam, est Prędicamentum Substantię; si illi inhærent, vel absolutè, vel relatiuè: si absolutè, vel ratione materiæ, & est quantitas, vel ratione formæ, & est qualitas, si inhærent relatiuè, est Prędicamentum ad Aliquid; quę verò extrinsecè denominant, vel illa denominatio sumitur à potentia actiua, & est Actio, vel à potentia passiua, & est passio, vel mensurat durationem substantię, & est quando; vel eius quantitatem, per quam est in loco, & hoc est Vbi, vel eandem, vt dicit quendam ordinem partium ad locum, & est situs, vel denique nullo modo substantiam mensurat, & hoc est Prędicamentum Habitus. Sed hæc ratio nec ipsa est sufficiens, cum multas patiatur difficultates, in eo quod assumit vbi, & Situm extrinsecè denominare, vt in proprijs locis videbitur. Item cum dicit inhęrere ratione materiæ, constituere prędicamentum quantitatis, ratione formæ, prędicamentum qualitatis.

Quare dicendum cum Auicenna relato à Suarez *num.* 17. cum ipso Suarez, Conimbricensibus, Ruuio, & alijs non posse dari euidentem, & certam rationem huius numeri; sed neque Aristoteles ipse vnquam hoc demonstrauit, sed semper, vt verum hoc supposuit. Ad summum possumus hanc sufficientiam probare, quia ex omnibus effectibus, quos huc vsque experti sumus, non cognouimus nisi decem entis genera summa, quæ in nullo vniuoco conueniunt, & ad quę reducuntur omnia entia à nobis hactenus cognita, atque adeo esse tantum decem Prędicamenta. Quę ratio magis quietat, supposito quod hęc decem ab Aristotele numerata, verè inter se sint diuersa, & omnia entia, quę verè sunt entia, ad hęc decem reduci possint. Hoc autem discutere, & ostendere est Metaphysici, cuius proprium est hanc quęstionem examinare; satis sit eam innuisse quantum expostulabat tractatio prędicamentorum, à Logico exagitata superficialiter tantum; non enim pertinet ad Logicum, vt diximus, naturam entis, & decem prędicamenta, in quę diuiditur, funditus expendere.

TRACTATVS SECVNDVS
Qui est de Prædicamentis.

Capitis de Substantia.

S V M M A.

IN hoc Capite Aristoteles primo diuidit Substantiam in primam, & secundam, definit vtramque dicens. Prima Substantia est, quæ neque in Subiecto aliquo est, neque de Subiecto dicitur, vt quidam homo. Secunda Substantia sunt genera, & species, in quæ primæ continentur, quæ cum prædicantur de inferioribus vniuocè prædicantur, & essentialiter, ad differentiam eorum, quæ in Subiecto sunt scilicet accidentium.

Secundo ex eo quod omnes res, aut insunt primæ substantiæ, aut de ipsa prædicantur, dicit primam Substantiam esse subiectum omnium rerum, atque adeo ipsis non existentibus impossibile esse, cætera existere.

Tertio stabilito primam Substantiam proprissime esse Substantiam, eo quod ad ipsam cætera referantur, comparat primas Substantias inter se, item secundas inter se, & primas cum secundis dicens, primas Substantias æquè participare rationem Substantiæ, non enim quidam homo est magis Substantia, quam quidam Equus. Secundas vero Substantias: quo magis accedunt ad primam esse eo magis Substantias, vnde infert Species esse magis Substantias quam genera, quia propinquiores sunt primæ Substantiæ; & sola genera, & species Substantiarum vocari secundas Substantias, eo quod sola indicent primam Substantiam.

Quarto ponit sex proprietates Substantiæ. Prima est, non esse in Subiecto quæ conuenit non solum primæ, sed etiam secundæ Substantiæ, immò & differentijs, & partibus essentialibus, & integralibus, licet enim sint tanquam in toto, in Subiecto, non tamen inhærent Subiecto. 60 *Secunda prædicari de Subiecto tantum secundum rationem, quæ tamen conuenit secundis substantijs, & differentijs. Tertia est, primam Substantiam significare hoc aliquid, scilicet rem per se subsistentem, secundam vero significare quale quid, scilicet naturam, vt in suis inferioribus essentialiter. Quarta proprietas: Nihil Substantiæ esse contrarium. Quinta non suscipere magis, & minus, scilicet non remitti, nec intendi. Vltima proprietas est: Idem numero manens potest suscipere contraria.*

Vltimo tandem in fine capitis soluit quamdam obiectionem, quæ iam dictis obijci poterat, hæc sunt quæ habentur toto hoc capite longissimo de Substantia.

Quid Diuidatur ab Aristotele In substantiæ Diuisione.
Quæstio Prima.

261 NOtandum primo. Substantiam quadrupliciter sumi posse. Primo pro essentia vniuscuiusque rei, siue sit Accidens, siue substantia. Secundo sumi potest pro omni eo, quod non est in subiecto, siue sit res materialis, siue immaterialis, siue completa, siue incompleta. Tertio pro substantia tantum sensibili completa, siue prima sit, siue secunda. Quarto potest sumi pro eo quod propriissimè substantia dicitur, cuiusmodi sunt sola Indiuidua. Tertio modo hic sumpta est ab Aristotele, cum eam diuisit in primam, & secundam.

Notandum secundo, ex D. Isidoro *cap. 26. lib. 2. Etymo.* & Ariminen. *in 4 distinct. 8. quæst. 3. art. 2. ad* 1. relatis à Conimbricensibus *in hoc capite quæst. 2. art* 2. Substantiam esse dictam à duabus proprietatibus, scilicet ab eo, quod subsistat in se, & substet alijs; subsistere autem nihil aliud dicit, nisi stare independenter à quolibet subsistente, ita vt nullo indigeat ad standum. Substare vero dicit esse subiectum, & fulcimentum aliorum, quæ proprietas supponit primam, ex eo enim quod per se subsistit, substat cæteris alijs: & supposito in diuisione ab Aristotele traditâ de substantia in primam, & secundam, inuolui vtramque proprietatem, quæritur quodnam sit diuisum, & quæ membra diuidentia.

Vnica Conclusio. Diuisum est essentia substantiæ secundum se, & membra diuidentia sunt prima, & secunda substãtia, prout diuerso modo participant rationẽ subsistendi, & substandi; quare est diuisio subiecti in accidentia.

Probatur prima pars auctoritate Aristotelis; hic enim diuidit, quod ponit in prędicamento, sed essentia substantiæ est quæ ponitur in prædicamento, ergo substantia erit diuisum. Secunda pars probatur. Secundæ substantiæ competit esse substantiam, quo magis accedit ad primam, ergo prima, & secunda substantia sunt membra diuidentia, prout diuerso modo participant rationem subsistendi, & substandi. Tertia pars probatur: quia substantiæ, vt sic accidit participari primario, vel secundario, & in vtraque, est eadem essentia; ergo est diuisio subiecti in plura accidentia, quæ ei competere possunt, sicut in album, & nigrum est diuisio subiecti in accidentia, quia parieti accidit esse album, & esse nigrum; eodem pacto conuenit substantiæ esse primam, vel secundam.

Dices. Si diuisum est substantia, vel est substantia in communi, vel alia; non alia, quia non reperitur, nec etiam in communi, quia substantia in communi est substantia secunda, quæ non diuiditur in primam. Respondeo esse conceptum quendam essentiæ substantiæ absolutum, qui deinde determinatur ad esse primam, vel secundam, quæ determinationes ei accidunt; non enim est de essentia substantiæ esse primam, vel secundam substantiam, & in tantum vocatur secunda substantia, in quantum substare participatur ab illa; quia participatur ab indiuiduo, quod dicitur prima substantia; atq; adeo affirmare possumus cum Conimbricensibus *quæst. 2. art. 2 §. oppones*, esse diuisionem Analogicam subiecti in accidentia; quia forma penes quã fit diuisio, inæqualiter participatur à partibus subiecti diuisi; primario enim competit subsistere, & substare primæ substantiæ, & secundę secundario, mediante prima. Fusius Amicus. *quæst. 2. Tract 13. dub. 2. 3. & 4.*

262 Quæres quomodo, & quare Aristoteles dicat primam substantiam esse maximè substantiam. Respondeo substantiam posse considerari dupliciter. Primo, prout dicit essentiam puram, & hoc modo primæ non sunt magis substantiæ: quia essentia substantiæ eodem modo participatur vniuocè ab vtraque: vel potest considerari secundum proprietatem subsistendi, secundum quam substantiam diuisa est in primam, & secundam, & secundum hanc primæ substantiæ dicuntur maximè substantiæ, eo quod nullo modo existant in alio, sed perfectè in se subsistunt, secundæ vero in primis.

An Prima, & Secunda Substantia rectè fuerint Definitæ.
Quæstio Secunda.

ARistoteles postquam diuisit substantiam in primam, & secundam, vtramque definit, primam dicens. *Esse id quod nec in subiecto est, nec de subiecto dicitur*: de secundis vero ait, *secundas substantias esse genera, & species, in quibus insunt primæ.* Cum igitur quæstione præcedenti de diuisione quæsiuerimus, merito in præsenti de definitionibus membrorum diuidentium quærimus, an benè sint assignatæ.

Mouent hanc quæstionem Conimbricenses *quæst 2. ar.* 2. Amicus *dub. 8. loco allegato.* pro qua sit

Prima Conclusio. Vtraque definitio est bona. Probatur. Bona est illa definitio, quæ perfectè explicat naturam definiti, sic est in proposito, ergo. Maior patet. Minor probatur. Res singularis qualis est prima substantia duo dicit, rem singularem, seu naturam hecceizatam, & subsistentiam, seu suppositalitatem, per primam particulam. *Prima substantia de subiecto non dicitur*, explicatur esse singularem, seu hecceizatam; per secundam *neque in subiecto est*, innuitur per se stare, hoc est subsistere; ergo definitio primæ substantiæ benè explicat naturam ipsius. Quod vero definitio secundæ substantiæ eam explicet, probatur etiam, quia secunda, & dicit vniuersalitatem respectu primæ, & identitatem quoad modum essendi. Primum ei conuenit ab Intellectu, & hoc explicatur per ly, *Esse Genus, vel Species*, secundum ei conuenit à parte rei, & hoc etiam explicatur; dum dicitur, *in ipsis contineri primas*. Ergo definitio secundæ substantiæ pariter perfectè eam explicat, ergo vtraque definitio optimè tradita est ab Aristotele, cum adæquatè explicet naturas definitorum.

Instatur contra definitionem primæ substantiæ. Prima substantia est ens reale, & positiuum, at definitio non est quid positiuum, cum per duplicem negationem tradatur, ergo malè definitur prima substantia. Ad argumentum. Respondeo primam substantiam esse quid positiuum, & secundum esse positiuum definiri, scilicet secundum rationem substandi, & subsistendi, secundum quam substantia fuit diuisa in primam, & secundam. Cum vero dicitur definitionem non esse quid positiuum, verum est formaliter, attamen hæ negationes explicant positiuas perfectiones; nec nouum est in Philosophia positiuas perfectiones explicari per negationes; sic positiuam perfectionẽ creaturæ Spiritualis explicamus per negationem materialitatis; Sic alias Aristoteles per negationes positiuum esse materiæ explicauit.

Secunda Conclusio. Id quod definitur in definitione primæ substantiæ est prima substantia secundum vltimam determinationem, immo vero sub qua definitur est singularitas, seu subsistentia secundum communem rationem singularitatis, seu subsistentiæ. Hęc Conclusio est D. Tho. 1. *parte quæst. 29. art. 1. ad primum.* Conimbric. *hic quæst. 2. art. 2. §. Argu.* Amici *quæst. 2. dub. 3. §. 2. Conclusio.* Est autem contra Sotum, *hic quæst. vnica art. 1. ad 4.*

Pro huius Conclusionis intelligentia Aduertendum in qualibet prima substantia: verbi gratia in Petro, reperiri, & humanitatem secundum quam vniuocè conuenit cum Paulo, & cæteris indiuiduis, & reperiri singularitatem cũ subsistentia, & hæc singularitas in Petro est talis singularitas, verbi gratia Petreitas: prout igitur Petreitas est singularitas conuenit cum cæteris indiuiduis, quæ pariter suam habent singularitatem; prout verò est talis singularitas differt Petrus à cæteris; ratio igitur sub qua prima substantia definitur est singularitas, secundum quam omnes primæ substantiæ conueniunt. Conclusione explicata; probatur: hæc definitio conuenit primæ substantiæ nullo Intellectu cogitante, ergo id, quod definitur, est prima substãtia secundum suam vltimam determinationem, & secundum singularitatem communem omnibus indiuiduis. Antecedens probatur. Nullo Intellectu cogitante prima substantia nec est in subiecto, neque de subiecto dici potest, ergo. Consequentia etiam probatur; hæc definitio competit primæ substantiæ secluso omni opere Intellectus, ergo non definit primam substantiam, prout substat secundæ Intentioni, ergo secundum aliquod reale in quo conueniunt omnes primæ substantiæ, hoc autem reale, est singularitas secundum rationem communem singularitatis. Hæc Conclusio magis patebit solutione argumentorum.

Arguitur igitur primo, omne commune pluribus, de pluribus dicitur, prima substantia, quæ hic definitur, [illegible] dicitur de pluribus ex Aristotele supra allato, er[illegible] substantia non definitur secundum aliquod reale c[illegible]

ne,

ne. Confirmatur prim[illegible] Differentiæ Indiuiduales, ſi in [illegible] conueniunt, in aliquo etiam differunt, & rurſus illæ quæ differunt in aliquo ali[illegible] conueniunt, & ſic in infinitum. Confirmatur ſecundo. Differentiæ Indiuiduales d[illegible]ntur maxime diuerſæ, ergo in nullo poſſunt conuenire.

Ad argumentum. Conceſſa maiori, nego minorem. Ad a[illegible]atem Reſpondeo, Ariſtotelem intellexiſſe pri[illegible] non dici de ſubiecto, quia quælibet primæ ſubſtantia, ſ[illegible] hæc, & illa exiſtit in communicabilis, & [illegible] hoc conuenit [illegible]bet primæ ſubſtantiæ, ideo ſe[illegible] hanc rationem communem poteſt definiri, & [illegible] de [illegible] in particulari.

Ad p[illegible] Confirmationem. Differentias indiuiduales [illegible], vt [illegible]lis, differre vero, vt tales indi[illegible] per aliquid diſtinctum tantum ratione; nec illud [illegible] per illud conuenit.

Ad ſecundam Confirmationem reſpondeo, Differen[illegible] dici maximè diuerſas, vt tales indiuiduales, [illegible]ales.

A[illegible]. Quod ſit definita ſubſtantia ſecun[illegible] ſic definitur per *non dici de ſubiecto*: [illegible] rationis, nam *dici*, & *non dici de aliquo* [illegible]

[illegible] conſequentiam. Ad probat. *dici* [illegible] quid rationis formaliter, fundamentaliter [illegible] importat conuenienti[illegible] prædicati [illegible] ratione: *Non* [illegible] fundamentaliter eſt quid p[illegible], quia [illegible] ſingularizatam propter quam [illegible] hoc [illegible] eſt quid poſitiuum. De [illegible] Vallium *de* [illegible] *in Porphy*[illegible] *Iſagogem* [illegible]

[illegible] Subſtantiæ aſſignatæ ab Ariſtotele. Quæſtio Tertia.

265 A[illegible] in prædica[illegible] expo[illegible]ndæ [illegible] quarta, & quinta qua[illegible] perfectiorem [illegible]

[illegible] Subſtantiæ nihil eſſe con[illegible] a notandum eſt [illegible]. Alia eſt oppoſitio [illegible] qua, & eius [illegible], [illegible] opponuntur affir[illegible], [illegible] oppoſitio [illegible], [illegible] habuerit, ad [illegible] denique eſt oppoſitio con[illegible], quæ agendo [illegible] ſe expellunt.

[illegible] habent veritatem de [illegible] contraria [illegible] expellentes, intelligenda eſt, & hoc ſen[illegible] Ariſtoteles, & omnes expoſitores eum in[illegible], alioquin ſibi cõtradiceret, cum [illegible] eſſe contrarietatem affirm[illegible]erit; non [illegible] quæcunque oppo[illegible], ſiue contradictoriam, ſiue relatiuam [illegible] non repugnant; nunc autem cum [illegible] contrarium, ſumit contrarium [illegible]

[illegible] aduertendum eſt [illegible] duæ ſubſtantiæ pu[illegible] duæ formæ ſub[illegible] mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto non eſſe [illegible] immediate ratione ſui, ſed accidentium, ſeu qualitatum, quas tanquam diſpoſitiones requirunt, quæ in eodem ſubiecto pugnant [illegible]cipi, quod ſi ſine illis eſſe poſſent, quatenus ſubſtantiæ ſunt, nõ pugnaret eſſe in eodem ſubiecto, vt proprio loco dicemus fuſius.

266 Quinta proprietas eſt, ſubſtantiam non ſuſcipere magis, & minus, ad cuius intelligentiam Nota ſuſcipere magis, & minus poſſe contingere duobus modis. Primo [illegible] aliquid d[illegible] magis, vel minus perfectũ, ex eo quod [illegible] ipſo in ſua entitate, alterum producatur perfectius, vel imperfectius, ad cuius comparationem magis, vel minus perfectum dicatur, hoc pacto homo dicitur magis perfectus, quam Leo, & equo dicitur perfectior Leo. Secundo aliquid poteſt dici ſuſcipere magis, & minus; ita tamen quod varietur eius entitas, & hoc etiam dupliciter poteſt contingere. Primo materialiter per additionem nouæ materiæ, & extenſiuè tantum, ſic Petrus poteſt dici maior Paulo, per additionem nouæ quãtitatis, qua ſit maior, & altior. Secundo hæc varietas oriri poteſt intrinſecè, eo quod in eadem parte ſubiecti eadẽ qualitas expellendo contrarium, fiat intenſior, & ſic ſuſcipiat magis; vel quia contrario prevalente amittat aliquid ſuæ intenſionis, & ſic fiat remiſſior, & ſuſcipiat minus; quod proprium eſt tantùm ipſarum qualitatum, quæ inter ſe contrariæ pugnant, & quantum de vna expellitur, tantùm de altera introducitur; in quo ſenſu ſolum negauit Ariſtoteles in hoc capite ſubſtantiam non ſuſcipere magis, & minus, ſicut enim non habet contrarium, in quo pugnet, ita neque eſt capax magis, & minus, ſed quod ab initio eſt, talis ſemper perſeuerat.

Inſtatur. Ariſtoteles in hoc capite dixit primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam, quam ſecunda; ergo ſubſtantia ſuſcipit magis, & minus. Confirmatur, nam vnus homo dicitur nunc perfectior, nunc imperfectior. Ad argumentum reſpondeo ſubſtantiam poſſe ſpectari, vel ratione ſuę eſſentię, vel ratione proprietatis ſubſtandi, quod primo conueniat vni quam alteri; & in hoc ſenſu tantum dixit Philoſophus primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam, quam ſecundam, non ratione eſſentiæ, quæ eadem eſt in vtraque, & ſemper eadem inuariata permanet. Vide Vallium *de Prædicamentis parte ſecunda annot. in capite primum annot* 4. Ad Confirmationem reſpondeo eundem hominem dici nunc perfectiorem, nunc imperfectiorem reſpectu accidentium, maximè eorum, quæ ſpectant ad vim intelligendi, ratione quorum etiam vnus dicitur magis homo, quam alter, eo quod vnus altero perfectius diſcurrat.

Quodnam ſit ſummum Genus In Prædicamento ſubſtantiæ, & quæ res, & quomodo ponantur in Prædicamento.
Quæſtio Quarta.

VAriæ extiterunt ſententiæ circa ſummum genus huius Prædicamenti, attamen hæc quæſtio cum ſit pure metaphyſica, ea ſolum [illegible] ingeremus, quæ aliqualem cognitionem in præſenti [illegible] afferre poſſunt, vt de decem Prædicamentis agere[illegible], extra principium locum, ſilentio ſ[illegible] extendemus. Multus Doctorum ſenſus videri apud Conimbricenſes *quæſt.1.art.2.in hoc capite*, Apud A[illegible] *tract.13.quæſt.1.tota*. 267

V[illegible] Subſtantia accepta pro ente completo, per ſe ſubſiſtente communi corruptibili, & incorruptibili, corporeo, & ſpirituali eſt ſupremum Genus in linea prædicamentali ſubſtantiæ. Hæc ſententia eſt communis omnium recentiorum, vt fatentur Conimbricenſes *loco allegato*. Tribuitur D.Thomæ *Met.lect.12.opuſc.42.cap.*[illegible] Alenſi 5. *Met.textu* 33. Soncinati Herueo, Bacch[illegible], & alijs apud eoſdem Conimbricen. & Am[illegible]. Primo explicatur, deinde probabitur.

Dicitur primo. *Subſtantia, vt ſummum genus eſſe Ens completum*: per quod excluduntur omnia illa, quæ vt partes, & ad alterius complementum reducuntur, quomodo ſunt omnes differentiæ, partes, materia, forma, &c. vnde vt aliquod ſit ens completum neceſſe eſt concipiatur per modum totius, ſiue ſit compoſitum metaphyſicum, ſiue phyſicum, ſiue ſit ratio omnino ſimplex, vt ſummum genus.

Dicitur ſecundo *finita*, vt ab hoc Prædicamento excludatur Deus, qui ratione ſuæ infinitatis, in nullo Prædicamento continetur, cum ipſe omnes perfectiones contineat, vt prima parte, cum de ſimplicitate Dei agetur probabitur.

Dicitur tertio. *Per ſe ſubſiſtens, communis &c.* ad differentiam eorum, quæ ſubſiſtunt non per ſe, ſed mediante ſubſtantia, cui tantum, & ſoli competit per ſe eſſe, non quidem actu ſed intrinſecè, & ex natura ſua; quia ſcilicet talis eſt naturæ, vt ei proprium ſit per ſe ſubſiſtere: & hæc ſubſtantia completa, quæ vt ſummum genus p[illegible] prædicamentali linea, dicitur communis corporeo, [illegible], incorruptibili, & corruptibili, quia [illegible] obiectum ſubſtantiæ abſtrahit à corporeitate, & ſ[illegible]

litate & neutrum essentialiter includit, quo pacto animal abstrahit à rationali, & irrationali. Modo

268 Conclusio sic explicata probatur. Substantia hoc modo accepta habet omnia requisita ad primum genus, huius prædicamenti, ergo est summum genus. Consequentia patet, antecedens probatur. Quatenus genus debet concipi ad modum totius; prædicari in quid, & vniuocè de pluribus differentibus specie; quatenus vero summum genus non debet habere aliud genus supra se; hæc omnia habet substantia iam explicata: non enim est assignare aliud genus supremum; prædicatur essentialiter in quid de corporeo, & incorporeo, & eadem ratione ab ipsis participatur, ergo. Solum posset instari, cur substantia completa sit genus vniuocum, & non ens, cum eadem videatur ratio. Verum hæ & similes difficultates pertinent ad Metaphys. nec perfectè possunt expediri, nisi præintellecta analogia entis, quod ibi proprium locum habet.

Quæritur primo Vniuersaliter quoad omnia prædicamenta, quænam res ponantur in prædicamento per se, & directe: certum est enim, si loquamur de positione directa, & indirecta, seu reductiua, omnia entia poni sub aliquo prædicamento, quæritur igitur tantùm de ijs, quæ directè ponuntur. Ad quod Respondeo primo poni sola incomplexa, quod aperte indicat Aristoteles, dum assignans decem prædicamenta, ea, quæ nulla complexione dicuntur, diuidit in decem, vt supra retulimus *cap. de Reg.* Probatur etiam ratione: quia prædicamentum est coordinatio plurium prædicatorum essentialium, quæ se habent, vt superius & inferius; at nullum complexum potest ordinari, vt sit superius essentialiter, cum explicite plures naturas contineat, ergo nullum complexum potest poni in prædicamento, vt complexum est. Secundo in prædicamento ponuntur omnia, & sola entia completa, & per hoc a directa positione excluduntur omnes partes, siue physicæ, siue Metaphysicæ. Hæc autem omnia sunt entia incompleta, & ad vnum completum efficiendum ordinantur; vnde tantum reductiuè pertinent ad Prędicamentum, quatenus scilicet componunt aliquid, quod directè ponitur; ratio autem cur sola entia completa directè ponantur, est quia recta linea alicuius prædicamenti est quædam series plurium generum, & specierum, quæ inuicem prædicantur, vsque ad summum genus; genera autem, & species, & indiuidua, quæ sunt fundamentum Prædicamentorum, sunt entia completa, vt *ex Tractat. de prædicabilib.* Suppono.

Quæritur secundo. An res ponantur in prædicamento in abstracto, vel in concreto. Respondeo, si loquamur 269
de substantia poni tantum in concreto: solum enim in concreto concipiuntur vt entia completa; in abstracto vero, vt animalitas, humanitas, &c. eo quod sint entia in completa poni non possunt. Si vero sit sermo de Accidentibus, certum est in abstracto poni; sic dicitur *albedo est Color, color est qualitas* &c. sic enim à nobis concipiuntur ad modum per se stantis, atque adeo, vt entia completa: sumpta autem in concreto accidentia, si spectentur quatenus dicunt naturam accidentis, & inhærentiam, quæ facit, vt actu inhæreant, & est modus ipsorum, cōplens ipsorum naturam; sic cum sint vnum per se, ad idem spectantia prædicamentum, ponuntur in prædicamento: Considerata autem quatenus dicunt naturam accidentis, & subiectum non ponuntur in Prædicamento, cum sint vnum per accidens, includens diuersas naturas; atque adeo ad diuersa Prædicamenta spectat. Et hoc pacto benè cohærere possunt multa loca Aristotelis, quæ alioquin inuicem contradicerent, dum à Prędicamentis modo excludit concreta Accidentium, modo nequaquam. Primo enim modo intelligitur de concretis per accidens. Secundo de concretis per se, quæ vt sic & vnica definitione definiri possunt. Videatur Ruuius *cap. 4. de Incompl. quæst.* 2. qui hanc sententiam perfecte explicat, & contrarium sentientes, eorumque argumenta soluit.

CAPITIS DE QVANTITATE SVMMA.

Primo Aristoteles diuidit quantitatem in Discretam, & Continuam. Continuam vocat illam, cuius partes aliquo termino communi copulantur, & connectuntur, cuiusmodi sunt Linea, Superficies, Corpus, Tempus, Locus. Discretam dicit, cuius partes nullo termino communi coniunguntur, sed seiunctæ remanent. talem numerat Numerum, & Orationem.

Secundo habet, Quantitatis, aliam constare ex partibus, quæ aliquam positionem, & situm inter se retinent, sic partes habet Linea, Superficies, Corpus, Locus. Aliam vero constare ex partibus, quæ nullam habent positionem, sed ad summum quandam prioritatem, & posterioritatem; talis naturæ sunt Tempus, Numerus, & Oratio.

Tertio dicit Omnes Species Quantitatis hucusque numeratas esse quantas propriè, cætera vero per accidens, quamuis aliquam quantitatem participant; sic aliqua Actio longa dicitur à tempore, quo durat.

Quarta assignat quædam attributa, seu proprietates Quantitatis: dicit quantitati competere. Primo non habere contrarium. Secundo non suscipere magis, & minus. Tertio, vt secundum eam res æquales, vel inæquales dicantur. Hoc totum habet Aristoteles.

Explicantur Quædam Concernentia Quantitatem in Communi. Quæstio Quinta.

270 Expedita hac breui quæstione hic solum de quantitate discreta agemus, continua enim proprium locum habet in Physica.

Præter diuisiones Quantitatis assignatas ab Aristotele in textu, solet assignari quædam vniuersalior, in Quantitatem Virtutis, & Quantitatem Molis. Quantitas Virtutis sumitur secundum perfectionem vniuscuiusque, vel in ordine ad proprium esse, sic homo dicitur habere maiorem quantitatem virtutis respectu Leonis; vel in ordine ad effectus, quos perfectiores, Intensiores &c. vnum producere potest quam aliud, & quod perfectiores causare potest respectu illius, quod in tali perfectione nequit efficere, perfectius dicitur quantitate virtutis. Quantitas molis consistit in extensione partium extra se, scilicet in habere partes extra partes, & diuisibilitatem; & hæc sola Quantitas hoc capite diuitam in Discretam, & Continuam, & cæteras diuisiones.

Assignat autem Aristoteles naturam vtriusque Quantitatis, & continuæ, & discretæ; dicit enim *discretam esse, cuius partes termino communi non copulantur,* è contra vero, *continuam, cuius partes copulantur*, scilicet quantitatem continuam illam esse, quæ cum ex pluribus partibus constet, tamen illæ partes habent aliquem terminum, qui ita est finis vnius, vt sit simul principium alterius; sic v.g. duæ partes lineæ connectuntur puncto indiuisibili, quod non magis est vnius partis, quam alius; atq; adeo dicitur continua, quia medio illo puncto vna pars alteri continuatur, (quæ puncta an sint realia, an verè dentur, in physica proprium locum habent.) Quantitas vero discreta, licet habeat partes extra partes, tamen illæ partes non habent aliquem terminum communem, quo copulentur, sed eius partes remanent discretæ, & diuisæ, nec inuicem copulantur, vt in numero denario, præter decem vnitates, non est aliqua alia vnitas, qua illæ vnitates copulentur, sed omnes in se remanendo separatæ, & discretæ, componunt denarium numerum, & huius speciei numerat tantum Orationem, & Numerum; horum enim tantum partes non communicant in aliquo termino communi: Lineam vero, Superficiem, Corpus, Tempus, & Locum tribuit quantitati

[illegible] continuæ, quia horum omnium partes connectuntur [illegible] ed de his inferius in Physica.

Præterea ad[illegible] Aristoteles quantitatem aliam esse ex partibus positionem habentibus, aliam nequaquam. hæc autem positio partium duplex esse potest. Prima in ordine ad Locum [illegible] pars dicitur vnam partem loci occupare, aliam [illegible] quæ pertinet ad prædicamentum Situs, & de hac non loquitur Aristoteles. Secunda positio partium dicitur in ordine ad se, quia scilicet nulla habita consideratione loci, partes ita inter se sunt ordinatæ [illegible] extra aliam, & vna sit anterior, alia posterior, [illegible] alteri immediatè, & alteri mediatè. [illegible] loquitur Aristoteles in hoc capite, quę [illegible] quantitatis permanentis, & continuę.
269 [illegible] requiruntur, vt sit quantitas ex partibus positionem habentibus. Primo vt sint partes existentes. Secundo vt sint permanentes, defectu cuius Tempus non [illegible] consistat in continuo fluxu, & [illegible] Tertio requiritur, vt a liquo termino communi [illegible] modo explicato, huius defectu excluduntur [illegible] & O[illegible], atque adeo Tempus, Numerus, & [illegible] partibus positionem non habent. [illegible] vero Superficies, Corpus, & Locus positionem [illegible].

An Numerus sit vnum per se, & Species Quantitatis. Quæstio Sexta.

271 T[illegible] in assignando, an Numerus sit vnū [illegible] erit vnum, et aptus constituere speciē [illegible] nequaquam, cum vera species [illegible] a parte rei; essentia autem vera [illegible] non [illegible] a parte rei. Pro huius igi[illegible]

[illegible] Numerum aliud dici numerum numerantem [illegible] Numerus numerans [illegible] quacunque re, [illegible] Numerus numeratus dicuntur res [illegible] considerari possunt [illegible] vnitate in se [illegible] a parte rei plures res [illegible] postea per numerum [illegible] & de hoc numero [illegible] an sit species realis quantitatis [illegible] & terminus [illegible] ab [illegible]

[illegible] Aliquem plura posse fieri vnum [illegible] quia vnum [illegible] ex quibus [illegible] constitutum. [illegible] quæ efficiunt vnum [illegible] Tertio per [illegible] genus est vnum per [illegible] intellectus, vt [illegible] Quarto denique aliqua dicuntur vnum per [illegible] ordinem, quem habent ad inuicem; [illegible] ordinis, aliqua dicuntur vnum, quia sunt [illegible] ad eundem finem, vt respublica; [illegible] per [illegible] efficiens, sic plura causata dicuntur vnum [illegible] eiusdem causæ, à qua omnia sunt [illegible] secundum ordinē [illegible] quod possint numerari secundum prius, & posterius, & hac [illegible], & vltima vnitate ordinis numerus quilibet est vnum, & de hac vnitate quærimus vtrum [illegible] sufficiens, vt numerus possit dici vera species quantitatis; licet enim omnia enumerata, quatenus ad suas vnitates sint plura, attamen Numerus ex omnia dicitur, vt vnum efficiuntur in numerabilitate siue prout à parte rei, nullo Intellectu cogitante, ita erant vnum, vt [illegible] centenario v.g. possent numerari. his positis.

Prima Conclusio. Numerus est vnum per se, & vera species quantitatis. hæc Conclusio est Aristotelis *in hoc capite*, vbi quantitatem discretam numerat veram speciē quantitatis, nec in contrarium, nisi perperam exponi potest. Est etiam Auicennæ 3. *Metaphys.* D. Thomæ 7. *Metaphys.* [illegible] & *prima parte quæst.* 11. *art.* 1. Caietani, Scoti, & aliorum quos sequitur Ruuius *de Quantitate cap.* 6. [illegible]

Probatur vnica ratione. Vera scientia agit de vero obiecto, quod sit vnum per se, sed Aritmetica, & Musica agunt de numero, tanquam de obiecto, a quo [illegible] suas vnitates, & de quo passiones demonstrant, ergo est vnum per se. Quod autem sit vera species quantitatis, nullus remanet dubitandi locus, supposito quod sit vnum per se, & reale, cuius defectu tantum negant aduersarij esse veram speciem realem quantitatis, vt videre est apud Suarez *disput.* 51. *sect.* 2. *num.* 6.

Secunda Conclusio. hæc vnitas qua numerus dicitur vnum per se, & ens reale, vt numerus est, consistit in numerabilitate. Ita Ruuius *loco citato*, probatur, & explicatur simul. Quilibet numerus numeratus, v.g. Centenarius 272
potest considerari quatenus constat ex pluribus vnitatibus discretis, quarum vna est ab altera distincta; & potest considerari, quatenus ita plura nullo Intellectu cogitante possunt numerari numero centenario numerante; prout igitur conueniunt in hac numerabilitate, & hanc habent à parte rei, constituitur vnum per se; quia licet illa sint discreta, & plura considerata absque hac ratione numerabilitatis, attamen prout in numerabilitate conueniunt, fiunt vnum; quando vero actualiter ab Intellectu numerantur, tunc est tantum denominatio extrinseca ab actu Intellectus prouenienis, qua denominantur numero v. g. ternario tres homines, qui iam independenter ab Intellectu vnum ternarium numerum conficiebant; cum enim hoc vnum sit quantitas discreta, non potest habere perfectiorem vnitatem, quam quod, vt discreta in quātitate, vniantur in numerabilitate. hinc

Deducitur primo, aliud esse loqui de numero materialiter, scilicet de distinctis, continuis, quæ numerum prędicamentalem constituunt, aliud de eisdem prout multitudinem constituunt. Primo enim modo sunt plura, vt plura, & vt sic non constituunt aliquid. Secundo modo si cōsiderentur in multitudine confusè, & non prout conueniunt in numerabilitate constituunt vnum, eo pacto, quo aggregatio plurium lapidum dicitur vnus aceruus. Si vero spectentur vt omnia apta sunt numerari, hoc pacto constituunt numerum realem vnum per se, &c. Spectata tandem, vt actu, ab Intellectu numerantur, numerus in [illegible] ens rationis, scilicet illam denominationem extrinsecam, per quam tamen non tollitur, quin numerus sit verè ens reale; cum ideo, vt vnum ab Intellectu concipiatur, & denominatur, quia tale est à parte rei.

Deducitur Secundo, contra Suarez, & alios, numerum à parte rei non [illegible] fundamentum, [illegible] plura [illegible] à parte rei numerabilitatem, in qua conueniunt, & [illegible] sunt vnum, neque hoc habere ab Intellectu, sed à se ipsis, eo quod discreta sunt, [illegible] omnis numerus dicat ordinabilitatem secundum prius, & posterius, quæ ordinabilitas non potest esse nisi à voluntate, attamen numerabilitas ipsa, ex qua constituitur numerus, non pendet à voluntate, sicut nec pendet posse numerari secundum prius, & posterius, sed tantum accidit numero actualis ordo prioris, & posterioris in vnitatibus, ex quibus constat.

Contra hanc Conclusionem Instatur primo ex Arriaga 273
Tract. 16. *quæst.* 2. *dub.* 1. data hac sententia eædem vnitates secundum eandem rationem formalem constituerent plures numeros specie diuersos. Probatur hæc sequela. Duæ quantitates, discretæ v.g. vt numerabiles constituūt, & binarium, & ternarium; at binarius, & ternarius specie differunt, ergo. Respondeo negando sequelam. Ad probandum Quantitates discretas diuerso modo saltem formaliter constituere binarium, & ternarium; Constituunt enim binarium, quatenus habent numerabilitatem talem duorum; constituunt vero ternarium, quatenus addita alia vnitate est maior extensio discreta, & habent aliam numerabilitatem, trium scilicet; numerabilitas enim, & discretio est veluti differentia subalterna, seu generica numeri, quæ vlterius determinatur per diuersas discretiones, seu numerabilitates binarij, ternarij, & quaternarij &c. Sicut eadem omnino entitas in homine constituit viuens, animal, sensibile, hominem.

Secundo Instatur ex eodem. Numerus actualis dicit multitudinem numeratam; esse tantum numerabile dicit potentiam ad numerari, ergo [illegible] numerabile non constituit numerum actualem [illegible]. Ad [illegible] respondeo. Numerus [illegible] multitudinem [illegible], negatur vni[illegible], cum [illegible] actum

actum Intellectus, sine quo tamen datur numerus actualis, qui dicit multitudinem conuenientem in aptitudine ad posse numerari: vnde ad minorem, esse numerabile dicit tantum potentiam in ordine ad Intellectum, conceditur; & sic tantum in potentia constituit numerum quoad Intellectum; attamen in se ipso est numerus, quia illa aptitudo est quid absolutum in vnitatibus, licet à nobis explicetur per modum relationis, atque adeo negatur consequentia, solum enim sequitur esse numerabile numero v.g. ternario, non esse actualem numerum, prout numerus inuoluit actum rationis numerantis, non autem vt numerus dicit vnitatem numerabilitatis, in qua fit vnum a parte rei.

274 Instatur Tertiò. A parte rei essentia numeri consistit in numerabilitate, ergo datur tantum vnus numerus magnus omnium rerum, ergo non datur binarius, ternarius, & alij numeri. Secunda Consequentia patet. Prima probatur, quia omnes res conueniunt in vna numerabilitate.

Pro responsione aduertendum ad constituendum numerum duo requiri, videlicet discretionem plurium vnitatum, quia numerus consistit in extensione partium discretarum, & conuenientiam in eo, in quo constituunt numerum; ideo enim plura discreta possunt vno numero numerari, quia conuenientes in aliqua vna ratione formali, habent vnam numerabilitatem; licet autem prædicta conuenientia sumi possit secundum omnem rationem, in qua plura conueniunt, vsus tamen Philosophorum est, vt propriè sumatur secundum naturam specificam, quia sic essentialiter non differunt: quare ea omnia, quæ sunt eiusdem speciei, dicuntur vnum in specie, & habere conuenientiam simpliciter: & sic omnia, quæ sunt eiusdem speciei, cum sint indiuidualiter distincta, & vnum specificè constituunt numerum.

Modo ad argumentum Respondeo primo dato Antecedente, negando consequentiam. Ad probat. non omnes res habere vnam numerabilitatem; quia non omnes sunt eiusdem speciei; sed quot sunt Indiuidua diuersarum specierum, tot esse numeros à parte rei, quia in illis habetur, & distinctio, & vnitas, seu conuenientia requisita ad numerum, & quia hæc variatur, prout sunt plura, vel pauciora indiuidua vniuscuiusque speciei; ideo etiam sunt varij numeri, & non tantum vnus numerus magnus omnium rerum: & sic negatur etiam secunda Consequentia.

Respondeo Secundo, dato Antecedente, nego consequentiam primam; ad probat. omnes res habere vnam numerabilitatem, quatenus omnes simul conferuntur, quatenus tamen conferuntur, vt duæ, vel tres, vel decem habere numerabilitatem binarij, ternarij, denarij, & sic negatur secunda Consequentia. Neque per hoc sequitur numeros minores formaliter constituere maiores (quod ideo primam responsionem admittit Vallius *de quanto quæst. 6. cap. 2* & Alamanus *quæst. 11. de Quantitate artic. 3. §. ad secundam quæstionem.*) quia quando constituunt numerum maiorem non concurrunt formaliter, vt ternarij, binarij &c. Sed solum materialiter; non enim constituunt numerum maiorem duæ vnitates, vt habent numerabilitatem binariam formaliter, & præcisè, quo pacto est species binarij distincta à cæteris speciebus, sed quatenus cum cæteris habent maiorem numerabilitatem. Quare optimè saluatur iuxta hanc responsionem, quod numeri minores formaliter, & actu sint in maioribus, neque per hoc sequatur, quod numeri minores, vt specie distincti constituant numeros maiores: aut quod ex pluribus entibus actu completis fiat Ens vnum completum, quia non constituunt, vt actu completi, vt satis dictum est: & hoc maximè notandum. Et sic in hac doctrina nullum sequetur absurdum dicere, quod omnes res, quæ realiter in ratione indiuidui sunt distinctæ, & conueniunt in ratione entis, constituant vnum numerum maximum entium à parte rei; quia per hoc non tollitur, quin etiam dentur cæteræ species numerorum, vt dictum est. Alia argumenta affert Vallius *cap. 3* & soluit *cap. 10.*

Instatur Quartò. Omnis quantitas est accidens separabile, ergo nequit consistere in numerabilitate. Consequentia probatur, quia numerabilitas ternarij verb. gratia nequit separari à tribus vnitatibus discretis. Respondetur negando Consequentiam. Ad probationem, non posse separari numerabilitatem transcendentalem, & entitatiuam, benè quantitatiuam, & prædicamentalem, quia ab illis vnitatibus potest tolli quantitas, ratione cuius constituunt numerum prædicamentalem. Quod ideo etiam in Deo, licet sit numerus ternarius personarum, non tamen prædicamentalis, sed solum trascendentalis propter tres hypostases, quæ sunt veræ entitates relatiuæ. Ex dictis

Colligitur primo. Numerum esse veram speciem quantitatis realis, qui componitur intrinsecè tanquam ex genere, & extensione partium, tanquam vero ex differentia ex discretione talium partium, & quia talis discretio potest esse diuersa, ideo oritur diuersitas specierum numeri, atque adeo tota essentia numeri consistit in habere plures vnitates, quæ vt conueniunt in tali, vel tali numerabilitate talem, vel talem constituunt speciem. Vide etiam Vallium *loco citato cap. 18.* 2

Colligitur Secundo, formam essentialem numeri non esse vltimam vnitatem, sed ab omnibus simul, in quibus est talis, vel talis extensio discreta sumitur. Sic forma ternarij, binarij, &c. ablata quidem, vel addita aliqua vnitate variatur numerus; in illa tamen non consistit formaliter differentia essentialis numeri, sed tantum consecutiuè, quia addita, vel ablata, cæteræ vnitates magis, & minus extenduntur discretè, ex qua maiori vel minori extensione species numeri variatur. plura apud Vallium *capit. 17. loco citato, & tota quæst. 6.* Agendum remaneret in hoc capite de Oratione, quæ sub quantitate discreta hic ab Aristotele ponitur, sed res parui momenti videatur apud Expositores.

CAPITIS DE RELATIONE.

SVMMA.

IN hoc Capite Aristoteles primo affert quandam definitionem relatiuorum dicens, Relatiua sunt, quæ id, quod sunt, aliorum dicuntur esse, aut ad aliquid aliquo alio modo.

Secundo affert quatuor Relatiuorum proprietates. Prima est habere contrarium, licet non omnibus conueniant. Secunda suscipere magis, & minus. Tertia si benè sumatur Relatiuum dici ad conuertentiam cum suo correlatiuo. Quarta vt plurimum simul existere, quæ sunt relatiua, vt pater, & filius.

Tertio affert aliam definitionem dicens, Relatiua esse ea, quorum esse idem est eis, quod est ad aliquid, aliquo modo se habere, scilicet quorum esse est tantum ad aliud. Tandem affert aliam proprietatem relatiuorum dicens, si vnum perfectè cognoscatur, & aliud cognoscetur.

De Diuisionibus Relationis. Quæstio Septima.

276 ANtequam multiplices Relationis diuisiones afferantur non inconueniens erit explicare omnia illa nomina, de quibus sæpius in hoc tractatu agetur, vt sic tanquam de nobis notis tractemus, ne horum terminorum ignorata significatione, magis obscurior redditur hic Tractatus, qui de se, & nimium forsan obscurissimus existit. [illegible] autem Relatio, Relatiuum, Correlatiuum, [illegible] biectum, Fundamentum, Ratio fundandi, & Terminus.

Relatio est illa habitudo, seu illa ratio, in [illegible] stituitur aliquo esse in ordine ad aliud, seu [illegible] aliud

quod respicit, & per quod accipit illud esse respectiuum. V. g. *Pater* dicitur Pater respectu *Filij*, & dicitur talis per paternitatem, quæ illum constituit relatum ad filium; *paternitas* est relatio, seu respectus, seu habitudo; hæc enim idem sunt.

Relatiuum est, quod per relationem explicatur, & quodammodo dicit concretum ex subiecto, & Relatione, per quam refertur, vt *Pater* in concreto dicit relatiuum.

Correlatiuum addit supra relatiuum esse terminum illius relationis, cuius correlatiuum dicitur, sic *Pater* est relatiuum ad *filium*, quia relationem dicit ad illum; est etiam Correlatiuum, quia terminat relationem, quam ad ipsum dicit filius. Quoties igitur relatio erit mutua, extrema dicentur correlatiua, alioquin tantum relatiua.

Subiectum, & extremum sunt idem, & dicuntur res ipsæ, quæ referuntur relatione, sic *substantia Patris, & Filij*, qui mutuo referuntur, dicuntur extrema, & subiectum.

Fundamentum est causa, cur subiectum denominetur à relatione, & referatur, v. g. *albedo* est fundamentum relationis similitudinis inter duos parietes.

Ratio fundandi, quæ etiam fundamentum proximum vocari solet, est ratio illa, per quam proximè subiectum constituitur relatiuum, & ipsa posita, non potest non poni relatio, sic *actio generatiua* est ratio fundandi relationem paternitatis ad filium, quæ ratio aliquando non manet, etsi maneat relatio, vt in exemplo allato, aliquando semper manet, vt in relatione similitudinis inter duos parietes, fundamentum autem semper manet, dum manet Relatio.

Terminus est id, ad quod Relatio ordinatur, & ad quod refertur subiectum tanquam ad proprium terminum, sic filius dicitur terminus relationis *patris*, quia ad filium dicitur pater, & eius relationem terminat. His præintellectis de quibus plura habet Vallius *in hoc prędicamento q. cap. 3.*

277 Prima diuisio. Relatio alia est mutua, alia non mutua. Illa dicitur mutua, quando vtrumque extremum habet dependentiam ad inuicem, vt *pater*, & *filius*. Illa vero dicitur non mutua, quando vnum extremum tantum refertur ad aliud, non autem è contra, vt inter *scibile*, & *scientiam*. Scientia enim refertur ad scibile, non autem è contra.

Secunda Diuisio. Alia est relatio Æquiparantiæ, alia Disquiparantiæ. Relatio Æquiparantiæ est, quando in vtroque extremo est æqualis, & vniformis denominatio, & relatio, vt inter duos parietes, qui dicuntur similes. Relatio Disquiparantiæ est, quando diuersa intercedit denominatio, vt *Dominus & Seruus*, *pater*, & *filius*, quæ Relatio Disquiparantiæ dicitur tertiam, & non mutuam, modo supra explicato, item in Relationem Prçexcellentiæ, & Inferioritatis.

Tertia Diuisio. Alia est Rationis, alia realis. Relatio rationis dicitur, quæ solum habet esse obiectiuum in Intellectu, & præcisio opere Intellectu nullo modo esset. Relatio vero realis est quæ non pendet ab Intellectu, sed talis est seclusο quocunque opere Intellectus. Ad maiorem autem intelligentiam aduertendum est in sequentibus casibus semper esse relationem rationis secundum omnes. Primo quando alterum extremum, aut vtrumque est opus Intellectus. Secundo quando vtrumque extremum, aut alterum caret realitate essentiæ. Tertio, quando vtrumque, aut alterum extremum caret realitate existentiæ. Quarto, quando vtrumque extremum est reale, sed nulla distinctione in re distinguuntur. Quinto, quando vtrumque extremum est reale, attamen relatio fundatur in sola denominatione extrinseca. Sexto, quando fundamentum est idem in vtroque extremo.

Quarta Diuisio est in Relationem secundum esse, & in Relationem secundum dici, quæ diuisio videtur haberi ex Aristotele *hoc capit.* in duabus definitionibus a se allatis. Primam enim definitionem attulit per *dici*. Secundam vero per *esse*, vt patet in textu. Tota difficultas est in assignando quid sit vtraque hæc relatio, & in quo differant. Dico breuiter, omissis varijs Doctorum Sententijs, quæ apud Amicum videri possunt *Tract.* 15. *quæst.* 1. *dub.* 2. §. 6. *Diuisio*, Relationem secundum dici esse illa, quorum esse est quidem absolutum, attamen dicit ad aliud aliquem respectum, non tamen purum respectum, & ideo pertinet ad diuersum prædicamentum, quam Relationis: talis est *scientia*, quæ ponitur in prædicamento qualitatis, attamen dicit respectum ad scibile, non tamen purum respectum, quia illud nomen primo importat, & significat qualitatem. Relatiua vero secundum esse illa dicuntur, in quibus relatio nullum alium effectum prçstat respectu termini, quam ad illud ordinate, vnde illum respiciunt, in ratione puri Termini. Hæc Doctrina est ad mentem Aristotelis *in hoc capite*, vbi reijcit definitionem primam antiquorum, quæ traditur per *dici*, eo quod hæc possit conuenire etiam entibus aliorum prædicamentorum; deinde affert propriam definitionem, ex qua desumpta est Relatio secundum esse, & dicit *esse illa, quorum totum esse, est ad aliud*.

Quinta Diuisio est in Relationem Trascendentalem, & Prędicamentalem. Transcendentalis dicitur, quæ non pertinet ad aliquod vnum prędicamentum, sed per omnia vagari potest, sic *materia* in prędicamento substantiæ dicit relationem transcendentalem; *scientia* in prędicamento qualitatis, & sic de cæteris. Prædicamentalis vero est, quæ continetur in prędicamento Relationis, de quo hic agimus; atque adeo cum Relatio prędicamentalis hic definita ab Aristotele sit relatio secundum esse ex prçcedenti numero, sequitur prædicamentalem, & secundum esse, idem esse, solum secundum rationem distinctas, sicut & sequitur Transcendentalem idem esse, ac relatio secundum dici; & licet Relatio rationis quoque participare possit quodammodo nomen secundum esse, & secundum dici, impropriè tamen dicetur his nominibus, sicut impropriè est relatio. 278

Vltima Diuisio ex Scotistis apud Tataretum 3. *dispu.* 1. *quæst.* 1. est in Relationem extrinsecus aduenientem, & intrinsecus aduenientem. Extrinsecus adueniens est, quæ licet sit intrinseca illi, quod refertur, attamen non necessario ponitur positis extremis; talis est relatio *vnionis* inter materiam, & formam, quia potest non poni posita materia, & forma. Intrinsecus adueniens dicitur, quæ necessario ponitur positis extremis, talis est relatio *similitudinis æqualitatis* &c. Verum hæc distinctio patitur multas difficultates ex Thom. vt videre est apud Amicum *loco citato*, nobis satis sit, eam adduxisse ad terminorum intelligentiam. Quare hanc quæstionem concludimus aduertendo multas ex relationibus allatis aliquando coincidere in eadem re, quæ propter diuersas rationes, diuersos etiam respectus participare potest, sic *scientia*, verbi gratia est relatio non mutua, item disquiparantiæ; rursus secundum dici; & vtrum transcendentalis secundum diuersas formalitates, secundum quas scientiam possumus considerare, vt est habitudo ad scibile.

De Distinctione inter Relationem Prædicamentalem, & Transcendentalem. Quæstio Octaua.

NOn defuerunt qui assererent omnes Relationes esse Transcendentales propter difficultates, quas patiuntur differentiæ solitæ assignari inter relationem prędicamentalem, & Transcendentalem, vt videre est apud Suarez *disp.* 47. *sect.* 4. Amicum *Tract.* 15. *dub.* 3. *art.* 1. Nos diuisionem in Transcendentalem, & prædicamentalem supra allatam tanquam bonam admittimus, cum Aristotel. *hoc cap.* Albert. Magn. *cap.* 1. *in prædicamento ad aliquid*, D. Thom. 5. *Metaphys. textu* 2. Alens. Flandr. Soncin. & cũ fere omnibus recentioribus: quæ sententia melius probari, & ostendi non potest, quam afferendo differentias inter vtramque relationem, & instantias, quæ contra afferri poterant ab aduersarijs, soluendo, & reijciendo. 279

Prima igitur differentia est, quod Relatio Transcendẽtalis non solum est ratio cur res absoluta referatur, sed etiam est de intrinseca ratione rei absolutæ: quod alij explicant dicendo, relationem prædicamentalem aduenire enti iam in suo esse constituto, & completo, & dare illi nouum esse accidentale respectiuum ad aliud; sic *Paternitas* aduenit Petro, tamquam accidens, illumque constituit relatiuum ad filium; at relatio transcendens non comparatur tamquam forma accidentalis, neque vt forma completa, sed potius vt differentia essentialis, & vt ens incompletum, actuans in illo genere, in quo res illa, quæ refertur, ponitur, & collocatur; sic habitudo scientiæ ad scibile est constitutiua scientiæ, & ad prædicamentum qualitatis pertinet, sicut scientia, quæ ex illa, & gradu superiori,

periori, puta qualitate, habitu &c. constituitur.

Probatur bonitas huius differentiæ, si esset accidentalis respectu scientiæ habitudo, quam dicit ad scibile, posset intelligi scientia præcisa illa habitudine, & ordine, sed hoc implicat, ergo. Maior patet, minor probatur, quia cum dico scientiam, dico cognitionem alicuius obiecti, ergo non potest perfectè cognosci scientia, sine respectu ad obiectum.

Dices. Implicat relatiuum esse de essentia absoluti, ergo implicat dari huiusmodi relationes transcendentales.

Respondeo distinguendo antecedens, de respectu, qui ponit rem respectiuam extra prędicamentum proprium; & de respectu, qui complens rem illam ita suæ naturæ cōmodatur, vt in eodem prędicamento collocetur: de respectu primo modo conceditur implicare; quia simul essent in duobus prædicamentis: at de respectu secundo modo negatur; & talis est ordo, & respectus transcendentalis, qui talis est, vt si res sit in prędicamento substantiæ, & ipse sit substantialis.

280 Secunda Differentia est ex Caietano *de Ente, & Essentia cap.7.quæst.*15. ab omnibus ferè recepto; quod relatio prędicamentalis respicit terminum sub pura ratione termini; at transcendentalis nequaquam: respicere autem terminum, vt purè terminum, est relationem illam nullum alium effectum pręstare in termino, quam illum respicere; neque alium ab eo recipere, quam ab illo terminari. Sic *pater* nullum alium effectum pręstat in filio vt pater est, quam ad illum referri, & illum respicere, & nullum alium ab eo recipit, quam ab illo terminari: respicere autem terminum non sub pura ratione termini est, illum respicere, aliquod aliud munus in ipso exercendo, vel ab ipso recipiendo; puta ordinari ad ipsum tamquam causa formalis intrinseca, vt forma respectu materiæ, vel extrinseca, vt obiectum, vel subiectiua, vel efficiens, vel finalis, vel tamquam ad effectum, vel in summa tamquam aliquid circa ipsum præstando, præter puram respicientiam, & terminationem.

Sed contra hanc differentiam Instatur primo ex Suarez *disput.*47.*sect.*4. Motus, & actio dicunt ordinem transcendentalem ad terminum, & tamen respiciunt illum sub pura ratione termini, ergo non est differentia adæquata inter relationem transcendentalem, & prædicamentalem. Ad argumentum negatur antecedens: motus enim actio, & Passio non respiciunt sub pura ratione termini, quia tantum ad ipsum referantur; sed illum respiciunt, vt ab ipsis producendum, & constituendum extra suas causas.

Instatur secundo ex eodem. Vnio hypostatica dicit ordinem Transcendentalem ad verbum diuinum, quod tamen non respicit, nisi vt purè terminum, Ergo. Respondeo ex eodem Suarez dici vnionem respicere verbum Diuinum, vt purè terminum, quia non respicit tanquam causam, vel efficientem, vel formalem intrinsecam respectu naturæ humanæ; neque tanquam aliquem effectum recipiens ab ipsa natura; tamen non respicitur vt purè terminus, quia respicitur vt supplens munus subsistētię creatæ, quā natura creata recipit verbum Diuinum, vt suppositum.

281 Instatur tertio. Pater relatione prędicamentali respicit filium, sed pater respicit filium, vt suum effectum, ergo relatio prædicamentalis non respicit, vt purè terminum. Respondeo distinguendo minorem; pater respicit filium, vt suum effectum, quasi quod, vt refertur, actu producat, & negatur; respicit illum, vt effectum, quasi scilicet illum produxisse sit causa talis respectus, & conceditur, sed negatur consequentia, quæ tunc valeret, quando relatio prędicamentalis illum respiceret, vt effectum producendo, causando, &c. & non tantum supponeret, vt sui causam, & rationem.

Instatur quarto. Ex Hurtado *Met.disput.*15.*sect.*8.§.7.*circa finem*, eodem modo se habet obiectum cognitum ad cognitionem, ac filius verbi gratia respectu Paternitatis; ergo eodem modo relatio transcendentalis, & Prędicamentalis respiciunt terminum, ergo malè diximus differre; quia altera respiciat sub pura ratione termini, altera vero aliquod munus exercendo. Antecedens probatur, sicut enim obiectum est extrinsecum cognitioni, & cognitio intrinseca potentiæ, ita paternitas est intrinseca fundamento, & extrinseca termino, scilicet filio.

Et confirmatur, nam sicut cognitio respicit obiectum illud repręsentando, ita similitudo respicit terminum, illum physicè assimilando, ergo.

Ad argumentum negatur antecedens, obiectum enim respectu cognitionis habet rationem causæ formalis; non sic autem filius respectu paternitatis, quam, vt purus tantum terminus terminat, non autem sub aliquo alio munere illum respicit. Præter quam quod assumitur falsum, relationē prædicamentalem esse intrinsecam fundamento; verum quia in hoc non consistit vis argumenti, sed in respicientia termini, ideo nihil dicimus. Ad Confirmationem nego assumptum, similitudo enim parietis *A* albi solum respicit, vt purum terminum parietem album *B* non autem illum formaliter assimilat; neque ista sunt formaliter à parte rei, sed solum per intellectum; quia enim in vtroque est albedo, ideo similitudinem fingimus, per quam intelligimus in vtroq; inesse albedinem; at cognitio obiecti est obiectum formaliter cognitum, & quando dicitur quod similitudo est assimilatio physica, optimè saluatur, si paries *B* quia albus solum terminet relationem similitudinis, quam Intellectus ex motiuo albedinis existentis in vtroque fingit, nullum alium effectum in se recipiendo ab illa relatione; esse enim similes physicè nihil aliud importat, nisi communicare in eadem re, in qua dicuntur similes; sic paries albus *A*, & paries albus *B*, qui dicuntur similes physicè, participant eandem formam albedinis specificè, ex quo Intellectus relationem similitudinis concipit, vt infra.

Sunt & aliæ differentiæ inter vtramque relationem. Sed duę allatæ sunt principaliores, cęterę videri poterunt apud Suarez *loco citato*, & Amicum *quæstio.* 1.*dub.*3.*tract.* 15.§ *hinc oritur* 2.*&c.*

An Relatio Prædicamentalis sit Ens reale, nec ne Quæstio Nona.

Notandum primo ex Aristotele 5. *Metaphys.text.*20. tria esse relationis genera. Primum genus est relationum, quæ fundantur in vnitate, & numero; sumitur autem vnitas hic pro quacunque conuenientia, qua plura dicuntur esse vnum, & numerus sumitur pro quacunque disconuenientia, qua aliqua dicuntur plura: tres autem species assignantur & vnitati, & numero. Prima vnitas est qualitatis, in qua fundatur relatio similitudinis. Secunda est quantitatis, in qua fundatur relatio æqualitatis. Tertia est substantiæ, in qua fundatur relatio identitatis. Item triplicem speciem fundat numerus; vel enim est diuersa qualitas, vel diuersa quantitas, vel diuersa substantia. In primo fundatur relatio dissimilitudinis. In secundo Inæqualitatis, in tertio relatio diuersitatis. Secundum genus est relationum, quæ fundantur in potentia actiua, & passiua, vel in actionibus earum, vt calefactiuum ad calefactibile fundat relationem in potentia agendi: at calefaciens ad calefactum fundat relationem fundatam in actione calefactionis: & has relationes fundatas in actione distinguit; nam aliæ fundantur in actione præsenti, vt illuminantis ad illuminatum; aliæ in præterita, vt patris ad filium, alię in futura vt id, quod futurum est ad id, quod faciendum (quod maximam habet difficultatem an sit verum, nec ne, sed nullius vtilitatis esse eam pertractare explicat Suarez.) Tertium Genus continet relationes, quæ vocantur mensurabilis ad mensuram; in hoc autem consistit, quod vnum referatur ad aliud, & per illud quo ad suum esse innotescit, sic scientia, & potentiæ respiciunt obiecta, quia obiecta sunt, per quæ nobis scientiarum, & potentiarum perfectio, & extensio aperitur.

Notandum secundo. Cum relatio per hoc distinguatur à cæteris prædicamentis, quia est in ordine ad aliud in suo conceptu duo includere *esse in*, cum quo cōuenit cum cæteris accidentibus, & *esse ad* per quod differt à cæteris tamquam per propriam, & essentialem differentiam, neque vnum esse potest sine altero, eo enim ipso, quod est ad aliud, & vnum ad alterum refertur, atque adeo dicit *ad* explicitè, *In*, implicitè. Modo quæritur an Relatio prædicamentalis sit ens reale, & an in triplici genere assignato ab Aristotele.

Prima Conclusio. Relatio prædicamentalis [illegible] esse realis. Probatur primo auctoritate Aristot. d[illegible] ens reale in decem prędicamenta realia. Secundo p[illegible] tur ratione. Non repugnat trascendentalis te[illegible]

neq; prædicamentalis. Probatur consequentia sicut transcendentalis dicit *Ad*, ita prædicamentalis.

Tertio probatur. Vel implicat relationem esse realem ex parte sui ipsius, vel ex parte creaturæ; non primum quia reperitur realis in Deo, non secundum, quia Relatio, vt Relatio abstrahit à creato, & increato, nec dicit perfectionem infinitam.

Dices esse *ad*, & esse *In* pugnant, sed relatio si daretur, vt accidens inhæret esse *In*, vt relatio esse *ad*, ergo

Respondeo nego antecedens esse enim *ad*, & esse per se pugnat, sicut et absolutum, & relatiuum; non autem esse *in subiecto*, & ad aliud ordinari: ita accidens dicit esse *In*, quia in subiecto, & *Ad*, quia ad idem subiectum refertur. [illegible] dicat relationem Transcendentalem.

Dices secundo. Totum esse Relationis est ad aliud, ergo excludit esse *In*, ergo non potest esse accidens. Respon[illegible] totum esse Relationis esse ad aliud explicitè, siue quoad modum significandi, quia tamen hoc esse ad aliud est in subiecto quod refertur, ideo innoluitur esse *In*, licet autem [illegible] implicitè includat.

Secunda Conclusio. Dantur Relationes prędicamentales reales. Hæc conclusio est Aristotelis 10. *Metaphys.* D. Thomæ 1. *parte quæst.* 13. *art.* 7. & aliorum apud Amicum [illegible] *dub.* 3. §. 2. *Opinio*: qui multas congerit [illegible], quas tamen, vt non conuincentes soluit eo, [illegible] explicari de relatione ficta ab Intellectu, cũ fundamento à parte rei. Probat deinde ipse sic dantur denominationes pure relatiuæ, ergo dantur reales relationes prædicamentales, probat consequentiã, quia omnis denominatio est à forma sibi proportionata; si igitur est [illegible] purè relatiua est à forma pure relatiua, ergo [illegible] relatio realis prædicamentalis: hæc enim forma [illegible] relatiua aliud esse non potest. Verum hæc ratio [illegible] ac cæteræ similes; huiusmodi [illegible] denominationes non esse à forma intrinseca, de [illegible] fundamento proximo, & coexistentia [illegible] à quibus intellectus deinde format habitudinem [illegible] ad alterum, sic dicetur Petrus denominari [illegible], non à paternitate de nouo super addita realiter: [illegible] *filius* coexistit. Intellectus illum [illegible], & illam relationem per paternitatem explicat [illegible] facilitate soluentur omnes rationes, quas [illegible] *in prędicamento ad aliquid quæst.* 1. *cap.* 8. vt [illegible] patebit. Quare existimo cum Suarez *disput.* [illegible] non posse dari rationem conuincentem [illegible] en probo ratione Theologica sic.

284 [illegible] paternitatis & filiationis in diuinis, [illegible] in creatis. Probatur consequentia. Paternitas & filiatio in Diuinis fundantur in actione, & passione, vt [illegible] Theologi, [illegible] productione actiua, & passiua, [illegible] in humanis, ergo.

Dices. Diuersam esse rationem: nam in Diuinis relationes sunt constituentes essentialiter, atque adeo non sequuntur originem, sed supponuntur, cum origo supponat personam constitutam in suo esse personali, a qua alia habet originem, sed paternitas, verbi gratia in creatis sequitur [illegible], ergo. Sed contra. Paternitas in Diuinis dupliciter potest considerari. Primo, vt constituens patrem in esse personæ potentis producere. Secundo, vt exercitè referens patrem ad filium, & licet primo modo non fundetur nec sequatur originem, tamen secundo modo sequitur necessario, & formaliter refert sub pura ratione termini, & sic de alijs relationibus. hinc

Probo secundo, quia pater generat, intelligitur posterior generatione paternitas referens patrem ad filium realiter, & quia filius generatur, intelligitur resultare filiatio [illegible] explicitè referatur ad patrem, ergo, & in humanis [illegible] Petrus producit Franciscum, in Petro resultabit paternitas & in Francisco filiatio, qua realiter referantur.

Sed contra dices ideo in Diuinis dari relationes paternitatis, & filiationis, quia producens, & productum debẽt distingui, & non per absoluta, vt supponitur ex Theologia, ergo per relationes. Confirmatur primo relationes Diuinæ sunt infinitæ. substantiales, quod nequit dici de prædicamentalibus. Confirmatur secundo, quia hinc tantum [illegible] dari relationes transcendentales, non prædicamentales, quia Diuinæ sunt ad modum transcendentalium [illegible], distinctiuæ, &c.

Ad instantiam respondeo huiusmodi Relationes, non solum constituere, distinguere &c. quo modo sunt priores origine: & in hoc non stat paritas argumenti, sed etiam huiusmodi relationes expresse, vt intelliguntur posteriores, exercitè referunt vnam personam ad aliam, & in hoc stat paritas. Ad primam Confirmationem patet non sumi paritatem in ijs, quæ competunt huiusmodi relationibus, prout sunt in Deo infinitæ substantiales, &c. sed formaliter, vt referunt sub pura ratione termini. Ad secundam pariter patet ex illis tantum posse sumi relationes trãscendentales, si considerentur constituentes, distinguentes &c. at si considerentur, vt posteriores origine, formaliter referunt, sunt similes prædicamentalibus, & hinc sumit efficaciam argumentum. Verum quia etiam, hæ rationes secundum me possunt solui dicendo paternitatem, & filiationem in diuinis, non referre formaliter sub pura ratione termini, vt sunt posteriores origine, sed nos ex eo, quod fatemur paternitatem, & filiationem esse in Diuinis constituentes, & distinguentes producentem à producto, concipere illas relationes præstare etiam illa munera referendi realiter producentem ad productum, eo modo, quo fingimus in creatis, producentem referri ad productum per relationem paternitatis, & productum ad producentem per relationem filiationis; ideo addo aliam rationem adhuc Theologicam, quæ vix euadi potest, est autem huiusmodi. 285

Pater, & Filius referuntur relatione reali spirationis sub pura ratione termini ad Spiritũ sanctum, ergo & in creatis, in omni producente dabitur relatio realis referens producentem realiter ad productum. Antecedens probatur. Relatio spirationis inuenit patrem, & filium iam constitutos; item non distinguit ad inuicem, vt de se patet neque à Spiritu sancto nisi ex suppositione, quod sit relatio realis, quia Pater, & Filius à Spiritu sancto sufficienter sunt distincti, quatenus principium *quod* eiusdem Spiritus sancti, vt latius in materia de Trinitate dico. Ergo solum refert Patrem, & Filium ad Spiritum sanctum, tanquam ad suum terminum. Consequentia (quod idem sequatur in creatis) probatur; nam ideo reperitur hæc relatio, quia producunt; fundatur enim in productione, & actu notionali, quem propterea sequitur ergo, & in creatis, quando realiter producunt, dabitur huiusmodi respectus. Dari autem huiusmodi relationem spirationis in Deo Patre, & Filio ad Spiritum sanctum, quia illum producunt, est omnium Theologorum, cum D. Thoma 1. *parte quæst.* 28. *art.* 3. & 4. ita vt illam negare, si non esset hæresis, saltem temeritatem saperet, neque illam negare auderem. Concludo dicendo, quod si quis nimio ausu spirationem actiuam, vt relationem non admitteret realem, nulla ratione posset cogi ad admittendas relationes prædicamentales reales, vt patebit expendenti infinitas rationes, quas congerit Amicus *loco citato*, quæ tamen omnes facilè solui possunt; quod aduertit, & Suarez, vt diximus.

Tertia Conclusio. Solæ Relationes Prædicamentales fundatæ in actione, & passione sunt reales. Probatur ex relationibus Diuinis solum efficaciter probantur relationes in creatis, sed ex Diuinis probantur solum relationes fundatæ in actione, & passione, ergo. 286

Probatur secundo. De relationibus primi generis. Relationes primi generis fundantur in vnitate, ergo nõ sunt reales. Probatur Consequentia vnitas naturæ specificæ, & genericæ formaliter est tantum per Intellectum, ergo non potest fundare relationem realem, sed tantum rationis.

Tertio sumptis duobus albis, quæ dicuntur habere relationem realem similitudinis, & sumptis, ver. gr. numero ternario, & binario, qui dicuntur referri relatione reali Inæqualitatis; ablato quocumque reali per Intellectum, illa alba adhuc erunt similia, & duæ quantitates discretæ erunt inæquales; ergo relatio similitudinis, & inæqualitatis non est aliquid reale super additum; sed similitudo tantum dicit ipsas albedines eiusdem rationis, & Inæqualitas numeros diuersæ discretionis.

Quarto. Sequeretur aliquam rem infinitas relationes habere, quia infiniti termini produci possunt, verbi gratia, infinitæ albedines, Quantitates, Substantiæ, & immo in instanti statim, ac vna albedo, verbi gratia corrumpatur, vel de nouo producatur, omnes res, quæ sunt in mundo mutarentur, ad omnes enim aliquas relationes

dicit,

dicit, quæ vtique mutantur mutato termino.

Vltimo probatur. Quoties prædicatum conuenit toti ratione omniũ partium, nõ potest esse per formã distinctã, sed esse æquale, simile &c. conuenit ratione partium, ergo non potest conuenire per formam superadditam, ergo æqualitas, similitudo, &c. nõn est aliquid distinctũ, &c.

Maior probatur. Forma superaddita tribuit suum effectum formalem singulis partibus, sic albedo in pariete cuius omnes partes fiunt albæ; sic calor in manu, omnes enim eius partes dicuntur calidæ, ergo cum prædicatum conuenit ratione omnium partium, non potest esse a forma addita; alioquin singulæ partes eundem effectum reciperent, ac ipsum totum. Si igitur esse simile, æquale &c. conueniret per formam superadditam, album *A*, quod est simile albo *B*, quoad singulas suas partes esset simile, quod est falsum; & ternarius esset inæqualis binario, quo ad singulas partes, sicut esse album, quia conuenit subiecto per formam superadditam, conuenit, & tribuitur hic effectus singulis partibus eiusdem subiecti. hęc ratio probat etiam de relationibus tertij generis, vt patebit discurrenti.

Probatur etiam specialiter de tertio genere, scilicet mẽsuræ ad mensurabile, & mensurabilis ad mensuram, verbi gratia *scientiæ*, quæ est mensurabili ad obiectum, quod habet rationem mensuræ; vel enim loquimur de mensurabili ad mensuram, verbi gratia de *potentijs* respectu obiectorum, & actuum, & hoc pacto certum est potentias non dicere ordinem prędicamentalem, sed benè transcendentalem, cum respiciant suos terminos, non sub pura ratione termini; si autem loquamur de mensura ad mensurabile, mensura non dependet, neque ab illo perficitur, ergo nullam dicit relationem. Confirmatur, ideo Deus nullam dicit relationem ad creaturas, quia est omnino independẽs, neque perficitur ab illis.

287 Dices. Non potest intelligi scibile sine scientia, ergo dicit relationem realem ad illam. Respondeo negando consequentiam. non potest enim intelligi, non quia dicat relationem, sed propter connexionem, quia scilicet scientia non est ad scibile, sicut non potest intelligi potentia sine passibili propter connexionem cum ipso: quæ connexio sumitur ex habitudine passibilis ad potentiam, non è contra; ita in casu nostro. hęc autem connexio est fundamentum cur concipiamus relationem mensuræ ad mensurabile: at de se nulla est relatio, sed tantum connexio.

Dices secũdo. Datur ordo in vniuerso, sed ordo est relatio realis, ergo. Respondeo dari ordinem in vniuerso, sed hunc ordinem nihil aliud esse, pręter ipsa absoluta sic, & sic disposita; ex qua ordinata coexistentia Intellectus fundat, & concipit ordinem, tanquam relationem. Vnde ordo a parte rei, est tantum fundamentaliter, non autem formaliter, quia à parte rei nihil est pręter ipsa absoluta.

Dices tertio. Esse propinquum, & esse remotum dicit relationem realem inter extrema, ergo verè datur relatio realis.

Respondeo negando antecedens, esse enim propinquũ, & remotum dicit ipsa absoluta vbicata talibus locis, ex qua vbicatione diuersa intellectus ad ipsam explicandam fundat, & concipit relationem propinquitatis &c. Vnde à parte rei propinquum, remotum, &c. non dicit relationem nisi fundamentaliter, non autem formaliter, quia hæc habetur tantum per Intellectum, atque adeo huiusmodi relationes, sunt relationes rationis, & secundum dici.

Concludo igitur totam hanc quæstionem pręter relationes prædicamentales secundi generis, nullam aliam posse assignari realem, sed à parte rei solum esse ipsa fundamenta, & terminos, ex quibus Intellectus mouetur ad explicandas illas Coexistentias vocibus relatiuis, atque adeo ad concipiendas relationes, quæ non excedunt limites relationis rationis.

Neq; hoc sequi voluntarias chymeras, vt supponit Vallius *loco citato*, sed est nolle suaderi nisi veris rationibus; vt decet bonos Philosophos.

Quomodo Relatio distinguatur à Fundamento.
Quæstio Decima.

288 De hac quæstione sunt tres præcipuæ Sententiæ. Prima docet relationem esse solum distinctam ratione ratiocinata à fundamento, ita vt relatio sit quidem intrinseca in re, quæ relata dicitur, attamen non sit aliquid distinctum ab ipsa, sed ipsa met res non absolutè sumpta, sed vt respiciens, & ordinata ad aliud; sicque similitudinem vnius albi ad aliud, nihil aliud esse, nisi ipsam albedinem, vt aliam connotat, & respicit; distinguitur, igitur tantum ratione, quia eadem res solitariè, & absolutè sumpta dicit esse absolutum, prout verò respicit aliud, & illud connotat habet esse relatiuum, & relatiuè denominatur. Est Nominalium, & aliorum apud Suarez, quos ipse sequitur *disput.*47. *sect.*2. *num.*22.

Impugnatur primo, hæc sententia. perit relatio saluo fundamento, ergo non distinguitur sola ratione. Probatur Consequentia, quæ sola ratione distinguuntur, nullo modo in re patiuntur separationem, ergo non potest corrumpi, quin totum corrumpatur.

Respondet Suarez, *num.* 23. cum corrumpitur relatio non corrumpi nisi solum terminum, quo corrupto tollitur denominatio relatiua, quæ includebat ipsum terminum, non autem corrumpi aliquid in re relata.

Sed contra. Tollitur denominatio relatiua, ergo corrumpitur aliquid in re relata. Probatur per principia ipsius met Suarez; nam non est denominatio extrinseca, ergo intrinseca, sed intrinseca non tollitur, nisi tollatur aliquid intrinsecum, ergo corrumpitur aliquid in re relata.

Secundo Impugnatur, quæ dicunt esse oppositum non possunt identificari, sed relatio, & forma absoluta habent esse oppositum, ergo non possunt identificari.

Respondetur, secundum eandem rationem non posse identificari, benè tamen secundum diuersam, sic albedo vt absolute sumpta non est relatio, sed vt aliam respiciens, & sic secundum diuersam rationem. Sed contra ex eodem Suarez, *num.*22. Relatio, v.g. Similitudinis non est aliud quam albedo, vt aliam respiciens, ergo si relatio est idem cum fundamento, secundum eãdem rationem absolutam identificatur. Probatur Consequentia. Albedo [illegible] respiciens est relatio, & vt sic idem est, ac fundamentum hoc autem est albedo absolute sumpta. Ergo.

Impugnatur tertio. Ablato termino, vel remanet totum esse relationis, vel non; si remanet (vt tenetur fateri, cum distinguatur sola ratione à fundamẽto; quod falsum supponimus) ergo remanet adhuc relatio, quod tamen implicat, cum relatio sit alicuius termini relatio; si non remanet, ergo non distinguitur sola ratione a fundamento.

Impugnatur quarto. Si relatio sola ratione distingueretur à fundamento, multa accidentia idẽtificarentur substantiæ, hoc autem implicat, ergo. Probatur maior, nam multæ relationes fundantur in substantia.

Respõdetur ex doctrina Suarez relationem fundatam in substantia esse accidens non physicum, & prædicamentale, sed prædicabile, & Logicum, hoc autem non implicat identificari.

Sed contra Instatur ex multis absurdis, quæ hinc sequuntur. Primo non est maior ratio de relatione fundata in vnitate qualitatis, ac Substantiæ. Secundo eadem species relationis fundata in identitate specifica contineret [illegible] relationes, quæ essent vera accidentia, & quæ non [illegible] omnia sunt absurda.

Secunda Sententia docet omnem relationem distingui à fundamento realiter, vt res à re. Est Caietani *prima parte quæstione* 28. *articulo secundo*. Ferrarien. *quarto contra gentes, qu.*14. & aliorum apud Suarez, *loco citato*.

Improbatur hæc sententia primo. Non sunt multiplicandæ distinctiones sine necessitate, sed nulla necessitas huius distinctionis, vt ex solutione argumentorum apparebit, ergo.

Secundo. Forma realiter distincta ab eo, in quo est, non potest acquiri sine noua actione, sed relatio sæpius nulla data actione ad ipsam, acquiritur, ergo.

Tertio. Tolleretur vnicum signum distinctionis [illegible] dalis, quod in hoc consistit, vt quando vnum non potest conseruari per nullam potẽtiam ab alio separatum, [illegible] modaliter distinguantur, sed relatio nec per [illegible] potest sine fundamento conseruari; [illegible] vt res à re [illegible] stinguuntur, [illegible]

Tertia Sententia docet relationem distingui [illegible] tantum a fundamento [illegible] apud Ru[illegible] *cap.* [illegible] *quæst.* 14. [illegible] *5. dub.*2. *art.* 6. [illegible] *Conclusio*.

Vnica Conclusio. Relatio distinguitur tantum, vt modo probatur. non distinguitur sola ratione, nec realiter rigorosè, vt probatum est, ergo remanet, vt distinguatur modaliter.

Secundo probatur: fundamentum potest esse sine relatione, non è contra, ergo est modus ipsius.

290 Tertio, Relatio est aliquid de nouo adueniens realiter rei relatæ, à qua intrinseca sumitur denominatio relatiua, sed non est aliquid realiter rigorosè distinctum aduenies, ergo remanet vt sit modus. Confirmatur; nam Relatio determinat facitque rem aliter se habere, quam antea, ergo est modus.

Sed contra hanc Conclusionem Instatur primo, pro prima sententia ex Suarez. *num.* 15. Si relatio esset aliquis modus posset per diuinam potentiam auferri, sed hoc implicat ergo probatur minor. nam positis duobus albis quocunque tertio ablato, adhuc remanent similia, ergo relatio non potest auferri, & idem procedit de cæteris relationibus.

Confirmatur primò. Nam si relatio est aliquid distinctum modo nouo productum, hæc productio non fit sine concursu Dei, sed Deus potest suspendere hunc concursum.

Confirmatur Secundò. Nam si esset aliquid distinctum de nouo adueniens fundamentum mutaretur, hoc autem est contra Aristotelem 5. *phys. textu* 1 dicentem relationem [illegible] tione; & ad relationem non [illegible]

Ad [illegible] respondeo Deum posse auferre relationem [illegible], vel [illegible], quia modaliter distinguitur, non [illegible] relationem, qua posito fundamento, & [illegible] ratione, statim alia pullulabit, sicut [illegible] Ad primam Confirmationem [illegible] propriè non fieri, sed resultare [illegible] fundamenti & termini; neque hanc [illegible] propter necessariam [illegible] necessitatem in Deo, [illegible] sicut necessitatur posita [illegible] formam producere.

Ad secundam Respondeo Fundamentum aliquo modo [illegible] relationem, quam antea non habebat [illegible] autem dico, esse intelligendum [illegible] quæ habetur per aliquid, per se [illegible] autem non est relatio, que tantum [illegible] & secundario fit posito termino, tanquam [illegible] & ideo dicit ad relationem [illegible] Quantum ad hoc bene dicit etiam Vallius [illegible] cap. 5.

Instatur Secundò, quia non videtur cur causæ sit assignanda [illegible] huius respectus; Respondeo cum resultans habeatur per solam resultantiam, immediatè esse tribuendam fundamento, mediatè vero producenti talem [illegible], quia tunc potuit fundamentum in potentia proxima, vt producto termino illa relatio resultaret: & licet tunc egerit quantum potuit, non produxit tamen relationem, quia non aderant omnia requisita.

Instatur Tertiò, quia sequeretur in eadem re esse infinitos modos, quia v. g. vnum album habet relationes ad mille alba, quæ sunt, & quæ esse possunt. Sed Respondeo hæc, & similia argumenta non militare contra nos qui omnino negamus relationes fundatas in primo, & tertio genere esse reales, sed tantum rationis. has autem non implicat esse infinitas.

Instatur Quartò pro secunda sententia ex Amico *art.* 4. § *Dices.* fundamentum habet existentiam absolutam, & relatio relatiuam, ergo realiter distinguuntur. Respondeo negando consequentiam. Relatio enim est modus habens propriam existentiam, eo pacto quo existentia competit modis; & hæc existentia est relatiua, & est realiter, sed modaliter tantum distincta & hoc sufficit, vt censeatur habere suam existentiam ab existentia absoluta.

Multa Loca D. Thomæ afferuntur à Caietano 1. *parte quæst. citata*, & etiam multæ rationes, quæ tamen omnia loca optimè explicari possunt de distinctione modali, & rationes vis [illegible] habent subsistentiam, ideo omitto. Afferuntur à [illegible] 5. *Metaphys. cap.* 15. *quæst.* 2. *sect.* 3. Aduerto tamen ex Caietano *loco citato* §. *componere autē*; & deseruiet pro multorum argumentorum solutione; aliud esse loqui de relatione formaliter, & in modo significandi; aliud loqui de eadem secundum suum totum esse; Primo enim modo dicit tantum esse *Ad*, & immediatè non significat inesse, sicut cætera accidentia; Secundo vero modo vtrumque includit, quia est verum accidens cōtinens cum cæteris in esse *In*; quare cum dicitur relatio esse minimæ entitatis, non facere compositionem &c. intelligite quoad modum significandi, & formaliter. hoc ipsum habes apud Amicum §. *ex quibus patet.*

Explicatur Natura Termini Relationis. Quæstio Vndecima.

Explicata natura Relationis, & Fundamenti ipsius, remanet explicandus Terminus, à quo omnis Relatio, cum ad aliquem terminum sit Relatio, essentialiter pēdet: omnia autem, quæ ad ipsum pertinere videbuntur, præsenti quæstione comprehendam. pro qua sit, 291

Prima Conclusio. Terminus Relationis realis debet esse realis. Probatur primò hæc conclusio *ex quæst.* 1. Probatur secundo, ens reale non potest pēdere ab ente rationis, sed relatio pendet à termino, ergo Relatio realis non potest pendere à termino, qui sit ens rationis. Maior probatur. Ens reale nullam dicit dependentiam ab Intellectu ergo non potest pendere ab ente rationis, quod sit tantum ab Intellectu, alioquin penderet, & non penderet ab Intellectu. Confirmatur. Relatio est actualis ordo vnius ad alterum, sed nulla res ordinatur ad non ens, Ergo.

Dices ex Amico *quæst.* 7. *dubio* 3. *in principio.* Cognitio realis pendet ab ente rationis, dum cognoscitur v. g. *Chymera*; ergo pari modo relatio realis poterit pendere ab actu rationis. Respondeo negando consequentiam. Virtus enim Intellectiua, à qua principaliter est cognitio, est illimitata propter suam perfectionem ad totam rationem entis, ideo potest ferri etiam in non ens, dum tamen ad modum entis cognoscitur; & ideo illa cognitio terminatiue non est realis. At nullum fundamentum relationis dicit ordinem ad ens rationis, quia nulla est ratio, cur ens reale ordinetur ad id, quod non est ens; quare non potest relatio realis habere terminum, qui sit purum ens rationis; alioquin cum relatio formaliter dicat puram respiciētiam, esset rationis, si talis sit terminus. Vide etiam Vallium *in hoc prædicamento quæst.* 6. *cap.* 6. & 7.

Secunda Conclusio. Terminus relationis realis debet esse actu existens. probatur primo ex Aristotele *in hoc capite* dicente, relatiua esse simul natura, ergo relatio requirit terminum actu existentem; alioquin non essent simul natura.

Secundo probatur. Relatio prædicamentalis est actualis dependentia a termino, ergo requirit terminum actualem. Probatur consequentia, quia quod actu non existit, non potest aliquid actualiter præstare.

Tertio probatur. Si Relatio non requireret actualem terminum, sed tantum possibilem, aliquis posset dici pater omnium filiorum, quos potest producere, quod nemo dixit. Confirmatur, nam qui nunquam genuit, nec geniturus est, pater appellari posset.

Quarto probatur. Resultat relatio realis prædicamentalis solum posita actione, & passione, per quas producatur id, quod terminat relationem, ergo relatio requirit terminum actualem. Probatur consequentia, alioquin non esset necesse expectare actionem, & passionem.

Contra hanc Conclusionem vnicum argumentum videtur posse habere vim, scilicet Relatio Transcendentalis non requirit terminum actu existentem, ergo neque prædicamentalis. Probatur consequentia, nam sicut prædicamentalis est ordo vnius ad alterum, ita est Transcendentalis. 292

Confirmatur, nam necessitas actualitatis termini in prædicamentali non sumitur ex entitate relationis, nam hæc habetur ex fundamento, non ex ratione termini, quia terminus vt sic, tantum terminare debet; quod est denominatio extrinseca, quæ ei potest competere siue existat, siue non.

Ad Argumentum nego consequentiā, ad probationem Respondeo relationem transcendentalem, quia secundum suum communem conceptum respicit terminum, vt aliquid circa ipsum efficiat, ideo posse illum respicere tanquam vt possibilem, vt enim aliquid efficiatur supponitur, [illegible] quo debet habere suum esse: ideo aliquando [illegible] spectus transcendentalis, est tantum possibilis, quia [illegible] natur ad terminum, vt ad quid per se efficiendum, [illegible]

adeo possibilem: at ordo prædicamentalis est purus respectus ad terminum, & sola comparatio vnius ad alterum, & actualis, ideo requirit terminum actualem, sicut & quædam relationes Transcendentales, vt *vnio*, *Cognitio* &c.

Ad Confirmationem respondeo necessitatem illam oriri ex natura ipsius relationis prædicamentalis, quæ est talis naturæ, vt solum cõsurgat posito termino in esse actuali propter rationes assignatas, quæ quia non militant in transcendentali, ideo ibi non semper requiritur ista actualitas.

Tertia Conclusio. Terminus Relationis prædicamentalis semper realiter distinguitur à fundamento. Probatur primo. Relatio est forma, quæ refert vnum ad aliud, ergo debet distingui quod refertur, ab eo ad quod refertur. Probatur Consequentia, nam alietas non est nisi inter res distinctas.

Secundo probatur. Oppositio semper est inter distincta, sed fundamentum, & Terminus opponuntur, ergo debent distingui.

Tertio probatur. Si fundamentum non esset distinctum à termino, nec etiam distingueretur relatio, sed hoc implicat ergo. Maior probatur; nam Relatio vel est omnino idem cum fundamento, vel est modus illius, ergo si fundamentum est idem termino, eodem modo esset idem relationi, sicut est fundamento: quod autem implicet relationem non distingui à termino clarè patet; ideo enim dicitur Terminus, quia tantum terminat Relationem.

Quarto probatur. Relatio Prædicamentalis est tantum inter producentem, & productum: sed causa, quæ producit semper distinguitur ab effectu producto, ergo fundamentum & Terminus semper distinguuntur.

293 Sed Contra Instatur primo. Sicut nullo Intellectu cogitante res est ab alia distincta, ita est in se indistincta, & idem sibi, ergo est relatio realis identitatis. Respondeo negando consequentiam, est enim tantum relatio fundamentaliter, non formaliter propter rationes assignatas.

Instatur secundò ex Scoto *in* 1. *distinct*. 31. *quæstio*. 1. & *Quodlibeto* 6. Si in duobus parietibus poneretur eadem numero albedo, vtique esset relatio realis, ergo non requiritur distinctio realis. Respondeo negando Antec. relatio enim refert vnum ad aliud; & primo refert fundamentum, quam Subiectum. Quare cum fundamentum nempè albedo sit idem cum termino, non refert ad aliud, neque interest, quod subiecta materialiter sint distincta, dum formaliter sunt idem.

Aduerte tamen hanc distinctionem requiri tantum inter fundamentum, & terminum, non autem inter Subiectum, & terminum; si enim essent duæ qualitates in eodem subiecto, essent tamen similes relatione reali secundum eos, qui hanc admittunt in primo genere. Idem patet de Intellectu intelligente, & producente cognitionem in seipso, secundum enim potentiam actiuam fundat relationem, quæ terminatur ad se ipsum secundum potentiam passiuam. Vide Amicum *quæst*. 7. *dubio* 5. §. *dices. forma*: *In fine*.

Aduerte secundò, non requiri distinctionem realem inter rationes fundandi vniuersaliter; & si fundent relationes realiter distinctas: patet in actione, & passione, quæ non distinguuntur realiter, & tamen actio est ratio fundandi relationem producentis, & Passio ratio fundandi relationem producti, quę relationes realiter distinguuntur; & ratio à priori est, quia relatio non sumit suam specificationem à ratione fundandi.

Quarta Conclusio. Terminus Relationis est quid absolutum, non respectiuum. Est contra Caietanum 1. *parte quæst*. 13. *artic*. 7. Probatur primo posito termino est Relatio, sed in illo priori Terminus non est relatiuus ergo relatio non terminat, ad relatiuum formaliter. Minor probatur; nam non est relatiuus per relationem, quam terminat, quia nondum supponitur terminare (præter quam quod diceretur relatiuus tantum extrinsecè) non est relatiuus per aliam relationem, quia quacunque ablata adhuc potest terminare.

Probatur Secundò. Eodem modo terminat, quo causat relationem, sed illam causat vt absolutus, ergo terminat, vt absolutus. Maior patet. Minor probatur. *Filius* verbi gratia, productus prius natura causat relationem paternitatis, eo pacto quo relatio causatur à termino quam terminet: sed in illo priori est absolutus, ergo causat vt absolutus.

Probatur Tertiò. Eadem est ratio de fundamento, & de termino, sed fundamentum refert vt absolutum, ergo refert etiam ad absolutum. Et confirmatur primò. 294
Ideò filius terminat relationem Paternitatis, quia fuit productus à patre, sed est productus vt absolutus, ergo vt absolutus terminat. Confirmatur secundo. Si terminus esset respectiuus, daretur processus in infinitum. Probatur: Terminus, vt terminat est respectiuus, ergo prius respectiuus, quam terminat; ergo alicuius Termini est respectiuus: & ille terminus rursus est respectiuus, ergo alius termini; & ille alius, iterum alterius, & sic in infinitum, v.g. si filius, vt respectiuus terminat relationem paternitatis, illa relatio, qua est relatiuus ad aliquem terminum refert filium, & ille, si est relatiuus ad alium terminum, &c.

Contra nostram Conclusionem Instatur primo ex Fonseca *quæst*. 4 *sect*. 1. 5. *Metaphys*. *cap*. 15. Petrus verb. gr. prius natura est Petrus, quam filius; ergo si terminat relationem Paternitatis, non vt filius, in illo priori in quo habet esse, & nondum est filius, prius natura Paulus erit pater, quam habeat filium, quod est absurdum. Respondeo prius natura Paulum producere Petrum, & Petrum produci prius natura, quam sit filius; attamen in illo priori nondum intelligitur paternitas, sed in secundo signo, in patre est paternitas, in filio filiatio independenter ad inuicem; hæc tamen paternitas terminatur ad illud esse absolutum filij, licet in illo signo filius sit; & filiatio terminatur ad esse absolutum patris, licet in illo signo sit Pater; & in hoc sensu dicuntur correlatiua simul natura, quia scilicet in eodem signo, in quo est relatio Paternitatis ad filium, est filiatio ad patrem; attamen non terminantur secundum illud esse relatiuum propter rationes allatas; & per hoc patet ad argumentum de simultate relatiuorum, immo si terminus esset relatiuus, non essent simul natura, nam terminus prius natura est, quam terminet.

Instatur Secundò ex eodem. Correlatiua, ponuntur in definitione relatiuorum, ergo; quia relatiua terminantur ad correlatiua. Et Confirmatur, nam relatiua sunt simul cognitione. Ad argumentum negatur Consequentia: ideo ponuntur in definitione, quia Relatio totum suum esse habet ad correlatiuum, sed secundum esse absolutum, & materiale, secundum quod terminat, seu ponitur correlatiuum; quia statim ac terminat simul etiam oritur relatio ad prius relatiuum.

Ad Confirmationem dico esse simul cognitione non propter terminationem relatiuam, sed propter connexionem, quam habent ad inuicem, vt in termino oriatur etiam Relatio.

Instatur Tertio ex eodem. In diuinis Relationes terminantur ad relatiua, non ad absolutum, quia secundum absoluta sunt idem, ergo & in creatis. Respondeo negando Antecedens: paternitas enim terminatur ad genitum, qui quidem genitus est constitutus filiatione; attamen non terminat, vt filiatio correspondet relationi referenti genitum ad generantem, seu vt habet rationem relationis prædicamentalis; sed secundum illud esse, quod in priori intelligitur habere, antequam referatur ad patrem; idem dicitur de patre respectu filij: vt sic autem non sunt idem, nam filius vt constitutus in suo esse personali distinguitur à patre, & secundum hoc esse terminat relationem Paternitatis.

Instatur Quartò. Relatiua sunt opposita essentialiter ad inuicem, ergo ratione relationis, quæ est in vtroque 295
extremo, ergo terminus est relatiuus. Probatur vltima consequentia, quia alioquin non esset oppositus. Respondeo duplicem esse oppositionem formalem, & esse inter extrema, quæ mutuo referuntur, & terminatiuam, quia scilicet vnum se habet vt terminus ad relationem, qua aliud extremum refertur; & hac oppositione tantum relatiua necessario opponuntur, quare negatur prima Consequentia, quæ tantum procederet de oppositione formali, quæ per accidens se habet ad relatiua vnde ruit secunda Consequentia, & eius probatio, quæ tantum probat terminum non esse oppositum formaliter, quod nos vero concedimus.

Vltima Conclusio. Relationes multiplicantur numero

ro ad multiplicationem terminorum. Probatur primo Relatiua sunt simul natura, ergo ad multiplicationem terminorum multiplicatur relatio. Probatur consequentia. In generatione secundi filij, si non producitur noua relatio in patre, sed refertur per priorem relationem, illa relatio non est simul, sed prior natura relatione secundi filij.

Probatur Secundo. In productione noui filij ponitur noua ratio fundandi, & nouus terminus, ergo noua relatio. Probatur Consequentia, alioquin illa noua ratio fundandi frustraretur.

Probatur Tertiò. Si per vnicam relationem Petrus esset pater decem filiorum, mortuo vno, vel altero, adhuc esset pater decem, sed hoc est absurdum, ergo. Maior probatur. per paternitatem dicebatur pater, sed eandem [illegible] habet, ergo adhuc dicetur Pater.

Probatur Quarto. Relatio ad primum filium terminatur [illegible] ad suum terminum adæquatum, ergo cum [illegible] non potest eundem terminare. Consequentia [illegible] est diuersa ratio fundandi, & diuersus Terminus, ergo diuersa etiam erit Relatio.

[illegible] Primò. Sequeretur idem Subiectum posse habere [illegible] in infinitum. Probatur Consequentia: [illegible] causa [illegible] effectus infinitos [illegible] haberet relationes haberet infinitas. Respondeo nullam causam posse producere effectus [illegible] quod posset, posset etiam relationes [illegible] potest maiores, potest & minores, [illegible] effectus infinitos. Ad id quod [illegible] tamen non debet æquiualere infini[illegible] eandem difficultatem [illegible] etiam [illegible].

[illegible] 5. *Metaph.* [illegible]. Implicare [illegible] accidentia solo numero differentia [illegible] esse possunt [illegible]. [illegible] Aristotelem [illegible] de accidentibus, quæ [illegible], vt plures calores [illegible] autem de [illegible], [illegible], vt duo relationes, [illegible], & connectuntur. Id [illegible] de speciebus [illegible], quæ solo numero [illegible] in eodem Subiecto.

[illegible] posset, à [illegible]. Respondeo [illegible] & [illegible] sæpius [illegible] relat[illegible] ad aliud, patet [illegible] relationibus paternitatis, similitudinis, æqualitatis, &c. in quibus [illegible] est fundamentum specificè, & etiam relationes formaliter sumptus. Videte Amicum *quæst.* [illegible].

De Proprietatibus Relatiuorum. *Quæstio Duodecima.*

296 PRo totali complemento huius Capitis remanerent explicandæ proprietates Relatiuorum, quas in Summa assignauimus ex Aristotele. Prima est Relatiua habere contrarietatem; quæ proprietas verificatur tantum de aliquibus, verbi gratia. de Virtute respectu Vitij, non autem de omnibus, nam duplum, & [illegible] nullam dicunt contrarietatem; immò contrarietas quando reperitur non est inter relationes ipsas, sed potius inter relatiua materialiter sumpta; dicuntur igitur contraria relatiua, potius secundum vulgi opinionem.

Secunda Proprietas est, Relatiua aliquando suscipere magis & minus; (dicitur aliquando, nam de omnibus certum est non verificari, duplum, enim non dicitur magis duplum respectu parui, quam respectu maximæ quantitatis) videtur autem verificari in qualitatibus, & quantitatibus, si enim sit color vt sex, & vt octo, sunt similes; si vero vnus augeatur, aut minuatur alter, fiunt magis similes, atque adeo datur magis & minus in relationibus; quod tamen est intelligendum vt explicat Suarez *sect.* 18. *numer.* 3. non quod relatio ipsa per gradus augeatur, aut minuatur sed solum quia ipsa fundamenta magis vel minus sunt similia, æqualia &c. hoc autem non habet locum in nostra sententia, in qua posuimus Relationem talem tantum in secundo genere, in quo certum est vnam paternitatem v.g. non esse magis, quam sit alia.

Tertia Proprietas. Relatiua dicuntur ad conuertentias. Quid est dicere vnum relatiuum explicari per ordinem ad aliud; pater enim explicatur per ordinem ad filium, & filius ad patrem, & hæc est communis etiam Transcendentalibus, immò, & [illegible]. Notate tamen quod non dicuntur relatiua dici conuertibiliter, sed ad conuerrentiam, quia tunc dicerentur conuertibiliter mundo in recto inuicem conuerterentur. vt *homo & rationalis*

Quarta Proprietas. Relatiua sunt simul Natura. Quia scilicet in eodem instanti, in quo vna relatio ponitur ponitur & alia, & vna ablata, altera aufertur, nec vna dependet ab altera tanquam à causa: quæ duo necessaria sunt ad simultatem naturæ. hæc proprietas propriè conuenit relatiuis mutuis, in eodem enim instanti, quo pater fundat paternitatem, filius fundat filiationem, & ad inuicem [illegible] potest conuenire & non mutuis, si debitè sumantur, quod est dicere, si eodem modo accipiantur extrema scilicet vtrumque actu, vel vtrumque potentia; sicut enim eo ipso, quod ponitur, & aufertur pater ponitur, & aufertur filius, ita eo ipso, quod ponitur, & aufertur [illegible] ponitur, & aufertur scibile [illegible], non è contra.

Vltima Proprietas est. Vnum relatiuum non posse perfectè cognosci quin cognoscatur & aliud, quia relatio necessariò est ad [illegible], & essentialiter; non potest autem cognosci perfectè, nisi cognoscantur ea, ex quibus essentialiter pendet, vel potest etiam dici, quod non cognoscatur vnum relatiuum formaliter, quin & aliud propter concomitantiam; non enim cognoscitur paternitas, quin simul cognoscatur & filiatio; & dicuntur etiam relatiua esse simul definitione, quia scilicet formaliter vnum relatiuum definitur ad aliud relatiuum; neque hinc obstat, quod definitio sit tradenda per notiora, hoc enim verificatur, cum traditur per ea, quæ in recto ingrediuntur, non autem per ea, quæ tantum in obliquo, vt in casu nostro. De Relatione Satis.

CAPITIS DE QVALITATE

S V M M A.

PRimo Aristoteles explicat quid sit Qualitas, dicens Qualitatem esse, qua æquales reddimur.

Secundo affert quatuor species qualitatis. Primam dicit Habitum, & Dispositionem. Secundam Potentiam naturalem, & Impotentiam. Tertiam Qualitates passiuas, ac passiones, Quartam Figuram, & Formam.

Tertio affert descriptionem Qualis dicens, Qualia esse, quæ à qualitatibus denominatiuè dicuntur.

Quarto affert Proprietates qualitatis dicens, qualitates habere contrarium, licet non conueniat omnibus. Secundo suscipere magis & minus, quod etiam non omnibus qualitatibus competit. Tertio qualitates esse fundamentum similitudinis, & dissimilitudinis.

Vltimo tandem in calce Capite soluit quandam difficultatem de Habitibus, quomodo pertineant ad hoc prædicamentum, cum Habitus dicatur ad aliud, atque adeo spectare videatur ad Prædicamentum ad Aliquid. Hæc Aristoteles.

Explicantur Species qualitatis, Ipsiusq; Proprietates.
Quæstio Tertia decima.

297 TRadit Aristoteles definitionem Qualitatis ab effectu dicens, *Qualitatem esse, qua reddimur Quales*, quæ definitio, vt videatur tradita per proprium effectum, & non per effectum communem alijs accidentibus, scilicet per affectionem subiecti, sic est intelligenda ex Albert. *in prædicam. cap.* 1. scilicet per Qualitatem nos reddi perfecto, tam in essendo, quam in operando, hoc enim modo reddere quales, est proprium solius Qualitatis.

Primam Speciem Qualitatis distinguit Aristoteles in duas alias species, scilicet in Habitum, & Dispositionem: Habitus autem dupliciter potest sumi. Primo pro indumento, & vestitu corporis; & hoc pacto hic non sumitur. Secundo potest sumi pro Qualitate, qua reddamur dispositi ad agendum; & hoc pacto sumitur, & vt sic sumptus definitur, habitum esse Qualitatem difficiliter mobilem, quæ scilicet, cum sit firmiter radicata, haud maxima facilitate potest auelli. Huiusmodi sunt omnes virtutes, & vitia, scientiæ &c. Dispositionem vero dicit esse, qualitatem, quæ non est diuturna, sed faciliter potest abijci, & amitti, & tales numerãtur frigiditas, caliditas, sanitas, &c. quæ faciliter possunt amitti. Nomine autem dispositionis, vt bene Conimbricenses *hic* §. *sunt autem*, non intelligit dispositionem lato modo sumptam, prout dicit formam affi[illegible] bene, vel male subiectum, hoc enim modo Habitus est dispositio; sed sumit dispositionem stricte contra distinctam ab habitu, prout dicit Qualitatem non difficile mobilem vt Habitus.

Secunda Species est naturalis Potentia, & Impotentia. Nomine autem potentiæ intelligitur, vt notat Toletus *in hoc capite Notab.* 3. Promptitudo quædam vel aliquid faciliè agendum, sic Luctatores dicuntur habere quamdam naturalem vim ad Luctandum, vel etiam intelligitur quædam naturalis vis, qua fortiter resistitur contrarijs, tali pacto ferrum per longiorem resistit durissimi. Nomine autem Impotentiæ intelligitur quædam potentia, qua difficiliter [illegible] est [illegible] ad [illegible]endum, & intelligitur etiam quædam vis, qua facile recipitur, quod in proprium perniciem tendit [illegible] in [illegible], quæ facile diuiditur. Ex quo patet quod licet hæ duæ vltimæ vocentur Impotentiæ, non tamen esse quid priuatiuum, seu negatiuum, sed positiuum; at ita vocantur, quia potentia agendi difficiliter & potentia non resistendi, potius, & melius dicuntur Impotentia agendi, & resistendi. Differt autem hæc species a præcedenti, quia sub hac comprehenduntur tantum principia naturalia, non autem acquisita.

Tertia Species est Passibilis Qualitas, & Passio. Qualitas autem tripliciter dici potest passibilis. Primo, quia introducatur in Subiectum cum passione. Secundo quia est causa passionis. Tertio quia sit effectus passionis, & hic secundo, & tertio modo sumitur passibilis. Primo enim modo competit etiam cæteris accidentibus: quia vero huiusmodi passibiles Qualitates aliæ sunt a causa, & passione durabili, aliæ a passione, quæ præsto transit, primas vocat Qualitates passibiles. Secundas vero passiones, quia vt dicit Toletus huiusmodi qualitatibus denominamur simpliciter quales, qui enim ruborem contrahit ex verecundia, non dicitur rubeus, sed passus ruborem. 298

Quarta species est Figura, & Forma. Quid intelligat Aristot. intelligat nomine Figuræ, & Formæ variæ sunt sententiæ apud Toletum *hic* §. *Quartum verò*. Vbi ipse cum Simplicio statuit per figuram intelligere Aristotelẽ eam, quæ consistit in quantitatibus Mathematicis, per formam vero eam figuram, quæ tantum in corporibus materialibus reperitur.

Primam Proprietatem assignat Aristot. Qualitatibus, scilicet habere contrarium; hoc pacto in calore, cui contrarium frigus, vel albo, cui contrariatur nigrum, & addit hoc non omnibus qualitatibus conuenire, vnde enim nihil est contrarium, & sic de cæteris medijs coloribus.

Secundam Proprietatem dicit esse, suscipere magis, & minus, scilicet intendi, & remitti. Quæ proprietas nec etiam competit omnibus Qualitatibus, & si in concreto accipiantur, non enim vnum quadratum dicitur magis quadrum, quam aliud, bene autem dicitur magis calidum.

Tertiam denique Proprietatem assignat, quæ maxime proprietas est, scilicet, vt secundum Qualitates res dicantur similes, sicut secundum quantitatem dicuntur æquales: non tamen similitudo, & dissimilitudo sunt qualitates, sed passiones Qualitatis ad aliud prędicamentum pertinentes, videlicet ad prędicamentum ad aliquid. Multa quæri possent hic de qualitate, sicut quærit Suarez *disp.* 43 verum non sunt huius loci, sicut nec etiam agemus de ceteris sex prędicamentis; etenim de actione, & Passione ad Phys. spectat, cætera vero videri possunt apud Expositores; prætermittimus quia in progressu Philosophię aliquid de ijs etiam dicemus.

TRACTATVS TERTIVS
Qui est de Post Prædicamentis.

Capitum de Post Prædicamentis

SVMMA.

PRimo Aristoteles vsque ad textum sextum explicat Oppositionem, quæ quadrupliciter contingere affirmat. Aliqua enim dicuntur opposita vel relatiuè, vt pater, & filius, vel contrariè, vt Calor, & Frigus, vel priuatiuè, vt visus, & cæcitas, vel contradictoriè, vt sedere, & non sedere.

Secundo, circa oppositionem comparat ipsas ad inuicem, & quomodo ad inuicem differant, explicat.

Tertio tandem à textu nono affert quinque proprietates oppositorum contrariè.

In secundo Capite Post Prædicam: affert Aristoteles quinque modos, quibus aliquid altero dici potest prius, scilicet tempore; existendi consequentia, ordine; dignitate, & natura.

In tertio Capite affert tres modos, quibus aliqua dicuntur esse simul, tempore scilicet, natura, & diuisione.

In quarto Capite enumerat sex species motus, quæ sunt Generatio, Corruptio, Accretio, Decretio, Alteratio, & Locatio, seu motus localis.

In vltimo Capite ponit octo modos habendi, vt explicabitur infrà.

Explicantur quæ spectant ad post Prædicamenta.
Quæstio Vnica.

299 QVia Aristoteles in explicandis Prędicamentis aliqua dixit de Oppositione, Prioritate, & alijs, quæ ibi vix attigit, ideo post prædicamenta statim de ijs propria Capita instituit, quæ ideo Postprędicamenta appellantur, & de quibus nos acturi promisimus. Ideo

Notandum est pro explicatione Capitis de Oppositione, duplicem esse Oppositionem. Vnam complexam, & Logicam, alteram incomplexam, & Physicam. Logica est, quæ reperitur inter Enunciationes, & explicatur in Introductione. Physica vt notant Conimbricenses *hic quæst. vnica. art.* 1. sumitur dupliciter stricte, quæ sic sumpta dicit repugnantiam inter extrema determinata & definita. Secundo potest sumi late, pro diuersitate, & distinctione

ctione aliquorum, quorum vnum non est aliud, & ei opponitur dicitur: sumpta igitur physicè oppositione strictè quatuor species ei tribuit Philosophus, scilicet relatiuam, contrariam, priuatiuam, & contradictoriam.

Oppositio relatiua est inter ea, quæ ita se habent, vt eorum esse sit ad aliud, & ad aliud referatur; inter id autem, quod refertur, & id, ad quod refertur est talis oppositio, scilicet inter relatiuum, & eius terminum, seu correlatiuum, vt pater, & filius relatiuæ opponuntur, vt in præteriti sufficienter diximus.

Oppositio contraria est inter ea, quæ non sunt ad inuicē relatiua, attamen sunt sibi inuicem contraria, sic calor, & frigus sunt contraria; non tamen dicimus frigus caloris, nec calorem frigoris, & per hoc distinguitur à relatiua, à priuatiua, & contradictoria, distinguitur eo quòd vtrumque extremum oppositionis contrariæ sit positiuum, non verò in illis, vt patet. Et addit Aristoteles quod contrariorum aliqua ita respiciunt proprium subiectum, vt aliquod eorum semper insit: & hæc vocantur sine medio: aliqua verò ita respiciunt, vt non semper aliquod ipsorum insit, vt album, & nigrum, potest enim dari corpus, quod de neutro participet, sed sit fuscum v. gr. & hæc vocantur cum medio.

300 Contraria, quæ opponuntur contrariè quinque proprietates assignat Aristoteles in fine huius capitis. Prima est [illegible] contrariorum semper habere vnum con[illegible] aliquando tamen habere etiam plura: bono enim [illegible] malum est contrarium, timiditati verò contraria est audacia, & fortitudo.

Secunda Proprietas est. Contraria non necessariò esse [illegible] vnum enim esse potest sine alio, sic calor sine frigore.

Tertia Proprietas est. Contraria non posse simul in eodem subiecto, scilicet in eadem parte subiecti, seu vt habet Toletus, [illegible] non posse simul denominare absolutè idem subiectum, vel enim dicetur calidum, vel frigidum.

Quarta Proprietas est. Contraria semper versari circa idem subiectum: hæc tamen identitas potest esse, & in specie [illegible], & [illegible] in homine; potest etiam esse in [illegible] calor, & frigus in aqua, & in igne specie differentibus, & per hoc differt hæc oppositio à priuatiua, quia [illegible] respiciunt idem subiectum saltem in specie idem. Videte Toletum *hic §. priuatio verò.*

Quinta Proprietas est. Contraria vel collocari sub eodem genere, vt albedo, & Nigredo, vel sub generibus cōtrariis, vt Iustitia & Iniustitia, vel denique sunt ipsa genera contraria [illegible] specierum.

Oppositio priuatiua est inter ea, quæ se habent, vt Habitus & priuatio in subiecto apto talem habitum habere; semper autem versantur circa idem subiectum, sed ordine quodam, quia non possunt simul esse in eodem subiecto, & quia ab habitu semper fieri potest transitus ad priuationem, non tamen è contra, non enim à morte fit transitus iterum ad vitam; vnde est illud axioma, *à priuatione ad habitum non datur regressus*, quod intellige cum Diuo Thoma 8. *Metaph. ca. 5 lect. 4. § secundam dubitationem mouet*, de illis priuationibus, quæ respiciunt subiectum cum hoc ordine, vt prius insit habitus: vel intelligite cum Toleto *hic cap.* [illegible] *§. Quæstio, &c.* à priuatione potentiæ, proximè, vel remotæ non dari regressum ad habitum, non autem à priuatione actus, ad quem semper datur regressus, si non ad eundem numero quod implicat, tamen ad eundem specie: intelligite etiam de regressu immediato non mediato, nam ex vino fit acetum, & ex aceto fit aqua, postea aqua infusa vino fit vinum vt 8. *Metaphys. cap. 5.* & per hoc etiam differt oppositio priuatiua.

Vltima oppositio est contradictoria, quæ est maxima omnium oppositionum, & est affirmatio, & negatio respectu eiusdem, vt sedere, & non sedere; atque cum consistat in affirmatione, & negatione respectu eiusdem eodem modo sumpti, necesse est semper alterum esse verum, alterum falsum, quia est impossibile idem esse, & non esse. Et hinc patet veritas illius axiomatis, *inter contradictoria nō dari medium*; non enim potest dari natura positiua, quæ simul sit, & non sit, neque cui competat negatio ipsius esse, & ipsum esse. Quod non habet locum in cæteris oppositionibus; potest enim dari casus, quod neutrum extremum sit verum: sic Petrus antequam sit, nec est pater, nec filius, nec calidus nec frigidus; catulus ante nonum diem neque est videns, neque cæcus.

Post oppositionem ponit in sequenti capite quinque modos, quibus vnum dicitur prius altero. Prima Prioritas est secundum tempus, scilicet quia prius productum magis durauit. Secunda Prioritas est secundum subsistendi Consequentia, quia scilicet vnum aliud infert, non tamen infertur; hoc pacto superiora dicuntur inferioribus priora. Tertia Prioritas est secundum ordinem, quia scilicet natura postulat, vt vnum in ordine sit prius altero; sic præmissæ sunt priores conclusione. Quarta Prioritas est secundum dignitatem, vel naturalem, vt homo Leone, vel constitutione, hominum, vt Dominus seruo. Quinta Prioritas est secundum causalitatem, quia scilicet vnum est causa alterius, licet non sit prius tempore, sic homo est prior risibili: hic vltimus modus, sicut secundis, & tertijs vocantur priora secundum naturam. 301

In tertio Capite ponit tres modos quibus aliqua dicuntur simultatem habere. Primo enim aliqua dicuntur simul tempore, quæ scilicet eodem tempore generantur, & fiunt. Secundo simul Conuertentia, quæ mutuo se inferunt, in obliquo, vt vnum non est causa alterius, vt sunt omnia relatiua formaliter accepta, vt diximus *cap. ad aliquid*. Tertio aliqua sunt simul diuisione, quia scilicet eandem rem æqualiter, & secundum eandem participationem diuidūt, & differentiæ respectu eiusdem generis, quæ immediatè diuidunt, vt rationale, & irrationale.

Quoad quartum Caput de speciebus motus. Generatio est qua fit substantia. Corruptio, qua desinit, augmentum, quo augetur quantitas; decretio, qua minuitur; alteratio quæ terminatur ad qualitatem, & Motus Localis, qui terminatur ad Locum.

Quoad vltimum Caput, varios modos habendi numerat Aristoteles; aliquis enim habere potest. Primo qualitatem, vt scientiam. Secundo quantitatem, vt tertios cubitos. Tertio aliquid adiacens toti corpori, vt vestem. Quarto aliquid adiacens tantum alicui parti corporis, vt annulum in manu. Quinto aliquam partem, vt corpus membra. Sexto aliquid contentum, vt Amphora aquam. Septimo posse[illegible], aut agrum. Octauo vxorem alios modos habendi enumerare Aristotelem *5. Metaphys. cap. 23.* affirmat Ruuius *hic capite 15. in fine*. Verum hæc sufficiant, ne longius protrahamus hunc Tractatum.

Tractatus, & Quæstiones in Libros Posteriorum Analyticorum.

POst breuem explicationem Prædicamentorum, quæ ad primam Intellectus operationem dirigendam tradidit Aristotelem ex D. Thoma adnotauimus, ordo videretur exposcere, Libros Perihermenias, & Priorum explanare, quibus reliquæ Intellectuales operationes dirigi haud dubium; attamen quoniam, quæ ex his necessaria videbantur in Introductione sufficienter exposuimus, vt dictum est in Proœmio, ideò consulto his omissis, Libros Posteriorum ingredimur, in quibus veram formam veræ demōstrationis, qua euidenter scientias adipisci queamus, cum Aristotele tradem us. Gratia autem facilioris methodi præmissis primo breuiter ijs, quæ à Doctoribus in Prolegomenis horum Librorum solent disputari, totam hanc materiam in duos Tractatus diuidemus. In vno agemus de Pręcognitionibus ad Demonstrationem prærequisitis ex Aristotele *cap. 1.* In altero de Demonstratione ipsa; & quoniam nō omnia, quæ in his Libris tractat Philosophus, intendimus explicare, ideò tātum illa Capita ad summam redigemus, & afferemus, quæ materias continebunt, de quibus successiuè quæstiones mouebūtur ad naturam Demonstrationis intelligendam.

Prolegomena in Libros Posteriorum.

CIrca Prolegomena quatuor vidēda sunt. Subiectum, Necessitas, Inscriptio, & dignitas. Quoad subiectum dicendum cum Toleto *hic quæst. 1. Conclusione 1.* Demonstrationem esse subiectum, hoc enim videtur intendisse Aristoteles, dum 1. *priorum cap. 10.* ait, suum intentum esse agere de demonstratione. Postea *cap. 4.* ait prius se acturum de syllogismo in Communi; eo quod omnis Demonstratio sit syllogismus, non verò è contra. Secundo pro- 302

batur, nam omnia, quæ in his libris pertractantur ad demonstrationē reducuntur, vt apparebit ex progressu, ergo Demonstratio est subiectum, id enim est subiectum, vt in Tractatu sequenti patebit, ad quod reducuntur ea, quæ in tali scientia afferuntur.

Dices cum Auerroe. Agitur hic de definitione, ergo etiam definitio spectat ad obiectum horum Librorum. Respondeo Aristotelem hic agere de definitione, prout est medium demonstrationis, non autem agitur de definitione secundum se, vt patebit ex dicendis.

Necessitas horum Librorum apparet, & sumitur ex necessitate scientiarum; si enim scientia est habitus acquisitus per demonstrationem, vt alibi docuit Aristoteles, & demonstratio est principalius instrumentum, quo acquiritur, vtique non nisi magna necessitate necessarij erunt hi libri, in quibus de Demonstratione agitur. Præter quam quod ferè tota Logica est ad scientias comparandas, media Demonstratione, quæ si non esset necessaria, nec Logica ipsa.

Inscribuntur hi Libri *Posteriores Analytici*, ab *Analysi* nomine Græco, resolutionem importante; dicitur autem resolutio, cum aliquod compositum distinguimus, & resoluimus in suas partes. Dupliciter autem potest hoc contingere realiter, v. g. cum domum resoluimus, vel potius dissoluimus in ligna, Lapides, &c. vel ratione; quærendo, & inuestigando principia, & causas alicuius compositi, tantum Intellectu illud distinguente, quod etiam dupliciter prestare possumus. Primo cum in mente proposito aliquo fine, inuestigamus media, quibus comparare possemus, quare cum hæc resolutio habeat pro fine finem ipsum, vt opere habendum, dicitur practica. Secundo fit hęc resolutio, cum proposita aliqua conclusione mouemur ad principia inuestiganda talis conclusionis. Et quia in hoc tantum cognitionem habemus pro fine, dicitur resolutio speculatiua. Quoniam verò, quando habemus aliquā conclusionē, v. g. *homo est risibilis* possumus quærere, vel causam realem, & in essendo (vt dicunt) talis conclusionis, & etiam causam in cognoscendo, per quam huius conclusionis in cognitionem venimus: cum resoluitur in causas in essendo, vocatur resolutio Mathematica, eo quod sæpissimè hac vtantur Mathematici; quando vero resoluitur in principia in cognoscendo, vocatur resolutio Logica: quæ pariter dupliciter potest euenire; duo enim concurrunt, cum aliquam conclusionem cognoscimus, primo figura, & modus. Secundo propositiones ipsæ, prout stant sub tali figura, & Modo.

Resoluere Conclusiones in modum, & Figuram, quibus constare debet syllogismus, docemur ab Aristotele in Libris Priorum Analyticorum; resoluere vero in propositiones tales, & tales, &c. docemur hic. Igitur Ideo vocantur *Analytici*, quia docemur resoluere Conclusionem in principia: Quia vero docemur resoluere non in Figuram, & modum, sed in principia ipsa, & propositiones secundū quasdam conditiones particulares, vocantur *Posteriores* ad differentiam præcedentium, qui vocantur *Priores*, eo quòd ibi doceamur resoluere in Figuram, & modum, propositiones &c. in communi; communiora autem sunt priora particularibus. patet igitur Titulus.

Quoad dignitatem. Dicendum videtur cum Conimbricensibus, *Proœmio in Post.* hos Libros esse dignissimos tum ratione materiæ de qua agitur, tum ratione certitudinis; agitur enim de Demonstratione, quæ primum locum sibi vendicat inter omnes disputandi modos, vt patet; agitur etiam de natura Demonstrationis, quæ certissimam cognitionem parit, non opinatiuam, vt syllogismus probabilis, quare ex vtroque capite resultat summa dignitas horum Librorum inter cæteros.

TRACTATVS PRIMVS
Qui est de Præcognitionibus.

Primi Capitis Posteriorum
SVMMA.

IN hoc Capite primo Aristoteles explicat, & probat omnem Doctrinam fieri ex cognitione præexistente.
Secundo docet quid debeat præcognosci, & quibus modis.
Tertio docet quænam sit præexistens cognitio.
Quarto. Quomodo eadem scientia partim præhabeatur, partim de nouo acquiratur.
Vltimo tandem soluit quædam dubia.

Quid, & quotuplex sit Præcognitio. Quæstio Prima.

303 NOtandum primo pręcognitionem, si vim nominis attendamus, nihil aliud innuere, nisi cognitionem ante cognitionem, & hoc lato modo accepta; quoties igitur aliquam cognitionem habemus alia prius habita, illa prior pręcognitio vocari poterit; quod accidit multis modis, vt tradit Vallius *hic disput. 1. parte prima capite primo.* Si vero sumatur, vt eam sumpsisse videtur Aristoteles, sic posset describi. Est præuia notitia, per quam dirigimur ad consequendam aliquam doctrinam, siue illam efficiendo, siue tantum ad illam dirigendo. Ex quo

Notandum secundo huiusmodi præcognitionem diuidi in dirigentem, & agentem. Dirigens est, quæ prærequiritur ad doctrinam adipiscendam, non quod illam efficiat, sed tanquam conditio sine qua non. Agens vero est illa, quæ doctrinam parit, & causat, sicut in naturalibus ad agendum requiritur, & agens, & approximatio eiusdem ad passum, sed approximatio non influit, sed est tantum pura conditio, sine qua non ageret agens. Prima comprehendit præcognitionem subiecti *Quod sit, & quid sit*, & similiter passionis, *Quid sit*. Secunda comprehendit præcognitionem *An sit* seu *quod sit* principiorum.

Notandum tertio præcognitionem *Quid sit* diuidi in *quid nominis*, & in *quid rei*. *Quid nominis* est cognitio rei per nomen significatæ, sed in confuso; *Quid rei* est cognitio eiusdem rei, sed determinatè distinctè, adæquatè, perfectè. Item præcognitio *Quod sit*, seu *an sit* diuiditur in *an sit subiecti*, cum scilicet præcognoscitur existentia subiecti, & in *an sit principiorum*, scilicet eorum veritas præcognoscitur, modo quo explicabitur. His notatis, cum tot sint, quæ præcognoscuntur, quæritur quot sint præcognitiones.

Prima Conclusio. Si præcognitiones sumantur materialiter, seu ratione obiecti, tot sunt præcognitiones, quot statuemus præcognita. patet hæc Conclusio; hoc enim pacto sumptis præcognitionibus, ipsarum vnitas, vel discretio pendet ab his, quæ præcognoscuntur, ergo quot erunt quæ præcognoscuntur, tot erunt præcognitiones.

Secunda Conclusio. Si præcognitiones sumantur formaliter, scilicet in ratione modi cognoscendi sunt tantum duæ. videlicet *an sit*, & *quid sit*. Est Aristotelis *hic*, & Interpretum communiter. Probatur; eadem pręcognitio *an sit* conuenit subiecto, & principijs, & eadem *quid sit* competit subiecto, & passioni, ergo tantum duæ præcognitiones. Consequentia patebit ex sequentibus, vbi statuetur tria tantum esse præcognita. Antecedens probatur, nihil aliud est præcognoscendum de principijs, nisi ipsa habere esse eo modo, quo sibi competit; sed hoc modo etiam de subiecto. Item de passione solum præcognoscendum quid significet, sed hoc etiam de subiecto, ergo.

Sed contra Instatur. Præcognitio, *an sit*, respectu subiecti

biecti eſt de ipſius exiſtentia, & principiorum de ipſorum veritate, ergo non eode n modo præcognoſcuntur, ergo plures præcognitiones quam Duæ.

Ad argumentum diſtinguo primum conſequens, non præcognoſcuntur eodem modo materialiter, & conceditur conſequentia nam eſſe vnius eſt diuerſum ab eſſe alterius; non cognoſcuntur eodem modo formaliter, & negatur conſequentia, ſicut enim de Subiecto debet præcognoſci an habeat illud eſſe, quod requiritur, vt habeatur de ipſo ſcientia; ita de principijs, an habeant illud eſſe, quod requiritur, vt per ipſa habeatur Scientia: quod verò hoc eſſe ſit veritas connexionis prædicati cum Subiecto, ſpectat ad materiale reſpectu præcognitionis non ad formale; prouenit enim ex eo, quod principia ſunt entia complexa, ſubiectum incomplexum, hinc ruit ſecunda conſeq.

Quæ ſint Præcognita, & quibus modis Præcognoſcenda. Quæſtio Secunda.

304 PRima Concluſio. Præcognita ſunt tantum tria. Probatur. Tot ſunt præcognita, quot ſunt ea, quibus cognitis generatur ſcientia, ſed hæc ſunt tantum tria, ſcilicet Subiectum. Paſſio. & Principia, ergo. Minor in qua eſt totum robur argumenti, probatur. v.g. ſit quęſtio, *an animus ſit immortalis*, oportet animum eſſe, & quid ſignificet; deinde quid ſignificet Paſſio, nempe immortalis; poſtea cognoſcenda eſt veritas horum principiorum; *omnem actum immixtum materiæ eſſe immortalem*, & *animum eſſe actum immixtum materiæ*, impoſſibile eſt non dari ſcientiam illius quæſiti, *Animum eſſe immortalem*, ergo tria tantum ſunt præcognoſcenda ad ſcientiam habendam.

Dices, nisi præcognoſcatur medius Terminus v.g. in demonſtratione allata ly *actus immixtus materiæ*, non præcognoſceretur euidentia principiorum, ergo ſaltem quatuor ſunt præcognoſcenda. Reſpondetur medium non conſtituere quartum præcognitum, quia ſimul in præmiſſis, vt [illegible] præcognoſcitur.

Dices ſecundo ergo nec ſubiectum, & paſſio erunt præcognoſcenda, quia ſunt partes principiorum. Reſpondeo [illegible] rationem, ſubiectum enim, & prædicatum ſunt partes quæſtionis, ideo prius debent præcognoſci, vt [illegible] principia ad quæſtionem reſoluendam.

Dices tertio. Sunt duæ præmiſſæ, quæ debent præcognoſci, ergo duo conſtituunt præcognita. Confirmatur nam debet etiam cognoſci figura, ſeu diſpoſitio ipſarum. Ad argumentum Reſpondeo, licet ſint duæ præmiſſæ, tamen [illegible] antecedens conficiunt, ideo vnum tantum conſtituunt præcognitum. Ad Confirmationem Reſpondeo, præcognitionem figuræ, ſeu bonitatis Conſequentiæ cōtineri ſub præcognitione præmiſſarum, quia non debent cognoſci tantum materialiter, ſed formaliter ſcilicet ſecundum illam diſpoſitionem, quæ eſt apta ad inferendam cōcluſionem, hęc enim pręcognitio eſt ad gignendam ſcientiam, quare talis debet eſſe, vt requirit illatio ſcientifica; huiuſmodi autem eſt illa formalis.

Dices quarto ex Subiecto, & prædicato quæſtionis efficitur vna ſola propoſitio, ergo erunt duo tantum præcognita; probatur conſequentia quia licet in præmiſſis ſint plures termini, qui tamen vnam propoſitionem integrāt, vnum tantum præcognitum conſtituunt. Negatur conſequentia: ideo enim in præmiſſis eſt vnum præcognitum, quia præcognoſci [illegible] ipſorum veritas, ad quam præcognitio requiritur vtriuſque termini, vt connectuntur; at in quæſito non præcognoſcitur quæſtio, vt vera, cum hoc ſit probandum, ideo non præcognoſcitur formaliter, vt propoſitio, & ſic patet ad probationem conſequentiæ.

305 Secunda Concluſio. De Subiecto ſatis eſt præcognoſcere *quid nominis*, & *An ſit* poſſibiliter. hæc Concluſio, quoad primam partem eſt contra Scotum, *quæſt.* 4. & 7. Caietanum *dubio* 1. & alios apud Amicum *tract.* 25. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. *dubit.* 1. Probatur primo. In multis demonſtrationibus *quid rei ſubiecti* probatur, ergo non præcognoſcitur. Secundo probatur, quia præcognitio *quid ſit ſubiecti*, & *an ſit principiorum* eſt diuerſa per Ariſtotelem *hic tex.* 2. ergo non debet de Subiecto præcognoſci quid rei probatur conſequentia Præcognitio *quid rei ſubiecti* v.g. hominis in hac quæſtione *homo eſt riſibilis*, importaret cognitionem connexionis huius propoſitionis, *hominem eſſe animal rationale*, ſed hæc eſt præcognitio *an ſit principiorum*, ergo ſi de ſubiecto præcognoſcitur *quid rei*, præcognitio *quid ſit ſubiecti*, & *an ſit principiorum* non erit diuerſa, ergo.

Tertio probatur. Prius eſt præcognoſcendum *quid ſit ſubiecti* quam *an ſit principiorum*, ergo non eſt præcognoſcendum *quid rei ſubiecti*, probatur conſequentia quia *quid rei ſubiecti*, eſt *an ſit principiorum*. Confirmatur, nam primo cognito *quod ſit*, & *quid ſit ſubiecti*, & *paſſionis*, quærenda ſunt principia, quæ ſe habent vt cauſæ ad ſoluendam quæſtionem; hoc autem non eſt neceſſe in caſu, qui fingitur, quia ſimul haberetur cognitio cauſæ, & haberetur præcognitio *quid ſit ſubiecti*.

Sed contra Inſtatur, definitio ſubiecti, eſt *quid rei* ipſius ſubiecti, ſed in demonſtratione potiſſima hæc debet præcognoſci, quia aſſumitur, vt medium, ergo *quid rei ſubiecti* debet præcognoſci. Diſtinguo minorem, definitio debet cognoſci formaliter, vt quid rei ſubiecti, negatur: debet præcognoſci vt cauſa illius connexionis prædicati cum ſubiecto, & vt habet rationem principij, & concedo; verum quidem eſt quod cognita illa definitione cognoſco quid rei ſubiecti, attamen in poſteriori ſigno, & non formaliter, vt præcognoſcam *quid rei ſubiecti*; ſed vt probem inexiſtentiam paſſionis in ſubiecto.

Secunda pars Concluſionis eſt contra Caietanum *hic dub.* 2. qui vult de ſubiecto eſſe præcognoſcendam exiſtētiam actualem, non eam, quam habet actu, ſed quam habebit ſtatutis temporibus. Sequitur Tol. *hic quæſt. vnica ad* 5.

Probatur primò, Scientia eſt de perpetuis, ſed exiſtentia eſt contingens quocumque tempore habeatur, ergo ab illa non pendet ſcientia. Secundo ad hoc vt paſſio conueniat ſubiecto non requiritur actualis exiſtentia vllo tempore, ergo neque, vt demonſtretur. Tertio contra Caietanum Antequam Deus vellet producere hominem, v g. habebat ſcientiam de homine, ſed tunc homo dicebat exiſtentiam tantum poſſibilem, ergo ſcientia, vt ſcientia requirit tantum exiſtentiam poſſibilem.

Sed contra inſtat primo Caietanus. Ex eo quod res eſt, aut nō eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa, ergo ab actuali exiſtentia rerum dependet ſcientia. Reſpondeo propoſitionem dici veram, vel falſam in ordine ad ſe, & prout requirit ſcientia de intrinſeca ſui ratione; ex eo quod res eſt poſſibiliter, vel non eſt, quia ſcilicet illa duo extrema, ita ſunt ad inuicem ordinata; quod ſi exiſteret ſubiectum ei neceſſario competeret illud prædicatum. Si verò loquamur quoad nos, propoſitio, vt appareat vera, requirit ſaltem ſemel exiſtentiam actualem; quia enim noſtra ſcientia pendeat a ſenſu, ſenſus non percipit niſi rem exiſtentem, & forſan in hoc ſenſu poſſet explicari Caietanus, & Toletus. 306

Inſtatur Secundò. Illud eſſe debet præcognoſci, quod non poteſt probari, ſed huiuſmodi eſt ſolum eſſe actuale, ergo. Reſpondeo negando minorem, eſſe enim poſſibile obiecti etiam non poteſt probari, vel quia probatur à ſciētia ſuperiori, vel quia vt notum non indiget probatione; vel quia ſubiectum, vt ſubiectum formaliter expoſcit eſſe conceſſum, & datum, non autem probandum; alioquin ſimul eſſet quæſitum, & probatum, quod implicat; videatur Vallius *cap.* 7. *quæſt.* 1. *lib.* 1 *diſp.* 1. *par.* 4.

Tertia Concluſio. De Paſſione non eſt neceſſe præcognoſcere *an ſit*, ſed tantum *quid nominis*. Probatur primo ex Ariſtotele *hic text.* 2. D. Thoma *hic* Caietano, & communiter à D.D. Secundo probatur. Id, quod in Demonſtratione concluditur, non præcognoſcitur, ſed concluditur exiſtentia paſſionis, ergo hæc non prænoſcitur. Confirmatur quia ſi in Demonſtratione, in qua probatur paſſio, ipſius exiſtentia prænoſceretur, fruſtatoria eſſet omnis demonſtratio, demonſtraretur enim, quod iam ſcimus, ergo.

Confirmatur Secundò. Quod præcognoſcitur, ſupponitur probatum, & certum, ergo non poteſt eſſe quęſitum, ergo cum paſsio, quoad exiſtentiam ſit quæſitum, in demonſtratione, non poterit eſſe præcognita, alioquin eſſet probatum, & quæſitum. Addo quod etiamſi præcognoſceretur ipſius eſſe, non tamen formaliter, vt paſsio; quia vt ſic dicit ineſſe in ſubiecto, cuius eſt paſsio; hoc autem probatur, quare non præcognoſcitur. [illegible] demonſtratione [illegible], in qua paſsio quæritur [illegible], vnde [illegible] intelligimus [illegible] prædicatum.

tum, quod de aliquo tanquam de subiecto quæritur. Vt sic enim non postulat prænosci, nisi quoad quid nominis. In Demonstratione autem *Quia* existentia Passionis debet prænosci, cum sit medium, sed tunc non cognoscitur, vt passio formaliter, sed vt habet rationem principij, & eo modo prænoscitur, quo diximus de medio. Amicus existimat etiam in Demonstratione *Propter quid* passionis esse præcognoscendum ipsius existentiam, cum supponatur, & tantum causa quæratur. *Disput. 2. quæst. 2. §. Dubium enim est.*

307 Instatur. In maiori propositione coniungitur Passio cum medio Termino, ergo tunc cognoscitur existere, ergo antequam per Conclusionem probetur, prænoscitur existentia passionis. Distinguo primum Consequens: tunc cognoscitur existere, quoad cõnexionem, quam dicit cum medio, & conceditur consequentia, alioquin non cognosceretur vera illa præmissa; cognoscitur existere formaliter, vt passio in proprio subiecto, quod in conclusione probatur, & negatur; quia nondum scitur illud medium identificari cum subiecto de quo concluditur in existentia passionis. Videantur hic Conimbricenses *quæst. 3. art. 4. ad secundum*. Quorum est doctrina desumpta est ex D. Thoma, & Caietano *hic*, aliter tamen responder Vallius *parte 3. quæst. 2. cap. 4. disput. 1.* & Amicus *loco citato. §. Ego aliter respondeo.*

Quarta Conclusio. De Principijs præcognoscendum est *an sint* vera, & *Quid nominis*. Antequam hæc conclusio probetur, Notandum est Principiorum complexorum alia dici immediata, quæ saltem in illa scientia probari nõ possunt. Alia mediata, quæ probari possunt.

Immediata distinguit Aristoteles 1. *Post. cap. 5.* in *Dignitates*, & *Positiones*. *Dignitas* dicitur principium aliquod quod non potest demonstrari, sed necessario debet supponi ab addiscente. *Positio* est principium, quod quidem potest demonstrari, tamen non est necesse, quod sic cognoscatur etiam ab addiscente, dicitur *suppositio*, si non, dicitur *Petitio*, quia Docens petit illud concedi, alibi illud probaturum; & cum ad Demonstrationem conficiendam concurrant, & *Dignitates* ipsæ saltem remote, quia omnia principia in illis fundantur, & illa immediata, & proxima principia, ex quibus proxime componitur ipsa Demonstratio, conclusio intelligitur de his proximis, & immedia tis contra Toletum *hic*, & alios qui volunt esse præcognoscendas formaliter *Dignitates*, quæ Demonstrationem nõ ingrediuntur, à quo tamen dissentimus, cum satis sit illa virtualiter prænoscere, quatenus prænoscuntur principia proxima, quæ in illis fundantur. Modo probatur Conclusio. Ex veritate Principiorum pendet veritas, quæ concluditur, & cognoscitur in conclusione, ergo priusquam inferatur conclusio, est necesse cognoscere; an principia sint: Quod autem sit præcognoscendum *quid nominis* patet, quia ignorata significatione terminorum qui principia componunt, non possemus cognoscere veram esse illorum connexionem, in quo consistit præcognitio veritatis, & *an sit* ipsorum. Circa quod

Tenendum primo cum D. Thoma *lect. 3. & 1. contra gentes capite 17. ratione 4.* assensum Conclusionis fieri ex præexistente cognitione principiorum, in genere causæ efficientis, non quidem vt *Quod*; tale enim est solus Intellectus, sed vt *quo*; quia scilicet assensus principiorum est ratio, qua mouetur Intellectus ad promendum assensum Conclusionis. Ita Ferrariensis *loco citato, contra Gentiles.* Toletus *notab. 3.* Ruuius *quæst. 5.* & alij apud ipsum contra Durandum *in 2. dist. 24. quæst. 2.* Intelligitur de causa æquiuoca, non vniuoca.

Tenendum secundo. Maiorem propositionem cognosci prius tempore, quam ipsa conclusio. Minorem vero simul cum ipsa conclusione; licet vtraque premissa, vt potè causæ conclusionis prius natura cognoscantur; quia quælibet causa saltem natura est prior effectu; hoc autem intelligitur, si præmissæ rectè sint ordinatæ, & dispositæ; tunc enim maior, quæ est primo loco, primo cognoscitur, postea minor, & simul conclusio. Quod innuit Aristoteles *hic text. 3.* dum dixit. *Alia quidem nos prius cognoscere*, (scilicet maiorem) *alia vero simul, vt sunt ea, quæ sub vniuersalibus prius cognitis subsumuntur*; scilicet minorem, vt interpretantur D. Thomas, Ægidius, Apollonius, & alij apud Toletum §. *est autem cognoscere*.

Tenendum tertio Conclusionem, si sumatur formaliter, & explicitè, non cognosci nisi prolatis præmissis, & ipsa explicitè proferatur: si verò sumatur virtualiter, quatenus continetur in ipsis principijs, sic antequam per demonstrationem inferatur, aliquo pacto cognosci, scilicet in ipsis principijs, quod docet ipse Aristoteles *hic text. 4.* ly vero *ante*, intelligitur prolata maiori Propositione, vt Toletus *hic* §. *antequam autem*, Conimbricenses, Vallius, & omnes communiter.

TRACTATVS SECVNDVS
Qui est de Demonstratione.

Capitis Secundi Posteriorum

S V M M A.

PRimo definit ipsum scire dicens, esse cognoscere rem per causam; & ita cognoscere, vt cognoscamus aliter esse non posse.

Secundo duplicem definitionem Demonstrationis assignat: alteram ab effectu dicens, Demonstrationem esse Syllogismum facientem scire. Alteram quasi physicam, & materialem, scilicet Demonstrationem constare ex veris, primis, &c.

Tertio tandem conditiones Demonstrationis explicat, & aperit, quare tales esse oporteat; & hac occasione varias diuisiones principiorum affert, quas nos supra quæstione præcedenti attulimus.

An Demonstratio constare debeat Ex præmissis veris. Quæstio Prima.

309 POstquam Aristoteles definiuit *hoc 2. cap.* ipsum scire simpliciter esse, cum cognoscimus aliquam rem, eo quod cognoscamus aliud, quod est eius causa in essendo, ex quo prouenit, vt sit causa etiam in cognoscendo, & illud cognoscimus, vt causam formaliter, non tantum materialiter; definit ipsam Demonstrationem, propter quam definiuit ipsum scire, ad quod, vt ad finem ordinatur, vt notat D. Thomas *lect. 4. §. circa primum*, conuenit autem eius definitio tantum Demonstrationi potissimæ vt patet, quia illam definit, ex qua causatur scire simpliciter; huiusmodi autem est sola Demonstratio potissima, & propter quid. Docet autem Aristoteles in definitione Demonstrationis multas debere esse conditiones, quas habent participare principia alicuius Demonstrationis, vt bona sit Demonstratio. Prima autem conditio, est principia debere esse vera dicens *Oportet igitur vera esse, quia fieri nequit, vt quod non est, sciatur*. Tradit enim Philosophus Demonstrationis potissimæ modum, quo est efficienda, & quia in hac cognoscimus conclusionem per causam in premissis, ideo dicit oportere veram esse connexionem terminorum in premissis (hęc enim tantum veritas requiritur, vt docent expositores) vt per ipsam cognoscamus veram esse connexionem prædicati cum subiecto, in conclusione, quia id, quod non est, non scitur: scilicet quia verum non potest sciri ex falso, vt explicat Toletus, *hic § vera igitur*, ergo si aliqua conclusio est scienda tanquam vera, necesse est assumi veras ipsas præmissas.

Dices

Dices ex 1. *Prior.* [illegible] Ex falso sequitur verum, [illegible] *omnis homo est substantia, Leo est homo,* [illegible] conclusionem veram ex minori [illegible] ergo [illegible] falsæ, poterit sciri aliqua conclusio. Respondeo [illegible] falso sequi verum in hoc sensu, quo [illegible] vi formæ syllogisticæ, nō vero quo [illegible] seu ex vi materiæ, seu ratione consequentiæ, [illegible] in vera Demonstratione, quæ [illegible] præmissæ falsæ non possunt probare verum [illegible], quia quod non est, non potest [illegible] est.

Dices secundo. [illegible] possumus formare multas propositiones [illegible] falsum esse, hominem esse rudibilem, & [illegible] & non entis potest haberi [illegible] *disp.* [illegible] *Tract. 26. quæst.* [illegible] falsum posse sciri, sed non formaliter [illegible] sed ut veritatem participat, sic in propositione [illegible] hominem esse rudibilem, quia [illegible] sed [illegible] hominem esse rudibilem [illegible] quod est verum. Alij dicunt sciri falsum [illegible] in actu exercito: alij per dissensum, [illegible] denique sciri priuatiuè, non positiue, [illegible] *axiom.* [illegible] *m.* 1493.

Demonstrationem constare ex primis, & indemonstrabilibus. Quæstio Secunda.

310 Secundo [illegible] Aristoteles, Demonstrationem [illegible] & Indemonstrabilibus [illegible] *ex primis, & indemonstrabilibus* [illegible] quod Aduertendum est, Aristotelem loqui [illegible] ex quibus immediatè [illegible] Demonstratio [illegible] *nihil aliud est quam propositio* [illegible] ad bonam constructionem Demonstrationis [illegible] dicatur scire [illegible] primis, scilicet nullum habent [illegible] demonstrari, vel formaliter [illegible] ad hæc reducuntur, [illegible] Demonstratio, ut notat D. Thomas [illegible]

[illegible] esse dicere propositionem primam, [illegible] dicitur [illegible] possit probari, ut [illegible] medio vacare, [illegible] propositio, per [illegible] principium [illegible]

Aduertendum primo. [illegible] propositionem dici primam [illegible] Primo [illegible] subiecti, quia [illegible] Secundo [illegible] ex terminis universalibus. Tertio, quia [illegible] Intellectu. Quarto de subiecto digniori [illegible] propositiones immediatæ possunt [illegible] Vltimo, quia per aliam non probatur. & hoc sensu [illegible] primitatem Aristoteles, quo omnes [illegible] immediatæ quæ sunt priores.

Aduertendum secundo. [illegible] propositionem posse dici indemonstrabilem vel ab effectu, & [illegible] *a posteriori*, & in hoc sensu fere nullæ Demonstrationes habent principia indemonstrabilia. Secundo per causam, & *a priori*, quia scilicet nullam habent causam intrinsecam, per quam possit probari connexio prædicati cum subiecto [illegible] intrinsecam [illegible] propositionem vere immediatam, et indemonstrabilem [illegible] per causam extrinsecam, & finalem, si posset demonstrari definitio de definito, diceretur tamen indemonstrabilis formaliter a priori, & in eodem genere causæ, seu simpliciter.)

Aduertendum tertio ex Amico *quæst.4.dub 2. §.4. Conclusio, & dubit.2. tota,* propositionum aliam dici immediatam immediatione causæ, seu in se, quia scilicet inter subiectum, & prædicatum nullum est medium, per quod possit probari, ut *homo est animal rationale*. Aliam immediatam [illegible] subiecti, seu in ordine ad conclusionem, cum scilicet inter præmissas, & conclusionem nulla alia propositio mediat, qua possit probari; & de utraque primitate [illegible] Aristotelem tenet ipse, & videtur veritatem [illegible] propositio mediat inter Conclusionem, & aliquam illarum præmissarum, poterit per eandem

propositionem demonstrari [illegible] immediata, ut si dicas [illegible] *homo est animal* [illegible] *Pro* [illegible] *rationalis* [illegible] ior. *Omne animal* [illegible]

Demonstrationem constare Ex Propositionibus per se notis. Quæstio Tertia.

QVoniam Aristoteles ca [illegible] habet principium Demonstrationis esse [illegible] cognitis terminis, 311
deducitur, principia debere esse per se nota; Quid autem requiratur ad hoc, ut propositio sit per se nota, est maxima discordia.

Diuus Thomas 1. *parte* [illegible] *art.1* & alij apud Amicum, *loco citando*, dicit propositionem per se notam esse, in qua prædicatum est de intrinseca ratione subiecti, ut cum definitio, vel eius pars prædicatur de definito, immo addunt Ferrariensis 1. *contra Gentiles cap.* 11. & Capreolus *in 2. quæstio.2. art.2. §. ad cuius euidentiam*, Diuum Thomam esse intelligendum quando prædicatum est de intrinseca ratione subiecti, vel formaliter, ut cum est definitio, vel pars definitionis, vel virtualiter proximè, ut cum prima passio, quæ proximè continetur in subiecto, prædicatur de ipso subiecto, & omnes has propositiones etiam immediatas vocant, eo quod careant medio, per quod possint probari.

Insuper distinguunt propositionem per se notam, in per se notam quoad se, & quoad nos, & in per se notam quoad se, non quoad nos. Primam vocant illam propositionem, in qua prædicatum conuenit subiecto intrinsecè formaliter, vel virtualiter, & ut tale cognoscitur. Secundam dicunt illam, quæ eodem modo conuenit, tamen à nobis ignoratur; quod si ignoretur tantum ab aliquibus, dicitur nota secundum se, & quoad sapientes tantum.

Hæc Doctrina est D. Thomæ, quam sequuntur fere omnes Thomistæ, Conimbricense, Rubio, & alij.

Scotus vero, & eius Sequaces volunt propositionem per se notam illam esse, quæ [illegible] ex talibus terminis, ut si cognoscantur [illegible] cognoscatur ipsa propositio; & hanc [illegible] sequuntur cum Amico *Tract. 26. disp.1. quæst.4. dub.* [illegible] *art.* [illegible] *§.4. Conclusio.*

Probatur, quia propositio dicitur nota in ordine ad Intellectum, ergo illa dicitur nota Intellectui per se, quæ non [illegible] per medium sed [illegible] est, ut si intellectus terminos apprehendat [illegible] absque eo quod per aliud cognoscatur.

Ex quo infertur [illegible] propositionem immediatam esse per se notam, quia est talis ut aliud non requiratur ad ipsius cognitionem, alioquin si aliud requireretur, non esset immediata, & omnem per se notam esse immediatam, alioquin non per se nota, sed per aliud: & hoc contra eundem Amicum §.7. *non omnem*, in quo videtur sibi contradicere, dum *Conclusione* 3. dicit propositionem demonstrabilem non esse per se notam, neque immediatam, ergo per ipsum omnis immediata est per se nota, alioquin nulla esset ratio, propositionem non esse per se notam, quia demonstrabilis: quod tamen ipse affirmat §. *allegato*.

Infertur secundo Contra Thomistas Propositionem in qua passio dicitur de subiecto ut, *homo est discursiuus*, non esse per se notam, quia habet medium, propter quod potest demonstrari, nempè definitionem subiecti: alioquin nunquam prima passio posset demonstrari vera demonstratione, si nullam haberet causam, per quam demonstraretur, quod tamen patet esse falsum, cum Demonstratio à priori in hoc sistat, ut demonstret primam passionem de subiecto per definitionem ipsius. 312

Dices ex Caietano, Ferrar. Capreolo, & cæteris Thomistis. definitio non distinguitur realiter a definito, ergo non potest esse causa realis, per quam prima passio de ipso demonstretur. Respondeo ad Antecedens licet tota definitio non distinguatur, tamen ipsa differentia distinguitur tanquam inclusum ab includente, & hoc est sufficiens, ut dicatur per veram causam realem demonstrari.

Dices secundo [illegible] per Aristotelem 8. *Top. loco* 8 *cap* 4. [illegible] passio de subiecto petitur principium, ergo. Respondeo Aristotelem esse intelligendum [illegible] cum definitio est [illegible] definito [illegible] ta, ita Alensis, & Albertus *tract.2 cap.9.* [illegible]

tens

teles posuit Definitionem vnum de Locis Topicis.

Infertur tertio. Omnem propositionem, in qua passio prima prædicatur de definitione; Secunda passio de prima, Secunda de tertia, item in qua passio prędicatur de differentia, esse propositionem immediatam, quia non potest sumi aliquod tanquam vera causa ad illam probandam: non definitio subiecti, quia non habet veram definitionem, nec nisi descriptione possit explicari, quæ formaliter idem erit, ac descriptum; ideo non erit vera causa, vt si dicatur, *Omne aptum admirari est risibile, admiratiuum est aptum admirari, ergo risibile, &c.* vbi definitio formaliter est idem, ac definitum. Non potest assumi definitio, ver. grat. ipsius hominis, quia non est causa cur, ver. grat. risibile sit admiratiuo, immo potius è contra; possunt igitur tantum demonstrari à posteriori sed de hoc non est sermo, sed à priori, & per causam. cum igitur demonstratio constare debeat ex immediatis, & immediata sint idem, ac per se nota, vtique sequitur debere constare etiam ex per se notis.

Demonstrationem constare ex Prioribus, & Notioribus. Quæstio Quarta.

313 SEquitur Aristoteles ponere conditiones Demonstrationis, ponit igitur alias duas dicens Demonstrationē debere constare ex prioribus, & notioribus: conclusionē probat, quia præmissæ debent esse causæ conclusionis, vt infrà; omnis autem causa est prior suo effectu. Circa hanc Conclusionem est

Aduertendum, eandem propositionem secundum diuersam rationem formalem dici primam, & priorem. dicitur enim prima, quia non habet aliam priorem, per quam possit probari, vt ipsemet Aristoteles explicat, dicitur autem prior Conclusione, quia est causa conclusionis, posset enim dari prior, non prima.

Circa notionem aduertit ipsemet Aristoteles aliquid dici notius dupliciter, natura scilicet, & nobis, & subiungit ea, quæ magis distant ad sensibus, dici notiora natura, quæ vero magis ad sensus accedunt, dici notiora nobis, seu quoad nos, & ea videtur ratio, quia cum in intelligendo pendeamus a sensibus, vtique quæ magis sunt propinqua sensui, sunt in proxima potentia, vt intellectui innotescant, atque adeo sunt notiora quoad nos: quæ vero distant, sunt quidem notiora natura sua, quia habent quo innotescant Intellectui, licet a nobis non cognoscantur propter imperfectionem Intellectus pendentis in intelligendo pro hac vita a sensibus.

Notandum est autem inter varios modos, quibus aliquid potest dici notius natura, vt est videre apud Amicum, *quæst. 5. dubit. 1. notab. 4.* illud esse præcipuum, cum duo ita se habent, vt vnum pendeat in esse ab alio, non è contra; tunc enim est notius natura, quia de natura sua requireret prius cognosci, cum aliud ab ipso pēdeat in esse sicut enim res se habet in essendo, ita in cognoscendo, licet ob nostram imperfectionem, vt dixi, aliquando contrarium accidat, intelligendo prius effectum, quam causam.

Notandum secundo. Aliquid posse dici notius quoad nos, seu nobis etiam dupliciter. Primo notum nobis natura sua, cum videlicet tale est, vt requirat subito cognosci; talia sunt singularia sensibilia: alia dicuntur notiora nobis, quia in ipsorum cognitione venimus, vel per sensum, vel per demonstrationem, vel alio modo, &c. His notatis.

Vnica Conclusio. Demonstratio debet procedere ex notioribus natura, & nobis, Secundo sensu exposito.

Prima pars probatur. Omnis causa est notior natura sua, suo effectu, ergo vera Conclusio. Antecedens patet ex 1. *Notab.* Consequentia probatur, quia Demonstratio potissima, de qua loquimur, procedit per causam.

314 Secunda pars etiam probatur. Causæ sæpe numquam sunt nobis notæ natura sua, vt pote distantes a sensibus, ergo per nota tali pacto, non est necesse procedere in Demonstratione, ergo saltem per nota nobis secundo modo. Consequentia probatur, ex Aristotele *hic text.* 1. & 2. Cognitio fit ex præexistente cognitione, ergo principia debent esse notiora Conclusione; non possunt esse nobis notiora natura sua, vt diximus, ergo saltem vel per sensum, vel per demonstrationem, vel [illegible].

Confirmatur ex eodem Aristotele *cap. 2. text.* [illegible] habet enim; *non solum necesse est cognoscere prima, sed etiam magis*, eo quod propter quod vnum quodque tale, & illud magis, ergo si notitia conclusionis pendet a notitia præmissarum, magis notæ debent esse præmissæ stante hoc axiomate, sed non possunt esse nobis notæ natura sua, vt supra diximus, ergo saltem secundo modo explicato.

Quæres quomodo intelligitur notiores esse præmissas, vt probatur per illud axioma, *propter quod vnumquodque tale, &c.* Omissis varijs responsionibus, & explicationibus, quæ habentur apud Amicum *dub. 4. art. 1.* breuiter.

Dico, vt illud axioma sit verum, in vnoquoque genere causæ, esse intelligendum non quoad maiorem intensionem, ita vt sit sensus, intensiorem esse rem illam, propter quam alia est talis; hoc enim esset falsum; patet hoc vnico exemplo, in quo sunt omnes cōditiones, quas vult Ruuius esse opponendas, vt vniuersaliter verificetur, nempe in calido vt quatuor, producto à calido, vt quatuor, est enim calidum propter illud, nō tamen illud est magis calidum, sed esse intelligēdum, quoad nobiliorem, & perfectiorem modum illud habendi, quia scilicet illud esse non sit quidem nec perfectius, nec intensius, sed dicatur magis illud habere, quia habet illud independenter ab alio; aliud vero dependenter ab ipso. Patet autem illud quod habet aliquid independenter ab alio, [illegible] ab illo dici perfectius, nobilius, &c. respectu alterius, & in hoc sensu semper verificatur illud axioma, quoties vnum est tale propter aliud, & vtrumque participat eandem rationem (quod suppono) ita verificatur in casu nostro: Conclusio enim est nota propter præmissas, ergo præmissæ magis notæ, eo quod suam notitiam independenter habeant à Conclusione, conclusio vero dependenter à præmissis, & hoc etiam in Demonstratione à posteriori, licet enim tunc Conclusio sit nobilior, quia continet causam, præmissæ vero effectum; attamen quia suam notitiam præmissæ habent à se, conclusio dependenter ab ipsis, ipsæ dicuntur notiores. Qui plura vult videat Amicum *loco citato.*

Demonstrationem constare ex Causis. Quæstio Quinta.

IN hoc Capite habetur alia conditio Demonstrationis, per illa verba *causas quoque oportet esse, quoniam tunc scimus, quando causam cognoscimus* dicit igitur Demonstrationem debere constare ex causis. Circa quod.

Notandum primo. Causam esse in proposito nostro duplicis differentiæ. Alia dicitur Causa in cognoscendo. Alia in essendo. Causa in cognoscendo est quodlibet medium, per quod in alterius cognitionem venimus, hoc pacto effectus ducunt in cognitionem causæ. Causa in essendo est illa, quæ verè causat passionem, quæ demonstratur, & hæc dicitur Causa simpliciter, & de hac est intelligendus Aristoteles. est communis, & patet, quia talis debet esse, per quam cognoscamus, quare res [illegible], sed hoc non scimus nisi cognita vera causa in essendo, ergo. Confirmatur nam cognito effectu per sensum non quiescimus, donec veram causam cognoscamus, ergo.

Notandum secundo. Causam in essendo adhuc distingui, in causam realem, formalem, & virtualem. Causa realis est illa, quæ verè causat, vt rationalitas verè causat risibilitatem. Causa virtualis est illa, quæ verè non causat, sed potius est quædam ratio a priori, per quam res est, & est talis, quod si illius res esset danda vera causa, alia non posset dari. De vera causa intelligendus est Aristoteles. Probatur. Scire est rem per causam cognoscere, scilicet effectum, sed a causa virtuali non est verus effectus, nec ipsa est vera ratio, propter quam ille effectus est, ergo. Confirmatur nam causa virtualis ad summum esse potest causa in cognoscendo, cum verè non sit a parte rei, sed à nobis apprehendatur. Confirmatur secundo huiusmodi causæ ponuntur in Deo, in quo tamen vere nō potest causa esse; ergo non datur hæc causa virtualis, nisi quoad nomen, ergo non est sufficiens, vt per ipsam dicamur scire.

Habemus contrarium Caietanum *hic capite* 2. pro quo argui potest. Multæ sunt Demonstrationes Mathematicæ: Item multæ de Deo, de Ente, &c. quæ tantum procedunt per veram causam virtualem, ergo. Confirmatur [illegible] non sunt Demonstrationes [illegible] vel [illegible], vel Probabiles, quod tamen nemo dicit. Ad [illegible]. Respondeo cum Amico [illegible] *art.* [illegible] *citato.* [illegible] procedunt per causam virtualem, non esse veras Demonstrationes

ſtrationes, quia verè non faciunt ſcire: poſſunt tamen dici Demonſtrationes largo modo ſumendo Demonſtrationem, prout diſtinguitur à ſyllogiſmo probabili, & ſophiſtico; multi enim dantur ſyllogiſmi neceſſarij, qui non ſunt ſophiſtici nec probabiles, nec ad Demonſtrationem rigoroſam ſpectant; per hoc patet ad Confirmationem. Quot cauſarum genera concurrant in qualibet demonſtratione habetur apud Zabarellam *lib. 2. de Demonſtratione capite* 11. & Vallium *in* 1. *Poſt. diſp.* 2. *quæſtio.* 5. *cap.* 2. qui tamen omnia ſumpſit ex Zabarella, *loco citato*.

CAPITIS TERTII, Et Quarti

SVMMA.

In tertio Capite Ariſtoteles confutat duos errores; alterum ponentium de nulla re poſſe haberi Demonſtrationem, alterum de omni dari poſſe.

In quarto Capite. Quoniam Demonſtratio conſtare debet ex præmiſſis neceſſarijs, docet, & explicat prædicata, Dici de omni, Dici per ſe, & Prædicatum Vniuerſale; Quæ ad illarum neceſſitatem maximè ſpectat intelligendam, vt apparebit in ſequentibus.

Demonſtrationem conſtare ex Neceſſarijs. Quæſtio Sexta.

316 Quoniam ad veritatem alicuius propoſitionis ſatis eſt, vt prædicatum inſit ſubiecto, de quo affirmatur, ne quis putaret ad præmiſſas, ſeu principia demonſtrationis ſufficere quamcunque veritatem, cum dixit conſtare ex veris, ſubdit *cap. 5. & ſequentibus* Demonſtrationem debere conſtare ex neceſſarijs, atque adeo non ſufficit veritas, vt ſic, qualis reperitur etiam in propoſitionibus, in quibus prædicatum contingenter ineſt ſubiecto vt *Petrus eſt albus*, ſed requiritur veritas propoſitionis neceſſariæ, vt prædicatum indiſſolubiliter connectatur cum ſubiecto, probat Ariſtoteles Demonſtrationem debere conſtare ex neceſſarijs quatuor rationibus. *cap.6.* tertiam tanto ſumo, & eſt huiuſmodi. Qui veram ſcientiam habent, debet immobiliter cognoſcere propter quid res ſit, ſed qui non vtitur principijs neceſſarijs non ſcit immobiliter propter quid res ſit, ergo non habebit veram ſcientiam, ergo cum per demonſtrationem acquiratur vera ſcientia, debebunt aſſumi principia neceſſaria. Maior patet *ex cap.* 2. Minor probatur. Cauſa contingens poteſt eſſe, & non eſſe, ergo qui vtitur principio contingenti non ſcit immobiliter, cũ illa cauſa poſſit non eſſe, ſed quia non omnes propoſitiones, quæ retinent neceſſitatem, quamuis neceſſariæ ſint, explicat *ca.* tres gradus neceſſitatis, ad quos omnis propoſitio neceſſaria reuocatur, ſcilicet *dici de omni, Dici per ſe, & Dici vniuerſaliter*, & nos cum illo quæſtionem inſtituimus, & primo quærimus.

Quid ſit Dici de Omni. Quæſtio Septima.

317 Dici de omni ſic definitur ab Ariſtotele *id itaque de omni dicimus, quod non cuidam ineſt, cuidam non ineſt, neque quod interdum competit, interdum non competit; vt animal homini*: qua definitione duas vniuerſalitates ſibi vendicare hoc prædicatum *de omni* patet. Prima vniuerſalitas eſt ſubiecti, vt ſcilicet prędicatum competat ſubiecto vniuerſali, & cuique contento ſub illo, ſaltem negatiue, vt ſcilicet nihil ſit ſub illo, cui non conueniat, (& hoc dico propter propoſitiones, quæ formantur de Deo, de quo licet non de ſubiecto vniuerſali, dici tamen poſſunt *de omni*, quatenus prædicata conueniunt omni modo ſignificato, huius ſubiecti, nec quidquam eſt aſſumere ſub illo, cui non competant.)

Secunda vniuerſalitas eſt temporis, vt ſcilicet prædicatum conueniat ſubiecto omni tempore, vt *animal eſt ſenſibile*.

Huius vniuerſalitatis tres ſpecies aſſignant hic Caietanus, & Soto. Primo quando prędicatum conuenit ſubiecto pro quacunque differentia temporis, etiam non exiſtenti, vt *homo eſt animal*. Secundo quando competit tantum determinato tempore, vt *Lunam Eclipſari, cum ipſa, & Sol in tali Cœli ſitu reperiuntur*. Tertio quando prædicatum vt plurimum ſubiecto conuenit, vt *homines viginti dentes habere*; & licet ex omnibus propoſitionibus *de Omni*, ex quocunque modo ex aſſignatis accepto, poſſint fieri demonſtrationes, attamen perfectiſſima Demonſtratio erit ex primo modo, eo quod ſcientia ſit cognitio neceſſaria; ſi autem prędicatum, quod dicitur ineſſe ſubiecto alicuius principij, aliquo tempore poſſit non eſſe, non erit neceſſario, ergo neque ipſa concluſio erit neceſſaria abſolutè, ſed tantum pro eo tempore, quo illud principium veritatem continebit, perfecta autem demonſtratio non determinatur à tempore.

Hic aduertite differentiam, quam omnes ponunt inter *dici de omni* prioriſticum, quod ſcilicet explicatur in Libris Priorum, & requiritur ad ſyllogiſmum in genere; & Poſterioriſticum, quod hic definitur, & requiritur ad Demonſtrationem; illud enim tantum requirit vniuerſalitatem ſubiecti; hoc autem etiam temporis; & ratio diſparitatis eſt, quia ibi attenditur tantum vis illatiua; quod ſcilicet ex illis præmiſſis, ſiue veris, ſiue falſis, ſiue neceſſarijs, ſiue contingentibus ſequatur concluſio bona, ratione formæ, ad quod requiritur ſemper ſaltem altera vniuerſalis; at hic attenditur principaliter materia, vt ſit neceſſaria, ad quod requiritur, vt dictum eſt, vtraque vniuerſalitas; alioquin non haberetur ſcientia, cum ſcientia ſit de vniuerſalibus.

Quid, & Quotuplex ſit Dici per ſe. Quæſtio Octaua.

Plures modos dicẽdi per ſe affirmat Ariſtoteles 5. *Metaphyſ. text.* 32. *cap.* 18. Quatuor autem tantum *hic*, forſan, quia omnes cæteri ad hos quatuor reducuntur, vt notat hic Vallius *ca.* 3. ex D. Thoma, & Amicus *Diſp.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 2. qui plura congerunt. 318

Quatuor igitur modos pſeitatis ponit hic Philoſophus, pro quorum intelligentia Notandum ly *per ſe* facere hũc ſenſum, aliquam propoſitionem eſſe per ſe, quia nulla eſt cauſa, cur tale prædicatum inſit tali ſubiecto: hoc poſito. Primus modus dicendi per ſe dicitur eſſe hic ab Ariſtotele, cum prædicatum eſt de definitione ſubiecti de quo affirmatur. Ex quo

Colligitur primo ad primum modum dicendi per ſe ſpectare omnes propoſitiones, in quibus tota definitio, vel pars definitionis prædicatur de ſubiecto, at quoniam aliqua ſunt de definitione alterius tantum in obliquo, vt linea ex punctis; de partibus vtroque modo ſumptis intelligendus eſt Ariſtoteles, de his enim, quæ in recto prædicantur, nulla eſt controuerſia, vt *homo eſt animal rationale; eſt animal, eſt rationalis* &c. de his vero, quæ in obliquo ſic probatur, primo auctoritate eiuſdem Ariſtotelis, qui hic exemplum affert de Linea reſpectu Trianguli, & punctis lineæ, quæ tamen, patet, niſi in obliquo prędicari; non non enim valet, *Linea eſt punctum*. Secundo probatur nõ enim minus cauſam ſuæ connexionis excludunt partes, quæ dicuntur in obliquo, ac quæ in recto; ergo ſi iſtæ ſpectant ad hunc primum modum, & illæ.

Colligitur ſecundo à primo modo dicendi per ſe reijci omnes propoſitiones, in quibus prædicatur genus, de differentia, ſpecies de Differentia, vel de proprietate, vt *riſibilis eſt homo, rationalis eſt homo, rationale eſt animal. animal eſt homo*, & aliæ huiuſmodi & [illegible] iſtæ ſunt innaturales, cum natura [illegible] vt quod ſe habet, vt forma, ſit prædicatum: quod [illegible] cadit

in ca-

in casu quem tractamus; omnes enim propositiones, quæ pertinent ad primum modum dicendi per se, debent deseruire Demonstrationi, cum propter hoc tradantur, at propositiones innaturales sunt omnino inutiles, sicut, & identicæ, & quæ habent subiectum singulare, non enim possunt demonstrationem ingredi, quæ habent conclusionem vniuersalem, & ideo requirit principia, quæ sint *de Omni*. Hæc Doctrina est D. Thomæ 3. *Metaphys. Text.* 10. & *de Ente, & essentia cap.* 3. Caietani *ibidem*, & aliorum, immò ipsius Aristotelis expressè. *mit. loco citato*, vbi habet species non prædicari per se, de differentijs, neque genus sine speciebus & 4. *Top. cap* 2. *loco* 18. Differentiam non participare genus. probatur quia genus non est de ratione Differentiæ.

319 Dices istæ propositiones non sunt per accidens, ergo per se. Respondetur prædicari per accidens dupliciter contingere. Primo propriè quando accidens prædicatur de subiecto, vel subiectum de accidente, vel accidens de accidente. Secundo Impropriè, quando prædicatur quod non est de essentia alterius, & hoc pacto sunt huiusmodi propositiones, vnde reducuntur ad prædicationem subiecti de accidente, vel dic cum Amico has propositiones, non habere propriam prædicationem, eo quod sint innaturales.

Colligitur tertio. Propositiones in quibus prædicatum complexum ex termino non intrinseco subiecto affirmatur de ipso subiecto non esse per se in primo modo, vt *homo est animal album*, & ratio est, quia totum prædicatum affirmatur inesse, quod est falsum; non enim albedo est intrinseca homini: si vero prædicatum sit incomplexum cōtinens partem essentialem, licet subiectum sit complexum ex accidente, vt *homo albus est animal*, est propositio huius primæ perseitatis; & ratio, quia prædicatum est intrinsecum subiecto nempe homini, quod est verum, nec interest quod huic homini accidat albedo, non enim affirmatur de nomine, vt albo, sed de homine, cui per accidens est coniuncta albedo.

Dices. Propositiones per se sunt perpetuæ veritatis, non sic *homo albus est animal*, cum possit non esse album, ergo. Respondeo, quod ly *Homo albus* pro suppesito naturæ humanæ supponit, de quo ab æterno est verum affirmare esse animal, ideo negatur minor.

De Cæteris modis Dicendi per se. Quæstio Nona.

320 Secundus modus perseitatis habetur his verbis, *& quibuscunque inexistentium ipsis, ipsa sunt in oratione, quid est declarantes*, scilicet ea esse prædicata per se modo, secundo perseitatis de quorū definitione sunt ipsa subiecta.

Quare omnes propositiones, in quibus prima passio prædicatur de subiecto. Item prima de secunda [illegible] de definitione subiecti; addo [illegible] cum definitione passionis de ipso subiecto patet, [illegible] his omnibus subiectum est de definitione prædicati; immo etsi species non sit de definitione Differentiæ superioris, ver. gra. homo de definitione sensibilis; attamen cum prædicatur per se, hoc secundo modo prædicatur, quia saltem mediatè homo est de eius definitione, quia essentialiter est animal, quod immediatè definit sensibile. Ita Caietanus *hic*, quidquid dicat Zabarella.

Notandum est autem cum duplex sit subiectum, aliud substentationis, quo forma sustentatur, vt materia. Aliud effectionis quo aliquid efficitur; & hoc adhuc duplex.

Aliud quod realiter per actionem physicam aliquid producit, quod nō implicat naturaliter à causa separari, aliud quod naturaliter emanationem, seu fluxum, (quem Zabarella Libro primo de propositione necessaria capite decimo, actionem Metaphysicam vocat) aliquid producit, quod naturaliter tantam habet connexionem, vt à causa sua separari non possit; & de hoc subiecto Emanationis debent constare propositiones huius secundi modi.

Vnde ab hoc secundo modo excluduntur omnes propositiones, in quibus prædicantur accidentia communia, quæ non necessario illud subiectum habent in ipsorum definitione, quia non necessarium habent connexionem, cum non sit subiectum adæquatum illius prædicati. [illegible] liter possemus excludere ab hoc secundo modo cum Apollonio *quæst.* 22. *cap.* 2. Quoties prædicatur accidens [illegible] parabile, vt nigredo de Coruo, item quoties prædicatur prædicatum, quod, vt plurimum habet connexionem, attamen potest propter aliquod impedimentum non habere, quare non fluit à subiecti essentia. Ratio horum omnium esse potest, quia hic constituitur secundus modus perseitatis, aptus ad Demonstrationem. Si vero prædicatum à subiecto necessario non emanat, non erit de eius definitione necessario, ergo non erit propositio necessaria, & sic inutilis ad Demonstrationem.

Dices omne accidens definitur per subiectum. Ergo omnis propositio, in qua prædicatur accidens, erit huius secundi modi. Respondeo negando consequentiam, accidentia enim communia definiuntur quidem per subiectum, non tamen per aliquod subiectum adæquatum, cuius intrinsecis principijs fluat, & emanet, quod necessario requiritur in secundo modo; quare accidens debet esse huiusmodi, quod conueniat omni, soli, & semper.

Tertius modus perseitatis definitur ab Aristotele his verbis *id per se dicimus quod non de subiecto vllo*: vbi [illegible] qui, vt Conimbricenses, Toletus, & alij existimant, hic tradi modum existendi Substantiæ, cuius existentia non pendet ab vllo subiecto inhæsionis, ad differentiam accidentium, quod videtur innuere Aristoteles, dum subiungit *ea quæ de subiecto non dicuntur per se* id est existere, *& quæ de subiecto dicuntur accidentia* idest non stare per se & ideo volunt isti auctores, hic traditum fuisse modum per se non prædicandi, sed standi. Zabatella vero *lib. cap.* 1. esse modum per se prædicandi, contendit; cum sæ licet in propositione de secundo adiacente prædicatur [illegible] se, vt si dicatur. *Substantia est*. Verum quæstio nullius momenti; vnum tamen aduerto, quod si per modum prædicandi accipiatur, per hunc modum perseitatis excluduntur illas propositiones, in quibus esse conuenit non per se, & immediatè, sed mediante alio: quomodo accidit omnibus accidentibus, & hoc excluditur ly *per se* in hoc tertio modo.

Vltimo quartum modum perseitatis sic describit: *id quidem quod vnicuique ob ipsum competit, per se dicimus, quod hanc conditionem egreditur, accidens*. quare cum ly *ob* causalitatem importet, in hoc quarto modo continentur omnes propositiones, quæ prædicant effectum de causa proxima, à qua sequitur necessario talis effectus, vt *iugulatus interiit*, *ædificator ædificat* &c. quæ verò prædicant effectum [illegible] qui non est necessario ob talem causam dicuntur per accidens, vt *musicus ædificat*, non enim est ædificans quia sit musicus, sed accidit musico ædificare. Solum hic posset quæri, an ad constituendum hunc modum perseitatis sit sumenda causa in potentia, an in actu. Dico cum Amico *dub.* 5. *quæst.* 9. esse sumendam in actu, alioquin si sumeretur in potentia non distingueretur hic modus a secundo. Ignem enim calefacere in potentia est de propria passione, atque adeo ad secundum modum pertinebit, calefacere autem in actu ad hunc spectat. Cōcludamus cum D. Thoma *lect.* [illegible]. duos priores modos esse propriè modos prædicandi, tertium potius per se standi, quartum per se causandi.

De Prædicato Vniuersali. Quæstio decima.

Prædicatum Vniuersale sic definitur ab Aristotele: *vniuersale autem dico, quod vtique de Omni est, per se, & secundum quod ipsum*. ex qua definitione patet tres conditiones requiri, vt aliquod prædicatum dicatur vniuersale hoc pacto, quo hic definitur ab Aristotele. Prima est, vt sit de Omni. Secunda per se (supra explicauimus vtranque. Tertia vt conueniat subiecto secundum quod tale est; ita vt prædicatum conueniat subiecto quatenus est tale, ita vt ly *quatenus* non solum excludat medium, per quod sit tale, sed dicat illam omnino esse rationem quam vltimo significat, qua prædicatum ei competat, & hoc vult Aristoteles per ly *secundum quod ipsum*. Defectu primæ conditionis non est vniuersale *omnis homo dormit*. Defectu secundæ non est, *Omnis homo est coloratus*. Defectu tertiæ non est, *Homo est sensibilis*; non enim est sensibilis quatenus homo, sed quatenus animal.

Cum itaut prædicatum vniuersale requirat [illegible] tionem cum subiecto, [illegible] vt propositio [illegible] tur de specie, item de [illegible] specie prædicatur differentia generica, [illegible] *vniuersaliter*; solum [illegible] cum prædicatur [illegible]

Dif-

Differentia, & Proprium quarto modo, seu passio de adæquato subiecto est prędicatio *vniuersaliter;* quia in his tantum casibus datur reciprocatio. Hinc ortam habuit differentia inter *vniuersale* prioristicum, & posterioristicum; Primum enim tantum requirit, vt de pluribus dicatur, vt *homo est sensibilis, vt homo est rationalis*. Quare magis patet Propositio *de omni*, & *per se*, quam *Vniuersale* hic definitum, si enim formetur hæc propositio *Homo est sensibilis*, ex dictis est de omni, & per se, non autem vniuersalis eo pacto, quo hic sumitur propter defectum reciprocationis.

Ex his omnibus concludo Demonstrationem perfectissimam debere constare ex pręmissis, quæ sint de prædicato *vniuersali*, & consequenter *de Omni*, & *per se*, cum hæc in illo [illegible]udatur. Patet hanc esse mentem Aristotelis, quia ideo hæc prędicata hoc capite explicat, quia erat probaturus Demonstrationem constare ex necessarijs, & ideo præmittit quot gradus necessitatis reperiantur, vt postea concluderet, cuius gradus esse deberent pręmissę perfectæ Demonstrationis. Verum quidem est, quod cum magis pateat gradus necessitatis perseitatis, quam vniuersalis, si quis conficeret Demonstrationem ex prædicato *de omni*, & *per se*, optimam conficeret Demonstrationem, non tamen perfectissimam, vt si demonstraretur, hominẽ esse sensibile, ratio est quia melius cognoscitur passio, quæ [illegible]atur, si demonstretur de adæquato subiecto, & primo, à cuius principijs emanat, vt sensibile de animali, cum quo habet immediatam & necessariam connexionẽ, quam si de inadæquato, à quo emanat mediante primo, & non habet connexionem nisi mediatam, mediante scilicet animali.

An dentur Propositiones simpliciter necessariæ, & ab æterno veræ. Quæstio vndecima.

323 Probauimus cum Aristotele Demonstrationem constare ex necessarijs, & hæc principia necessaria esse ab æterno vera, & perpetuæ veritatis tradidit *cap.7.* alioquin non essent necessaria; statim occurrit quæstio, cum nulla res [illegible] duntaxat excepto Deo, quomodo principia Demonstrationis dici possunt æterna quoad veritatem [illegible] solutione.

Notandum primo. In principijs Demonstrationis duo [illegible]. Primo subiectum, de quo prædicatum affirmatur. Secundo connexionem, quæ per verbum *est*, [illegible] inter prędicatum, & subiectum quoad primum [illegible] æternam, atque adeo veritas æterna non potest [illegible] circa subiectum quasi [illegible] sum, illud subiectum cui inesse affirmatur prædicatum, ab æterno extitisse [illegible], vt tantum quoad connexionem [illegible]atur. Vnde

Notandum secundo. In qualibet propositione de primo, & secundo modo dicendi per se, cuius generis sunt principia omnia Demonstrationis, verbum *est* duo posse significare. Primo actualem, & realem coniunctionem extremorum, ita vt hæc propositio, *Homo est animal*, faciat sensum, in re ipsa hominem esse animal. Secundo, vt dicat tantum habitudinem, quam habet tale prædicatum ad tale subiectum, vt ad quid sibi essentiale; in quo sensu huiusmodi propositiones dicuntur absolui à tempore, quia scilicet ly *est*, non importat existentiam in aliqua reali duratione temporis, sed solum animal esse de intrinseca ratione hominis. His notatis.

Prima Conclusio. Propositiones primi, & secundi modi dicendi per se, quoad connexionem extremorum sunt ab æterno veræ, & perpetuæ veritatis. Hæc conclusio est Aristotelis expressa *cap.7.* D.Thomæ *1.parte quæst.10.art. 3.ad tertium* Bannes *dubio vnico*, Caietani *cap.* [illegible]*.§. circa supradicta*. Fonsecæ *lib.5.cap.5.quæst.1.sect.3. & 4.* Suarez *disp.31.sect.12.num. 41.* & sequentibus Rubij *1. Perihyermenias ca.3.quæst.1.num.21.* & aliorum ab his citatorum. Probatur primo auctoritate D. Augustini *lib. 2. de libero arbitrio cap.10.* vbi habet, *septem, & tria decem sunt, & non solum nunc, sed etiam semper, neque vllo modo septem, & tria non fuerunt decem*. Hæc D. Augustinus, vbi apertè habetur, & si nunquam vlla res numeranda existeret, adhuc tamen connexio horum terminorum, *septem, & tria sunt decem*, esset vera.

Probatur secundo ratione. Si hæc propositio, *homo est animal* non esset semper vera, ergo poterit aliquando esse vera hæc *Homo non est animal*, ergo etiam ista, *Homo non est Homo;* hoc autem est apertissimè absurdum, ergo.

Prima Consequentia patet, nam in illo casu quo vnum contradictorium est verum, aliud est falsum, & è contra. Secunda consequentia probatur. nam ex Dialecticis à negatione, seu destructione consequentis valet ad destructionem antecedentis, si ergo valet, *non est animal* quod est consequens, etiam valebit *non est homo*, quod est antecedens.

Dices nullum esse absurdum hominem non esse hominem cum non existit. sed contra, cum enim dico *Homo non est homo*, non dico hominem non existere, sed nego connexionem, seu identitatem hominis cum se ipso, quod est falsum. hanc enim identitatem, vt ex sequenti Conclusione, important huiusmodi propositiones.

Probatur tertio hæc est ab æterno vera, *si est homo, est animal*, ergo etiam hæc, *homo est animal*. probatur consequentia: quia omnis conditionalis vera supponit absolutam veram, ideo enim hæc est vera, *si volat habet alas*, quia hæc est vera; *Omne quod volat habet alas*; propositiones enim conditionales, ideo semper sunt veræ, quia important tantum connexionem vnius partis cum alia, quæ connexio supponit vnam partem esse intrinsecam alteri, quod per propositiones absolutas tantum importatur, ergo etiam absolutæ semper erunt veræ. Confirmatur. nam scientia est perpetua, ergo de obiecto perpetuo non quoad existentiam, vt dictum est, ergo quoad connexionem prędicatorum essentialium, ergo propositiones hanc connexionem importantes, sunt ab æterno veræ, & perpetuæ veritatis. 324

Contra Instatur primo *ex Capite de Substantia, & Capite de modis priorum*. Ex eo quod res est, aut non est, oratio aut vera, aut falsa est, ergo cum ab æterno res non existant illæ propositiones erunt falsæ. Confirmatur *ex 2. Poster. capit.1.* vbi dicitur, non esse quærendum de rebus, quod sint, nisi prius sciamus an sint.

Ad Argumentum Respondeo hunc esse sensum, ex eo quod res ita est, sicut enunciatur per propositionem, propositio dicitur vera, vel falsa: hoc autem est in casu nostro; & si enim homo non existat, attamen de ipsius essentia est animal, quod per propositionem, *Homo est animal*, enunciatur; non enim aliud importat illa propositio. Ad confirmationem Dico de rebus prius esse quærendum an sint entia realia, quæ possint existere, deinde quærendum quid sint, hoc autem non est contra nos.

Secundo Instatur. Omnis propositio de tertio adiacente supponit veram de secundo, ergo si ista est vera ab æterno *Homo est animal*, erit quia ab æterno supponit veram, *Homo existit*, quod est falsum. Respondeo quando ly *est* in propositione supponit pro actuali, & reali coniunctione extremorum modo explicato *2. Nota.* tunc supponere veram de secundo adiacente, non verò cum tantum importat naturalem cõnexionem, vt ibidem est declaratum. Quod si dicas eandem connexionem dicit, *homo mortuus est animal*, ac *Homo est animal*, sed prima est falsa, ergo etiam secunda.

Respondetur negando maiorem; in primo enim *homo* supponit pro cadauere propter illud additum, *mortuus*, de cuius ratione non est animal: at in secunda supponit pro vero homine, de cuius essentia non potest non esse animal.

Tertio Instatur. Si hæc est vera, *Homo est animal*, ergo etiam hæc, *homo est viuens*, sed ly *viuens* dicit habere animam coniunctã corpori, quod non potest competere homini antequam existat ergo. Respondeo cum D. Thoma *1. parte quæst.18.art. 2.* ly *viuens* posse sumi, vel prout dicit exercitium ipsius vitę, seu in vi participij; & hoc modo non est ab æterno vera, *Homo est viuens*; antequam enim existat non habet opera vitę, non manducat, non bibit, non mouetur, &c. vel secundo modo potest sumi in vi nominis, seu pro prædicato essentiali, pro natura constante ex anima, vt faciat sensum, *Homo est viuens*, scilicet de hominis essentia est habere naturam ex corpore, & anima constantem, & hoc pacto est ab æterno vera, nec requirit actualem existentiam.

Quarto Instatur. Christus non fuit homo in triduo mortis ex D.Thoma *3. parte quæst.50.art.4.* ergo hæc non fuit ab æterno vera, *Christus est homo*. Confirmatur. Deus 325

potest separare, verbi gratia caliditatem ab igne, ergo non erit vera tunc, *Ignis est calidus*, ergo non est simpliciter, & ab æterno vera omnis propositio primi, & secundi modi dicendi per se. Ad Argumentum Respondeo Christum dicere suppositum Diuinum, quod tripliciter potest considerari. Primo, vt est subsistens in natura diuina, prout abstrahit a natura humana, & vt sic non est ab æterno vera; sed in tempore determinato suppositum diuinum factum est suppositum naturæ humanæ. Secundo potest considerari, vt dicit suppositum in partibus distinctis, & sic in triduo nō fuit homo, quia homo requirit partes vnitas, quas tunc non habuit, cum anima fuerit separata à corpore, & hoc pacto verificatur D. Thomas. Tertio modo potest considerari prout Christus dicit suppositum Diuinum in humana natura, vt sic autem est de eius essentia esse hominem, & ab æterno fuit vera, Christus vt suppositum naturæ humanæ est homo. Ad Confirmationem Respondeo esto possit Deus separare caliditatem actualem ab igne, & cæteras proprietates, non tamen posse facere, vt non sint proprietates; atque adeo semper erit vera, *Ignis est calidus*, quia tantū significatur calorem competere igni, quod semper erit verum, etiamsi Deus in igne summum frigus poneret.

Secunda Conclusio. Hæc connexio, ex qua resultant propositiones ab æterno veræ fundatur in identitate negatiua predicati cum subiecto, de quo affirmatur. Hæc Conclusio est Fonsecæ *loco citato*. Explicatur, & probatur simul. Identitas, vt iam diximus, importat negationem diuersitatis inter illa, quæ dicuntur habere identitatem, ver.grat. per hominem esse animal, importatur negatio diuersitatis inter hæc duo hominem, & animal, quia significatur animal esse de essentia hominis; at quia hæc diuersitas nunquam potest esse inter hęc duo, est in subiecto non apto nato; ideo dicitur identitas negatiua, non priuatiua, quæ exposceret subiectum, quod esset aptum natum habere talem diuersitatem, vt diceretur priuatiua. Nec placet explicatio Fonsecæ *loco citato*, scilicet posse dici identitatem priuatiuam, respectu subiecti existentis; si enim loqui velimus de priuatione rigorosa, cum homo, verbi grat. existens non sit capax diuersitatis ab animali, vtique non potest dici priuatio, sed semper retinebit nomen negationis.

Hinc clarè habetur confirmatio nostræ primæ conclusionis, huiusmodi propositiones esse ab æterno veras; eo quia cùm importent, & significent tantum negationem diuersitatis inter prædicatum, & subiectum, eo vsque veræ censendæ, quousque sunt veræ negationes diuersitatis, sed negationes semper sunt veræ, quia earum opposita nunquam vera esse possunt, ver.grat. *Homo non est Lapis*, vt hec negatio semper sit vera, satis est, si nunquam verum esse possit ejus oppositum, *Homo est Lapis*, ergo propositiones primi & secundi modi semper erunt veræ, cum cōsistant in puris negationibus diuersitatis, quarum opposita nunquam vera esse possunt.

326 Sed contra Instatur. Connexio non potest existere sine extremis connexis, sed extrema connexa non semper existunt, ergo neque connexio. Respondeo negando maiorem; cum enim hæc connexio tantum dicat negationem diuersitatis inter prædicatum, & subiectum, vt dicatur existere satis est, si eius oppositum nunquam possit existere, ad quod non requiritur, vt extrema sint existentia.

Ex quo Infertur primo veritatem harum propositionū, de quibus loquimur, non habere causam aliquam efficientem, fundatur enim in connexione, cuius nullam est assignare causam, sed ideo verum est ab æterno, hominem esse animal, quia homo de sua intrinseca natura requirit, vt non intelligatur, quin intelligatur esse animal, quia nūquam poterit produci homo, quin sit animal. Quare quod homo actu sit animal habetur quidem à causa efficiente, ab illa nempè, quæ ipsum ponit extra suas causas, non autem, quod animal dicat immediatam connexionem cum homine, quod tantum importatur per illam propositionem, *Homo est animal*.

Infertur secundo. Veritatem huiusmodi requirere saltem extrema in potentia, quod scilicet possint produci realiter, si sint realia; fictitie si sint fictitia. Patet hoc illatum, nam hæc veritas fundatur in Conuenientia intrinseca prędicati cum subiecto, quia scilicet non possit dari tale subiectum, nisi cum tali prædicato, de cuius essentia est, ergo necesse est hæc extrema esse possibilia, & aliquam causam in potentia habere, alioquin intelligi non potest habere, vel nō habere sibi intrinsecum hoc, vel illud prędicatum.

Cum igitur Aristoteles docuit principia Demonstrationis debere esse necessaria, & perpetuę veritatis, hoc pacto quo explicauimus, intelligendus est: vnde patet quam benè dixerit esse ex principijs per se, & proprijs; cum enim esse debeant ex necessarijs, vniuersalibus; omnia necessaria sunt per se, & omnia vniuersalia sunt propria, quia maior extremitas debet inesse medio secundum quod ipsum, vnde illud principium erit proprium illius conclusionis: septem igitur erunt conditiones ex Aristotele principiorum Demonstrationis. Primo debent esse vera. Secundo, prima Indemonstrabilia, & per se nota. Tertio priora. Quarto notiora. Quinto Causæ. Sexto necessaria Septimo Vniuersalia. Quæ omnia satis explicauimus. Aliqui ad maiorem numerum has conditiones reducunt, sed quas ipsi distinctè ponunt, in iam assignatis clauduntur, ideo non vt distinctas eas numeramus; alij etiam ad minorem numerum omnes redigunt, sed res parui momenti.

De Conditionibus Conclusionis Demonstrationis, & quo medio, & qua Figura vtendum sit. Quæstio Duodecima.

QVoad Conditiones Conclusionis perfectissimæ Demonstrationis, ex conditionibus principiorum eas desumere possumus. Primo enim debet esse vera, & certa. Secundo debet inferri ex causis. Tertio debet esse nota propter præmissas. Quarto debet esse necessaria. Quinto. Vniuersalis. Sexto, perpetuæ veritatis. Satis patent, nec indigent probatione.

Circa mediū demonstrationis non omnes conueniunt Albertus enim, & Ægidius, vt affert Toletus 2. *Post. capite* 10. *quæst.* 1. existimant medium Demonstrationis esse definitionem passionis. Probant primo, quia potissima Demonstratio debet procedere ex magis immediatis, sed immediatius est, si dicatur, *aptum ad risum est risibile*, quam si dicatur, *animal rationale est risibile*. ergo.

Secundo probant. Quia Demonstratio vltima resolutione est soluenda in principia per se nota, & communia, huiusmodi autem non est definitio subiecti. Ergo.

Tertio Definitio subiecti est idem cum subiecto, ergo non potest esse medium, alioquin probaretur idem per idem.

Alij aliter etiam sentiunt, vt videre est apud Vallium 1. *Post. disput.* 2. *quæst.* 4. *cap.* 3. quorum sententiam breuitatis gratia omitto. Solum pro nostra sententia aduerto primo definitionem subiecti posse esse medium, vel formale vel virtuale. Primo modo dicitur, cum passio, quæ de subiecto demonstratur immediatè emanat à tali subiecto, & secundo quando passio emanat quidem, sed mediate alio, quod ab ipso immediatè fluit, causa talis fluxus est ipsa definitio subiecti quia scilicet subiectum est talis naturæ, ideo ab eo talis passio fluit; cum vero non fluit immediatè, causa talis fluxus est alia passio, quæ immediatè fluit, ex qua mediante, ab eodem subiecto illa secunda passio fluit, quare definitio dicitur medium virtuale. tunc

Aduerto secundo. Tria esse prædicata, quæ scire possumus, in Demonstratione *propter quid*. Primo passionem aliquam primam, ver. grat. de homine *capacitatem disciplinæ*. Secundo passionem secundam, vel cæteras, ver.gr de homine *risibilitatem*. Tertio passionem aliquam prouenientem à causa extrinseca, ver.gr. *Eclipsim de Luna*, quæ prouenit ex interpositione terræ. his positis.

Prima Conclusio. Quoties demonstratur prima passio de subiecto, definitio subiecti est medium in illa Demonstratione formale, & proximum. Probatur. Illud debet esse medium, ex quo tanquam ex causa cognoscamus, quid passionis; sed hoc est tantum definitio subiecti, ergo. Maior patet, quia scire est rem per causam cognoscere. Minor probatur. Illa passio tanquam à sua causa adæquata fluit ab ipsa natura subiecti ita vt illa natura habeat rationem Causæ finalis, efficientis, & materialis; sed medium debet esse causa huiusmodi, ergo. Confirmatur, data quacunque alia causa, semper Intellectus remanet inquietus donec per definitionem subiecti passionem cognoscat; sed in demonstratione debet Intellectus perfectè quiescere, ergo debet assumere definitionem tanquam medium.

Di-

Dices, magis immediata est definitio passionis, quam subiecti, ergo per hanc debet procedere demonstratio. Negatur Consequentia debet quidem procedere per causam immediatam, sed quæ sit causa talis passionis. Hæc autem non est definitio passionis, sed subiecti, quæ est etiam causa definitionis ipsius passionis, vnde patet ad primum argumentum contrariæ sententiæ.

Secunda Conclusio. Quoties demonstrantur cæteræ passiones, non primæ, medium formale non est definitio subiecti. Probatur si conficiatur huiusmodi Demonstratio, *Omne capax disciplinæ est risibile, homo est capax disciplinæ, ergo est risibilis*, in qua medium est, *Capax disciplinæ*, quod est passio, non definitio subiecti; vnde ad summum posset dici definitio medium virtuale, in quantum *Capax disciplinæ* est medium ad probandam risibilitatem de subiecto; quia immediatè fluit à subiecto, & ipsa mediante fluit risibilitas; cuius signum est, quod vt perfectè Intellectus quiescat, reducenda illa Demonstratio est ad talem, in qua definitio subiecti sit medium formale, & probandum, & [illegible] dicendo, *omne animal rationale est capax disciplinæ, talis est homo, ergo capax disciplinæ*, deinde *omne capax disciplinæ est risibile*, &c.

329 Tertia Conclusio. Si demonstretur passio, quæ prouenit [illegible] causa extrinseca, medium est ipsa causa extrinseca, non [illegible] definitio subiecti probatur accidens pendens à [illegible] definitur nisi per huiusmodi causam, ergo [illegible] est [illegible] sufficiens ad passionem demonstrandam.

Probatur secundo. Ideo benè assumitur definitio subiecti [illegible] prima passio demonstratur, quia subiectum est [illegible] formalis, & efficiens ipsius passionis, eo quod [illegible] rem per [illegible] cognoscere, ergo benè assumetur causa extrinseca [illegible] habet rationem causæ efficientis, [illegible], & finalis respectu illius accidentis.

Probatur tertio. In hac Demonstratione paritur perfecta scientia, ergo benè assumitur huiusmodi medium. Antecedens probatur: tunc habemus veram scientiam, cum veram causam scimus, sic est in proposito, ergo. Illud enim accidēs quod demōstratur à nulla alia causa pendet.

Dices. Si quæratur cur ex interpositione terræ, verbi gratia Eclipsis causetur, est assignanda definitio Lunę, quæ est talis naturæ, vt in tali situ posita resultet interpositio terræ, vt Eclipsis causetur, ergo non est perfecta, & immediata.

Respondeo Lunam habere tantum rationem causę materialis, non formalis, neque efficientis, & est potius quædam conditio sine qua non; quia si non esset talis naturæ, talis causa extrinseca, tale accidens in Luna non causaret; non est autem vera causa à priori talis passionis; cuius signum est, quod non semper accidit, sed solum ad positionem talis causæ extrinsecę: quare possemus dicere, & concludere cum D. Thom. 2. *post. lect.* 1. Scoto, &c. definitionem subiecti semper concurrere; vel vt mediū formale, vel virtuale, vel tandem vt virtuale imperfecto quodam modo, seu vt conditio sine qua non modo.

Ad Argumentum contrariæ sententiæ, ad primum iam satisfactum est, ad secundum Respondeo resolutionem esse faciendam in principia per se nota, sed pertinentia ad illam conclusionem, & in quibus virtualiter includatur; huiusmodi autem est definitio subiecti; est enim per se nota, quia cognitis terminis cognoscitur, nec per aliud principium potest probari, nisi forsan ab effectu.

Ad tertium iam satis fecimus *quæst.* 3. vbi ex professo huic argumento respondimus.

Circa formam, qua vti debemus in demonstratione, docet Aristoteles, *cap.* 11. & Expositores *ibidem cum illo*, primam Figuram aptissimam esse ad Demonstrationem; per quod non excluduntur cæteræ figuræ; assignat rationes, quas faciles omitto, apud Toletum videri possunt explicatæ *hic in Commentario*.

CAPITIS DECIMI,

SVMMA.

A Capite 5. vsque ad 10. exclusiuè tractat Aristoteles, de principijs Demonstrationis, & sequitur quasdam conditiones probare, quæ eis debentur, de quibus sufficienter diximus, ideo circa illa Capita nihil noui occurrit, in hoc autem capite demum docet.

[illegible] Demonstrationem [illegible] esse propter quid, cum scilicet per causam primam procedimus: aliam quia, cum scilicet [illegible] vel per causam, sed remotam, vel ab effectu, qui sit notior ipsa causa, & omnium ponit exempla.

Secundo docet has Demonstrationes posse haberi, vel in eadem scientia, vel in diuersa, & hoc vel in diuersis, quæ se habent, vt subalternantes, & subalternatæ: subalternatæ enim de suis principijs tantum sciunt, quod sint, non propter quid sint; Subalternantes verò sciunt etiam propter quid sint; vel denique hæ scientiæ diuersæ sunt omnino disparatæ, & tunc aliquando eiusdem conclusionis vna scit quod sit tantum, altera etiam propter quid. Affert exemplum de Chirurgia, & Geometria. Hæc in textu.

De Demonstratione Quia. Quæstio Tertia decima.

330 DEmonstratio dupliciter potest considerari, vel vt syllogismus est, vel vt Demonstratio formaliter. Si primo modo consideretur, ab Aristotele diuiditur primo. In vniuersalem, cuius scilicet Conclusio sit vniuersalis, & in particularem, cuius Conclusio particularis. Secundo diuiditur in affirmatiuam, cuius conclusio affirmatiua, & in Negatiuam cuius Conclusio negatiua. Tertio diuiditur in Ostensiuam, quæ verum ostendit, & infert conclusionē, & in impossibilem, quæ infert cōclusionem falsam, quam tamen, vt veram cogitur concedere aduersarius, qui eius contradictorium iam negauit; Contradictoriarum autem altera vera, altera falsa. Si secundo modo consideretur, diuiditur in Demonstrationem *propter quid*, quæ procedit per causam, & in Demonstrationem *Quia*, quæ per effectum, vel causam remotam.

Et hoc in præsenti Capite, cum quo, & nos omissa Demonstratione *propter quid*, de qua hucusque egimus, & omissis cæteris, quæ Demonstrationis nomen non merentur, sed tantum Syllogismi, vt tradit Vallius *disp.* 2. *in hunc Lib. quæst.* 1. *cap.* 7. tantum de Demonstratione *Quia* breuiter tractabimus. Qui plura desiderabit videre poterit Amicum *Tract.* 26. *disp.* 2. *quæst.* 6. *tota.* Vallium *tota illa quæst.* 1. *assignata*. Conimbricenses *in* 1. *Post. cap.* 10. *quæst.* 1. & alios apud ipsos; pro nostra doctrina.

Notandum primo cum D. Thoma, cum Demonstratio *Quia* sit, quæ procedit vel ab effectu, & solet appellari à signo, à coniectura, à non causa, à causa cognoscendi tantum à causis in anima, ab euidentia, & tandem à posteriori: vel à causa remota; Causam remotam tripliciter posse sumi. Primo pro causa, quæ scilicet sit conuertibilis cum effectu, tamen aliquod medias inter ipsum, & talem causam, vt *rationale* quod, vt causa remota, probat risibilitatem de homine mediat enim *admiratiuum*, inter rationale, & risibilitatem. Secundo pro causa, quæ magis pateat, quam effectus, vt *animal* respectu respirationis. Tertio pro causa, cuius effectus magis pateat quam causa, vt *calor* respectu Solis, aut ignis: & de hac triplici vsurpatione causæ remotæ potest esse difficultas, an semper constituatur Demonstratio *Quia*.

Prima Conclusio. Demonstratio à causa remota, primo modo est Demonstratio *propter quid*, non *Quia*. Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui loquens de Demonstratione *Quia* à causa remota affert exemplum de respiratione animalis, quod est à causa remota secunda acceptione, non prima: Immo habet, cum causa est remota medium semper esse extra, idest in vtraque præmissa

prædicatum, quod solum accidit in causa remota secunda acceptione, non autem prima potest enim benè confici in prima si dicatur, *Omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis, ergo risibilis*. Hæc Conclusio est Philoponi, Alexandri, Themistij, Auerrois, Diui Thomæ, & aliorum apud Amicum *Disp. 2. quæst. 1. dubit. 1. §. dubium igitur est.*

Probatur Secundò ratione. Quoties habetur processus per causam est Demonstratio *propter quid*; ideo enim dicitur *propter quid*, quia causam explicat passionis,) sic est in casu nostro, ergo. Confirmatur explicat veram, & adæquatam causam, licet non immediatam, ergo vera Demonstratio *propter quid*. Ex quo fit

331 Secunda Conclusio. Quando effectus magis patet, quam causa, si demonstretur per aliquam ex causis dummodo tamen necessario illum producit, vt *vegetabile* respectu animalis, *calor* respectu Solis, est vera Demonstratio *propter quid*.

Probatur primo. Illa causa est immediata, & vera causa, ergo optimè poterit illum effectum demonstrare. Secundo quia, si præcedens conclusio est vera de causa remota primo modo multo magis hæc de causa remota. Tertio modo, quæ est causa immediata. Confirmatur ex Aristotele *hic*, qui dum explicat quid sit causa remota, qua non constituatur Demonstratio *propter quid*, dicit esse, quæ secundum excessum dicitur, quæ scilicet magis patet, quam effectus, & statim exemplificat de animali respectu respirationis. Confirmatur secundo, quia per Aristotelem, & Expositores ferè omnes causa remota solum constituit demonstrationem in secunda figura, at causa remota, tertio modo etiam in prima & affirmatiuam, ergo constituit Demonstrationem *propter quid*, non *quia*.

Dices. non erit de prædicato vniuersali; quia non conueniret secundum quod ipsum, ergo non erit bona Demonstratio. Respondeo solum haberi, non fore perfectissimam Demonstrationem, quod vltrò concedimus.

Dices secundò. Quocunque modo sumatur. Causa remota, semper fit processus per causam, ergo vel omnis Demonstratio à causa remota erit *propter quid* contra Aristotelem, vel nulla. Respondeo, vt Demonstratio sit *propter quid* est necesse, procedat per causam, vt causa est: quocumque autem modo sumatur causa remota, seu superior effectu, non procedit per causam vt causa, cum enim talis causa v. g. Animal Vniuersaliter non respiret, non possumus necessariò concludere respirationem, cum ex superiori ad inferius non possimus affirmatiuè concludere. hic pono

Tertiam Conclusionem. Quoties causa est superior effectu non potest conficere demõstrationem *propter quid*. patet, quia hæc procedit per veram causam necessariam, cum autem est superior, non potest esse causa necessaria nisi cum immediate coniungatur, vt si diceretur, *omne animal habens pulmonem* (quod est causa respirandi) *respirat*, tunc posset confici Demonstratio *propter quid* ratione illius additi.

Quarta Conclusio. Cum fit Demonstratio *quia* à causa remota, semper fit in secunda figura. Probat Aristoteles *cap. 13.* & Zabarella *cap. 3* quia cum sit causa superior, & inadæquata, vt animal respectu respirationis, posita causa non ponitur effectus, ablata tamen aufertur (supposito quod tantum ab hac causa procedat) quare altera debet esse negatiua, cur autem non possit hæc negatiua haberi per primam figuram probatur; quia negari debet effectus de subiecto, ergo debet esse maior extremitas. Quare in prima propositione debet coniungi cum medio, quod est causa, quæ vtique cum magis pateat, quam effectus, debet prædicari; figura autem in qua medium prædicatur in maiori est secunda tantum ex Summulis; quare dicetur *omne respirans est animal, nullus lapis est animal, ergo neque respirans.*

332 Quinta Conclusio. Demonstratio ab effectu dicitur, cũ probatur causam inesse subiecto per effectum. Hæc conclusio indiget tantum explicatione. Effectus, alius qui necessario pendet à causa, & illam habet, vt causam sui adæquatam: alius, qui pendet à causa per accidens, & hunc per accidens adhuc diuidere possumus, vt alius sit, qui pẽdet à causa, à qua potest non pendere, alius pendet quidẽ, sed non vniuersaliter, vt respiratio ab animali. Alius denique pendet, sed potest etiam ab alia pendere, & iuxta has omnes acceptiones loquendum est. Si fit per accidẽs primo modo, non possumus Demonstrationem *quia* conficere, eo quod non possimus existentiam causæ arguere, cum possit non esse ille effectus à tali causa. Si per accidẽs sumatur secundo modo, possumus tantum affirmatiuè, vt *respirat, ergo est animal*; non autem negatiuè, quia non valet à negatione Antecedentis ad negationem consequentis. Si per accidens sumatur tertio modo tantum à negatione effectus ad negationem causæ, vt *non est calor, ergo neque ignis*, quia effectus est magis vniuersalior, quã causa. A negatione autem consequentis optimè arguitur ad negationem Antecedentis, vt *non est animal, ergo neque homo.* Solum autem ab effectu, qui pendet ab aliqua causa, vt adæquata, cum qua reciprocatur, possumus perfectã Demõstrationem *Quia* conficere, cum enim talis effectus necessario sit à tali causa, ab existentia talis effectus optimè concludere possumus existentiam causæ, & è contra, & talis Demonstratio habebit omnes conditiones perfectæ demonstrationis, quas habet participare Demonstratio *Quia*; vt scilicet sit *ex veris, necessarijs, per se, proprijs, de omni vniuersali, & perpetuæ veritatis*; in hoc enim conuenit cum Demonstratione, quæ dicitur *potissima*, seu *propter quid*.

Ex hactenus dictis sicut habemus Demonstrationem *quia* duplicem esse, aliam ab effectu, aliam à causa remota, in sensu explicato, ita possumus ipsam Demonstrationem *quia* definire, si dicamus, *Demonstrationem quia esse syllogismum euidentem constantem ex præmissis continentibus effectum, vel causam remotam alicuius Conclusionis*, & facientem illam scire, secundum quid tamen.

Pro complemento huius quæstionis an Demonstratio sufficienter sit diuisa in Demonstrationem *quia*, & *propter quid*, an vero sit aliqua tertia species, prout censuit Auerroes 1. *Post. Com. 95. epitome Logicæ cap. de Demonstratione* dicens, Demonstrationem diuidi in Demõstrationem *quia*, cum per effectum cognoscimus causam esse, In Demonstrationem *propter quid*, cum supponendo passionem esse, tantum probamus *propter quid sit*, & in Demonstrationem *potissimam*, quæ simul dicit passionem esse, & propter quid sit. Respondeo sufficienter esse diuisam, & sententiam Auerrois falsam esse. Primo, quia contraria Aristotelis doctrinæ, qui *text. 5.* fusè agens de diuisione Demonstrationis solum agit de Demonstratione *quia* & *propter quid*. Secundo quia in vtraque demonstratione, & *potissima*, & *propter quid* est idem medium; quod ideo omnium Latinorum auctoritate improbatur talis sententia. Tertio ex eodem Aristotele 2. *Post. text. 8.* qui rationẽ reddens, cur qui cognoscat rem esse, non cognoscendo causam, non cognoscat quid sit rei, Respondet quia etiam ignorat quid sit. Quarto impossibile est probare, propter quam causam talis res sit, & simul non probare quod sit. Igitur diuisio Auerrois in Demõstrationem *propter quid*, & *potissimam* nulla est. Posset quidem quoties aliqua conditio ex assignatis in Demonstratione perfectissima deficit, vocari tantum Demonstratio *propter quid* quia nõ est Demonstratio *quia*, neque *propter quid* perfectissima; & hoc modo possemus assignare differentiam, inter has Demonstrationes, sed esset differentia merè accidentalis, & in hoc sensu est explicandus Aristoteles, si quando aliquam distinctionem videatur admisisse inter has Demõstrationes. Immò, & ipsum Auerroem huiusmodi distinctionem tantum docuisse tradit Zabarella apud Vallium *disp. 2. quæst. 3. cap. 10. circa medium.* De mente Auerrois nihil ad nos. 314

An detur Circulus. *Quæstio Vltima.*

Notandum primo. Demonstrationem aliquam dici Circulum sumpta metaphora à motu locali circulari, & sicut perfectus circulus in motu requirit, vt vnde 3[illegible] principium habuit, ibi finem imponat, vt si incepit à *B* in *B* item desinat, ita Demonstratio illa dicetur Circularis, seu Circulus, cum per *A* v. g. demonstrantes *B* item per *B* demonstremus *A*, sic circulum committeret, qui probaret hominem esse rationalem, quia risibilis, postea esse risibilem, quia rationalem. Quoniam vero hic regressus dupliciter potest cõtingere. Primo si vtroque modo probemus, tanquam per causam. Secundo. In vno syllogismo tanquam ex causa, in altero tanquam ex effectu. Ideo

Notandum secundo ad Circulum simpliciter, seu formalem

[illegible] requiri, vt in vtroque syllogismo procedatur, tanquam per causam ita vt vtraque Demonstratio sit Demóstratio *propter quid*, vt in exemplo allato, probemus hominem esse risibilem, quia rationalis, tanquam per causam; postea esse rationalem, quia risibilis etiam tanquam per causam. Si autem in vna sit processus à causa ad effectum, in altera ab effectu ad causam, non erit circulus, nisi materialis imperfectus, seu vt dicunt, erit regressus. His positis.

Tertia Conclusio. Non datur Circulus simpliciter. Est contra Antiquos, quos redarguit Aristoteles *cap. 3. huius 1. Poster.* probatur ex eodem Aristotele: vterque syllogismus deberet esse Demonstratio *propter quid* [illegible] ideo enim ponebant Antiqui, quia omnium rerum haberi scientiã Demonstratiuam putabant, ergo non datur Circulus. probatur Consequentia Demonstratio *Propter quid* procedit ex no[illegible], ergo si præmissæ, & conclusio possent ad inuicem probari, vt per causam, essent & non essent notiores natur[illegible], & nobis respectu eiusdem, quod implicat. Secundo essent [illegible] respectu eiusdem causa, & effectus, hoc autem est absurdum. Tertio, idem esset causa sui ipsius. Probatur Consequentia. Rationalitas est causa risi[illegible] in homine, rursus risibilitas est causa rationalita[illegible] [illegible] est causa sui ipsius, quod enim est cau[illegible] [illegible] etiam causa causati. Hæc Conclusio adeo est [illegible], vt sufficienter sit probata. Solum ali[illegible] [illegible].

[illegible] Causæ sunt aliquando sibi inuicem causa. [illegible] est causa efficiẽs sanitatis, sanitas cau[illegible] [illegible], ergo poterunt demonstrari ad [illegible]. Respondetur concedendo totum; sed non com[illegible], quia sunt in diuerso genere causæ, & etiã, [illegible] cognoscuntur formaliter, vt causæ, sed vna, vt [illegible] in diuerso genere.

Secundo instatur. Vapor est causa materialis pluuiæ, [illegible] vaporis ex eodem Aristotel. 2. *Post.* [illegible] genere causæ demonstra[illegible]. Respondetur non esse idem omnino, quod in [illegible] Demonstratione, probatur. In prima enim probatur [illegible] fieri vapores, postea ex his vaporibus, non [illegible] produci pluuiam. Ex his responsionibus [illegible] possumus tres conditiones, quæ requiruntur [illegible] & formali. Prima est, vt idem sit [illegible] in præmissis in prima Demonstratione, ac [illegible] in Conclusione secundæ Demonstrationis: [illegible] in secundo [illegible] argumentum. Secun[illegible] vt sit in eodem genere causæ. huius defectu [illegible]. Tertia vero est, quod vtraque sit De[illegible] *propter quid*. Huius defectu non est circulus per[illegible]tus, cum procedimus ab effectu ad causam, postea à causa ad effectum, quod appellatur regressus. De quo

334 Secunda Conclusio. Datur regressus, quid sit regressus di[illegible]mus, Probatur primo, ex Aristotele *capite 6. & 2. Post. cap* [illegible] potest velle circulum formalem, cum hunc [illegible] reiecerit *hoc lib. 1. cap. 3.* ergo loquitur de Circulo materiali, seu de regressu, immo aperte, ponit regressum in hoc ca[illegible] dum probat, stellas esse prope, quia scintillãt, postea scintillare, quia prope sunt. Secundo probatur. cum cognoscimus causam ex passione, tantum cognoscimus existentiam passionis, & connexionem cum illa causa, non vt causa est, quæ cognitio habetur, vel per inductionem, vel per sensum, vel quouis alio modo. Cum verò progredimur ad cognitionem per causam, cognoscimus passionem existere per talem causam ergo verè poterit dari hic regressus. Probatur consequentia, quia vere ex cognitione imperfecta progredimur ad cognitionem perfectã; sed sic est in casu nostro, nam ex cognitione confusa, & imperfecta effectus, & causæ per primum progressum, ferimur per secundum processum ad cognitionem perfectam, sic si dicam, *Omne risibile est animal rationale, omnis homo est risibilis, ergo animal rationale*. In illis præmissis nondum cognoui hominem, seu animal rationale, esse causam risibilitatis, sed solum connexionem illorum terminorum [illegible] modo mihi notificatam; si postea diligenter considerata natura animalis rationalis reuertor dicendo, *Omne animal rationale est risibile, Omnis homo est animal rationale, ergo risibilis*, non solum cognoscam existentiam, sed existentiam per talem causam, seu vt eruditè loquitur Zabarella *lib. de Regressu cap. 4.* in primo processu cognoscitur effectus confusè, in secũda distinctè, idem de causa,

Quare docuit idem Zabarella *cap. 5.* postquam prima demonstratio facta est, non statim ad secundam progrediendum, cum ex causa nota tantum in confuso, non possimus perfectam cognitionem effectus adipisci, quæ intẽditur per secundam demonstrationem, sed aliquantulum pausandum, donec examinetur natura ipsius causæ, vt tũc eius natura penetrata ad effectum progrediamur, ideo dicit Regressum, tribus perfici, Demonstratione ab effectu demonstrante, quod est ipsius causæ, non vt causa est. Secundo illo examine, seu vt alij, negotiatione Intellectuali circa causam. Tertio Demonstratione *propter quid*, in qua existentia effectus per causam, seu propter quid effectus demonstratur. Aliqua possent obijci a nonnullis, qui nedum circulum formalem negant, sed etiam regressum penitus tollunt, existimantibus in hoc quoque habere vim rationem Aristotelis contra Circulum.

Verum posita illa distinctione de cognitione distincta, seu perfecta, & confusa, seu imperfecta causæ, & effectus, omnis dubitatio euanescit, vt videre est apud Zabarellam *cap. 2. & 9. eiusdem lib. de Regressu.* Hactenus de Quæstionibus in Libro Posteriorum Analyticorum Aristotelis.

Tractatus, & Quæstiones de Scientia.

HVcusque egimus de modo fabricandi optimam Demonstrationem, quæ esse potest instrumentum scientiæ acquirendæ, ad quam vtique tanquam ad proprium finem illam tradidisse Aristoteles nemo dubitare debet. Restat, vt de ipsa scientia disseramus; Quoniam vero scientia, de qua præcipuè est agendum sub habitu, tanquam sub adæquato genere collocatur, ideo vt maiori facilitate percipiatur eius natura, premittemus primum Tractatum de habitibus, & eo libentius hoc prestandum, quo vix aptior locus nobis occurrere poterit, vt de habitibus exatius sermo haberi posset; neque totam Philosophiam absoluere dignum est sine habituum cognitione, qui ad Theologiam maximè conducunt. Quatuor autem videre debemus in hoc Tractatu. Primo quid sit Habitus. Secundo, quomodo producatur. Tertio, quomodo sit actiuus. Quarto quotuplex sit, & ad vnumquodque istorum capitum, quæ pertinere videbuntur, reducentur, & ibi tractabuntur.

Tractatus Primus qui est de Habitibus.

Quid sit Habitus. Quæstio Prima.

NOmen Habitus varijs modis accipi potest, ideo afferendi, vt cognitio, quo sensu hic accipiatur, quærere 335
possimus Quid sit, ne frustra quæreremus Quid rei, ignorato quid nominis. Primo igitur potest sumi habitus in vi participij, ab *habeo habes*, & hoc modo significat id, quod aliquis habet, seu possidet, vnde dixit Durandus *3. Sentent. distinct. 23. quæst. 1. num. 7.* esse Postprædicamentum. Secundo potest sumi in vi nominis, & hoc pacto adhuc multipliciter. Primo prout significat perfectionem, seu formam, quam aliqua res habet, & hoc pacto sumitur, dum dicitur *à priuatione ad habitum non dari regressum*. Secundo pro veste, seu indumento. Tertio sumitur à medicis pro varia corporum dispositione, vnde aliqui dicuntur optimum vitæ habitum habere, hoc est optimam membrorum texturam. Quarto sumitur pro perfectione rei accidentali de natura sua difficiliter mobili, quæ confert facilitatem, & promptitudinem ad operandum, scilicet pro habitu à nobis explicato *in capite de qualitate*, & de ipso in hac acceptione loquimur, & quærimus quid sit.

Vnica Conclusio. *Habitus est qualitas permanens de se stabilis in subiecto, per se primo ordinata ad operationẽ, non tribuens primam facultatem operandi, sed ordinans illam, & facilitans.* Ex omnibus definitionibus habitus, quas affert Vallius *de habitibus cap. 2.* hæc Suarez *in Met. disp. 44. sect. 1. num. 6.* mihi videtur perfectè naturam habitus explicare, & conuenit cum illa, quam affert idem Vallius *3. loco, ex* Aristotele *2. Ethic. cap. 5. & 6.* vt scilicet potentia sit illa, qua simpliciter, & absolutè possumus, Habitus vero sit qualitas, qua bene, vel malè possumus, [illegible] cet operari.

Dicitur primo, *habitus esse qualitas*, quod, qu[illegible] dicatur, patet ex definitione qualitatis allata, *capit. de qualitate;*

tate; per habitum enim reddimur perfecti ad operãdum, & quales denominamur, ergo est qualitas: huiusmodi enim est definitio qualitatis. Secundo patet esse qualitatem, eo quia ad nullum aliud prædicamentum potest pertinere. Tertio auctoritate Aristotelis *capit. de qualitate*, vbi habitui principem locum attribuit; item Ethic. loco citato definitione allata; D. Thomæ 1.2.*quæst*.43.*art*. 1. & 2. & omnium Philosophorum excepto Piccolomineo, contra quem post explicationem definitionis.

Dicitur secundo *de se stabilis in subiecto*, vt doceamur aliter se habere actus potentiarum, ac habitus earumdem; actus enim sunt in continuo fluxu, & in tantum durant, in quantum potentia actualiter influit; at habitus cessato omni influxu perseuerant; ideo etiam nobis dormientibus dicuntur habitus existere, & nos habitualiter dispositi ad hoc, vel illud; patet ex eodem Aristotele *illo capite de Qualitate*, qui ob hanc rationem habitum distinxit à Dispositione.

Dicitur *per se primo ordinata ad operationem*, quia hic agimus de habitibus tantum, quibus iuuamur ad operandum; hi enim ordinantur ad operationem tanquam ad proprium finem; ideo natura in nobis reliquit capacitatem ad huiusmodi habitus, vt illis immediatè iuuaremur ad aliquos actus, ad quos sine illis maxima difficultate mouueremur. Et additur *per se primo* ad excludendos illos habitus, qui per se primo ordinantur ad perficiendum esse subiecti, vt sanitas, pulchritudo, quibus deinde potentia facilius operatur: huiusmodi enim habitus potius merentur nomen passibilis qualitatis; quos habitus sua definitione comprehendit Riccardus 3. *Sentent. distinct*.23. *art*. 1. *quæst*. 1. dicens; habitum esse, quo res se habet, vel in ordine ad naturam, vel operationem; & Aristot. 5. *Metaph. text*. 25. dicens; Habitum esse dispositionem, qua benè, vel malè disponimur, in ordine ad nos, vel in ordine ad alios.

336 Dicitur *non tribuens primam facultatem operandi, sed illam ordinans, & facilitans*, eo quod habitus non tribuãt primum principium operandi radicale, quod est anima, nec proximum, quod est potentia, sed illa supponunt, sed solum ordinant ad hunc actum promendum, & ad illum iuuant, vt facilitate illum promat; sic charitas supposita anima, & voluntate illam inclinat, ad actum, amoris eliciendum, ad quem concurrendo in elicione illam facilitat, vt eliciat.

Circa primam Particulam habitum esse qualitatem, contrarium habemus Franciscum Piccolomineum *in sua Philosophia Morali gradu* 2.*cap*.6. qui vt refert Vallius *quæst*. 1. distincto habitu in habitum spectantem ad appetitum, & in habitum spectantem ad rationem, de primo docet, aliquo modo posse dici qualitatem. Secundum vero de quo præcipuè agimus, si referatur ad phantasiam esse qualitatem, quatenus est quædam qualitas seruata in memoria: si vero referatur ad mentem, seu Intellectum, esse solam relationem Intellectus ad phantasmata, quatenus cõgruè repræsentantur, vt possit rectè iudicare; quare habitus Intellectiuus per ipsum est sola relatio Intellectus, cõformati ad phantasmata repræsentata, vnde concludit habitum Intellectus vocari qualitatem tantum populariter, non quod re ipsa tales sint.

Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui aliquando dicit habitum pertinere ad primam speciem qualitatis, aliquando esse ad aliquid, seu relationem sic 7. *Phys. text*. 18. interdum esse quid medium inter qualitatem, & relationem; sic in prædicamento Qualitatis docet genera habituum esse ad aliquid, vt scientia &c. non autem species, vt Grammatica, Geometria.

Secundo probat: si habitus essent qualitas ad ipsos esset motus, contra eundem Philosophum 7. *Phys. text*. 17. ideo enim ostendit non esse motum ad habitus, quia relationes sunt, ad quas non datur motus. Confirmatur nam 7. *Metaphys. tex*. 20. docet, Habitus mentis non esse qualitates, sed relationes.

Ad primum Respondeo Aristotelem simpliciter velle habitum esse qualitatem, ideo semper per qualitatem definiuit. immò cum ex professo de qualitate ageret, primam eius speciem habitum assignauit: nec obstat etiam relationem ipsum appellasse; loquutus enim est de relatione secundum dici, eo quod habitus dicat ordinem transcendentem ad obiectum; esse autem qualitatem, & relationem secundum dici non implicat *ex Tractatu* 2. *Prædicamentorum quæst*.8. *in caput de Relatione*. Ad Confirmationem Respondeo, impossibile esse genus alicuius entis esse relatiuum, species nequaquam, vt *eodem loco* ipse Aristoteles docet: dicitur igitur, genus relatio esse, non species quoad modum significandi, quia genus aliquando magis significat relationem, quam species, licet eodem modo importent relationem, tamen secundum dici tantum.

Ad secundum dico, ad habitum non esse motum physicum, de quo tantum ibi loquebatur, scilicet de alteratione, dum enim aliquis perficitur, non alteratur; per habitus 3
autem tantum perficimur; quoad rationem, quam habet quia sunt ad aliquid, in quo consistit tota ratio Piccolominei, dico ideo vocasse ad aliquid, quia ad habitus semper præcessit aliquid, ad quod fuit motus; sicut in relatione, seu ad aliquid datur motus, dum producitur fundamentum, quo posito consurgit relatio; ad ipsam autem relationem immediatè non datur motus, vt diximus *in prædicamentis Tract*.2.*quæst*. 10. patet inductione hæc doctrina; ad habitus enim si est tantum in ordine ad se, vt sanitas pulchritudo &c. præcessit alteratio aliqua, & aliquis motus in ipsis qualitatibus; sanitas enim consistit in temperamento frigidorum, & calidorum, vt habet Aristoteles *eodem loco*; si est habitus appetitiuæ potentiæ, vt virtutes, ad ipsum præcessit alteratio passionum, ex quarum fræno oritur habitus virtutis, vt *ibidem* Aristoteles; si vero est habitus Intellectiuus, præcessit aliqua alteratio in sensu, ex qua alteratione, & motione in sensu, oritur ipsa scientia, habitus scientificus; ita dicit idem Aristoteles, experientia namque particularium scientiam vniuersalem consequitur, vnde non est sensus Aristotelis habitum esse relationem, seu pertinere ad prædicamentum ad aliquid; hanc doctrinam tandem reperi in D. Thoma 7. *Phys. lect*. 5. *tex*. 10. & *lect* 6. *text*. 21. & 22.

Ad Confirmationem Respondeo Aristotelem tantum docere ibi (vt probet ad scientiam non esse alterationem per remotionem tantum impedimentorum, perturbationum &c. aliquem fieri scientem; non quia velit in acquisitione scientiæ nihil de nouo acquiri, seu solam relationem, cum 3. *de Anima* contrarium doceat, intelligere esse quoddam pati; sed quia Intellectus semper est in vltima dispositione, secundum se consideratus ad speciem intelligibilem, ex qua prouenit scientia: ideo dicit, si fit impedimentum, vt in iuuenibus, vt talis species non fiat præsens Intellectui, remouendum esse impedimentum, & statim absque noua alteratione ipso amoto species imprimetur, & fiet scientia si vero non est impedimentum, præsentatur phantasma, producitur species in Intellectu possibili, & fit scientia; vel dic Aristotelem loquutum ad mentem Platonis; vtramque responsionem tradit D. Thomas *loco vltimo citato*.

Quodnam sit Subiectum Habitus. Quæstio Secunda.

NOtandum totam quæstionem posse versari primo de potentia motiua, seu de membris corporis, quæ quã- 3
dam facilitatem comparare videntur ad diuersas actiones ex longo exercitio. Secundo de potentijs sensitiuis, quarum quinque sunt extrinsecæ, videlicet visus, auditus, Olfactus, gustus, tactus. Quatuor interiores cognoscitiuæ, sensus communis, Imaginatio, seu phantasia, æstimatio, & memoria, & duæ interiores appetitiuæ, concupiscibilis, & irascibilis. Tertio de potentijs rationalibus, scilicet Intellectu, & voluntate, quæ residere dicuntur in parte superiori, quia competunt homini, vt homo est; cætere dicuntur residere in parte inferiori, quia in illis homo communicat cum cæteris animalibus. S[illegible] in quolibet animali reperiri aliud genus potentiarum ex D. Thoma 1. *p. quæst*.77. *art*. 1. scilicet vegetatiuum; attamen in hoc certum est habitum non subiectari, ideo non afferimus, cum distinctionem potentiarum in tantum ruditer afferamus, in quantum cadere possunt sub Subiecto habituum, de quibus in præsenti agimus; agere enim de potentijs animæ, ipsarum obiectis, [illegible]tibus &c. perfectè est Lib[illegible] de Anima. Quæritur igitur, an quælibet ex potentijs na[illegible]ratis, sit subiectum Habitus, an si aliquæ tantum, quæ[illegible] sint.

Notandum Secundo, vt aliquid habere possit Habitum

tria

tia requiri. Primo, vt id, quod habet Habitum realiter distinguatur ab ipso habitu; etenim nihil per se ipsum benè vel male disponitur; habitus autem est ad bene, vel male disponendum; vnde quod recipit habitum, aliquam potentiam passiuam habere debet. Secundo, vt quod recipit habitum, ad plura possit determinari; ex definitione enim habitus, facilitat potentiam ad aliquid faciendum; sed quæ sunt ad aliquid determinata, semper eodem modo agunt; quare hæc indeterminatio debet esse, vt docet
337 D.Thomas 1.2.*quæstio. 50. art.1. in corpore*, saltem quoad exercitium, seu quoad actum, qua possit illum actum non promere, ideo lapis, & si millies descendat, non requirit habitum, quia naturaliter est determinatus ad descensum. Tertio. Ille habitus debet determinare, quod erat indeterminatum, ad benè, vel male aliquid faciendum. His notatis.

Prima Conclusio. Membra corporis non sunt subiectum habitus. Est D.Thomæ 1.2.*quæstio.50.artic.3.ad 3.* Suarez in Met. *disp.44.sect.2.num.3* Probatur primo vel habitus recipitur in potentia ipsa membrorum, vel non. Si secundum, ergo non datur habitus, sicut intendimus; probatur consequentia; nam habitus adiuuat potentiam, quam debet facilitare, & ergo in illa debet existere sicut patet ex 2. *Notab.* Si primum dicatur, ergo potentia motiua non subiacet omnino imperio voluntatis, cui dispositionem operare tradit Aristoteles. Probatur consequentia, quæ per habitum possunt determinari ad vnum non subiacent necessario imperio voluntatis, hæc potentia potest per habitum determinari, ergo non subiacet. Maior probatur, quæ sunt determinata ad vnum, facilius illud operantur; quæ vero subiacent omnimodo imperio voluntatis, in quodcunque moueantur, eadem facilitate operantur ergo.

Confirmatur primo, habitus adiuuat potentiam ad vnū tantum, sed potentia motiua quacunque facilitate acquisita duo contradictoria æquè operari potest; ergo non habet habitum de nouo acquisitum. Minor probatur. Qui habet habitum benè pingendi; quantum ad potentiam motiuam, ita male pingit, sicut bene, ergo duo contradictoria æque potest operari.

Confirmatur secundo. Motus est ab anima mouente corpus, ergo nullus habitus in corpore. Probatur consequentia, habitus coagit cum potentia, in qua inexistit, sed membra non agunt, immò potius aguntur, ergo neque in illis datur habitus, qui coagat.

339 Instatur primo Ex Vallio *disput.4.par.1.quæst.2.cap.5.* post longam exercitationem membra acquirunt quādam facilitatem in operando, quam prius non habebant, ergo acquirunt habitum. Confirmatur Nihil acquirendo ex parte animæ, sæpius quandam consuetudinem contrahimus, v.g. fricandi barbam, mouendi tibias &c ergo tunc datur habitus in ipso corpore.

Ad Argumentum negatur consequentia. Illa enim facilitas est tantum quædam dispositio passiua, qua vel relaxatione neruorum, vel assuefactione redditur dispositum membrum ad seruiendum promptè animæ, illud artificio-
338 se mouenti; vnde habitus est in anima non in membris. Potest confirmari exemplo calami, qui vsu ita aptus redditur scriptioni, vt postea maxima facilitate manus illo vtatur; est enim par ratio quidquid dicat Vallius *capit. 7.§. 3. quod.*

Ad Confirmationem respondeo habitum esse in ipsa anima mouente, non in corpore, in quo tantum est dispositio quædam. Cum dicitur, sine aduertentia illa operamur, tantum probatur aliquando ob intensissimum habitum sine reflexione rationis tunc operari, quod vltrò concedimus, licet non acquiescat Suarez *num.6.* satis est si saluemus habitus non esse in corpore.

Addo huiusmodi actus cognitionem præsupponere, saltem illam primam formalem, cum ceperunt actus illi, ex quibus huiusmodi habitus sunt producti, & tunc saltem virtualem.

Instatur secundo. In brutis generantur quidam habitus saltandi, cantandi, &c quod sine habitu in corpore saluari non potest ex eodem Vallio *numer.6.* Respondeo tantum sequi illam dispositionem passiuam requiri ex parte corporis, quod autem sit habitus negatur; in anima autem requiritur cognitio sensitiua ex parte imaginationis, qua apprehendit post hoc illud esse faciendum, &c. Ex quo similes actus postea producunt; quod si quis vellet vocari etiam istas dispositiones habitus imperfecto, quodam modo, non tamen operatiuos, quomodo diximus ex mente Aristotelis *quæst. præcedenti* esse sanitatem, pulchritudinem, &c. non contenderem.

Secunda Conclusio. Potentiæ sensitiuæ extrinsecę non 340
sunt subiectum habitus. Probatur primo. Potentiæ sensitiuæ sunt omnino determinatæ, ita ut posito obiecto non possint non agere, ergo nullum requirunt habitum, vt facilitentur. Confirmatur eandem facilitatem experimur in prima visione, ac in centesima, verbi gratia, ergo nullus habitus ex actuum multiplicatione generatur.

Instatur. Gustus, ver. gra. difficiliter gustat amara, donec ex consuetudine facilitatem quandam acquirat; ergo habitum; & eadem difficultas potest assignari, in omnibus sensibus externis. Respondeo verè hoc argumento premi Vallium, qui in corpore dat verum habitum, hic tamen negat, & re vera est eadem ratio, vt patebit discurrenti, & eius rationes expendenti; nos consequenter ad ea, quæ diximus, negamus consequentiam: sensus enim externi sunt determinati ad propria obiecta; quare semper eodem modo tēdunt, & potius in hoc obiectum materiale, quam in illud tēdunt, quia ita applicantur ab appetitu sensitiuo, neque habitum acquirunt, sed quandam dispositionem, qua minus patiantur ab obiectis, ad quæ minus disposita sunt organa; cuius signum est, quod gustuum, alius potius dulce, alius potius amarum sentit; Quare si à difficultate potentiæ simpliciter prouenirét, omnes easdem difficultates paterentur; prouenit igitur à diuersa dispositione organorum, per quæ potentiæ suas sensationes exercent: ad quod forsan tendunt illa verba D.Thomę *art.3. in fine,* Vires exteriores, vt visus, &c. secundum dispositionem suæ naturæ ordinari ad suos actus determinatos. Inde confirmatur responsio, quod cum eadem sit ratio de omnibus sensibus externis, attamen potentia visiua illæsa in organo, eodem semper modo, & eadem facilitate in quod cunque obiectum tendit, siue album, siue nigrum, &c.

Tertia Conclusio. Potentiæ sensitiuę brutorum non sunt subiectum habitus, siue sint apprehensiuæ, siue appetitiuæ. Est D.Thomæ 1.2.*quæst.50.art.3. ad secundum* & Suarez *loco citato sect.3.num.3.* Contra Vallium *loco citato cap.7.§. quod dicitur.* Probatur conclusio.

Primo Bruta nullam habent libertatem, sed posito iudicio determinato phantasiæ circa aliquod obiectum necessario illud fugiunt, vel prosequuntur, ergo in potentijs appetitiuis brutorum nullus datur habitus. Consequentia patet, ad habitum enim requiritur aliqua indifferentia, & indeterminatio, vt docet idem D.Thomas *art.3. eiusdē quæstionis*, & nos *notab.2.* Maior probatur. Appetitus brutorum nulli iudicio practico subijcitur, nisi phantasiæ ergo si nullam habet libertatem, sequitur iudicium ipsius phantasiæ.

Probatur secundo. De potentijs apprehensiuis, posita specie obiecti cum omnibus circumstantijs, idem iudiciū feret, nec aliter ferre poterit prima vice, ac post iteratos actus, ergo nullus habitus; probatur consequentia, quia habitus semper est inter actus contrarios; si igitur phantasia non potest nisi illum actum iudicij specie promere, non est capax alicuius habitus; illud antecedens probatur. Cuicumque oui vix è materno ventre egressæ opponatur Lupus statim apprehendit, & iudicat inimicum, ergo signum est illud iudicium esse naturale, nec aliter posse euenire.

Tertio probatur ex solutione argumentorum, quorum primum est ex Vallio § *citato*; Canes ver.g. videntes alios 341
quosdam motus artificiosos efficere, positis talibus signis, conantur imitari, non tamen imitantur, nisi post longam exercitationem, ergo acquirunt habitum. Respondeo tantum probare requiri, & acquiri quandam dispositionem in membris corporis, quod iam concessimus, non tamen probat illum Canem ex vsu illo extrinseco acquirere habitum intrinsecum in potentijs, statim enim ac apprehendit speciem illorum motuum optimè norit, & iudicat sic esse faciendum, quod si à principio forsan non ita nouerat, & facilè iudicauerat, erat quia forsan non cum omnibus illis circumstantijs phantasma repræsentauerat, sicut postea. Et Noto cum Suarez *loco citato*, consuetudinem, & repetitionem eiusdem actus in brutis nihil aliud operari, nisi quod species firmius adhærent, in illorum memoria

tia semper quasi pręsens exhibentes obiectum, & sic facilius videntur operari, quam si de facili illæ species mobiles iterum essent gignendæ. Omnia igitur ex vi phantasmatum procedunt.

Secundo Instatur ex auctoritate D. Thomæ *quæstione citata art. 3. ad secundum* vbi habet: *quia bruta per consuetudinem disponuntur ad sic, vel sic operandum, ideo in brutis habitus quodammodo poni possunt.* Respondeo D. Thomam nihil aliud velle, nisi bruta animalia, quatenus ab homine medijs signis sensibilibus externis possunt ad hoc potius, quam ad illud operandum moueri, ita tamen vt hoc totum fiat per sola phantasmata, posse dici quasi habitum habere, eo quod quadam facilitate illa operantur; nō tamen censet esse veros habitus, ideo in fine eiusdem argum: addit: *deficit autem ratio habitus*, &c. *id eo propriè loquendo habitus in eis* esse non possunt: hæc ipse.

342 Quarta Conclusio. Potentię hominis sensitiuæ, apprehensiuæ non sunt subiectum habitus; benè quidem appetitiuæ. Probatur quoad primam partem. habitus *ex 2. notab.* ex Doctrina D. Thomæ requirit indifferentiam, sed potentiæ apprehensiuæ sensitiuæ in homine nullam habent indifferentiam, ergo. Minor probatur. Sensus communis nō recipit nisi species à sensibus externis trāsmissas; phantasia solum istas potest phantasiari, neque vllum motiuum, quo cogitatiua posito eodem phantasmate diuersimodè possit æstimare, ergo nullam habent indifferentiam.

Confirmatur. In hoc consistit habitus, vt dicetur, appetitus sensitiui in appetendo contrarium ei, quod cognitio sensitiua iudicat esse appetēdum, ergo æstimatiua semper eodem modo iudicat de phantasmate; alioquin nulla difficultas in appetendo, quod sensus cognoscit appetendum, ergo nullus esset habitus in appetitu sensitiuo, contra omnes Philosophos.

Omnia, quæ contra hanc partem Conclusionis contrariam ipsi Suarez *sect. 3. num. 6.* & Vallio *cap. 4. §. 2. Respondeo*, obijci possent optimè soluuntur per ea, quæ diximus conclusione præcedenti, in responsione ad primo, eodem enim modo militant hæ potentiæ in homine, ac in brutis; ideo per ipsas species, & phantasmata, experientiæ, & auctoritates Aristotelis, & D. Thomæ saluantur: & ad summum ex D. Tho. *ad tertium* habetur per rationem etiam apprehensiuas potentias applicari ad operandum, quod nos vltro concedimus, ex qua assidua applicatione oritur, quod illæ species firmius hærent, vt diximus ad illud primum, non tamen habetur per rationem applicari ad quod habent indifferentiam, seu difficultatem, quod tamen requiritur ad verum habitum per eundem met D. Thomam *ad secundum eiusdem art.*

Confirmatur primo, quia eodem modo applicantur ad operandū potentiæ extrinsecæ in homine, sed ex eo quod sæpius applicentur ad hoc, quam ad illud obiectum, non acquirunt habitum, ergo neque potentiæ apprehensiuæ intrinsecæ.

Confirmatur secundo. Quod quis sit benè apprehensiuus, memoratiuus, &c. habetur ab organorum dispositione, ideo sensus communis humidior, vt aptior sit ad recipiendas species, memoria vero siccior, vt sit aptior ad easdē n retinendas, vt docet Toletus *3. de anima tex. 162. quæst. 6. §. sed probo ratione*; ergo quod quis facilius apprehendat non ab habitu, sed ab organis poterit deriuari.

343 Secunda vero pars, quod potentiæ appetitiuæ in homine sint capaces habitus est omnium. Aristotelis *1. Ethic. cap. vltimo, & 3. cap. 3.* D. Thomæ *art. 3. quæstionis citatæ.* Suarez *num. 13. sect. 1. disp. citata.* Vallij *cap. 6. vt supra.* Probatur primo appetitus sensitiuus potest repugnare rationi, ideo dixit Aristoteles, rationem imperare appetitui politicè, ergo indiget habitu illum determinante ad obediendum.

Probatur secundo. Appetitus acquirit facilitatem ad abstinentiam ciborum, &c. ergo verè acquirit habitum. Probatur consequentia. Appetitus de se magis mouetur ad cōtrarium, ideo in principio abstinentiæ difficultatem patitur; idem dici potest de ceteris virtutibus moralibus, fortitudinis, ver. gr. quæ residet in irascibili; in principio enim passio timoris adeo præualet, vt resistere desperemus, postea per frequentatos actus faciliter, immò cū delectatione mouemur ad illa ardua, quæ prius pauebamus, ergo acquisitus est in appetitu sensitiuo aliquis habitus.

Confirmatur. Seruata eadem corporis dispositione in Petro, ver. gra. facilius resistit periculis post centum actus frequentatos, quam in principio cum eadem omnino dispositione, ergò ex illis actibus ortus est habitus, quem fortitudinem vocamus.

Confirmatur secundo, homo talem facilitatem habet ad aliquod vitium, putà ebrietatem, vt vel inuitus trahi videatur; non igitur negandum tunc esse habitum vitiosum; Quod si postea per actus contrarios facilitatem ad se abstinendum comparet, quis poterit inficiari, non esse acquisitum habitum nouum Temperantiæ? Concludo igitur ex his omnibus appetitum sensitiuum hominis esse posse subiectum habitibus.

Aliqui contrarium existimant Scotum *in 3. distinct. 33. quæstione vnica*; attamen si benè expendantur eius verba, tantum negat huiusmodi habitus non habere rationem virtutis, nisi quatenus aliquid participant rationis, & appetunt conformiter rationi. Ita ipse §. *ad quæstionem in fine*, in quo concordat cum D. Thoma *quæst. 56. art. 4. in corpore*.

Vltima Conclusio. Intellectus, & Voluntas possunt esse subiectum habitus. Hæc Conclusio est communis vt 3
tradit vallius *cap. 9.* & experientia conuincitur.

Probatur primo, hæ potentiæ sunt indeterminatæ in suis operationibus, & difficultatem patiuntur, ergo sunt capaces habitus determinantis, & facilitantis.

Solum posset obijci, Intellectum esse determinatum ad verum cognoscendum, & in illo cognoscendo nullam pati difficultatem. Item voluntatem esse determinatam ad bonum, ratione apprehensum, ergo nullus habitus in his potentijs. Quoad Intellectum Respondeo esse quidem determinatum ad verum, quia tamen in actu exercito circa hoc, & illud verum cognoscendum potest falli, ideo requiritur habitus: Intellectus enim pendet à sensibus, qui non semper euidenter proponunt verum, vt in se est, ideo Intellectus ex frequentatis actibus circa aliquod verum acquirit habitum, quo faciliter in illud mouetur, ne semper indigeat longo examine, & consultatione, & demonstratione formali, vt in primo actu. Quare negatur nullam pati difficultatem, vt docet experientia; immo cum ex vna veritate in aliam progrediatur, requirit habitum, quo sine errore præstet hunc progressum; videmus enim etiam qui habitu pollent sæpe errare, ergo multo magis vbi nullus habitus.

De voluntate autem Respondeo cum D. Thoma *art. 5. ad 3.* Voluntatem esse determinatam ad bonum, vt sic, quia tamen hoc bonum diuerso modo potest præsentari, ideo requiritur habitus, quo facilior, & promptior reddatur potius ad tendendum in hoc, quam in illud, dum in vtrumque potest æquè tendere.

De Productione Habituum. Quæstio Tertia.

NOtandum ante omnia habituum alios esse supernaturales, quorum acquisitio pendet à sola Dei infusione: alios esse naturales, naturaliter acquisitos, & de his tantum est sermo, qui dupliciter possunt considerari in ordine ad actus. Primo ad actus, quatenus actiones quædam sunt alicuius Termini. Secundo quatenus qualitates, diuersæ tamen speciei ab ipsis habitibus, eo quod ipsi constituant potentiam in actu, ab ipsius actuali influxu pēdeant: habitus verò solum in potentia constituunt ipsam potentiam, neque actualem influxum requirunt potentię, & procedit sermo de actibus pręcedentibus productionē habitus; in quo sensu tantum entitas physica potest dici cōcurrere ad productionem habitus, propter quam actus potest dici nobilior ipso habitu, sicut independens dependente: de actibus enim, qui subsequuntur productionem habitus, cum ab ipso producantur, neque de nobilitate, neque de efficientia possunt contendere cum habitibus, vt de se patet. Hoc notato 34

Prima Conclusio. Habitus producitur in genere causę efficientis ab actu. Probatur primo habitus acquisiti non producuntur, nisi posito saltem aliquo actu, ergo actus cōcurrit tanquam causa efficiens. Antecedens notum est experientia. Consequentia probatur. Vel concurrunt tanquam materialis dispositio, vt censuit Durandus *in 3. d. 33. quæst. 2.* & hoc non, quia omnis dispositio remanet in introductione illius formæ, ad quam est dispositio; actus autem

autem non remanet cum habitu; vel concurrit, vt via ad ipsum, vt dixit Buridanus *lib.2.Eth.quæstio.3.* & neque hoc dici potest; quilibet enim actus intrinsecè ordinatur ad proprium terminum, à quo specificatur, non vero ad habitum, ergo remanet; vt concurrat tanquam causa efficiens.

Probatur secundo. Si actus non concurrit ad productionem habitus, ergo sola potentia illum producit, consequens est falsum, ergo & antecedens: Falsitas consequẽtis probatur. Si sola potentia illum produceret, non esset ratio, cur solum productis actibus habitum produceret, ergo cum semper experientia doceat tantum post productos actus habitum produci, signum est actum quoque ad productionem concurrere.

Probatur tertio, positis actibus speciei, *B.* ver.gra. producitur habitus *B*, ergo actus concurrit effectiuè. Probatur consequentia, quia alioquin positis actibus *B*, posset produci habitus *D*; & confirmatur, nam habitus debent habere aliquod principium immediatum, non habet potentiam quia hæc semper immediatè producit actum, ergo habet pro immediato principio ipsum actum.

Posset responderi actum quidem requiri, sed, vt disponentem potentiam potius ad hunc habitum, quam ad illum, verum hæc responsio reiecta est per primam rationem.

Vltimo remanet probata authoritate Aristotelis pluribus locis, vt affert Vallius *quæst.4 cap.13.* D.Thomæ 1. 2. *quæst.51.art.2.* & Suarez *disp.citata sect.* 8. & tandem ex solutione argumentorum in contrarium. Quorum primum est.

346 Si actus effectiuè produceret habitum ad ipsum daretur motus contra Aristotelem [illegible] *Phys.text.*17. & Confirmatur, nam huiusmodi actus sunt actiones immanentes, per quas nihil producitur ex eodem Aristotele 9. *Metap. text.* 5. & [illegible] *Ethic.cap.* [illegible] Ad argumentũ Respondeo, ad habitum [illegible] motum propriè, qui sit alteratio, non tamen [illegible] Aristoteles dat aliquam productionem habitus, quod de nouo fit, aliqua productione debet produci. Ad Confirmationem Respondeo per actiones immanentes nihil produci extra, seu nihil produci, vt [illegible] vt qualitas est.

Instatur secundo. Motus est terminus in fieri, ergo si habitus [illegible], actus erit habitus in fieri, quod tamen est falsum, cum quilibet actus sit fieri alicuius termini [illegible] habitus. Respondeo aliud esse dicere per actum fieri habitum, & aliud fieri ab actu. Primum enim est falsum, & in hoc sensu procedit argumentum, quia actus dicitur, est ipsemet actus in facto esse, qui est terminus illius actionis; non verò est ipse habitus. Secundum vero est admittendum, postquam enim actus est productus, ab ipso in genere causæ efficientis fit habitus, neque hoc impugnat argumentum, & productio illius habitus est ipse habitus in fieri.

Vltimo Instatur. Habitus est perfectior actu, ergo non producitur ab ipso, Consequentia probatur. perfectum non producitur ab imperfectiori. Dato antecedente de perfectione entitatis physicæ, negatur consequentia. Ad probationem, perfectum non producitur ab imperfectiori tanquam à causa principali, verum est, sed à causa instrumentali, negatur, existimo enim potentiam tanquam causam principalem, & actum tanquam instrumentalem habitum producere; quidquid dicat Suarez *num.* 21. non enim sibi constat, dum *num.* 13. ait, potentiam per actum habitum producere in se ipsa, postea *illo nu.* 21. hoc ipsum negat; quidquid enim agit actus, agit in virtute potentię, cum ab ipsius actuali influxu pendeat, ergo se habet, vt causa instrumentalis, licet sit principium proximum habitus.

Secunda Conclusio. Habitus acquisitus (scientifico excepto) non potest produci vnico actu. Hæc conclusio est Aristotelis 1.*Ethic.cap.7.*& *lib.2.cap.1.* D Thomæ 1.2.*qu. 51.art.3.* Scoti *in* 1.*distinct.17.quæst.3.* Durandi *distin.17. quæst.8.* Henrici *quodlibeto 5.quæst.16.* Gabriel 3.*Sent.quæst. 1.dubit.4.*

Probatur primo à priori. Omnis potentia patitur multas difficultates, vel propter habitus contrarios repugnantes, vel propter indifferentiam, & libertatem, ergo non potest habitus introduci vnico actu. Antecedens patet, in introductione habitus charitatis in inimicum, in quem habemus habitum odij; sic in introductione habitus amoris, potius in hoc obiectum bonum, quam in illud. Consequentia probatur huiusmodi difficultates, & indifferentiæ non possunt tolli vnico actu, vt experientia docet, ergo vnico actu non potest generari habitus.

Probatur Secundo. Habitus est qualitas facilitans potentiam, ad hoc potius inclinans, quam ad illud, sed per vnicum actum potentia non habet hanc facilitatem, neq; inclinationem, ergo per vnicum actum non acquiritur habitus. Minor probatur. promens actum v. g. Temperantiæ ebriosus, si illicò vinum offeratur, maiorem procliuitatem sentit ad bibendum, quam in contrarium, ergo per illum actum non acquisiuit habitum temperãtiæ. Probatur consequentia. Duo habitus oppositi circa idem obiectum simul esse non possunt, sed habet habitum contrarium Temperantiæ, ergo.

Probatur tertio ex Aristotele *cap. de qualitate*; habitus est difficiliter mobilis; sed vnico actu prompto, nemo sentit aliquid difficiliter mobile, ergo non acquiritur habitus vnico actu.

Sed Contra instatur. Illi plures actus simul non concurrunt, ergo nequeunt habitum producere; ergo per vnicum actum producitur. Antecedens probatur. Actus 347
secundus cum producitur, iam primus transijt. Prima Consequentia probatur. Causa actualis debet actualiter existere. Secunda consequentia item probatur. Dicitur habitus, vt supponimus, per actus productus, non per plures, ergo per vnicum, ergo primo actu prompto, acquisitus est habitus. Probatur hæc vltima consequentia, non enim est maior ratio, cur per secũdum, vel tertium actum producatur, non per primum, cũ omnes sint eiusdem perfectionis, vt supponimus. Ex huius argumenti solutione pendet intelligentia illius difficultatis, cum habitus producatur multiplicatis actibus, vt communis opinio fatetur, an per quemlibet aliquid producatur, vel tantum per vltimum; & si per quemlibet, quomodo per primum actũ non dicatur acquisitus habitus, si habitus est indiuisibilis, neque ex pluribus partibus potest coalescere. Ad argumentum igitur respondeo cum Durando *loco citato*, Suarez, & Vallio, per primum actum produci aliquam qualitatem, quæ inclinet potentiam ad efficiendos actus consimiles; quia tamen hæc qualitas non perfectè inclinat, adiuuat, atque facilitat, donec per alios actus alia noua qualitate corroboretur, ideo non dicitur introductus habitus in ratione habitus, licet realiter, & essentialiter non sit hæc qualitas distincta ab ipso habitu, qui cum requirat immobilitatem, per illam minimam qualitatem nondum censetur esse immobiliter in potentia. Quare ad argumentum in forma, negatur prima, & secunda consequentia. Tertia, quia cum habitus fiat successiuè ex pluribus partialibus qualitatibus, & si actus non sint simul, possunt ipsum producere. Secunda vero, quia si constat ex pluribus quasi partibus non fit per vnicum actum, & sic patet ad probationem vtriusque consequentiæ. Tunc igitur dicetur productus habitus, quando ex tot actibus, tot partes vnius qualitatis, in ratione vnius habitus, fuerint productæ, vt potentia experiatur facilitatem, in consimilibus actibus producendis; ideo iuxta difficultates contrarias, plures, vel pauciores actus requirentur ad generandum habitum; per quemlibet igitur actum, aliquid habitus producitur; & cum dicitur habitus est indiuisibilis, Respondeo esse indiuisibilem quoad essentiam, quia quæcunque pars ipsius accipiatur, est eiusdem speciei, cum ad eosdem actus inclinet, & ab eisdem eiusdem speciei producatur, vt patebit cum de intensione habitus *quæstione sequenti*. Hanc Doctrinam tradit ipse D.Thomas 2.2. *quæst.* 24. *art.3. ad 2.*

Tertia Conclusio. Habitus scientificus vnico actu producitur. Est D.Thomę 1.2.*quæst.51.art.3.* Suarez *num.15.* 348
& consequenter Vallij, qui in hoc Tractatu hucusque pene semper est cum Suarez, in omnibus. Hæc Conclusio potius indiget explicatione, quam probatione. Quare aduertendum hanc esse differentiam inter Intellectum, & voluntatem, pariter, & cęteras potentias habitus capaces, quod illæ, vel ob habitus cõtrarios, vel ob inclinationem contrariam, vel ob indifferentiam, licet per vnicum actum acquirant habitum essentialiter, non tamen in ratione habitus, eò quod per vnicum actum non censeatur facilitata ad consimiles actus; at Intellectus, quia est determinatus ad ve-

ad verum,& posito vero conuincitur, neque potest non sequi,& non assentiri,ideo primo actu producto, si perseueret idem phantasma,& cętera requisita, maxima facilitate nouum actum promet, nec contrarium promere poterit; ideo per primum actum scientificum acquiritur habitus,in ratione habitus;non vero per primum actum humilitatis acquiritur habitus humilitatis, & sic de cæteris. Quare possumus formare huiusmodi rationem ad nostram conclusionem; Intellectus circa verum, nullum habet ex his motiuis,quorum ratione in cęteris potentijs, habitus non acquiritur vnico actu, ergo habitus scientificus,vnico actu producitur.

Sed contra Instatur ex Aristotele 2. *Ethic.* 1. Habitus scientiæ,doctrina, tempore, & experientia acquiritur, & confirmatur ex his quæ diximus *quæstione prgcedenti*. Ad Aristotelem Respondeo, scientiam fieri experientia propter dependentiam Intellectus à sensibus apprehensiuis; quia enim nō nisi per reiteratos actus vires sensitiuæ perfectè representant phantasma Intellectui,ex quo pendet, vt promat actum scientificum;ideo dicitur Intellectus acquirere habitum scientificum experientia,vt habet Diuus Thomas *in corpore artic.citati*. Ad Confirmationem Respondeo ibi nos docuisse, quia Intellectus patiebatur aliquam difficultatem circa hoc,vel illud verum, & propter vires sensitiuas;& quia maxima consultatione, inuestigatione &c. indigebat, priusquam iudicium ferret, & hæc omnia cessabant post productos actus; quia statim veritate proposita assentiebat, ideo esse capacem habitus facilitantis, qui per reiteratos actus producebatur; non tamen statuimus, an necessariò ad huius productionem hæc reiteratio esset necessaria,quam hic dicimus non requiri; sed solum ex illa reiteratione habetur augmentatio habitus; licet enim post primum actum Intellectus, quantum est de se, nullam habeat difficultatem ad similem actum promendum, attamen adhuc maiorem facilitatem habebit post nouos actus productos; quia semper intenditur habitus, vt infra dicetur.

De Augmento Habituum. Quæstio Quarta.

349 PRo tituli explicatione notandum est habitum per frequentatos actus augeri nullum esse dubium: quilibet enim experitur post multos actus eiusdem rationis promptos, se habere quandam facilitatem in operando, quam prius non habebat; & quo magis actus frequentat, eo magis promptiorem reddi ad alios actus, quod est habitum intendi, & augeri: ex augmento enim effectus, iure arguere possumus augmentum causæ; hæc autem facilitas ab ipso habitu est, crescit igitur habitus dum hæc crescit,hoc supposito. Quærit quæstio, quomodo augeatur, & intendatur Habitus.

Notandum secundo. Augmentum habitus esse in duplici differentia. Aliud est intensiuum, seu intrinsecum; aliud extensiuum, seu extrinsecum. Intensiuum est quoties crescit facilitas, & promptitudo ad eliciendos actus eiusdem omnino speciei,& circa idem omnino obiectum. Extrinsecum est, quoties habitus aliquis acquisitus circa aliquod obiectum, se extendit ad plures partes eiusdem obiecti. Intensiuum adhuc duplex esse potest. Primo vt habitus intendatur ad promendos actus æquè intensos, ac est habitus,facilitate, & promptitudine. Secundo, vt intendatur ad promendos actus intensiores. pariter augmentum extrinsecum dupliciter sumi potest. Primo, vt augeatur extensiuè, extendendo se ad plures partes eiusdem obiecti, ver. gr. habitus scientiæ de animali extenditur ad aliquid cognoscendum de animali, & aliquid de Leone. Secundo vt augeatur extendendo se ad plures propositiones cognoscendas eiusdem obiecti, vt cum cognoscimus,ver. gr. hominem esse rationalem, postea esse risibilem. De vtroque augmento mouetur quæstio.

Prima Conclusio. Habitus in ratione Habitus intenditur tantum per actus intensiores. Hæc Conclusio primo indiget explicatione, quam probatione: ideo postquā ex primo actu producitur habitus,verb. grat.vt duo (licet propter debilitatem nondum censeatur acquisitus habitus in ratione habitus, vt supra diximus) dupliciter potest potentia cum hoc habitu operari. Primo vt efficiat actum vt duo,æqualem in intensione habitui. Secundo vt actum promat intensiorem, ver. gr. vt tria dicimus igitur cum producitur actus minus intensus, vel æqualiter intensu[s] ac sit habitus,augeri quidem habitum in ratione entitatis, non tamen in ratione habitus, nisi cum actus est intens[ior] ipso habitu. Conclusio explicata probatur quoad primam partem.

Vt intendatur habitus quoad entitatem, satis est, si noua entitas,seu vt proprius loquamur, nouus gradus addatur; hoc accidit per quemcumque actum, siue remissum, siue æquè intensum,ergo. Minor est Scoti *in* 1. *distin.* 1[7] *quæst.* 3. Durandi *quæst.* 8. Gabtielis *in* 3. *distinct.* 23. *quæst.* 1. *dub.* 4.

Probatur; in ipsa enim totus cardo consistit. Secundus actus,tertius, & cæteri sunt productiui habitus, sicut primus, ergo producunt habitum, ergo habitus precedens intenditur. Antecedens probatur. Omnes huiusmodi actus, vt supponimus, sunt rationis eiusdem, & per accidens alter altero prius producitur. Prima Consequentia patet,nulla enim ratio apparet,cur si sunt productiui, non producant: addo quod si primus obstantibus maioribus difficultatibus produxit aliquam partem habitus, multo magis producent sequentes, vbi tot difficultates per precedentem actum sunt aliquantis per mortificatæ. Secunda consequentia de se est clara, in hoc enim consistit augmentum habitus entitatiuum, vt nouus gradus addatur.

Confirmatur. Esse magis, vel minus intensum non ponit nisi differentiam accidentalem, ergo si ille actus, q[ui] productus,vt duo fuisset productus vt tria, fuisset productiuus habitus, ergo etiam productus vt duo, est productiuus. Probatur consequentia. Esse productum vt duo, vel tria est tantum differentia accidētalis, iuxta magis vel minus intensum, ergo non potest ponere tantam differentiam,vt tanquam duo non sit productiuus, benè tanquam tria.

Sed contra Instatur primo secundus actus potens producere tantum vt duo, inuenit illa duo producta, ergo non producit. Probatur consequentia. Quia nihil potest producere supra propriam virtutem, ergo si tantū, vt duo potest producere, non producet tertium gradum. Ad antecedens respondeo, secundum actum non posse nisi duo, v[er]. [gr]. cūtamen inueniat duos gradus productos, su[pra] producere,qui enadunt,& [illegible] vt tria, vel quatuor neque hoc est absurdum, c[illegible] gradus sit eiusdem rationis, quare negatur consequentia. Ad pro[bationem] Respondeo non a[illegible] supra propriam virtutem, potest tamen tantum vt duo,& vt duo producit, quod vero nominetur tertius gradus, vel quartus est per accidens neq; est maior ratio, cum augetur habitus, cur potius gradu[s] per primum actum productus,dicatur primus, per secundum secundus, & sic de cæteris.

Secundo Instatur. Agens debet esse fortius patiente, ergo. Respondeo hoc esse verum in agentibus materialibus,& etiam in hoc sensum, quod ágens debet habere tantam virtutem, vt possit superare resistentiam passi, [si] est in casu nostro; actus enim secundus est productiuus, & potens superare resistētiam passi, si enim potuit primus actus, cum maior esset resistentia, multo magis poterit secundus vbi diminuta est difficultas, & resistentia. Addo illud esse verum in causis vniuocis, non æquiuocis, cuius modi est actus, respectu habitus,vt suppono ex Phisic[is],& habet Suarez *disp.* 18. *sect.* 9 *num.* 10.

Secunda vero pars, quod habitus non augeatur in ratione habitus,seu ad facilius operandum, seu ad intensiores actus producendos (hoc enim importat [illegible] *in ratione habitus*) Probatur primo,quia si intenderetur habitus,talem post multos productos actus remissos sentiretur illa facilitas,quæ sentitur post duos actus, ver.gr.intensos,sed hoc est falsum, vt experientia patet, ergo. Confirmatur. Si quis Citharædus concinne citharam sciens pulsare, incipiat postea remissè,& lentè illam pulsare, non solum n[on] fiet melior in illa arte, sed deterior, ergo per actus remissos non augetur habitus.

Dices dum producitur aliquid habitus, producitur facilitas, & maior virtus ad operandum (in hoc enim consistit essentia habitus) sed ex dictis per actum etiam remissum producitur aliquid habitus,ergo facilitas [illegible] tenditur. Ad maiorem respondeo per secundu[m] [illegible] produci quidem maiorem facilitatem, & virtu[tem] [illegible] tamen,quia adeo exigua est, vt vix sentiatur, & per [illegible] cum tempus perseueret, quia ab habitu contrario expe[illegible]

tur, efficiendo actum contrarium, per quem ille habitus augetur, & quantum de illo crescit, tantum de isto decrescit; ideo dicitur per actum remissum non intendi, in ratione habitus; Verum quidem est, quod si mille actus æque intensi fierent, & nullus contrarius, intenderetur in ratione habitus; hoc autem est impossibile, quia dum habitus contrarius est intensus, iste vero remissus, vix modicum tempus poterit intercedere, quin aliquis actus promatur, & sic illa parua facilitas per actum contrarium producta corrumpetur. Quare existimo in hoc sensu posse saluari, & Scotum cum dixit per quemcunque actum habitum augeri, scilicet entitatiue, vt diximus, & D. Thomam 1.2. *quæst.* 52. *art.* 3. qui affirmat habitum non intendi, nisi per actus intensiores, vt sic verum in ratione habitus, vt explicauimus, & sic vtrumque pro patrono habemus.

Quod autem concedit Suarez *num.* 11. & Vallius *ca.* 8. per actus æquè intensos intendi habitum, vt facilius operetur in actus æquales non placet, eò quod in hac facilitate consistat habitus; si igitur habitus augetur, quoad facilitatem, augetur simpliciter, & consequenter ad eliciendos actus intensiores, vt ipsemet Vallius tandem fatetur *capite* 9.

De augmento extensiuo cum distinctione procedendum est: vel enim loquimur de habitibus acquisitis appetitus, vel Intellectus. Si de habitibus appetitus, sit

Secunda Conclusio. Vt plurimum non datur verum augmentum extensiuum, quo idem habitus per diuersas suas partes extendatur ad diuersa obiecta. Conclusio igitur est, cum eundem habitum ver. gr. Temperantiæ abstinemus à cibo; postea à potu, somno, &c. non produci nouam entitatem inclinantem ad huiusmodi habitus, quasi quod præcedens non inclinauerit ad illos, sed produci nouam quidem entitatem eiusdem tamen rationis cum præcedente, per quam præcedens solum intenditur, non autem extenditur, & habet eandem omninò inclinationem, ac ipsa 350 præcedens.

Hanc Conclusionem probat Suarez *sect.* 11. *num.* 5. ratione, quæ æquè militat contra habitum sciẽtificum, quem tamen cogimur negare esse qualitatem simplicem, ergo per illam non sufficienter probatur habitus appetitus, non recipere augmentum extensiuum.

352 Secundo probat idem Suarez *num.* 23. quia hæc vnitas, qua Temperantia, ver. gr. dicitur vnus habitus; vel est per simplicem entitatem, & sic habetur intentum, quod non extendatur per nouam entitatem superadditam: vel est per collectionem plurium entitatum, & si sic, hæc collectio constabit ex simplicibus entitatibus, quarum quælibet erit integra qualitas in sua specie; & cum hæc qualitas pertineat ad habitum, necesse est dare habitum esse simplicem qualitatem. Verum hæc ratio, si quid valeret valeret etiam contra habitum scientificum, quem tamen ipse ponit constare ex pluribus entitatibus, quarum quælibet erit perfecta qualitas, & consequenter habitus scientificus erit simplex qualitas contra se ipsum; quod si simplex qualitas, in scientia non constituit habitum vnum scientificum, assignanda est disparitas inter habitus appetitus, & Intellectus, quæ assignata erit ratio, cur habitus scientificus non possit consistere in simplici qualitate, benè habitus appetitus.

Probatur igitur conclusio sic à priori. Vbi idem obiectum formale, ibi omnes actus eiusdem rationis, sed in quocunque habitu extensiuè sumpto, est idem obiectum formale, ergo omnes actus sunt eiusdem rationis; ergo quidquid producunt, est eiusdem rationis, ergo habitus non extenditur per nouam qualitatem additam. Maior probatur, quia actus non sumunt speciem ab obiecto materiali, sed à motiuo; seu ratione formali, ob quam tenditur in illud obiectũ; alioquin visio coloris albi, nigri, &c. differrent specie, si obiecta materialia darent specificationem; minor etiam probatur, ideo habitus dicitur extendi, quia sub eadem ratione formali, plura, & diuersa obiecta materialia vestita eadem ratione attingantur; v. gr. Habi-351 tus abstinendi à cibo dicitur extendi, quia sub eadem ratione formali extenditur ad abstinendum à potu, & sic de cæteris. Prima consequentia probatur; quia habitus specificantur per actus, si igitur omnes actus sunt eiusdem rationis, erunt, & habitus ab illis producti. Secunda item probatur. Qualitas producta per actum *A* v. gr. & qualitas producta per actum *B*, circa diuersa obiecta materialia sunt eiusdem rationis, ergo ad id inclinabunt; ergo extensio, vt extensio non requiret nouam qualitatem, per quam particulariter inclinetur ad hoc, vel illud obiectum, cum ad illud inclinauerit etiam prima pars habitus per primum actum producta.

Confirmatur, quia inclinatio potentiæ ad actum circa tale obiectum, non est ratione materiæ, sed motiui seu rationis formalis, ergo & si diuersa sint obiecta materialia, dum eadem est ratio formalis, erit eadem inclinatio, ergo extensio ad tale obiectum non erit per nouam qualitatem superadditam.

Confirmatur secundo. Fides est simplex habitus per quam diuersa credibilia creduntur, quia eadem ratione formali, scilicet reuelatione diuina creduntur, ergo, & habitus acquisitus, & si ad diuersa materialiter extendatur, dum est eadem ratio formalis non requiret additionem nouæ qualitatis. Hæ duæ confirmationes sunt Suarez *num.* 27. & 32.

Probatur secundo ab effectu; abstergere pedes pauperum v. g. & ministrare Xenodochijs est extensio eiusdem 353 habitus humilitatis; sed per centum actus, ver. g. quos aliquis prompsit circa primum obiectum, habet promptitudinem etiam circa secundum, ergo extensio non fit per nouam additam qualitatem. Probatur consequentia, quia suppono nullum actum prompsisse in secundo genere; si ergo habet facilitatem, vtique habet per habitum productum ab actibus circa aliud obiectum, nempè abstergere pedes; ergo habitus productus ab illis actibus inclinat ad quæcunque obiecta sub illa formalitate, ergo extensio non fit per additionem.

Confirmatur, quia alioquin parem difficultatem sentiret qui per annum se abstinuit à cibo, dum postea se vult abstinere à potu, ac sensisset si nunquam in cibo abstinentiam exercuisset, si nihil inclinationis acquisiuisset per abstinentiam in cibo, hoc autem est falsum, vt experientia patet.

Ex his patet, quam bene dixerimus in Conclusione habitum propriè extensiuè non augeri; per hæc enim verba videtur innui habitum, qui per qualitatem primo actu productam non extendebatur ad obiectum, v. g. *B*, postea per productam per alium actum circa idem obiectum extendi, quod est falsum; illa enim prima qualitas æquè inclinat ad obiectum *A*, ac ad obiectum *B*, cum vtrunque est sub eadem ratione formali; cum autem per secundum actum circa secundum obiectum producitur aliquid habitus, solum intenditur præcedens, & crescit promptitudo, & facilitas, tùm circa secundum, tùm circa primum obiectum; si autem per habitum extendi intelligatur, habitum, qui nondum prompserat actum circa obiectum *B*, postea promere, & per hoc dicatur extendi, quia quod poterat virtualiter, præstat actualiter, & formaliter. In hoc sensu potest concedi habitum extendi; ad hoc autem non est necessaria noua additio qualitatis, vt de se patet.

Sed Instatur primo. Eadem est ratio de duobus obiectis materialibus sub eadem ratione formali, ac de duobus, quorum vnum in altero includatur, v. gr. cum tenditur in vnum propter aliud; sed in hoc secundo non est vna simplex qualitas, ergo nec in primo. Minor probatur finis est causa cur amentur media, ergo non per eundem habitum; alioquin æquè inclinaret ad finem, & ad media. Ad argumentum concessa maiori, vt concedit Suarez *nu.* 27. negatur minor. Ad probationem Respondeo, dici finem amari intensius, eò quod ametur amore independenter, non enim amatur propter media; sed è contra: re vera tamen cum acquiritur quædam facilitas ad finem, acquiritur ad media etiam, quia tendit in finem, vt illum cõsequatur; non potest consequi sine medijs; quare quò intensius vult finem, vult etiam media, & quò intensius media, vt media, eadem intensione etiam finem, quia propter finem illa vult.

Secundo Instatur ex eodem Suarez *num.* 39. eadem est ratio formalis Temperantiæ in potu, ac in cibo, attamen 354 quis promptius abstinebit in cibo, quam in vino, ergo non est eadem qualitas, & habitus alioquin æquè inclinaret. Confirmatur, quia intelligibile videtur quod amor ver. gratia, erga Petrum æquè crescat, ac amor erga Paulum, quem tamen nimio amore prosequor: ad argumentum negatur consequentia. Ad probationem respondeo, producto, v. g. habitu, per actus abstinentiæ in cibo, illum habitum

bitum æquè inclinatè ad abstinentiam à potu; & si quando hæc facilitas non sentitur æqualis, est propter difficultates maiores ex parte ipsius obiecti, vel quia species illius non ita sunt promptæ in illius repræsentationem; vel quia organa, per quæ actus sunt exequendi, maiorem dispositionem habent circa vnum, quam circa aliud; sic qui temperaturæ est siccæ, corpus magis fatigatur à siti, quam à fame, ideo facilius hæc, quam illa mortificabitur, licet hab tus æqualiter ad vtranque inclinet, & hæc responsio poterit ad infinita similia accommodari.

Confirmatur hæc responsio euidentissimè prompto pari actu, quoad intensionem circa duo obiecta, tamen minorem difficultatem sentiet circa vnum, quam circa aliud; ergo cum inclinatio eadem supponatur, difficultas prouenit ex parte obiecti, quod magis resistit: sic in proposito, licet ille habitus æquè inclinet, tamen propter ipsum obiectum nonnunquam difficultates maiores sentiuntur.

Ad Confirmationem Respondeo, si ratio formalis cur Petrus amatur, æquè reperitur in Paulo, non est durum creditu, si crescat inclinatio in vnum, crescat, & in alium; sic qui amat vnum, solum quia proximus sit, æquè amabit cęteros, qui proximi sunt; quia tamen aliquando possunt esse diuersæ rationes formales, ideo ex facilitate circa vnum, non possumus arguere facilitatem circa alium; sic qui amaret Petrum, quia sibi vtilis, vtiq; non amaret Paulum, qui nulla esset vtilitate; sed in his, & similibus instantijs, non est eadem ratio formalis, ideo non est mirum, si non habeatur vtraque inclinatio per eandem simplicem qualitatem, & habitum, & hoc est maximè aduertendum. De habitibus verò Intellectus scientificis, sit.

Tertia Conclusio. Habitus speculatiui, & scientifici, siue sint circa diuersas partes eiusdem obiecti, siue de diuersis conclusionibus vnius solius obiecti, semper extenduntur per nouam qualitatem, seu Habitum additum. Dicit igitur Conclusio, quod cum habemus habitum, ver. gr. cognoscendi hominem esse sensitiuum, non per hoc inclinamur ad cognoscendum Leonem esse sensitiuum; & cum habemus habitum cognoscendi hominem esse risibilem, non per hoc inclinamur ad cognoscendum eundem, admiratiuum; sed per distinctas qualitates, ad hæc omnia redimur habitualiter prompti. Hæc Conclusio est Scoti *in Prologo quæst.* 3. Gregorij *quæst. etiam* 3. *art.* 1. Aureoli *ibidem*. Ochami *quæst.* 1. *est* 9. Gabrielis *quæst.* 8. & *in* 3. *distinct.* 2. *quæst.* 2. & vniuersaliter illorum, qui omne augmentum siue extensiuum, siue intensiuum habitus, volunt fieri per additionem qualitatis est etiam Suarez, *num.* 45. *vsque ad* 57. Toleti *quæst.* 3. *proœmial. Logicæ.* Fonsecæ 6. *Metaph. cap.* 1. *quæst.* 2. *sect.* 2. immò Suarez citat etiam D. Thomam, qui aliquantisper hoc videtur sentire 1. 2. *qu.* 50. *art.* 4. *ad* 3. De cuius mente me remitto.

355 Probatur primo Conclusio. Quod est ratio formalis in actibus appetitus, est medium per quod veritati assentimur in actibus Intellectus assentientis alicui veritati; sed in quacunque cognitione ex allatis in ipsa Conclusione est medium diuersum, ergo diuersi actus specie, ergo diuersa semper qualitas producitur, ergo hæc extensio fit per additionem, &c.

Maior patet; ex connexione enim medij cum extremis propositionis, cui assentimur, cogitur Intellectus assentiri alicui veritati. Minor probatur.

Medium per quod assentimur *Leonem esse sensitiuum* est, v. g. quia animal habet connexionem cum sensitiuo, & Leone; medium vero, per quod assentimur, *hominem esse sensitiuum*, est, quia animal habet connexionem cum homine, & sensitiuo; sed hæc media formaliter sunt diuersa: pari pacto medium per quod cognoscimus hominem esse risibilem, est quia rationale cum vtroque extremo dicit connexionem; & medium per quod cognoscimus esse admiratiuum pariter est, quia rationale cum illo admiratiuo, & homine dicit connexionem, quæ sunt media formaliter distincta. Illa consequentia prima probatur: quia actus specificant habitus. Secunda pariter probatur. producitur diuersa qualitas, ergo per diuersam qualitatem additam fit hæc extensio.

Probatur secundo. Habitus non potest inclinare, nisi ad assentiendum per tale medium, mediante quo ab actibus est productus; sed illud medium non potest accommodari in cæteris veritatibus, ergo non potest ad cęteras veritates inclinare, ergo illa inclinatio fiet per qualitatem additam de nouo specie diuersam. Maior de se est euidēs. Minor etiam, quia medium est quid intrinsecū extremis, & vt tale debet cognosci, vt cognoscatur connexio extremorum, at prout cognoscitur intrinsecum vni subiecto non cognoscitur intrinsecum alteri, ergo.

Vltimo probatur experientia. Si millies promerer assensum huic veritati, *hominem esse admiratiuum*, nullam acquiro facilitatem ad assentiendum huic, *hominem esse risibilem*, vt de se patet, ergo non per eundem simplicem habitum me extendo ad illud obiectum.

Dixi in Conclusione *habitus speculatiui*, & *scientifici*, quia opinatiui, & practici, forsan eamdem sortem sortiuntur cum habitibus appetitus; habitus enim artis domificatiuæ dictat tales lateres, talem calcem, trabes, &c. tali pacto esse aptandas &c. quia domus talis materiæ, compositura &c. est extruenda, in quo non moror, ne nimis hanc quæstionem protraham.

Ex his rationibus, & veritate ipsa sequitur, cum assentimur, vni veritati, non acquiri facilitatem ad alteri assentiendum; atque adeo posse in eodem habitu scientiæ esse propensionem Intellectus ad vnam conclusionem, seu vnum principium, magis quam ad alteram, seu ad alterum principium, si plures actus circa vnum, quam circa alteru prompti fuerint, ex quibus intensius fuerit habitus in ordine ad vnum obiectum, non ad alterum.

Dices primo. Physica, ver. g. est vna scientia, & tamen in ipsa variæ veritates cognoscuntur, ergo est etiam vnus & simplex habitus. Negatur consequentia; quælibet enim scientia dicitur vna, eo quod omnes illę veritates, vel propter aliquid vnum principale quæruntur, vel quia omnia illa connectuntur ab aliqua ratione formali, ob quam omnia illa tractantur in illa scientia, v. g. de materia, forma, priuatione &c. in eadem physica; quatenus reducuntur ad corpus naturale: re vera tamen quælibet scientia coalescit ex pluribus habitibus particularibus quodammodo vnam totalem scientiam integrantibus.

Dices secundo. Vna, & simplex potentia producit omnes, & diuersos actus, ergo etiam vnus, & simplex habitus. Negatur consequentia. Habitus enim fit per actus, ideo si actus sunt diuersæ speciei, etiam habitus; potentia autem est quædam causa superior, nec per actus producitur.

Pro tota ac quæstione quæri posset, quomodo habitus corrumpantur. Ad quod respondeo hanc corruptionem dupliciter contingere posse. Primo per accidens, & hoc tunc est, quando non exercendo actus illius habitus datur occasio, vt exerceantur actus contrarij, per quos sequitur corruptio illius Habitus. In quo sensu intelligendus Aristoteles *lib.* 1. *de longitudine, & breuitate vitæ cap.* 2. dicens, *scientiam corrumpi per obliuionem* cum enim habitus sit qualitas de se permanens, & durabilis, nec ab actuū influxu pendens, non potest per se, & simpliciter per non vsum actuum corrumpi: potest etiam per accidens corrumpi ad corruptionem subiecti; hoc autem intelligo de illis habitibus, qui in potentia sensitiua, & materiali sunt, quod tantum est subiectum corruptibile; ad huius enim alterationem, seu immutationem, etiam habitus possunt immutari, & alterari; quod pręcipuè potest habere locum in illis habitibus, qui resident in parte apprehensiua, & potentia motiua secundum eos, qui habitus in illis concedunt; & secundum nos saltem diminuetur illa dispositio, seu firmitas phantasmatum, quæ maximè pendet à temperamento organorum &c. Secundo modo hæc corruptio fieri potest per se: & tunc accidit, quando actus contrarius inducit habitum contrarium habitui præexistenti, cū quo cum sit incompossibilis; vtiq; ille destruitur, & corrumpitur; atque adeo effectiuè habitus expellitur per actum contrarium, formaliter verò, per ipsum habitum, qui tunc censebitur totaliter expulsus quando contrarius ad tantam deuenerit intensionem, ad quam pertingerat ipse. Satis.

De Actiuitate Habituum. Quæstio Quinta.

PRima Sententia est Durandi *in* 3 *dist.* 23. *quæst.* 2. 4 qui negat habitum per se concurrere ad affectionem actus, eo quod non possit concurrere ad efficiendum, neque modum actus, qui est intensio, & determinatio; neque ad efficiendam eius Substantiam, sed solum dare potentię

fac[illegible]itatem ad operandum, quatenus facit, vt obijciatur potentiæ [illegible]biectum, eo pacto, quo potentia refugiet, vel pr[illegible]sequetur.

Probatur p[illegible]mo, hæc Sententia. Si habitus efficit actu[illegible], vel efficit modum ipsius, scilicet intensionem, vel Substanti[illegible]m, vel bonitatem, & malitiam, vel tandem ptõptitudine[illegible], & facilita[illegible]em: præter hæc enim alia non est assi[illegible]nare; sed nihil horum facit, ergo habitus non concurrit. Maior patet, minor probatur: quia intensio actus non est quid distinctum ab entitate, si igitur non efficit ent[illegible]tatem, neque efficiet intensionem: quod non efficiat en[illegible]tatem, probatur, quia ad hoc sufficit potentia, & ideo [illegible]nte habitu[illegible] acqui[illegible]tos, [illegible]tus eiusdem speciei potest produc[illegible]e; neque efficit bonitatem, vel malitiam; hæc enim c[illegible]n[illegible]t in [illegible]onformitate [illegible] vel deformitate ad rectam rationem, ad qu[illegible]d [illegible]hil facit habitus; denique neque efficitur faci[illegible]tas, & promptitudo; hæc enim se tenet tantùm ex p[illegible]e [illegible]tatis, & est denominatio prouenicns ab ali[illegible] dispoti[illegible], vel conditione, propter quam potentia [illegible] a [illegible] [illegible]um expeditiot, ergo.

Se[illegible]nd[illegible] probatur. Intellectus, & Habitus, vel conc[illegible]nt, [illegible] duo agentia partialia vim vnius perfecti compl[illegible] ve[illegible] duo subordinata; non primum quia si sic, [illegible]d[illegible]t princip[illegible]m posset producere effectum, vel sal[illegible] p[illegible]tem effe[illegible], vt duo trahentes nauim; habitus autem sine Intellectu nihil posset producere: non secundũ, [illegible] neutrum potest sine altero quidquam e[illegible]re, at Intellectus sine habitu potest actus eiusdem speciei [illegible].

[illegible]. Causa efficiens est nobilior suo effectu, sed ha[illegible] [illegible] actu, ergo non est causa, & maximè [illegible] quando [illegible]s, vt in casu nostro; actus enim est [illegible] habitus, ergo non p[illegible]test in eodem genere [illegible] ab habitu, ergo vere habitus non [illegible]. Confirmatur si habitus per se concurrit ad [illegible] semper concurreret, quod patet es[illegible] [illegible] actibus à quibus habitus ipse generatur.

S[illegible] Sententia [illegible] affirmatiua est D. Tho[illegible] [illegible]st. 49. art. [illegible]. in corpore, & ad primam quæst. 51. art. [illegible] Caietani, Medinæ, & aliorum Thom[illegible], Capreoli, 1. Sentent. dist. 17. quæst. 1. art. 2. H[illegible] quæst. 13. Ocham, quodlib. 3. quæst. 2. [illegible] 3. Sent. [illegible]istin. [illegible]. Al[illegible] tractat. 1. [illegible] Valentiæ, 1. 2. disput 4. quæst. 1. puncto [illegible] Suar[illegible] Met. disp. 44. sect. 5. Valli, disp. 4. parte 1. de [illegible] cap. [illegible] & Scotus, tanquam [illegible] Sentent. d[illegible] 17. quæstio. 2. [illegible]

358 Prima Conclusio. H[illegible] concurrit tanquam principi[illegible] effect[illegible] actus. Probatur primo auct. Aristotelis 2. Ethic. cap. 1. vbi ait habitus fieri ex actibus, & postquam ge[illegible] est, producere operationes similes eis à quibus [illegible] est. Secundo eodem 2. Ethic. cap. 6. habet, *virtus etiam [illegible] hominis erit habitus, a quo bonus efficitur homo, & quo bene suum opus ipse reddet, efficietque*. Poterat ne[illegible] Philosophus [illegible] sunt, & alia loca apud Vallium cap. 5. & Suarez, num. [illegible] Secundo probatur ratione, per habitu[illegible] operamur facilè promptè, & delectabiliter, vt omnes concedunt, & experientia patet, ergo habitus effectiuè concurrit ad actuum productionem. Consequentia probatur. Habitus præstat hos effectus in potentia, ergo vel disponendo eam passiuè ad recipiendos actus, & hoc non, cum sit de se disposita, & in hoc non consistit delectatio, facilitas, &c. sed in effectione; vel actiuè concurrendo, vt principium simul, cum potentia, quod intendimus, ergo habitus effectiue concurrit.

Confirmatur ex 2. *de Anima text. 5. & 24.* Scientia est qua scimus, sicut anima est, qua mouemur, sentimus &c. sed Anima est principium effectiuum horum actuum vital[illegible], ergo etiam habitus sciẽtiæ principium effectiuum actuum sciendi.

Secunda Conclusio. Habitus concurrit cum potentia tanquam coagens ad productionem actus secundum substanti[illegible]. Probatur. Habitus producit actum, non tanquam agens principale, cum se solo nihil possit, ergo solum [illegible]tenus adiuuans potentiam, simul cum illa producit actum, atque adeo potest comparari ad potentiam, tanquam instrumentum necessarium tantùm ad benè esse ad delectabiliter, faciliter, &c. producendum actum determinatum tamen ad talem effectum, quo ad alium potentia vti non possit.

Quod vero producat substantiam actus, probatur primo, vel causat intensionem actus, vel facilitatem, & delectationem, vel totam substantiam. Non primum, etenim intensio non est quid distinctum à substantia, & entitate actus. Non secundum delectatio enim, & facilitas non est quid in actu, sed solum quædam denominatio ex potentia, ex eo quod habet habitum adiuuantem ad actum, dicitur faciliter, & delectabiliter operari; ergo remanet, vt efficiat simul cum potentia totam substantiam actus, & modum ipsius; ita vt non sit assignare partem actus potentiæ, partem habitui, sed totus, & indiuisibiliter sit ab vtroque, eo pacto, quo visio dicitur fieri ab oculo, & specie: & Intellectio ab Intellectu, & specie intelligibili.

Probatur secundo. Habitus inclinat ad actus similes illis, à quibus productus est ex Aristotele *loco superius allegato*, sed productus est ab actibus secundum substãtiam, non tantùm secundum modum, ergo inclinat ad efficiendos actus secundum substantiam.

Ad primum Durandi, iam patet habitum producere substantiam actus. Ad rationem dico potentiam se sola posse producere actum, non tamen faciliter, delectabiliter, &c. & propter hoc solum est necessarius habitus.

Ad secundum etiam patet, quomodo potentia, & habitus concurrant. Ad rationem dic[illegible] tunc esse veram, quando instrumentum est necessarium simpliciter, non tantum ab benè esse, sicut in casu nostro: tunc enim potest principale agens se solo effectum producere, licet non eo modo meliori, quo cum instrumento.

Ad tertium. Respondeo illam maiorem esse veram, quando efficiens est agens principale effectus; non quando est tantum instrumentale: quare benè poterit habitus esse imperfectior actu, & sic illum efficiat, quia tantum instrumentaliter modo explicat[illegible] eum producit, & actus à quo habitus ipse t[illegible]nquam effectus adequatus producitur, poterit esse perfectior. Ad confirmationem respondeo, si habitus concurreret necessario, & non tantùm ad benè esse, tunc esset semper necessarius, non sic autem in casu nostro, vt ex dictis patet.

De Multiplicitate Habitus. Quæstio Sexta.

SV[illegible]im tantum afferimus varia genera habituum, sub quibu[illegible] innumera continentur: omnium enim [illegible] explicare, non est huius loci, qui vult d[illegible]rem cogni[illegible]em videat Suarez *sectio. 13. tota*, & Va[illegible]um *q. 9.* 359

Prima Diuisio est in habitus infusos, & acquisitos. Habitus infusi sunt, qui à Deo nobis infunduntur, qui vel infunduntur quia à nobis acquiri non possunt viribus naturæ: & dicuntur infusi per se, & supernaturales, quoad substantiam; vel possunt quidem acquiri, attamen Deus pro sua gratia nobis infundit: & dicuntur infusi per accidens, & supernaturales quoad modum. Habitus vero acquisiti dicuntur, qui viribus naturæ à nobis generantur, qui etiam naturales simpliciter dicuntur: sumitur igitur hæc diuisio penes causam efficientem.

Secunda Diuisio est in habitus appetitiuos, & cognoscitiuos. Habitus appetitiui dicuntur illi, qui sunt in appetitu, siue Intellectiuo, siue sensitiuo: habitus cognoscitiui, qui resident in Intellectu: posset etiam afferri hæc diuisio sub alijs terminis, scilicet in habitus morales, & Intellectuales, sumendo ly *morales*, quod tantùm dicat habitum, qui est principium elicitiuum actus moralis; hoc enim pacto sumptum dicit tantum habitus voluntatis, & appetitus sensitiui, licet enim Intellectus sit principium actus moralis, tamen est solum, quatenus regula moris, quo pacto sumptum *morale* idem habitus posset esse Intellectualis, & moralis, vt de se patet, & non esset adæquata diuisio; est tamen, si sumatur *morale* primo sensu. Quæ diuisio est à causa materiali, pariter & ab obi[illegible]cto formali; sicut enim obiecta Intellectus, & appetitus differunt formaliter, ita eti[illegible] [illegible] ipsorum.

Nec [illegible] obstat primo, quod aliqu[illegible] actus moralis [illegible] coalescere ex habitibus diuersarum potenti[illegible]. *Temperantia* ex habitu voluntatis, & appe[illegible] sensitiui, licet enim hoc sit verum moraliter, tamen metaphysic[illegible] sua entitate sunt diuersi habitus. Nec secundo obstat, aliquos

quos actus dari in voluntate, & Intellectu, qui Theologales dicuntur: dicuntur enim tales, non quia etiam ipsi sub prętata diuisione non comprehendantur: sed quia principali quodam modo tendunt in Deum obiectum Theologiæ.

Tertia Diuisio est in virtutem, & non virtutem. Nomine virtutis intelligitur omnis habitus disponens potentiam ad efficiendam operationem consentaneam naturæ vtique rationali; quoniam tantùm in natura rationali habitus esse possunt ex dictis; qua ratione dixit Aristoteles 2. *Ethic. cap. 5. & 6.* virtutem esse habitum, qui habentem facit se bene habere, & opus ipsius bene reddere; & quoniam habitus est tantum in Intellectu, & voluntate, & in appetitu sensitiuo per participationem Intellectus, & Libertatis, quatenus eius imperio, & motioni subijciuntur, ideo omnis virtus est tantum, vel formaliter, vel radicaliter in Intellectu, & voluntate; & respectu intellectus consistit in Inclinando ad cognoscendam veritatem infallibiliter, respectu voluntatis in disponendo ad prosequendum honestum sine defectu. Nomine autem non virtutis intelliguntur omnes illi habitus, qui has conditiones non habent, quamuis non sint vitiosi; appositè enim dicitur *non virtus* ad excludendos non solum vitiosos, sed etiam alios habitus, qui nec vitia, nec virtutes rigorosè dici possunt, vt opinio vera, &c. & si qui similes dantur in voluntate.

360 Quarta Diuisio habitus est in Speculatiuum, & Practicum. Speculatiuus est, qui tantum ad speculandum ordinatur. Practicus ad praxim dirigendam. Hic requireretur explicatio praxis, item conditionum, quæ requiruntur ad constituendum habitum practicum.

Verùm hæc omnia *in proœmialibus egimus quæst. 5.* solum addo habituum practicorum, qui sunt in Intellectu, alios versari circa actus voluntatis dirigendos, huiusmodi est prudentia. Alios circa dirigendos actus cęterarum potentiarum, & huiusmodi sunt habitus artium, quæ duo genera comprehenduntur ab Aristotele sub nomine habitus actiui, & factiui. Addo etiam aliquem habitum dupliciter posse dici practicum; vel quia dirigit, & regulat opus, ver. gr. prudentia dirigit actum Temperantiæ. Secundo quia aliquam praxim efficit, ver. gr. habitus Temperantiæ, qui elicit eundem actum Temperantiæ iuxta regulam prudentiæ.

Vltima Diuisio est illa, quam habet Aristoteles 6. *Ethic. cap. 3.* nimirum in Intellectum, Sapientiam, Scientiam, Prudentiam, & Artem; quo loco patet, non diuidere nisi habitus Intellectuales, neque comprehendere omnes intellectuales, sed tantum eos, quibus infallibiliter attingimus veritatem Intellectualem; quæ vel est purè speculabilis; & si sic, vel quorundam principiorum vniuersalium indemonstrabilium, & si sic, habetur habitus Intellectus, quo primis principijs assentimur, vel attingitur veritas omnium scientiarum, per generalissima quædam media, & communissima, & sic habetur habitus Sapientiæ, quo cognoscimus res altissimas, & communissimas, & quodammodo dominamur cæteris scientijs; vel attingitur veritas infallibiliter, quia scimus causas, & principia eius, quod scimus; & sic habetur habitus scientiæ quo assentimur alicui veritati mediante discursu ex causis. Vel secundo hæc veritas Intellectualis, quæ infallibiliter attingitur est aliquid, vt operabile; & si sic, vel operabile immanenter, & hoc pacto habetur habitus prudentiæ, quæ definitur, *Habitus cum recta ratione actiuus*, quo cognoscimus quomodo immanenter operandum: vel tandem hoc operabile est huiusmodi transeunter, & sic habetur habitus artis, quo cognoscimus quomodo sit operandum per potentias exteriores, qui definitur, *Habitus cum recta ratione factiuus*; ex quo patet, vt iam dicebamus, non comprehendere sub hac diuisione, ne dum omnes habitus, vt sic, sed neque omnes Intellectuales, cum ad nullam ex iam enumeratis possint pertinere, neque fides humana, neque opinio, neque scientia experimentalis, & alij habitus, quos tamen constat esse Intellectuales. Hactenus de hac prima parte, qui plura vult videat Amicum *tract. 27. de Scientia disputatione secunda*, & Vallium *disputat. 4. quæst. 12. tota.*

Tractatus Secundus, qui est de Scientia ipsa.

TRansegimus primum Tractatum de habitibus, optima fundamenta iecimus tractationis de scientia, quæ eo compendiosior euadet, quò diffusior fuit primus de habitibus, tum quia multa ibi tetigimus, quæ alij in quæstione de Scientia intermiscent; & ideo à nobis hic neque delibanda; tùm quia vltimam manum applicantes hisce calibus Disputationibus, natura ipsa motus, qui semper in fine velocior, cogimur breuitati consulere.

An sit Scientia. Quid, & quotuplex sit; & an naturaliter insita nobis. Quæstio Prima.

PRima Conclusio. Datur Scientia, est contra Inhibitores, qui omnem Scientiam tollebant, eò quod Scientia sit cognitio certa, & perpetua; res omnes mutantur continuò, & ideo ipsi interrogati respondebant nutu, ne dum proferrent verba res mutarentur, & sic falsum dicerent, ex quo tale nomen sunt sortiti. Est etiam contra Academicos, qui scientias tollebant, moti quod scientia ortum habeat a sensibus, sensus autem fallantur. 3

Probatur primo. Conclusio auctoritate Aristotelis 1. *Post.* & omnium Paripateticorum. Secundò datur Demonstratio, vt iam probauimus, ergo Scientia. Probatur consequentia; quia Demonstratio, est tantum propter acquirendam scientiam, ergo abolita scientia, abolebitur etiam Demonstratio.

Tertio probatur argumento, quod multum magnificat Lactantius Firmianus *lib. 3. diuinarum institutionum*, vel isti Philosophi verè sciunt non dari scientiam, vel non. Si secundum, cur illis credamus recedendo à communi omnium opinione: Si primum ergo datur scientia, quia eo ipso quod hoc sciunt, habent scientiam. Quarto Scientia est cognitio rei per causam, sed multarum rerum veras causas scire possumus, vt patet. Et confirmatur, nam homo habet appetitum naturalem sciendi, ergo danda scientia, alioquin frustra esset hic appetitus.

Neque fundamenta contraria quidquam valent; mutabilitas enim est in rebus singularibus, & indiuiduis, scientia autem habetur de essentijs & proprietatibus essentiam consequentibus, quæ sunt perpetuæ veritatis, vt diximus, neque in continuo fluxu consistunt.

Neque fundamentum Academicorum subsistit magis: licet sensus possit falli circa hoc, & illud obiectum, non tamen circa proprium obiectum, vt dicetur *in Libris de Anima*; sic potentia visiua semper fertur in coloratum, auditiua in sonorum &c. addo neque circa obiecta particularia posse falli. Primo, si potentia sit benè disposita, & in statu suo naturali. Secundo si obiectum sit in debita distantia. Tertio si medium sit in suo statu naturali, & purum, neque aliqua affectione affectum, ver. gr. perspicilia viridia, vt docet Aristoteles *2. de Anima, text. 63.*

Secunda Conclusio. Nomine Scientiæ intelligitur cognitio rei per causam acquisita per syllogisticum discursum. Patet Conclusio ex his, quæ docuimus, in toto Tractatu precedenti, vbi tot labores cum Aristotele sumpsimus ad declarandas duas debere esse pręmissas continentes veras causas in essendo, &c.

Quare hic excluditur cognitio, quæ habetur per sensum. Item quæ habetur tantùm ex causis probabilibus; non enim meretur nomen Scientiæ, & denique excluditur cognitio intuitiua, quia hæc excludit discursum, cum sit rei in se ipsa.

Tertia Conclusio. Duplex est Scientia Actualis, & habitualis. Patet Conclusio ex nominum explicatione; vel enim aliquid dicimur scire, eo quod actu aliquid discurrendo cognoscamus; & hæc est scientia actualis, quæ consistit in ipso actu cognitionis, vel dicimur scire, eò quod sit in nostra manu elicere actum cognitionis de tali obiecto, & hæc est Scientia habitualis, quæ paritur in nobis ex eo, quod multos actus elicientes circa tale obiectum, nascitur quædam facilitas ad similes actus cognitionis promendos. 36

Quarta Conclusio. Scientia non est naturaliter insita, sed naturaliter acquisita. Est contra Platonem in plurimis Dialogis *in Memnone, Thętheto, Fedro, & Phędone*, qui existimauit Animam multo tempore productam, 36

ante-

antequam corpori vniatur, omnium rerum scientiam habuisse, cum vero corpori vnitur omnia obliuisci, & cum de nouo, vel præceptoris opera, vel propria industria aliquid discit, non acquirere aliquid de nouo, sed reminisci, quæ [illegible] oblita erat, atque adeo concludit scientiam esse quandam reminiscentiam. Triplici fundamento principali videtur inniti Plato. Primum est, quod anima [illegible] tempore ante corpus extiterit, quo [illegible] communi[illegible], vt omnia ignoraret. Secundum est, quod [illegible] pueri de aliquibus propositionibus interrogentur, bene respondent, quod vtique aliunde nasci non potest, nisi quia omnium scientiæ sunt congenitæ. Tertium [illegible], quia non videtur vnde nobis possit [illegible] rerum vniuersalium, substantiæ rerum [illegible] & [illegible], quorum species ab obiectis sen[illegible] non possunt. Decem, & nouem rationi[illegible] Marsilius Ficinus 7. *de Republ.* & lib. 11. *Theologiæ Platonicæ capite* 3. vt refert [illegible] *quarta de Scientia parte secunda*, [illegible] qui omnes illas rationes ad[illegible] *capite* [illegible].

[illegible] Conclusio contra Auicennam, *Tracta[illegible] prope finem*, qui posuit quandam intel[illegible] quæ [illegible] obiectorum in poten[illegible] scientiam, & hanc In[illegible] *Colcodeam*; eius fundamentum est [illegible] scientificus posse fieri ab In[illegible] potentia passiua, neque phan[illegible] materiale, neque ab [illegible] to, quia est [illegible] phantasmate, ergo vi[illegible] ad præ[illegible] ob[illegible] prod[illegible] in Intell[illegible] hoc [illegible].

N[illegible] *primo Poster.* & *ali*[illegible]. Probatur pri[illegible] *Pl*[illegible] *ne*, reminiscentia est [illegible], ergo singu[illegible] non est per reminiscen[illegible].

Sec[illegible], nos indigere sensu ad ac[illegible] est falsum. Probatur sequela, qui[illegible] ad re[illegible] non indi[illegible] est natur[illegible] capax [illegible] erroris, quod [illegible] dicitur posse acquiri, cui [illegible] scientiæ: sed de [illegible] rationes afferendæ, cum so[illegible] scientiam. Contra [illegible] *duodecimo de Trinitate capite* [illegible], & Diuus Thomas 2. *contra Gentiles cap.* 83.

Ad [illegible] menta Platonis. Ad primum dicitur esse contra [illegible], & contra rationem, quia cum Anima dicat naturalem dependentiam, & essentialem ad corpus, non est necesse, vt prius corpore existat.

Ad secundum Pueros benè respondere, quia lumine naturali est nota ta[illegible] terminorum notis ipsis terminis, vt si quis diceret, *Omne totum est maius sua parte*, cognito quid sit *Totum*, quid *Pars* statim assentitur.

Ad tertium, quod coincidit cum Auicenna, respondeo, omnium species fieri ab Intellectu agente in Intellectu possibili presente phantasmate sensibili, & particulari talis obiecti, Intellectus enim agentis est obiectum [illegible] spiritualizare, & ex particulari vniuersale representare, sed hoc ad libros de Anima remitto, vbi particulariter inquiretur quomodo illa cognoscantur.

Quodnam debeat esse obiectum Scientiæ.
Quæstio Secunda.

363 HÆc quæstio multas, & graues difficultates continet, scilicet, an obiectum Scientiæ debeat esse ens per se, an æternum, an reale, &c. quæ tractantur ab alijs sub his terminis, an de ente per accidens, de Ente contingenti, & de Ente corruptibili detur Scientia, pro qua quæstione.

Recolenda, quæ diximus *in procemial. quæst.* 6. *notab.* 1. nomine obiecti propriè id intelligi, quod in Scientia definitur, & de eo passiones demonstrantur, neque vt efficiendum consideratur, sed solum speculandi gratia, ad differentiam subiecti, quod tanquam in [illegible] aliquid efficiendum proponitur. Recolendum etiam quod diximus *eadem quæst. notab.* 2. obiectum ita se habere, vt in ipso sit assignare partem materialem, quæ in illa scientia tractatur, verbi gratia in Physica *corpus naturale*, & etiam sit assignare partem formalem, quæ est ipse modus, sub quo res illa à tali scientia consideratur, verbi gratia in Physica corpus naturale, quatenus naturale inspectatur, & examinatur, atque adeo obiectum constare ex materiali, & formali, ex qua ratione formali desumi solet vnitas scientiarum, vt infra.

Notandum est autem obiectum Scientiarum solere diuidi a Doctoribus in totale, seu adæquatum, in principale, & particulare. Totale, seu adæquatum est illud, quod adæquat Scientiam, seu ad quod reducuntur omnia, quæ in illa Scientia tractantur, verbi gratia in Physica *corpus naturale*, quia omnia, quæ ibi tractantur, ideo tractantur, quia ad corpus naturale aliquo modo spectant. Principale est, quod principem locum obtinet inter partialia illius scientiæ, vt si in Physica dicetemus *Cœlum*, quod est nobilius inter omnia corpora naturalia. Partiale vero, quod tantum partem continet obiecti totalis, vt *homo*, *planta* in eadem Physica. Quæstio igitur est de obiecto totali; res enim, quæ esse poterunt obiectum totale, poterunt esse etiam partiale, & principale, & quæ totale esse non poterunt, neque illa participare poterunt. Quare de illis specialis quæstio non est instituenda. his prænotatis.

Prima Conclusio. De singularibus determinatè sumptis, vt *Petro*, *Paulo* &c. non datur scientia. Probatur: 364
Scientia est cognitio alicuius proprietatis per propriam causam: modo vel cognoscitur per causam vniuersalem, vel singulare aliquod principium illius singularis. Si primum, cum nullum aliud principium habeat vniuersale præter specificum, non potest esse proprietas vnius singularis tantum, cum illud principium sit æquè omnibus indiuiduis eiusdem naturæ commune. Si secundum præter quam quod non poterit esse Scientia demonstratiua, de qua loquimur, quia hæc procedit per principium vniuersale, vix vnquam sciri poterit huiusmodi principium singulare à quo fluat talis proprietas; quod si sciretur, posset dici aliquo modo scientia, vt videtur sentire Scotus *quæstione tertia p[illegible] Lateral.* Caietanus *prima parte artic.* 2. *§ ad primum*, & alij apud A[illegible] *Tract.* [illegible] *de Scientia disput.* 4. *quæst.* [illegible] *dub.* 5. quod nec latuit, quem [illegible] nostrum Nouarinum [illegible] *Theolog. lib.* 7 *a num.* 1658. Quòd si Aristoteles in contrarium loquutus est, potest explicari de Scientia procedente per principia vniuersalia, & de Scientia, quæ vt plurimum de singularibus hic habetur à nobis.

Secunda Conclusio. De rebus contingentibus, & corruptibilibus, vt incorruptibilitatem induunt, datur scientia. Explicatur hæc conclusio. Contingentia, & Corruptibilia dupliciter spectari possunt. Primo prout existunt in hoc, vel illo singulari. Secundo possunt considerari corruptibilia in communi abstrahendo ab existentia, licet igitur primo modo de ipsis non possit haberi scientia, quia cum possint non existere, nihil certi, & infallibilis scire possumus; Scientia autem est de obiecto, de quo, quod scitur, sciatur aliter esse non posse, vt docuimus ex Aristotele *primo Poster. capite* 6. tamen considerata secundo modo in communi, quoad essentiam, dicuntur quodammodo incorruptibilitatem induere, quatenus habent suas definitiones, & proprietates, quæ de illis necessariò prædicantur, nec aliter esse possunt, & hoc modo de illis datur scientia, & hoc pacto corruptibilia, & contingentia possunt esse obiecta Scientiæ. Sic Aristoteles 2. *Physicor.* tradidit definitiones, proprietates &c. de casu, & fortuna; sic Physica est vera scientia, licet agat de rebus corruptibilibus.

Probatur secundo ratione. Vt aliquid possit esse obiectum alicuius Scientiæ satis est, si de eo possint demonstrari proprietates per causas vniuersales, quæ aliter esse non possunt, sic est in casu nostro, ergo.

Maior probatur. Scientia *ex primo Poster.* vt vidimus, est cognitio rei per suas causas vniuersales. Minor item

probatur, corruptibilia enim, vt sic, suam habent, & dicunt essentiam omnino inuariabilem, sicut Cœli, Angeli, & cætera incorruptibilia, ergo habent etiam suas proprietates fluentes ab huiusmodi essentia, quæ aliter esse non possunt, stante tali essentia, est enim eadem ratio, quantum ad hoc, ac de incorruptibilibus, ergo.

Dices ex Aristotele Corruptibilium non est scientia, ergo nullo modo de eis dari potest scientia. Distinguo antecedens. Corruptibilium existentium, quatenus existentium, & concedo: corruptibilium vt sic, & nego; quare negatur consequentia. Ratio autem, cur de corruptibilibus, vt existentibus non possit esse scientia, est quia scientia est perpetuæ veritatis, vt quod scitur, sciatur aliter esse non posse, at quidquid sciretur de existentibus contingenter, vt talia sunt, aliter esse possent, quia existentia tolli potest. Istius maximæ Aristotel. vide locupletem expositionem apud fœcundissimum Nouarinum *lib. 7. axiom. num* 1578.

365 Tertia Conclusio. De ente per accidens, quod scilicet dicit aggregationem plurium sine vllo ordine inter se, non potest esse scientia; benè quidem, si aliquo modo vnum fiant. Prima pars probatur: ad habendam veram scientiam necesse est probare aliquam passionem per veram definitionem, & causam eius, de quo probatur, sed plura, vt plura non dicunt vnam naturam, seu definitionem, ergo neque habebunt vnam passionem, ergo de ente per accidens dicente plura, vt plura non dabitur scientia.

Secunda pars item probatur. Si aliquo modo vnum fiant, vnam naturam sortientur, ergo etiam vnam poterunt habere definitionem, ergo vnam passionem, ergo poterit de illis haberi scientia, quæ vtique eo perfectior erit, quò perfectior vnitas. Sic Musica de numero sonoro passiones demonstrat; sic de exercitu, de Republica, &c. poterit aliqua passio demonstrari, quia cum aliquam vnitatem ordinis habeant, & aliquam definitionem, possunt habere secundum illum ordinem; quod si aliquando aliqua passio videatur emanare ex ente omnino per accidens nullum dicente ordinem, non erit vnica passio, cum ibi nullo modo sit vnica natura, vel erit ratione vnius tantum, vt esse disgregatiuum visus respectu albi, quod ei conuenit tantum ratione albedinis, non aggregati, vel erunt plures passiones, quæ ex illis pluribus aggregatis fluent, licet vna tantùm videatur, verbi gratia. Medicina vnicam videtur habere passionem, verbi gratia, talem morbum sanare; & re vera sunt plures iuxta plura aggregata, quæ in illa ingrediuntur; quia,& plures sunt infirmitates, ex quibus coalescit ille morbus.

Dices. De Ente per accidens possumus demonstrare, quod non habeat causas per se, quod non sit scibile &c. ergo de Ente per accidens simpliciter potest dari scientia. Respondeo concedendo totum; quando autem dicimus de Ente per accidens non dari scientiam, intelligimus scientiam positiuam demonstrando hanc, vel illam passionem realem de Ente aliquo modo per accidens, vt diximus paulò supra. Hanc quæstionem exactè tractat Amicus, *dubio quarto disputatione quarta*, & Vallius *capite sexto, quæstione septima*, & breuiter Rubius *hoc Tractatu capite sexto*, præ omnibus autem exactissimè meus Nouarinus *libro septimo axiom. Physiotheo. numero* 1612.

Quarta Conclusio. De non ente, & de ente rationis non datur scientia propriè. Patet hæc Conclusio ex his, quæ docuimus cum Aristotele; *primo Poster.* scientiam esse cognitionem rei per causam; intelligitur autem de causa reali, quæ realiter influat, cuiusmodi non est, non ens, & ens rationis, potest tamen dici pertinere per accidens ad scientiam realem, quatenus aliqua scientia agens de aliquo obiecto reali, in ordine ad illud, agat etiam de non Ente, & de Ente rationis; sic *in Meteor.* ad intelligendam latitudinem entis, agitur de ente rationis, *in libro de Anima*, ad intelligendam latitudinem obiecti intelligibilis: attamen per se loquendo, non datur aliqua vera scientia de huiusmodi Ente, quia sicut est quid fictum, ita fictas habet passiones, & licet propositiones, quæ de eo formari possunt, habeant necessariam connexionem, quia tamen hoc totum est de non ente positiuo, ad summum posset admitti dari scientiam de eo negatiuam, ita Apollinaris *primo Posterior. quæstione vndecima*.

Quinta Conclusio. Obiectum Scientię debet esse vnum. Probatur Vnitas Scientiæ ab aliquo sumi debet, ergo vel à principijs, vel à passionibus, vel ab obiecto, prǽter hæc enim aliud non est assignare in scientia, sed non potest sumi à principijs, vel à passionibus, hæc enim multiplicantur in eadem scientia, ergo sumetur ab obiecto, ergo obiectum debet esse vnum. Confirmatur vna potentia vnum obiectum totale requirit, ergo etiam vna scientia; hæc autem vnitas satis est, si sit Analogica, sic Metaphysica agit de omni Ente, quod tamen tantum Analogicè conuenit in ratione entis, vt postea *in Metaphysica*; vnde autem sumatur vnitas obiecti, seu subiecti & quomodo omnia, quæ in aliqua scientia tractantur ad vnum obiectum reducantur; vnde scientia sit vna, dicetur *quæstione sequenti*.

Sexta Conclusio. Obiectum totale, seu adæquatum non est probandum in scientia, sed supponendum. Probatur primo ex Aristotele *primo Posterior. capite primo*, vbi habet. De subiecto præcognoscendum an sit, non autem probandum. Probatur secundo, quia ideo dicitur subiectum, quia subijcitur tanquam notum. Tertio efficaciter, quia scientia est talis per tale obiectum essentialiter, ergo si illud probaret, esset scientia, quia sic supponitur, dum illud probat, & non esset scientia, quia nondum intelligimus habere obiectum, sine quo scientia esse non posset; posset quidem probari à scientia superiori, sed hoc non est contra nos; posset etiam probari, & a posteriori, non tamen in eadem scientia; Quid quid dicat Scotus, propter tertiam rationem; obiectum autem partiale, licet non possit probari in illa parte scientiæ, potest tamen in illa tota scientia, eo quod cum omnes partes eiusdem obiecti conueniant in vna ratione formali totali, quæ cum supponatur, ex illa poterit vna pars eiusdem obiecti probari; licet etiam hoc raro contingat, & cum probatur, fiat à posteriori. De quo plura Zabarella *libro secundo de tribus præcognitis capite nono*, Vallius *disputatione prima, in primum Posteriorum parte quarta, capite quinto, & sequenti*, & Nouarinus noster ad hoc multam donat doctrinam, *lib. septimo axiomat. num.* 1559. *&* 1572.

Ex hactenus dictis colligere possumus principales conditiones ad constituendum obiectum scientiæ. Primo enim debet esse aliquod vniuersale. Secundo, necessarium necessitate complexa, qua formet propositiones veras ab æterno, & necessitate incomplexa, vt abstrahit ab existentia, quod scilicet eius essentia non sit talis dependenter ab aliquo agente extrinseco, sed ex se simpliciter. Tertiò vnum per se. Quarto Ens reale. Quinto, vnum saltem Analogicè, ita vt omnia, quæ in illa scientia tractantur, vel tanquam partes, passiones, principia, &c. ad ipsum reducantur. Sexto debet supponi, & non probari. Videatur Diuus Thomas *in Prologo Sententiar.* Scotus *in prædicabilibus, & in Prologo Sententiar.* Heruæus *in Tractat. de secundis Intentionibus*, & Zabarella *loco citato*, & *Amicus Disputatio. quarta, quæstione* 2. *dub.* 9.

Vnde sumatur Vnitas Scientiæ totalis. *Quæstio Tertia.*

Notandum primo totam difficultatem esse de Vnitate Scientiæ totalis, quam solent vocare Vnitatem genericam; Si enim loquamur de Vnitate numerica, certum est, scientias multiplicari ad mulplicationem Subiectorum, in quibus sunt: si loquamur de distinctione specifica ex ijs, quæ diximus de intensione habituum patet tot esse species quot media probationum. Tota igitur difficultas est, quia cum Physica, verbi gratia dicat tot habitus partiales, quot sunt media probationum, quibus diuersæ conclusiones sunt scitæ; vnde sumatur illa vnitas generica, qua omnes dicuntur vna Physica, & quod de Physica dicitur, idem dic de Metaphysica, & Mathematica.

Notandum secundo. In obiecto cuiuscunque potentiæ, seu habitus tria nos posse spectare. Primo obiectum materiale. Verbi gratia, in Physica *Cœlum, Terra, &c.* Secundo formam, seu rationem, secundum quam attingatur

36[illegible] gitur à tali habitu, verbi gratia, in eadem Physica est *Naturale*, omnia enim, quæ Physica probat, probat de corpore, vt est naturale. Tertio possumus considerare conditionem sub *Qua* ratio illa attingitur à tali habitu; in eadem Physica omnia considerantur, vt abstrahunt à singularitate, illa abstractio dicitur ratio formalis sub *Qua*, ad differentiam præcedentis, quæ vocatur ratio formalis *QVAE*: differunt autem, nam ratio formalis, *Quæ* per se consideratur ab illa scientia, est ratio cur passiones tali Subiecto insint, & est aliquid reale in illo: at ratio formalis sub *Qua* est pura conditio, per ipsam non insunt passiones, non est aliquid reale in Subiecto, sed quædam conditio actum Intellectus inuoluens. His notatis.

Prima Sententia docet scientias totales distingui, ex ratione sub *Qua*, quia verò hæc triplex est, vel enim considerantur res, vt abstrahunt à singulari sensibili, & constituitur vna Physica, vel vt abstrahunt secundum rationem à materia sensibili, & constituitur Mathematica, quæ considerat quantitatem, licet sit in materia, non tamen vt est in materia, vel tertio consideratur aliquod [illegible], quod secundo rem, & rationem abstrahit à [illegible], & est Metaphysica, quæ considerat [illegible] dicens, nec materiale, nec immateriale, [illegible] Angelos, &c. qui nullam dicunt ma[illegible] sententia dicit, quod scientiæ iuxta [illegible] distinguuntur. Est Capreo[illegible] tertia in Prologo Conclusione secunda, & tertia [illegible] cap. te vigesimo secundo, quæstione [illegible] quæstione prima articulo tertio & [illegible], qui eam tribuunt D. Thomæ [illegible] quæstione quinta, articulo primo, & [illegible] de Veritate, articulo quarto & prima [illegible] prima, articulo tertio, & primo Poster. text. [illegible]

P[illegible] ex Aristotele *sexto Metaph.* [illegible] *& primo de Ani*[illegible], quibus [illegible] tres [illegible], sed ab eodem [illegible]. Quare etiam Diuus [illegible] abstractiones [illegible]. Confirmatur, quia aliòquin [illegible] tantum [illegible], cum obiecta omnia [illegible] vna ratione intelligibili; vel. Cur [illegible] habeant suas rationes [illegible].

S[illegible] vnitas [illegible] obiectum, [illegible] obiectum multoties habet [illegible] Analogiam, ergo, & scientia, ergo non [illegible].

Tertio [illegible] genere distinctis a quando habetur [illegible] formale, ergo ab eo non potest [illegible]. Consequentia patet. Antecedens [illegible]. R[illegible] probatur etiam a Physi[illegible] Astrologia autem, & Physica sunt scientiæ [illegible].

368 Secunda sententia est scientias distingui ex distinctione principiorum, ita vt illæ sint scientiæ distinctæ, quæ habent distincta principia complexa per quæ probantur, & in quibus continentur omnes veritates illius scientiæ.

Probant primo auctoritate Aristotelis *Primo Poster. capite vigesimo tertio*, vbi distinctione, & vnitatem scientiarum tradens, dicit illam esse vnam scientiam, quæ habet vnum obiectum, & tales esse, quorum principia ex primis principijs componuntur, & sunt aut passiones, aut partes eorum.

367 Secundo auctoritate eiusdem dicentis, illas scientias distingui, quæ in principijs non communicant, cuius signum est, quod ea, quæ monstrantur, in eodem genere sunt cum principijs.

Tertio probant auctoritate Diui Thomæ *eodem Post.* dicentis, quamuis sint diuersi scibilia, secundum naturam suam materialem, attamen si per eadem principia sciantur, pertinent ad vnam scientiam, quia non sunt diuersa formaliter, sed solum materialiter. Est apud Vallium Sententia Suncinnatis, & aliorum Thomistarum. Verum quia coincidunt cum præcedenti, ideo omitto expressius eam afferre. Pro nostra

Notandum breuiter diuersam abstractionem, diuersa media diuersa principia, ad quæ videntur reduci omnes præfatæ sententiæ, originem ducere ab obiecto formali, quod patet inductione, Ideo Physica procedit per abstractionem tantùm à materia signata, seu singulari, quia est de obiecto sensibili, & naturali, quod aliam abstractionem non admittit; ideo Mathematica procedit per abstractionem à materia secundùm rationem, quia eius obiectum est quantitas, non prout in materia, & sic de cæteris, pariter de medio, & principijs, & modo procedendi; ideo in Physica definiendo, demonstrando processus fit per medium constans ex materia, & forma, non sic autem in Mathematica; quia obiectum Physicæ est corpus naturale, quod vtique materiam, & formam inuoluit; obiectum autem Mathematicæ abstrahit à materia; diuisiones enim, definitiones, demonstrat, & principia debent accommodari rebus, de quibus agitur, non autem res principijs; ideo enim dicuntur principia propria, propriæ definitiones, &c. quare sit.

Vnica Conclusio. Vnitas generica Scientiæ totalis ex obiecto formali pendere debet. Sequitur ex præcedentibus, non sumitur vnitas ex abstractione, non ex principijs, non ex modo procedendi, quia hæc vnitatem, vel diuersitatem participant iuxta diuersitatem, & vnitatem obiecti formalis, ergo obiectum formale dabit vnitatem scientiæ. 369

Probatur secundo auctoritate Aristotelis, *Textu allegato in secunda Sententia.* Illa est vna scientia, cuius obiectum est vnum, sed non potest intelligi materialiter cū plura materialia ad eandem scientiam spectent, ergo vnum formaliter.

Probatur tertio, ex *secundo de Anima Text. trigesimo octauo*, vbi docet scientias secari, sicut secantur res, non potest intelligi de rebus materialibus, ergo formalibus.

Quarto ex eodem *quarto Metaphysic. in principio*, vbi habet, Metaphysicam a cæteris distingui, quia vniuersalissimam rationem entis habet pro obiecto, ergo per Aristotelem vnitas scientiæ sumitur ex obiecto non materiali, ergo formali.

Quinto probatur ratione, ab eodem habetur essentia, & vnitas, sed scientia habet essentiam ab obiecto, ideo enim obiectum dicitur mēsura scientiæ, ergo habet etiam vnitatem.

Hæc autem Vnitas in hoc consistit, quod omnia, quæ per habitus partiales sciuntur, inuoluant vnam rationem formalem communem, quæ est ratio, cur omnes illæ veritates assentiuntur; neque, si ratio illa aboleretur, sciri possent, ideo omnia, quæ in vna scientia totali tractantur, per diuersos habitus specie, reduci dicuntur, vel tanquam partes obiecti totalis, vel tanquam passiones: sic Physica agit de materia, & forma tanquam de partibus, de motu, quantitate, &c. tanquam de passionibus, in quibus omnibus eadem ratio communis, nempè corpus naturale reperitur; si non vniuocè, ita vt æquè de illis omnibus prædicetur, saltem Analogicè, quæ vnitas satis est ad vnitatem genericam scientiarum. Hæc sententia præter Aristotelem habet fautores Diuum Thomam *primo Poster. lect. quarantesima prima, & in Prologo Sententiarum*. Scotum apertissimè *in Prologo quæstione tertia*, & alios apud Vallium *disputatio. quarta cit. parte tertia, quæstione secunda cap. 6.*

Ad Argumenta pro prima Sententia. Ad primum Respondeo Aristotelem ibi non attulisse distinctionem scientiarum per ea, quæ formaliter distinguunt, & à priori, sed a posteriori, & ab effectu; quia scilicet ex eò quod est tale obiectum, est etiam talis abstractio, quasi quod abstractio est effectus obiecti, quia iuxta illius exigentiam ponitur, & non aliter; alioquin sibi contradiceret, dum *primo Poster. & secundo de Anima, & quarto Metaphys.* assignat distinctionem ex obiecto formali, vt vidimus; idem dico ad Diuum Thomam; ad confirmationem Respondeo nos non determinare an sit vna, nec ne totalis, an tantum tres; solum assignamus, vnde sit assumenda vnitas, nempe ab obiecto formali: hanc quæstionem examinare nihil vtilitatis afferret, ideo facio Missam.

Ad secundum Respondeo obiectum habere tantum vnitatem Analogicam; quando dicitur, ergo non potest poni scientia in prædicamento qualitatis, negatur consequentia, quia scientia importat vnam rationem vniuo- 370

cam communem omnibus scientijs, quæ participatur à Physica, quoad omnes eius habitus partiales; quia omnes re vera sunt qualitates, & sunt scientia, licet Analogicè tantum participent rationem talis scientiæ videlicet Physicæ, sequitur igitur tantum, Physicam, vt dicit illud aggregatum ex omnibus habitibus partialibus non posse poni sub scientia, sed ratione partium tantum, quia Physica non est vna species, nec verum genus ad omnes habitus partiales, quod vltro concedo, neque per hoc vllum sequitur absurdum.

Ad tertium Respondeo, negando antecedens ad probationem dico diuerso modo spectari rotunditatem terræ à Physico, & ab Astrologo; à primo enim consideratur, vt figura corporis naturalis, à secundo vt passio quantitatis.

Ad primum, quo ad secundam sententiam, respondeo Aristotelem nobis fauere, vt diximus in Conclusione; quia dicit scientiam vnam illam esse, quorum principia componuntur ex primis, scilicet ex incomplexis, quare per Aristotelem distinctio complexorum ex incomplexis petenda est, scilicet ex obiecto formali.

Ad secundum pariter: fauet Aristoteles, quia principia non communicant, quando non sunt in eodem genere, scilicet eiusdem obiecti formalis.

Ad tertium de Diuo Thoma patebit illum locum legenti germanum sensum esse, distinctionem prouenire ex obiecto formali. ex quo postea habetur, vt etiam principia distincta sint, ideo dixit, si aliqua sciantur per eadem principia ad eandem scientiam spectare, quia (assignat rationem) non differunt formaliter, sed tantum materialiter. Ecce quod nobis innuit, principia non esse distincta, quia de eodem obiecto formali.

Quare aliud erit probare ex vnitate modi procedendi, principiorum, & abstractionis, &c. distinctas esse scientias: aliud ex aliquo istorum formaliter distinctionem, & vnitatem prouenire; verum enim est, quoties habebimus ista distincta, habebimus etiam distinctas scientias; attamen ratio vera à priori, quæ erunt distinctæ, non erit aliquod ipsorum, sed obiectum formale, à quo, tanquam à radice pullulabit abstractionum, principiorum, mediorum, & modi procedendi distinctio, seu vnitas, vt diximus *in illo Notab. præcedente nostram sententiam.*

De Diuisione Scientiarum. Quæstio Quarta.

371 Variæ scientiarum Diuisiones habentur apud Amicum *disputatio. quarta, Tract. vigesimo septimo, quæstione quarta, dubio secundo*, præcipuæ sunt duæ, vel tres. Prima in Speculatiuas, & Practicas. Secunda Speculatiuarum in Physicam, Mathematicam, & Metaphysicam. Tertia in scientias subalternatas, & subalternantes. Circa primam Diuisionem nihil hic occurrit, præter ea, quæ diximus. *De Natura Logicæ in Proœmialibus, & in præcedenti Tractatu; cum de Diuisione habituum.* Pariter circa secundam diuisionem afferre conuenientias, vel differentias Physicæ, Metaphysicæ, & Mathematicæ, breuitas, cui famulamur, non patitur præterquam quod essent nullius vtilitatis, quare, tota quæstio erit de tertia diuisione, in subalternantem, & subalternatam.

Notandum primo, hic nomine subalternationis nihil aliud intelligi, nisi vnam scientiam subijci alteri, seu esse sub altera; illa quæ subest dicitur subalternata, cui subest subalternans, quæ subalternatio potest esse impropria, & communis; vel propria, & particularis. Impropria dicitur, cum vna scientia alteri subijcitur quoad finem, sic frenefactiua subalternatur ad equestrem. Secundo, quoad subiectum, quando scilicet subiectum vnius est sub subiecto alterius; sic in Physica scientia de homine subalternaretur scientiæ de animali. Tertio ratione principiorum, quando scilicet principia vnius demonstrantur ab altera; sic Medicina habet hoc principium; *Contraria contrarijs curantur*, quod probatur à Physica, *quia contraria in eodem subiecto esse non possunt.* Quarto ratione euidentiæ, sic doctrina discipuli imperfecta subalternatur scientiæ magistri, quæ perfectior est in illo: hæ, & similes conditiones efficiunt subalternationem, sed impropriam.

Notandum secundo. Inter varias conditiones, quas assignant Doctores apud Vallium *quæstione quinta*, quatuor esse, quæ verè scientiam subalternatam constituunt. Prima est vt obiectum subalternatæ contineatur sub subalternante, non solum materialiter, sed etiam formaliter. Patet ex Aristotele, *primo Poster. text. centesimo, & secundo Poster. text. primo, septimo, octauo, & trigesimo septimo*, & ratio est clara; quia vt dicemus, statim, principia subalternatæ debent esse probata, à priori, à scientia subalternante, ergo debent communicare aliquo modo in obiecto, ex quo prouenit identitas, seu subalternatio principiorum; sic musica docet sonos talis, vel talis proportionis esse bonos, quod probatur ab Aritmetica, cui subalternatur, quia talis proportio est bona.

Secunda est, vt principia subalternatæ probentur à subalternante. Habetur *primo Poster. Text. decimotertio, & sexagesimo nono*, patet etiam ratione; alioquin, si non communicarent, essent omnino diuersæ scientiæ; sic Chirurgia docet, vulnus circulare difficilius sanari, quod probatur à priori à Geometria, cui quantum ad hoc subalternatur, quia cum latera circuli magis distent, difficilius coniunguntur.

Tertia Conditio, vt scientia subalternata addat aliquam differentiam accidentalem obiecti subalternantis; sic musica addit *sonorum* numero, qui est obiectum subalternantis Aritmeticæ, sic medicina addit *sanabile* corpori obiecto subalternantis Physicæ. patet ex Aristotele *primo Poster. text. vigesimo, quinquagesimonono, quinquagesimooctauo, sexagesimo*, vbi docet Subiectum subalternatæ esse alterum ab obiecto subalternantis; esse autem alterum in doctrina Aristotelis tantùm dicit differentiam accidentalem; patet etiam ratione, quia, si differentia addita esset passio obiecti subalternantis, non esset scientia subalternata, sed eadem, quia ad eandem scientiam spectat agere de obiecto, & passionibus eius.

Quarta Conditio, ex præcedenti emanans est, obiectum subalternantis, & subalternatæ aliquo modo esse idem, aliquo modo non. Est clara; quia numerus sonorus conuenit cum obiecto Arithmeticæ subalternantis in numero, non conuenit in sonoro.

Dices. Ergo scientia subalternata non habebit veram vnitatem, probatur consequentia, quia ex illa differentia accidentali, & obiecto subalternantis, non fit vnum per se, sed per accidens. Omissis varijs responsionibus apud Vallium *disputatione quarta de scientia, parte quarta, quæstione quinta capite sexto*, assumo quam ipse dat ex Caietano negando consequentiam, ad probat. Respondeo subalternatam non habere pro obiecto, totum illud aggregatum, sed idem omninò obiectum, ac subalternans, vt stat sub illa conditione, verbi gratia, obiectum medicinæ est corpus, vt naturale, quatenus stat sub conditione sanabilis; ex eo patet, quod scientiæ istæ mediæ subalternatæ potius denominantur ab obiecto subalternantis, quam à conditione, seu differentia super addita; sic musica potius, & melius dicitur scientia Mathematica, quam Physica. Ex dictis.

Vnica Conclusio. Scientia purè subalternata, non est vera scientia. Facilè probatur. Vera scientia facit scientem immobilem in cognitione, sed in scientia subalternata, non potest esse hujusmodi immobilitas ergo. Maior patet ex Aristotele sæpius allato. Minor probatur. Scientia subalternata habet principia probanda per scientiam subalternantem, ergo non habet illorum euidentem cognitionem, ergo Conclusio, quæ per talia principia infertur, non reddit scientem immobilem in illa cognitione. ad summum à posteriori potest scientiam acquirere, & per experientiam, sed scientiam imperfectam, ideo qui habet scientiam subalternatam est perfectè sciens, cum simul habeat subalternantem, per quam euidenter cognoscit principia subalternatæ quare simpliciter scientia subalternata intrà proprios limites non est scientia, quæ, vt sic excludit euidentiam propriorum principiorum.

Quæres quænam sint scientiæ subalternantes, & subalternatæ. Respondeo cum Vallio *quæstione nona, parte quarta, disputatio. citat. de Scientia*, Metaphysica Mathematicam, & Physicam non subalternat [illegible] quod habeant principia omnino diuersa; pariter [illegible] eandem rationem neque Logicam al[illegible]s sibi [illegible], neque ipsam alijs subalternari propriè sed per loq[illegible]

secundo dicendum scientias practicas subalternari ferè in omnibus, scientijs speculatiuis. morales enim subalternantur scientiæ de Anima. Medicina, quoad illam partem, quæ agit de modo applicandi remedia subalternatur Physicæ, quia illa pars, quæ agit de natura herbarum, humorum, &c. est propriè Physica, & non pars medicinæ. Eidem Physicæ subalternantur multæ aliæ scientiæ, & artes, vt ars venandi, saltandi, &c. Tertio Dicendum Mathematicæ subalternari Arithmeticam, quæ considerat quantitatem discretam, & Geometriam, quæ considerat quantitatem continuam. Geometria subalternat sibi Perspectiuam, quæ considerat Lineam visualem; Astronomiam, quæ considerat motus orbium cœlestium, & Astrorum, Astrologiam, quæ considerat ea, quæ ex his motibus eueniunt. Arithmetica subalternat sibi musicam, quæ agit de numero sonoro, quæ vt docens, & speculatiua sibi subalternat musicam practicam. Stereometria, quæ considerat Corpus solidum etiam Geometriæ subalternatur, cui deinde Stereometriæ subalternantur omnes artes, quæ circa quantitatem [illegible] in corpore solido versantur, vt ars ædificatoria, fenestfactoria, &c. Quarum omnium etiam aliquæ subalternantur Physicæ, quia non considerant quantitatem [illegible], sed in tali corpore naturali, & ideo [illegible] seu mixtæ, quia scilicet, & de Mathematica, & de Physica participant. Hæc sint dicta ad [illegible]. Omnia [illegible] scientiarum genera exactè [illegible], omnium peritus esse deberet. [illegible] penitus distem, satis sit [illegible], & explicasse intra limites Logicalis [illegible] quæ [illegible] ex [illegible] de his cognitionem non [illegible] tantum Regulas generales dignoscendi [illegible] à subalternatis requirit.

Soluuntur quædam Dubia. Quæstio Vltima.

374 P[illegible] totius Tractatus de Scientia, tria [illegible], quibus absolutis, absoluetur etiam [illegible] disputatio.

Quæritur [illegible] primo a quo prouenit difficultas in [illegible], an ab Intellectu. Respondeo [illegible] proportione rerum, & Intellectus; quælibet enim potentia habet obiectum sibi adæquatum, & [illegible] quanto magis obiectum accedit [illegible] vel recedit, eo magis nascitur pro[illegible] inter obiectum, & potentiam; [illegible] quia non sunt sensibiles, cuius ra[illegible] Intellectus in hoc cor[illegible] intelliguntur. Sic relationes mo[illegible] parum habent sensibilitatis, ideo [illegible] difficultatem in ipsis cognoscen[illegible] dicendum omnem difficultatem esse [illegible] Intellectu [illegible] ratione cuius [illegible], vt hoc obiectum illi [illegible] proportionatum, neque [illegible] illud. patet hac vnica ratione [illegible] posito eodem obiecto sensibili Intellectus Petri faciliter illud percipit, Intellectus Francisci difficiliter, quod videtur sensisse *secundo Metaphysic. primo Aristotele* dicens, Vespertilionem non posse Solem intueri, non prouenire ex lumine Solis, sed ex ipso Vespertilione. Confirmatur ratione Scoti *secundo Metaphy. quæstione secunda* & Scotistarum communiter, quia si res de se essent difficiles cognitu, essent tales respectu cuiuscunque Intellectus, ergo Angelici, ergo Diuini, quod tamen est falsum. Est etiam Amici *hoc Tract. disputatione prima, quæstione secunda, articulo secundo, Conclusione secunda*.

375 Quæritur secundo, an certitudo, & euidentia sint de essentia scientiæ. pro responsione notandum, certitudinem ex Diuo Thoma *tertio Sententiarum, distinctione vigesima tertia, quæstione secunda, articulo secundo, & distinctione vigesima sexta, quæstione secunda, articulo quarto, ad quintum*, esse firmam adhæsionem potentiæ ad obiectum; ita vt adhæreat absque vlla formidine, & sit immobilis adhæsio, quæ dupliciter assignari solet, obiecti, & subiecti, seu extrinseca, & intrinseca. Certitudo obiecti est, quæ oritur ex veritate ipsius obiecti, quæ est [illegible] talis assensus: certitudo Subiecti, seu extrinseca est, cum adhæsio prouenit ex aliquo extrinseco ipsi obiecto. pariter euidentia multipliciter sumi potest, intuitiua, cum res in se ipsa videtur, ita cognoscunt sensus, & Beati in Cœlo, & Intellectus principia indemonstrabilia, & prima; & abstractiua, cum rem certò scimus, vel testimonio alterius, vel ex obiecto ipso, quod ex alio deducimus, in quo clarè cognoscitur, & cognoscimus ita esse, sicut apprehendimus.

Modo Respondeo. Certitudinem, & euidentiam esse de essentia scientiæ, scilicet certitudinem obiecti, & intrinsecam, & euidentiam abstractiuam. Probantur Scientia est cognitio alicuius conclusionis ex ipsis principijs certis, ergo cognitio certa, sed certa cum euidentia, vt mox probabitur, ergo necesse est veritatem ipsam obiecti Intellectum mouere. Confirmatur ex Aristotele *primo Poster.* dicente, qui scit non potest aliter scire, ergo certitudo ipsa obiecti requiritur. Probatur consequentia alioquin illud extrinsecum posset mutari, & sic aliter se habere scientem. De euidentia pariter probatur scientia sibi vendicat, vt essentiale, scientem scire suam certitudinem, hoc autem non contingit, nisi euidentia, ergo euidentia est de essentia scientiæ. Confirmatur ex dictis *Tractatu præcedenti*, demonstrationem, per quam scientias acquirimus, debere constare ex per se notis, scilicet euidentibus, ex quo sequitur id, quod dicebamus, scientiam habere de essentia certitudinem obiecti; si enim veritas ipsa obiecti non moueret Intellectum, vtique euidentiam de illo non haberemus. Est contra Molinam, *prima parte, quæstione prima, art. 2.*

Quæritur tertio. Vtrum Scientia, opinio, & Fides de eodem obiecto simul esse possint. pro responsione aduertendum, Opinionem esse quendam assensum habitum per medium tantùm probabile, & contingens, vel saltem non cognitum, vt necessarium, si sit tale; quare de essentia Opinionis est incertitudo ex parte medij, & ineuidentia cum formidine contrariæ partis propter debilitatem medij, per quod assentitur: Fides verò est assensus propter auctoritatem dicentis, ita vt assentiamur solùm, quia aliquis, quem existimamus fide dignum, ita testatus est, quare de ipsius essentia non est, neque certitudo, neque in certitudo, (vt abstrahit à Fide Diuina, & humana) sed tantùm niti testimonio alterius: de essentia autem Fidei humanæ est simpliciter incertitudo ex parte medij, scilicet attestantis, quod falsum dicere potest. hoc posito. 376

Ad quæsitum respondeo de eodem obiecto eodem modo sumpto siue per idem medium, siue per diuersum non posse esse simul opinionem, & scientiam. Probatur. Scientia est cognitio essentialiter certa, & euidens, & idem de obiecto necessario: opinio de obiecto contingenti, cognitio incerta ex parte medij, & in euidens, ergo simul esse non possunt in eodem subiecto de eodem obiecto. Probatur consequentia: non possunt de eodem verificari duo contradictoria, sed opinio reddit scientem formidolosum, & incertum; scientia verò certum, & immobiliter adhærentem, ergo esset simul certus, & incertus, mobiliter, & immobiliter adhærens, ergo. Confirmatur, quia adueniente cognitione scientifica, redditur Intellectus certus, nec aliter esse posse cognoscit, ergo tollitur omnis formido, & incertitudo, ergo simul esse non possunt. Ad summum habita cognitione scientifica, quod prius tantum probabiliter Intellectus cognouerat, postea cognoscet per illud medium probabile, tantùm probabiliter fuisse probatam, sed non est habere opinionem, sed scientiam de opinione. Hæc sententia est Diui Thomæ *in fine Posterio. & prima, secundæ quæstione sexagesima septima, articulo secundo*. Scoti *primo Poster. quæstione vltima*, Caietani *ibidem*, & aliorum apud Amicum *disputatione secunda, Tractat. vigesimo septimo quæstione septima, dubio secundo, articulo secundo §. secundo*, est communis. De Fide idem dicendum, eo quod Fides in vniuersum essentialiter excludat euidentiam, & eò magis patet de Fide humana, cui potest subesse falsum, quod essentialiter excluditur a scientia, propter quod etiam euidentiam suæ certitudinis requirit.

An vero Fides Diuina, & scientia de eodem simul esse possit non est huius loci. De Fide verò humana, & opinione videtur asserendum; si enim eidem conclusioni potest Intellectus multipliciter adhærere intra limites probabilis assensus, si diuersa media habeat probabilia, poterit etiam assentiri, & propter rationem probabilem,

&

& propter auctoritatem alicuius attestantis, quod maximè locum habebit in opinione illorum, qui volunt Fidem humanā nihil aliud esse, quam opinionem quandam vehementem, estò tamen distinguatur ab opinione, cum etiam ipsa incertitudinem, & in euidentiam inuoluat, idem est iudicium, ac de opinione quantum ad hoc, & si possumus duplici opinione assentiri eidem conclusioni; possumus etiam fide, & opinione simul.

Qui plura vult de hac materia videat Amicum *quæstione citata tota*, & Vallium *Tom. secundo, parte quinta, Disputatione citata, vsque ad finem totius operis*. Et hæc dicta sufficiant in totam Dialecticam Aristotelis, ad laudem, & gloriam OMNIPOTENTIS DEI, SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ, DIVI THOMÆ ET B. CAIETANI PATRIS NOSTRI. Amen.



INDEX



INDEX COPIOSISSIMVS
OMNIVM RERVM,
QVÆ IN HOC PRIMO ANNO CONTINENTVR.

Numerus productus eſt Marginalis.

A

Diffe-

DIFFICVLTAS.

DIGNITATES.

DILEMMA.

DIMINVTIO.

DIRECTIO.

DISPOSITIO.

DISPVTATIO.

DISTINCTIO.

DIVERSVM.

DIVISIO.

E

ELENCHVS.

ENS.

ENS RATIONIS.

F

FACVLTAS.

FALLACIA.

FALSITAS.

FALSVM.

FIDES.

FIGVRA.

FINIS.

FORMA.

G

GENVS.

H

HABERE.

HABITVS.

Qu-

H O M O.

I

I D E A.

I D E M.

I N D I V I D V V M.

I N D V C T I O.

I M P O T E N T I A.

I M P O S S I B I L E.

I N T E L L E C T V S.

OPERATIONES INTELLECTVS.

OPINIO.

OPPOSITIO.

ORATIO.

P

PHANTASIA.

PARTES.

PARTICVLARIS CONDITIONALIS.

PASSIO, ET PASSIBILIS QVALITAS.

PATIENS.

PERIHERMENIAS.

PORPHYRIVS.

POSSIBILE.

POTENTIA.

PRAXIS.

PRÆCOGNITVM.

Me-

An

PROPRIVM.

PRVDENTIA.

Q

QVALITAS.

QVANTITAS.

R

REDVPLICATIO.

REGRESSVS.

REGVLA.

RELATIO.

RELATIVVM.

REMINISCENTIA.

RESOLVTIO.

RESPECTVS.

RESTRICTIO.

S

SCIENTIA.

SCIENS, ET SCIRE.

ANNI PRIMI CVRSVS PHILOSOPHICI

FINIS.

IOANNIS MORANDI VERONENSIS

Clerici Regularis Sacræ Theolog. Profess.

CVRSVS PHILOSOPHICI

ANNVS SECVNDVS.

HOC EST TRACTATVS, ET QVAESTIONES,
In quibus methodo facili, & breui disputantur ea,
quæ Aristoteles pertractat

IN LIBRIS PHYSICORVM,
Et de Cœlo.



VENETIIS, Apud Guerilios. MDCXLVII.

Superiorum Permissu, & Priuilegio.



INDEX TRACTATVVM, ET QVÆSTIONVM,

QVÆ IN HOC SECVNDO ANNO CONTINENTVR,

Numerus dicit Paginam.

TRA-

F I N I S.

Errores, qui in hoc secundo anno irrepserunt cum suis correctionibus.

Er.	Cor.	Er.	Cor.
nullius num. 1.	nullus	agunt propter n. 225	aguntur propter
prologomena n. 1.	prolegomena	secundo idem n. 233	secundum idem
distinguitur consequentia n. 4.	distinguitur consequens	non distinxit n. 270	non distinxisset
tertios libros n. 8.	tres libros	vt contrario n. 271	vt contrarij
acceptationes n. 10	acceptiones	est ratio n. 282	est actio
ly *ex* vtraque n. 14	ly *ex* vtramque	actu agentis n. 282	actum agentis
vno contrarium n. 15	vnum contrarium	continuabatur n. 295	continebatur
nullo supposito n. 23	nullo supposito subiecto	se quacunque n. 305	sed quacunque
primo modo n. 27	prima: modò	at melius n. 308	vt melius
intelligibile n. 40	in intelligibile	correspoodet indiuisibili n. 309	correspondent indiuisibilia
sequitur fere n. 47	sequitur fore	multitudinem in infinitam n. 320	multitudo infinita
pendeat n. 51	pendent	ettamen velim n. 320	attamen vel in
naturalis est n. 52	naturalius est	intelligibile n. 323	in intelligibile
saniorem n. 57	communiorem	quod productionem n. 327	quoad productionem
quod formam n 100	quoad formam	vtraque sententia 329	vtramque sententiam
potest fieri n. 108	possunt facere	habens ad polos n. 334	habent ad polos
non soluantur n. 112	non saluatur	at Vbi n. 338	& Vbi
Scotus in 4. n. 112	Sotus in 4.	quo corruptio n. 339	quo corrupto
inter mathematicam n. 133.	inter metaphysicum	videnr docti n. 343	videot docti
habet n. 160	habeas	transmitterentur n. 349	transmittantur
dices primo n. 168	dicitur primo	seu motu n. 357	seu motus
afficiendo n. 171	efficiendo	quæ ipsi durant n. 361	quæ ipsis durant
extimatur n. 178	æstimatur	currit n. 373	corruit
infinitum n. 188	in infinitum	intelligibile n. 374	in intelligibile
abstinebis n. 190	abstinebo	huiusmodi impedimento n. 375	huiusmodi impedimentu[...]
realiter n. 191	naturaliter	ipse me tantum n. 377	ipsemet tantum
ad non esse n. 192	ad oon posse	creatum sum n. 391	creatus sum
principium n 200	tanquam principio	circum voluantur n. 411	circu[...] voluatur
sic causare n. 202	si causare	circum iens mundum n. 416	circu[...]neunt ast[...]m
respectuum n. 221	respectu	donat suos influxus n. 416	donant suos influx[...]
non tantum n 224	non tamen	omnibus terrę partibus n. 416	& omnibus terræ pa[...]us



IOANNIS MORANDI VERONENSIS CLERICI REGVLARIS.

Tractatus, & Quæstiones in Libros Aristotelis de Physico Auditu.

PROOEMIVM.



Philosophiam naturalem aggredimur: in cuius limine non abs re fecisse viderer, si preclara encomia, quibus eius nobilitatem, vtilitatemque firmatam reliquere doctissimi, pretexuissem, vt subitò tantæ sapientiæ splendore incitati scholares lubenti animo, effuso corde, toto labore ad eius acquisitionem insudarent. Egere hoc, quotquot eam profitendam suscepere, rati permaximè profuturum ad enauigandum difficultatum ipsius oceanum, si in vestibulo Philosophiæ noscerent ingenia, quam margaritam non interruptis laboribus possent expiscari. sed per annum in logicalibus disciplinis versatos, quis se totos, Philosophiæ deuouisse eat inficias? Nonne Dialecticæ mercatos desiderent omnes, quam ad veram Philosophiam solum comparandam reperere primi sapientes, & tradiderunt? etenim de prudentum syllabo abradendus, qui nec honestate præconcepta, aut dulcedine finis degustata media ad ipsum parat opportuna. Ideo omni Philosophiæ laude ieiuni, vtpotè non necessaria ad ipsius amorem aucupandum iam penitus radicatum, Prologomena instituemus, Physicæ prima rudimenta, hoc vnum admonentes, hanc scientiam illam esse, cuius ignaris calcare haud liceat vnquam veram semitam, quæ sola ad Sacram Theologiam studiorum Reginam Christiani hominis veram formatricem, Religiosorum alimentum, spiritualium pugilum scutum inexpugnabile, perennis Paradisi viuam effigiem, & Diuinæ maiestatis dilucidum speculum, securè ducere valet.

Prologomena in vniuersam Physicam. Aristotelis.

De Nomine, & Acceptione Philosophiæ, & de Inscriptione, Ordine, & Vtilitate Physicæ. Prologomenon Primum.

1 PRimo incipiendum videtur à nomine Philosophiæ, circa quod sciendum nomen Philosophiæ significare amorem sapientiæ, Philosophum autem amatorem sapientiæ. Primis temporibus vt testatur Toletus *hic*, Philosophia vocabatur *sophia*, scilicet sapientia, & Philosophi *sophi*, scilicet Sapientes: quod nomen, cum quid arrogantiæ continere existimasset Pythagoras, eo quod verè nullius sit verus sapiens, ipse omnium primus se dixit non *Sophum*, sed Philosophum, scilicet amatorem Sapientiæ, ex quo nomen Philosophiæ originem duxit; quare Philosophia significat ex communi acceptione idem, ac *Sophia*, scilicet Sapientiam; & licet his nominibus rigorosè sumptis significetur vniuersalis cognitio omnium rerum, quo modo sumpsit Aristoteles 1. *Methaphys.* 2. vt plurimum tamen pro sola scientia speculatiua vsurpatur. immo hac tempestate, nomine Phylosophiæ intelligi solet illa sola, quæ versatur circa rerum substantiam, quæ, vel versatur circa vniuersalem rerum entitatem; & dicitur Metaphysica, vel circa eandem, vt comprehendit tantum substantiam corpoream, principium motus; & dicitur Physica, de qua agere incipimus, & nunc quærimus Etymologiam, ordinem, & vtilitatem in præsenti Prologomeno, & primo circa Ethymologiam.

Inscribitur *Physica*, seu de *Physico auditu*, & merito quia *Physis* Græcè, Latine est *Natura*; hi autem Libri agunt de rebus naturalibus, cuius generis dicuntur omnia illa, quæ sui motus principium in se habent, vt omnes res generabiles, & sensibiles, ex quo processit vt Physica dicatur etiam Philosophia naturalis, quamuis non sit tota Phylosophia Naturalis, sed tantum prima pars, vt infra Prologomeno quarto. Additur, *Auditu*, eò quod cum agat de rebus difficilimis, maxima attentione opus est ad ipsas capiendas.

Circa Ordinem Physicæ respectu cæterarum scientiarum speculatiuarum, in re parui momenti non est immorandum, sed breuiter dicendum cum Toleto *cap.* 3. ordine Doctrinæ primum locum obtinere Mathematicam, eò quod agat de quantitate sensibili per se, & consequenter magis facili captu: secundum locum habere Physicam, quia agit de re sensibili, quam facilius percipit Intellectus, quam vniuersalissimam rationem entis, de qua Metaphysica, quæ propterea vltimum locum obtinet, quamuis, si loquamur ordine Naturæ, & nobilitate obiecti, aliter sit procedendum.

An verò Physica aliquam vtilitatem contineat, quatuor motiua assignat Ruuius *in Proœmio Physicæ*, recolite quæ diximus in nostro proœmio, quæ enim maior vtilitas, quam ipsam esse clauem Sacræ Theologiæ? sufficiant ibi dicta.

De Subiecto Adæquato Phylosophiæ Naturalis.
Prologomenon Secundum.

2 PRo solutione præsentis quæstionis, quæ in multas opiniones distrahitur, vt est videre apud Amicum *Tract.* 1. *quæst.* 1. præter ea, quæ diximus in Logica de Subiecto, seu Obiecto Scientiæ, aliqua præmitto notabilia, ex quibus pendebit solutio multorum argumentorum, quare.

Notandum primo cum dicitur Corpus mobile non intelligi ly *mobile*, pro eo tantum, quod habens in se naturam capacem corruptionis, corrumpitur; sed intelligi pro omni eo, quod habens in se Materiam, & Formam, est capax alicuius Mobilitatis, seu motus physici, ratione cuius redditur capax etiam priuationis, quæ est tertium Principium Physicæ, vt infra: ex quo euidenter sequitur Cœlos, & Corpora Cœlestia, etsi non corruptibilia, attamen esse corpora mobilia pertinentia ad Physicum; quod est consentaneum Aristoteli pluribus locis, sed præcipuè 6. *Metaph. tex.* 3. vbi inter corpora naturalia enumerat Solem, Lunam, &c. & rationabiliter; nam corpora Cœlestia sunt maximè sensibilia, neque ad aliam scientiam possunt reduci.

Notandum secundo ad constituẽdam aliquam speciem alicuius obiecti adæquati, siue illud obiectum dicat vnitatem Analogicam, siue vniuocam, necesse esse id, quod, vt species debet considerari, neque esse partem, neq; principium, neque passionem, neque includere aliud, quod vt species eiusdem obiecti posset assignari; quia alioquin illud, cuius est pars, principiũ &c. erit obiectum talis scientiæ, & cætera vt ad ipsum reducuntur, considerabuntur; ex quo sequitur obiectum Physicę non posse esse Ens mobile, commune ad corpus, & materiam, & formam, eo quod materia, & forma sint partes eiusdem corporis: neque esse Ens mobile, commune ad compositum substantiale, & accidentale eò quod accidentale in substantiali includatur, cum accidentia sint partes, & affectiones substantialis, & de illo demonstrentur; neque alia ratione de ipsis agitur nisi ratione substantiæ, in qua virtualiter continentur principia accidentium. Addo quod Aristoteles explicat principia obiecti physici, quæ non competerent composito accidentali, constanti non ex partibus simplicibus, vt debent esse principia corporis mobilis obiecti Physicę, vt infrà, sed ex subiecto, & accidente: & si quando ipse Aristoteles docuit se tradere principia omnis mutationis, est intelligendus per quandam similitudinem. Ita vt primo, & propriè sint compositi substantialis, postea accidentalis; neque Aristotelem vt plurimùm explicasse mutationem exemplis accidentium fecisse negotium, hoc enim fecit, quia clariora.

3 Notandum tertio duplex esse mobile, aliud Physicum, aliud Metaphysicum; mobile physicum dicitur, quod habens in se materiam est extensum, habet partes extra partes, est sensibile, & cognoscibile per medium physicum, & via sensus. Mobile Metaphysicum dicitur illud, quod quidem mouetur, non tamen habet illas conditiones, quæ ad constituendum Motum Physicum requiruntur, cum sit in subiecto insensibili, & indiuisibili, atque adeo carente medio, vt sensu percipi possit; ex quo sequitur obiectum Physicæ, quæ agit tantum de rebus naturalibus sensibilibus, non posse esse substantiam finitam communem corporali, & spirituali, eò quod spiritualis licet moueatur, non tamen mouetur Physicè, sed tantum Metaphysicè.

Notandum quarto ista sex idem esse, Corpus mobile, Corpus naturale, substantia mobilis, substantia naturalis, Ens mobile, Ens Naturale; si propriè sumantur, scilicet prout dicunt compositum naturale ex materia, & forma, quæ dicuntur naturæ ex Aristotele 6. *Metaphys.* 1. natura autem est principium motus, vnde ly *mobile* idem importat ac *naturale*, non enim sumitur pro passione ipsa mobilitatis, quia passio, quæ demonstratur ab aliqua scientia, non potest esse ratio formalis obiecti eiusdem Scientiæ, sed sumitur pro principio, & radice talis mobilitatis, vt notat Toletus *hic cap.* 2 §. *ad secundum aduerte.* Pererius *lib.* 2. *cap.* 3. his notatis.

Vnica Conclusio. Subiectum Physicæ est Corpus substantiale, quatenus mobile. Pro huius conclusionis intelligentia.

Notandum ex Doctoribus triplex solere assignari corpus; Physicum scilicet, Metaphysicum, & Mathematicum. Mathematicum est quantitas ipsa cum trina dimensione, latitudine, longitudine, & profunditate. Metaphysicum variè solet explicari, vt est videre apud Amicum *art.* 3. §. 2. *Notandum.* Sumamus pro nunc explicationem D. Thomæ *in* 1. *dist.* 25. *quæst. vnica*, *art.* 1. & aliorum apud eundem Amicum. Idem corpus, quod dicitur Physicum, prout constans ex materia, & forma, dicitur Metaphysicum vt constans ex suo genere substantiæ, & sua differentia Corporei, quare cum dicitur in conclusione obiectum esse corpus substantiale mobile, stat pro corpore Physico, constante ex materia, & forma; ita vt *Corpus substantiale* stet loco partis materialis, ly *mobile* loco partis formalis, quæ debent assignari in quocunque obiecto scientifico ex dictis in Logica. Modò

Probo Conclusionem cum Pererio *loco citato*, vnica ratione. Illud est subiectum in quacunque scientia, ad quod 4
reducuntur omnia, quæ in illa tractantur, vel tanquam principia, vel passiones, vel species &c. sic in casu nostro, ergo. Maior patet *ex Tractatu de Scientia.* Minor probatur, materia, & forma, & natura sunt principia corporis naturalis, seu mobilis; Motus, Quantitas, Locus, Tempus, sunt affectiones per se primo corpori naturali conuenientes; Cœlum, Elementa, homo, Animata, Inanimata sunt species, sed de his omnibus agit Physica, vt in processu patebit, ergo.

Confirmatur ex Aristotele 2. *Cœli* 1. *&* 3. *Cœli* 1. vbi docet obiectum adæquatum non esse corpus mixtum, sed id, quod ex naturis constat, hoc autem est corpus substantiale: hoc enim solum constat ex materia, & forma, quæ naturæ sunt iuxta doctrinam eiusdem Aristotelis.

Obijcies primo præter Corpus sunt, & alia mobilia, quæ non sunt corpora, ergo ratio formalis [illegible] non adæquat rationem materialem, ergo mala Conclusio. Ad intelligentiam responsionis aduertendum, dupliciter aliquid posse dici mobile. Primo vt *quod*, quia scilicet sit id, quod habet in se principium motus. Secundo, vt *quo*, quia sit id, quo aliud mouetur, siue possit moueri. Ad argumentum [illegible] dato antecedente, distinguitur consequentia, [illegible] formalis non adæquat, [illegible] pro eo, quod tantum est mobile vt *quod*, & negatur consequentia. non adæquat sumpto in [illegible] vt *quo*, & vt *quod*, & concedo [illegible] consequentiam, sed non [illegible] n[illegible], quia [illegible] vt *quod* tale [illegible] potest, nisi Corpus; alioquin Materia, forma, accidentia, & omnia quæ in Physica tractantur, essent species obiecti Physici contra Aristotelem, & contra rationem ipsam, quod principia, seu passiones obiecti non possint esse species eiusdem obiecti, vt supra *Notabili secundo.*

Obijcitur secundo *ex Tractatu de Scientia.* Scientia non probat suum obiectum, sed Physica *in* 6. *text.* 32. demonstrat dari corpus mobile, ergo non est obiectum. Data maiori, negatur minor; Aristoteles enim numquam, vt Physicus probat dari corpus mobile, sed solum illo loco probat contra Democritum, vt notat D. Thomas, ibi omnia mobilia esse diuisibilia; aliud est autem probare corpus mobile esse, & aliud corpus mobile esse diuisibile; primum enim est adeò notum, vt dixerit idem Aristoteles 1. *Phys. text.* [illegible] *Nobis autem supponuntur ea, quæ sunt natura, aut omnia, aut quædam moueri; manifestum est autem ex inductione.* Præterquamquod manifestius est corpus esse, quam naturam, & tamen 2. *Phys. text.* 6. docet ridiculum esse ostendere naturam esse: & si quando videtur hoc præstare, facit vt Metaphysicus. Addo quod secundum Auersam *tom.* 1. *Philosophiæ quæst.* 2. *sect.* 3. §. *tum deinde*, potest aliquando Scientia suum obiectum probare quod ex alijs authoribus Nouar. etiam dedit, *lib.* 7. *axiomatum*, *n.* 1572.

Obijcitur 3. Aristot. definiens motum in ipsius definitione posuit non Corpus, sed Ens pro adæquato subiecto dicens, esse actu entis in potentia, prout in potentia, ergo Ens mobile est subiectũ, non corpus. Confirmatur ex pluribus locis Arist. apud Amicũ *art.* 5. Respondeo Ens posse sumi dupliciter. 1. *nominaliter* pro omni eo, quod quocumque modo habet esse 2. *verbaliter* pro eo, quod existit, & facit sensum *entis*, scilicet existentis in potentia [illegible] mobile, & hoc modo [illegible] in definitione [illegible] quare idem est ac si dixisset, Corporis; eadem Responsione satisfit cæteris locis Aristotelis [illegible] mobile, ac Corpus mobile, vt *Notabili quarto* diximus. [illegible]

hanc esse mentem Aristotelis, 1. & 11. *Metaphysica*, vbi assignans discrimen inter Metaphysicum, & Physicum, inquit: *naturali speculatione de eis, non prout entia, sed prout motum participant &c.* quod est dicere, prout corpora naturalia, seu mobilia.

6 Quæres si idem est corpus mobile, ac ens mobile, quare potius dicitur corpus mobile, quam Ens mobile esse subiectum. Respondeo rationem esse; quia mobile in tantum conuenit enti, in quantum est Corpus; non enim omne ens est corpus: at corpori conuenit formaliter, & immediatè, ideo melius assignatur pro obiecto id, cui formaliter competit talis ratio, quam id, cui tantum mediatè, licet sumptum cum illa ratione formali idem importet, ac corpus naturale: quamuis si attendamus verba, vt notauit Pererius, Aristoteles, & Auerroes modò vno, modò altero nomine appellauit obiectum Physicæ.

Obijcies ex Ruuio *in procemio num.* 11. §. *ad primum* Ens mobile esse est notius, quam corpus mobile esse, ergo potius illud, quam istud constituendum obiectum, licet ly *mobile* primo conueniat corpori, quam Enti, qua ratione etiam Complutenses [illegible] Ruuio cohærent. Respondeo negando consequentiam; ad obiectum enim scientiæ [illegible] supponi quod sit; neque est necesse id assignari, [illegible] notum potest supponi, alioquin in omni [illegible] esset ponendum vt obiectum. Verbi gratia, in Medicina Ens sanabile &c. In morali ens Beatificabile &c. [illegible] notius esse animal risibile esse, quam hominem risibilem esse, [illegible] tamen nemo dicit; animal risibile esse obiectum [illegible] partis Physicæ, in qua agitur de homine; [illegible] Qui de hac quæst. plura desideraret, videat [illegible] P. [illegible], qui *quæst. 1. procem. tom. 1. Phys.* plurimam, & diuitem doctrinam exhibet ad satietatem.

An Philosophia Naturalis sit Scientia, & an Speculatiua, vel Practica. Prologomenon Tertium.

7 NOn [illegible], qui Physicam esse scientiam veram negarent, [illegible] agat de rebus corruptibilibus, scientia [illegible] de æternis, patet ex his, quæ docuimus *Tractatu de Scientia quæst.* [illegible] quare inhærendo ijs, quæ ibi diximus, [illegible] auctoritate 4. *Metaphys. cap. 5.* & omnium Philosophorum.

Prima Conclusio. Physica est vera scientia. probatur *ex tractatu de Demonstratione*. Vera Scientia est cognitio [illegible] veram, & realem causam, talis est Physica, ergo [illegible] probatur. In Physica demonstratur mobilitatem [illegible] habet materiam, esse diuisibile, quia [illegible] affe[illegible] & multæ aliæ demonstrationes fiunt a priori, [illegible] ergo.

Neque fundamentum [illegible] vrgebit, si recolamus tradita eadem 1. *quæst. eodem Tract. de Scientia*, & *quæst. 2. Conclus. 2.*

Confirmatur *ex 6. Metaphys. cap. 1.* vbi diuiditur scientia vera speculatiua in Physicam, Mathematicam, & Metaphysicam, & Physicam vocat Aristoteles scientiam, quia versatur circa quoddam genus entis, quod mouetur, seu quod habet in se principium motus.

Vnicum Argumentum affero contra hanc Conclusionem, cætera *ex Tract. de Scientia* solui possunt. Obijcitur igitur Metaphysica considerat essentias rerum, ergo Physica non considerat essentiam Substantiæ naturalis, ergo non est scientia. Respondeo Metaphysicam considerare essentias rerum secundum principia vniuersalia, scilicet naturam substantiæ Entis, qualitatis, &c. Physica autem principia propria spectat, & essentiam corporis naturalis, seu substantiæ contractæ ad corpus mobile, vt mobile.

Secunda Conclusio. Physica est scientia tantum speculatiua. habetur euidentissime 6. *Metaphys.* nuper citato. probatur. Scientia Speculatiua *ex quæst. 5 procemiali in Logica*, est ordinata ad speculandum tantum, neque est regula, seu dictamen alicuius operis faciendi, talis est Physica, ergo. non enim speculamur naturam Cœli, Telluris, Elementorum, &c. vt ipsa efficiamus, sed tantum vt sciamus: in quo distinguimur à Deo, qui res naturales efficit, vt auctor naturæ, ideo sua scientia tradit regulam rerum naturalium efficiendarum, ideo est simul speculatiua, & practica.

Obijcies. Philosophia nos inclinat ad amandum Deū, spernendum mundum &c. ergo est practica. Negatur consequentia, non enim nos inclinat tradendo regulam aliquid operandi, sed solum per accidens; ex eo enim, quod res mutabiles, & caducas speculamur, mouemur ad quærenda æterna, incorruptibilia &c.

De Partibus Phylosophiæ Naturalis. Prologomenon Quartum.

QVoad diuisionem Philosophiæ Naturalis placet diuisio, quam affert Toletus ex Simplicio, & Themistio, talis. Corpus naturale est subiectum; modo, aut agitur de principijs omnium rerum naturalium, & ipsis communibus, scilicet quantitate, Motu, Loco, &c. & instituuntur Libri Physicorum: aut agitur de his, quæ ex principijs componuntur, quorum aliqua sunt corpora simplicia, alia composita. Simplicium, aut incorruptibilia, & traduntur Libri de Cœlo primus, & secundus aut corruptibilia, & traduntur duo posteriores de Cœlo; compositis verò, quia omnibus commune est generari, & corrumpi, ideo habemus Libros de Generatione, & Corruptione; & quoniam horum compositorum quædam inanimata, quædam animata: inanimatorum quædam supra nos fiunt, vt pluuiæ, grandines, &c & de his agitur in Libris Meteororum; quædam fiunt subtus nos, vt metalla omnia, & de his differitur in Libris Mineralium: alia verò composita sunt animata, quibus omnibus commune est habere animam, ideo primo instituit tertio libros de Anima; postea parua naturalia, in quibus est sermo de quibusdam affectionibus ab anima procedentibus, vt somno, vigilia, Iuuentute, vita, Morte, &c. Animatorum autem, quia alia animalia, alia plantæ, Aristoteles, & de animalibus, & de plantis Libros composuit, sed quos de plantis conscripsit, perijsse creduntur, nam qui circumferuntur, non videntur ex officina Aristotelis, cum tamen ipse 5. *de historia animalium* Opus de Plantis se edidisse testetur; quare tota Philosophia Naturalis diuiditur in Libr. Physicorum, de Cœlo, & Mundo; de Generatione, & Corruptione; de Meteorologicis, de Mineralibus, de Anima, de paruis naturalibus, de Animalibus, de plantis. Alij alio modo afferunt hanc diuisionem, sed res parui momenti. 8

Quoniam vero in præsenti tantum primam partem Philosophiæ Naturalis suscipimus explicandam scilicet Physicam, huius tantum diuisionem afferam. Igitur diuiditur in octo Lib. In primo agitur de principijs rerum naturalium. In secundo de Natura, & eius causis. In tertio de Motu, & Infinito. In quarto de Loco, Vacuo, & Tempore. In quinto de speciebus, vnitate, & contrarietate Motus. In sexto de Diuisione Motus in partes, ex quibus constat. In septimo de simultate Motoris, & Motus, & de Motuum comparatione. In octauo. De æternitate Mundi, & conditionibus primi Motoris.

Solum posset quæri, quare ab aliquibus vocentur Libri, seu prima pars Philosophiæ Naturalis *de Principijs*, cum tamen tantum in primo Libro de Principijs agatur, in ceteris nequaquam, vt ex diuisione allata patet. Facilis responsio, quia cetera, quæ in septem sequentibus explicantur traduntur propter principia. Videte Ruuium *in procemio num. 18. §. Generalis diuisio.*

De modo procedendi in Physica. Prologomenon Vltimum.

CIrca modum procedendi multi Expositores, vt apud omnes est videre 1. *Phys. tex. 1. vsq; ad 6.* volunt Aristotelem ibi in procemio ad hos libros, tradere talem modum, scilicet se primo acturum de primis principijs, postea venturum ad singularia, quia sic exigit quælibet scientia alicuius obiecti, quod habet vera principia, causas, &c. quia tunc dicimur aliquid scire, cū causas, & principia cognoscimus; alij tamen, vt est apud Zabarel. *eodem text.* volunt fuisse traditum modum inuestigādi prima principia; quodnam sit verius, videant qui volunt. res nullius vtilitatis, solum quia ibi videtur du[illegible] parum sibi constantia docere Aristoteles, primo vniuersaliora esse nobis notiora, quod contradicit ijs, quæ diximus *in 1. Post.* ex eodē Arist. quæ [illegible] accedit ad sēsus esse nobis notiora, [illegible] non sunt vniuersaliora, nec causæ &c. Secundo quod [illegible] totū sensu magis esse notū, quā partes; cū tamen [illegible] videatur, cū ex cognitione partiū, totius cognitio pedeat. 9

Notandum primo apud Ariſtotelem notiora nobis, & natura diuerſo modo accipi ſolere. Primo 6. *Top. cap.* 1. *loco* . 8. illa dicuntur notiora natura, quæ ordine naturæ, primo producuntur. ſic partes ſunt notiores toto, & vniuerſaliora minus vniuerſalibus, quia ipſorum partes ſunt Metaphyſicæ. Secundo. Illa dicuntur notiora natura, quæ poſterius natura generantur, ſic totum eſt notius partib. Tertio denique 1. *Poſt. cap.* 2. illa dicuntur notiora natura, quæ à ſenſibus magis diſtant, vt Deus, Intelligentiæ, &c. hoc igitur notato reſpondeo Ariſtotelem ſibi non contradixiſſe; vniuerſaliora enim ſunt nobis notiora, quatenus ordine naturę prius producuntur, & vniuerſaliora corporea, de quibus hic Textus ſecundum omnes intelligitur, non ſunt notiora natura, ſed nobis, quia ſenſibus propinquiora, quare non contradicit textui primi Poſt. qui intelligebatur de vniuerſalibus abſtrahentibus à ſenſibili materia, & corporea. Alij alio modo ſoluunt.

Dices vniuerſaliora corporea nobis notiora, quam minus vniuerſalia, quia propinquiora ſenſibus, ſed hoc eſt falſum, magis enim accedit ad ſenſum hoc corpus, quam corpus vt ſic, ergo. pro ſolutione

Notandum ſecundo duplicem eſſe cognitionem cuiuſcumque t[illegible]ius, ſiue actualis, ſiue potentialis, diſtinctam, vnam, alteram confuſam. Diſtincta cognoſcimus totum, cognitis omnibus eius partibus. Confuſa, cognito toto, in confuſo mouemur ad indagandas partes, igitur vniuerſalia corporea ſunt nobis notiora, & propinquiora ſenſibus, confusè quam minus vniuerſalia; quia ſenſus primo percipit rationem corporis, viuentis, &c. quam hominis, Leonis, &c. patet ex eodem Ariſtotele, hic enim tradens modum procedendi, vel indagandi principia docet à notioribus nobi[s] eſſe procedendum, qualia ſunt magis vniuerſalia, corporea, &c. ſic: *At confuſa primo nota nobis ſunt, magis, ac manifeſta; elementa vero, principiaque poſterius ex ijs nota, per ipſorum diuiſionem fieri ſolent*. & ſic patet ad ſecundam difficultatem, quomodo prius dicatur cognoſci totum, quam partes &c. ſcilicet confusè. videatur Ruuius *cap.* 1. *q.* 3 *n.* 43. *vſque ad finem*, qui in hac explicatione ferè omnes interpretes adducit vno excepto Scoto.

Tandem pro complemento Prologomenorum aduerto me in tota lectura Philoſophica, vt plurimum ſecuturum ordinem Ariſtotelis, ſi tamen aliquando propter faciliorem methodum, & vt materiæ omnes, quæ ad idem ſpectare videbuntur, in vnum colligatæ habeantur, aliter exigetur, tale ordine poſtpoſito, textus ipſos quæſtionib. quæ in diem controuertentur, accommodabo; & quia textus ipſos explanare non intendo, vt ſolēt expoſitores, ſed potius ex ipſis hauſtam doctrinam propinare, ideo in principio cuiuſcumque libri allata ſumma, ſeu argumento breuiſſimo eorũ, de quibus in illo agitur ab Ariſtotele, ſtatim doctrinam ipſam quæſtionib. diſcutere incipiam.

Hoc etiā vos admonitos volo in citandis doctorib. ne nimium ſcriptiones protrahātur, vnum, vel alterū auctorē tantùm pro quacunque ſententia citabo, apud quos cęteri eiuſdem opinionis poterunt reperiri, & ſi forſan aliquando hoc non aduerterim. Hæc de Prologomenis Phyſicæ

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES In Primum Phyſicorum.

PRIMI LIBRI SVMMA.

Expedito Procœmio incipit agere Ariſtoteles in hoc primo Libro de principijs vniuerſalibus corporis mobilis. Diuiditur autem ſecundum D. Thomam in duas partes, in prima quæ eſt à textu 6. vſq; ad 41. excluſiuè (omnes igitur) proſequitur opiniones aliorum Philoſophorum de Principijs communibus. In ſecunda quæ eſt ab illo textu vſque ad finem Libri veritatem inquirit. Tertia pars ſubdiuiditur in alias duas partes, in quarum prima recitat opiniones Philoſophorum vſque ad textum 13. excluſiuè. (principium autem) in ſecunda e[a]s confutat vſque ad [4]1. Secunda etiam pars illius primæ diuiſionis habet ſub ſe duas partes. In prima inquirit veritatem per modum diſputationis, vſque ad textum 57. excluſiuè (ſic igitur) in ſecunda vſque ad finem totius Libri oſtendit veritatem per modum Demonſtrationis. Nos totum hunc Librum primum quinque tractatibus expediemus. Primus erit de Principijs rerum naturalium in Communi. Secundus de Materia. Tertius de forma. Quartus de Priuatione. Quintus de Compoſito.

Tractatus Primus. Qui eſt de Principijs rerum naturalium in Communi.

Quid ſit Principium Communiter ſumptum. Quæſtio Prima.

10 VArias acceptationes nominis Principij habet Ariſtoteles 5. *Metaph. in principio*. Primo dicitur principiũ, vnde aliquid incipit moueri, ſic principium vię, vnde quis incipit moueri. Secundo dicitur principium, vnde aliquid commodius incipiat fieri, licet principium ſcientiæ ſint principia rerum, attamen commoditatis gratia, ſi incipiamus à nobis notioribus principium dicuntur. Tertio dicitur principium id, quo inexiſtente, res aliqua primum incipit fieri, ſic fundamentum dicitur principium domus, quia ipſo poſito incipit conſurgere domus. Quarto dicitur principium id, vnde incipit res fieri, ipſo non exiſtente in re, ſic Pater dicitur principium pueri. Quinto id ex quo pendet, vt alia ſic, vel ſic operentur, vt dux exercitus. Sexto id, ex quo res eſt primum cognoſcibilis ex ſe, vt ſunt ſuppoſitiones in Demonſtrationibus, quibus notatis Ariſtoteles eodem loco affert definitionem principij communiſſimè ſumpti, ſic. *Principium eſt primum, vnde aliquid eſt, aut fit, aut cognoſcitur*. qua definitione explicata ſatiſfactum erit quæſtioni.

Dicitur *primum* quod intelligi poteſt de duplici prioritate, negatiua, qua dicatur non habere aliud ſupra ſe: & poſitiua, qua dicatur primum in ordine ad cętera ſequentia; quænam autem prioritas requiratur de ſe patet, poſitiuam ſemper requiri; alioquin non eſſet principium, quia dicitur relatiuum ad principiata; negatiua vero non eſt de eſſentia principij contra Amicum *loco infra citando qu.* 2. *dub.* 1. *art.* 1. §. 4. *notandum*. alioquin Petrus Pater Franciſci non eſſet principium Franciſci, donec viuit Pater ipſius Petri, quod tamen nemo negat. Verum quidem eſt, quod hoc ſecundum habens tantum primitatem poſitiuā dicetur principium tantū ſecundū quid, aliud ſimpliciter.

Ex quo deducitur primo de intrinſeca ratione principij eſſe habere prioritatem reſpectu eius, cuius principium dicitur; implicat enim intelligere principium, & quod non ſupponatur à principiato; alioquin non eſſet primum poſitiuè, ſi autem ſupponitur, iam conceditur aliqua prioritas inter ipſum, & principiatum.

Deducitur ſecundo iuxta naturam principij eſſe iudicandam etiam prioritatem, vnde ſi eſt principium ſecundum rationem, ſecũdum rationem erit prioritas; alioquin non ſaluabitur ratio principij ſecundum rationem; & ſi ſit principium reale, realis erit prioritas.

Dices primo in Diuinis Pater eſt principium reale filij, non tamen prior filio, vt docet Fides, ergo prioritas non eſt de eſſentia principij. Pro reſponſione notandum cum Bacconio *in* 1. *q.* [illegible] *art.* 2. duplicem eſſe prioritatem realem *in quo*, cum videlicet, quod dicitur prius, eſt. cum id, quod eſt poſterius, non eſt, quæ prioritas ſolet diſtingui ſecundum aliquos in prioritatem ſecundum naturam, & ſecundum durationem, vt explicauimus *cap. de priori*[illegible]. Alia dicitur Prioritas *a quo* [illegible] tantum dicit vnum eſſe [illegible] & ſi vnquam ſit verum, quod vnum ſit, & aliud [illegible] modo ad argumentum reſpondeo, Patrem [illegible] rem ſecundum prioritatem *in quo*; ſed tantum eſſe [illegible]

dari

[illegible]itatem *à quo*; quia verè filius est à patre, non è [illegible], neque Fide[illegible] aliam prioritatem excludit, quam prioritatem *in quo*, quæ repugnat æternitati, & æqualitati personarum in Diuinis, neque ratio principij requirit semper prioritatem realem *in quo*, sed illam, quam compatitur natura illius principij, principium autem in Diuinis aliam compati non potest, vt ex Fide suppono.

Confirmatur hæc responsio ex D. Augustino *lib. de gau dijs electorum*, vbi ait. *in beata visione videbimus, quomodo Pater prodit filium non tempore, sed origine*; quæ est [illegible] præter quamquod non potest negari ordo originis inter principium, & principiatum, immo nullus, [illegible] illam negat; sed hic est quædam relatio fundata in reali prioritate, secundum originem, propter quam formamus talem relationem. Huius sententiæ est Scotus apud Amicum *Tract. 3. disp. 1. dub. 2. art. 1 [illegible] sententia.*

12 Dices secundo. Principium, & principiatum sunt relatiua, [illegible] non admittunt [illegible] quam prioritatem, ergo. Respondeo ad Mi: relatiua formaliter non admittere [illegible] non loqui formaliter, sed in ta[illegible] principium habere prioritatem [illegible] quod est principiatum.

[illegible] est principium generationis. neque [illegible] posterior, quia eius terminus. Respon[illegible] etiam esse priorem: est prin[illegible] illam specificat, & [illegible] huius speciei [illegible] et aut est prior, quia [illegible]ius intel[illegible], saltem prioritate naturæ, quã [illegible] generationis.

[illegible] cognoscimus a posteriori, & ab effectu [illegible] sunt principia, non tamen priora, ergo [illegible] Respondeo sicut ad præ[illegible] sunt principia, sunt etiam priora, [illegible] priora cognitione. [illegible] rationali [illegible] rationale [illegible] omnium ar[illegible] Primo prin[illegible] est [illegible] semper etiam eadem [illegible] Secundo [illegible] quæ [illegible] Diuinam quam [illegible].

[illegible] *vnde* [illegible] habitudi[illegible] sufficientem [illegible] aliud consequi [illegible] *dicitur*, per [illegible] *post* [illegible] *à quo*, siue *ex quo*, siue [illegible] *habitudinem* &c. [illegible], licet Petrus heri natus Ro[illegible] nato Martinæ, non tamen est [illegible].

Circa hanc partem definitionis aduerto, esse sumen13 dam [illegible] & principia positiua, quæ realiter influunt, & [illegible] quæ licet realiter non influant, sint tamen necessaria ad [illegible] vt principiatum accipiat esse [illegible] est priuatio respectu generationis, vt patet [illegible] respectu tamen generationis, [illegible] ipsius termini [illegible] non potest aliquid influere, est tamen necessaria, quia generatio est mutatio de non esse tanquam a termino à quo, ad esse tanquam ad terminum ad quem, qui est [illegible].

Dicitur vltimo, *à quo est, aut fit, aut cognoscitur.* Quibus particulis comprehenduntur omnia principia in genere [illegible] per ly *est*, principia rerum, in facto esse; per ly *fit*, principia [illegible]; per ly *cognoscitur*, principia cognitionis. definitionem similem huic habet D. Thomas *1. par. quæst. 33. art. [illegible]* principium esse illud, a quo aliquid procedit quocumque modo: expendite verba.

Quæres in quo differant Principium, Causa, & Elementum. Respondeo [illegible] essentialiter, vt supra di[illegible] ordinem, & prioritatem ad prin[illegible] secundum acceptionem Latinorum (scio enim Græcos aliter sentire) dicere realem influxum cum diuersitate essentiæ, & aliqua imperfectione ex parte Termini, non sic Principium. Elementum verò dicitur causa tantum inexistens, & intrinseca. Quare principium magis patet, quam causa, sic mane dicitur principium diei, punctum Lineæ, non tamen causa. Causa magis patet quã elementum, efficiens enim respectu effectus est causa, non autem elementum. Quod si Aristoteles 5. *Met. text.* 1. dixit toties dici causam, quot modis dicitur principium, Respondeo cum Fonseca *lib. 5. cap. 1. quæst. 7. sect. 2.* ly *toties*, stare negatiuè, scilicet, non aliter dici causam, quam principium, non tamen semper ac dicitur principium; quia omnis causa est principium, non è contra. est etiam aduertendum, aliquando apud Aristotelem, & alios Doctores causam, & principium sumi impropriè, quo sensu non erit mirum, quod est principium tantum, dici aliquando causam, ac si æquè paterent.

Quid sint Principia Rerum Naturalium.
Quæstio Secunda.

Definit Aristoteles collectiuè Principia rerum naturalium *text. 42.* his verbis. *Oportet enim principia, neque ex alterutris, neque ex alijs, sed ex his omnia.* Pro qua 14

Supponendum hic definiri Principia Physica, & rerum naturalium, quæ sunt prima causalitate, non communitate: & licet forsan hæc definitio posset accommodari etiam alijs, præter principia Physica, vt contendunt aliqui apud Amicum *quæst. 6. disp. 2. dub. 1.* attamen cum Aristotelis intentum fuerit post longam disceptationem vsque *ad text.* 41. cum Philosophis, tandem veram doctrinam tradere de principijs rerum naturalium, de quibus tantum disputauerat, dicendum hanc definitionem esse sumendam contractè, & determinate ad materiam Physicam, ita vt sensus sit, principia Physica esse, quæ neque ex alterutris, neque ex alijs, tanquam principijs Physicis, sed ex ipsis omnia Physicè fiunt.

In prædicta definitione tres sunt particulæ, singulæ explicandæ. dicitur primo principia Physica non fieri *ex alterutris*, scilicet ad inuicem, vbi ly *ex* maximam mouet controuersiam, an importet habitudinem partis componentis, vel termini à quo. Aliqui existimant vbi dicitur non fieri ex alterutris. neque ex alijs, ly *ex* importare habitudinem partis componentis; ita vt sit sensus principia prima non componi esse [illegible] ex alijs, neque ad inuicem; at vbi dicitur *ex ipsis omnia*, volunt tunc importari habitudinem generalem, ita vt sit sensus omnia fieri ex his tribus, vel tanquam ex partibus componentibus; vel tanquam ex [illegible] vt comprehendatur etiam priuatio, ita [illegible] *Text. 4[illegible]* placet magis explicatio Fonsecæ, & Conimbricensium [illegible] *quæst. 1 art. 4.* vtroque loco accipi pro habitudine partis componentis, & termini à quo; fiunt enim omnia fiunt ex principijs istis, vel tanquam ex parte componente, vel tanquam ex termino à quo; atque adeo benè ly *ex* vtraque habitudinem complectitur, ita etiam non fiunt a se inuicem, neque ex alijs, neque tanquam a partibus componentibus, neque tanquam à termino à quo.

Dicitur non fieri *ex alterutris*, quia neque materia ex forma, neque è contra, neque istæ ex priuatione, neque è contra, priuatio sit ex forma, vel materia. 15

Dicitur secundo non fieri *ex alijs*, quia alioquin non essent prima principia. quare patet ad veram constitutionem horum principiorum requiri primitatem etiam negatiuam, saltem in eodem genere causæ.

Contra has duas particulas Instatur primo. Quælibet forma saltem materialis fit ex materia, quia de eius potentia educitur, & fit ex priuatione sui ipsius, ergo fiunt ex alterutris. Ad argumentum respondeo, fieri ex alterutris dupliciter posse intelligi. Primo in eodem, vel diuerso genere causæ, & hoc pacto procedit antecedens argumẽti, quare non vrget; vrgeret autem in eodem genere causæ, vt si principium formale fieret ex materia, vel priuatione, tanquam ex principio formali: quo pacto negat Aristoteles fieri ex alterutris, quia ipsa vult constituere prima principia positiuè, & negatiuè, in suo genere, non autem simpliciter, vt scilicet sit prima materia, prima forma, prima priuatio, neque constent ex alia materia, forma, vel priuatione.

Instatur secundo hæc principia fiunt à Deo, & cæteris causis extrinsecis &c. ergo fiunt ex alijs. Varias responsiones habet Amicus *quæstio.* 1. §. *sed contra*; sed omnibus omissis, respondeo ly *ex* positum in definitione dicere habitudinem causæ intrinsecæ, & termini a quo, vt diximus, quo sensu verissimum est non fieri ex alijs, quia Deus, & cætera agentia non dicunt hanc habitudinem.

Instatur tertio, Materia fit ex partibus integrantibus, cum sit extensa, ergo fit ex alijs in eodem genere causæ; quia huiusmodi partes habent rationem materię. Respondeo negando consequentiam quia partes integrantes nō habent rationem materiæ essentialis, sicut intelligitur prędicta definitio, quia qualibet parte ablata non destruitur essentia ipsius materiæ. quare hoc non repugnat simplicitati principiorum habere partes integrantes, sicut nec repugnat habere partem Metaphysicas, cum sit mera compositio rationis.

16 Instatur quarto vno cōtrarium fit ex alio *ex text.* 43. sed principia sunt cōtraria *ex text.* 42. ergo fiūt ex alterutris.

Respondeo concedendo totum, in diuerso genere causæ, per quod non infringitur definitio, vt patet ex dictis; ideo enim asseuerat Philosophus non fieri ex alterutris, neque ex alijs vt doceat esse simplicissima, & consequenter prima principia.

Dicitur tertio, *ex ipsis omnia*, scilicet ex his principijs omnes res Physicas componi, circa quod aduertendum, vt multa argumenta eludantur, non intelligi ex his fieri omnia, quasi quod quælibet res Physica ex omnibus tribus componatur, cum multi sustineant priuationem non habere locum in corporibus cœlestibus; vel saltem non fuit ab Aristotele cognitum; neque quod sint quædam principia, quæ omnium compositionem ingrediantur: nā ex principijs aquæ sola aqua gigni potest. sensus igitur est indefinitus: omnia naturalia in communi ex his tribus in communi fieri, ita tamen vt in actu exercito quælibet fiat ex his, secundum propriam naturam, & quia Cęli non sunt corruptibiles, fiunt ex his, scilicet ex materia, & forma: aqua pariter fit ex his, scilicet ex materia, & forma, & priuatione; sed iuxta exigentiam propię naturæ; non autem ex iisdem principijs determinatis fit ignis, aqua, &c. & hoc sensu optimè saluatur ex his omnia fieri, quia nihil est assignare, quod non constet vel ex omnibus, vel aliquibus ipsorum, quod verificatur etiam in mixtis licet enim materia, & forma mixtorum dicant qualitates elementares, has tamen dicunt non tanquam talia, ex quibus essentialiter componantur, sed dispositiones meras, &c. videatur Amicus *dub.* 4. §. *Respondeo* 2.

Vtrum principia Rerum Naturalium sint contraria. Quæstio Tertia.

17 SVpponendum primo ea quæ diximus *in Logica tract.* 3. *quæst.* 13. in ordine substantiæ omne genus contrarietatis competere, præter positiuum, quod reperitur inter duas formas positiuè se expellentes ab eodem subiecto quare cum quæritur an principia rerum naturalium sint contraria, & simus in substantia, non potest esse sermo de oppositione contraria positiua, seu rigorosa, vt alij

Supponendum secundo, non esse quæstionem, an omnia principia rerum naturalium sint contraria, sed an aliqua; certum est enim cum vnum contrarium non fiat ex alio, tanquam ex parte componente, neque simul esse possunt in eodem subiecto materiam, & formam, quæ ambas has conditiones sibi asciscunt, non posse esse contraria. his suppositis

Prima Conclusio. Principia rerum naturalium sunt contraria. probat Aristoteles, quia principia non debent esse ex alijs, neque ex alterutris, ex his debent esse omnia, sed istæ sunt conditiones contrariorum, ergo principia sunt contraria. verùm hęc ratio non placet; si enim principia sunt contraria, quia habent illas conditiones, ergo materia, & forma, quæ easdem participant erunt contraria, vt videtur fateri Amicus *quæst.* 3. *dub.* 2. *num.* 5. dicendo, magis patere has particulas, quam prima contraria, & consequenter non posse à positione harum particularum inferri contrarietatem, alioquin committitur fallacia consequentis, quamuis postea ipsemet Amicus *eodem loco nu.* 7. assumat hanc eandem rationem; nescio qua concordia, ad dicta *num.* 5.

Probatur secundo. Quod fit a non esse transit ad esse scilicet à sui priuatione transit ad sui positionem, (non dico omne, quod fit naturaliter, quia nondum definio, an omni composito naturali, hæc tria principia reperiantur, sed pono propositionem indefinitam) at priuatio, & ipsum esse opponuntur priuatiuè, ergo principia rerum naturalium sunt contraria priuatiuè.

Probatur tertio, quia productio rerum naturalium fit media actione, & passione, sed agens non agit, nisi in contrarium, scilicet in dissimile secundum illam formam, quam intendit efficere, & producere in passum; sed illa forma & priuatio sunt contraria, ergo principia rerum naturalium sunt contraria.

Vt autem probet Aristoteles hanc contrarietatem reperiri in productione naturali, assumit has propositiones quodlibet non fieri ex quolibet, nec corrumpi in quodlibet; non enim musicum fit ex albo, sed ex immusico, neque musicum corrumpitur in album, sed in immusicū, videlicet antequam aliquid fiat, necesse est pręexistere in subiecto priuationem illius esse, quod est introducēdum, & ex illa priuatione, tanquam ex termino à quo fit illud esse, &c. sic si est faciendum musicum, non est satis, si preexistat subiectum; quia tunc ex quolibet quodlibet fieret; sed est necesse, vt illud subiectum sit in proxima dispositione ad illam formam recipiendam, & consequenter dicatur priuatum illa forma, & deinde ab illa tanquam termino, a quo fiet musicum; & ratio est, quia cum non corrumpatur, nec generetur totum subiectum, sed tantum forma, requiruntur in subiecto dispositiones ad talem formam, sine quibus non potest introduci; statim autem habemus dispositionem formæ, in subiecto habemus etiam priuationem, quia tunc subiectum non dicitur negatum, sed priuatum forma.

Secunda Conclusio. hæc principia sunt prima contraria in genere principiorum. Duplex est autem primitas quæ in casu nostro potest controuerti, an competat his principijs nec ne, primitas prędicationis, eo quod de omnibus principijs hæc pręd[i]centur: & hoc non, quia forma, & priuatio, vt abstrahit à forma, & priuatione substantiali, & accidentali, sunt priores. Secunda primitas est causalitatis, quia ab his omnia causentur & in hoc sensu intelliguntur prima contraria.

Probatur hæc Conclusio. Contrarietas est in Substantia, quæ est prędicamentum dignius, ad quod cætera omnia reducuntur, & omnium primum, ergo merito contraria substantialia dicuntur prima contraria.

Neque obstat primo, quod contraria positiua possint dici prima, dum conditiones habent primorum contrariorum, immò ex Aristotele 1 *Physic. text.* 52. in vnoquoque genere sit prima contrarietas; quia hęc principia tantum possunt dici prima contraria simpliciter, quia est in substantia, quæ simpliciter dicitur ens, & accidentia ordinantur ad ipsam, & consequenter omnes affectiones accidentium dicuntur posteriores ad affectiones substantiæ

Neque obstat secundo oppositionem contradictoriam in substantia esse potiorem priuatiua, licet enim hoc verum absolutè non tamen in ratione principiorum, quia nullum principium opponitur alteri contradictoriè, ideo signanter dicitur in conclusione ly *in genère principiorum.*

Maneat igitur firmum cum Aristotele *tex.* 42. principia rerum naturalium esse contraria, videlicet formam, & priuationem, & iurè dici prima contraria.

Quot sint principia rerum Naturalium. Quæstio Quarta.

QVot fuerint sententiæ de numero principiorum naturalium. abunde enumerat Aristoteles *hic cap.* 2. & 1. *Metaph. cap.* 3. si quis curiositatis gratia vellet videre in quæ deliria inciderint sapientissimi illi, videat Conimbricenses *cap.* 7 *quæst. vnica*, Amicum *tract.* 4. *a principio vsque ad quæst.* 5. *exclusiuè*. pro nostra sententia

Notandum est, cum quærimus quot sint principia rerum naturalium, non esse quæstionem de omnibus principijs, sed tantum de intrinsecis mutationi, quatenus [illegible] tatio est, scilicet transitio à priuatione ad formam, non autem quatenus actio quædam est, quæ essentialiter [illegible] dat agentem, neque quot sint sumpta [illegible] tione entitatis, vt sic enim sicut sunt diuersæ [illegible] substantiales, & diuersæ accidentales in ratione [illegible]

tu

tamen est multiplicari principia; sed quæstio est quot sint principia intrinseca mutationis naturalis formaliter in ratione causandi, ita vt tanquam diuersa formaliter, in modo causandi concurrant, quo notato.

Prima Conclusio. Principia sunt tantum tria, nec plura, nec pauciora *Materia, Forma, & Priuatio.* probat Aristoteles *cap* 6 Principia rerum naturalium sunt contraria, ergo saltem duo, quia nihil sibi ipsi contrarium; sed ex contrarijs nihil essentialiter componitur, ergo requiritur saltem aliquid tertium, cum quo vnum ex contrarijs componatur, ergo non possunt esse pauciora trib.

Quod non possint esse plura, etiam probat *text. 59.* ad recipiendam pugnam principiorum contrariorum vna materia est sufficiens, a qua se expellant, ergo non possunt esse plura; probatur consequentia, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate

Confirmatur. Generatio est processio à non esse rei, quod est Priuatio, ad ipsum esse, quod est Forma; sed hæc processio non potest fieri nisi posita materia, quæ tale esse recipiat, ergo tria principia requiruntur.

Confirmatur secundo. In vnoquoque genere est vna contrarietas prima, sed vna contrarietas requirit tantum duo extrema contraria, & vnum subiectum, ergo tria tantum sunt principia.

21 Contra hanc Cōclusionem Instatur primo sicut in productione recedit aliqua priuatio, ita aliqua forma, ergo si priuatio est Principium, etiam erit forma recedens. Negatur consequentia, est enim per accidens, quia materia non potest esse sine forma, at priuatio requiritur per se, quia ex non homine necessario debet fieri homo.

Instatur secundo, vel hæc principia sunt tria numero: & hoc non, sunt enim multiplicentur numero principiata, & etiam principia: vel sunt vniuoce; & hoc non, quia neque Formæ, neque Priuationes conueniunt specie, vel genere, cum aliæ sint accidentales, aliæ substantiales; vel sunt tria Analogice, & hoc etiam non, quia materia omnis est eiusdem speciei. Respondeo esse tantum tria Analogice, non numero, sed in genere causandi, quia omnes priuationes, & Formæ, siue accidentales, siue substantiales eodem modo concurrunt ad productionem, vt patebit considerenti, accidentales tamen per ordinem, & dependenter ad substantiales videatur Amicus *quæst.6.art.1.* & 2. & hoc tantum sensu asseueramus esse solum tria, vt ex dictis patet. & per hoc patet etiam ad auctoritatem Aristotelis, *text.* 16. dicentis in vnoquoque genere esse vnam primam contrarietatem, & consequenter prima principia, quia prima contraria sunt prima principia: [illegible] non multiplicari principia formaliter, quæ eodem modo concurrunt ad causandum, vt Forma, & Priuatio, & consequenter omnia intelliguntur in ratione trium principiorum explicatorum.

Instatur tertio. Compositum terminat generationem, ergo est etiam primum principium. Negatur consequentia, quia compositum terminat tanquam principiatum; at forma tanquam terminus, quo fit ipsum principiatum, & sine quo non fieret, ideo dicitur principium generationis, non vero ipsum compositum.

22 Instatur quarto, multa requiruntur ex parte materiæ, verbi gratia potentia ipsius, dispositiones, vnio &c ergo. Respondeo potentiam non distingui à materia, atq; adeo idem principium constituere, dispositiones verò reducuntur ad ipsum principium materiale, sicut etiam vnio, tam ex parte materiæ, quam ex parte formæ, reducitur ad ipsam materiam, & Formam, quia non possunt intelligi esse principia sine huiusmodi dispositionibus, vnionibus &c.

Dices ergo etiam priuatio formæ, quæ se tenet ex parte materiæ, & est necessaria in illa, constituet vnum tātum principium cum illa.

Respondeo negando consequentiam, quia illa priuatio habet particularem modum principiandi ab ipsa materia distinctum nempè tanquam terminus à quò, ideo constituitur vt vnum principium distinctum, sed hoc magis patebit in Tractatu de Priuatione, vbi multa alia argumenta soluentur, quæ conantur probare priuationem non esse principiū, vel saltem nō esse principiū distinctū à materia.

Secunda Conclusio. Principia essentialia intrinseca rei genitæ sunt tantum duo; patet ex eodem Aristotele, & ratione ipsa, quia priuatio non potest remanere cum forma, cuius est priuatio, ergo ipsa adueniente recedit, ergo remanet sola materia, & Forma, ergo vera Conclusio, quia principia intrinseca rei genitæ remanent, dum ipsa durat in esse.

An in omni Productione Naturali, siue substantiali, siue accidentali reperiantur Omnia Tria Principia.
Quæstio Quinta.

Ante omnia notandum est omnem productionem reduci ad substantialem, & accidentalem. Substantialis dicitur in qua substantia producitur; accidentalis verò, per quam producitur accidens. omnis autem substantialis, & accidentalis vel fiunt cum mutatione subiecti, ita vt subiectum ab esse priuato alicuius formæ transeat ad esse ipsius; vel fiunt sine tali mutatione, quia nullum sit assignare instans, in quo subiectum fuerit priuatum tali forma, sed fuit simul cum producto; si sit productio siue substantialis, siue accidentalis cum mutatione; triplex esse potest: vel enim producitur aliqua completa forma, quæ cum subiecto efficit compositum, ver.gr. forma ignis ex ligno, vel secundo ex duobus indiuiduis eiusdem speciei vnum tertium resultat producta vnione inter ipsa, vt cum ex duabus partibus aquę fit vna aqua, producta vnione inter ipsas partes; vel tertio producitur non compositum substantiale, nec accidentale, sed aliquis modus, v.g. si Verbum Diuinum dimitteret humanitatem, produceretur noua subsistentia creata in illa humanitate. pari modo possunt afferri exempla in mutationibus accidentalibus: si sit productio sine mutatione subiecti, dupliciter etiam fieri potest. Primo cum producitur forma independenter à subiecto talis est creatio, quæ fit nullo supposito. Secundo cum producitur dependenter a subiecto, in quo recipitur, &c. de omnibus illis productionibus resoluenda est quæstio. ideo sit 23

Prima Conclusio. In omni productione cum mutatione, siue sit substantialis, siue accidentalis reperiuntur tria assignata principia. Probatur. non potest produci aliqua forma de nouo, nisi supponatur aliquod subiectum, cum quo efficiat compositum (loquor enim de agente naturali, quod non agit, nisi supposito subiecto) neque potest produci hęc forma, nisi subiectum ipsa sit priuatum, (quod enim existit non fit, neque ex quolibet fit quodlibet); ergo supposito subiecto producitur forma, ex sui priuatione, tanquam termino à quo, ergo tria principia requiruntur. 24

Probatur secundo de productione cum mutatione, secundo modo, non potest intelligi noua actio, nisi aliquid de nouo producatur, hoc autem est ipsa vnio, quæ habet rationem formæ; neque potest produci, nisi in aliquo subiecto, quod sunt ipsæ partes, quæ vniuntur, quia habent rationem materiæ; sed illæ partes non possunt recipere vnionem, nisi intelligantur dispositæ ad ipsam recipiendam, quod est esse priuatas ipsa vnione, ergo hic etiam habemus tria principia prędicta.

Probatur tertio de productione modi alicuius. Modus de nouo productus habet rationem formæ, sed non potest produci nisi in aliquo subiecto, & nisi illud subiectum intelligatur illo priuatum, ergo pręter formam requiritur principium materiale, & priuatio, ergo hæc productio requirit tria principia prędicta.

Confirmatur vniuersaliter quoad omnes tres productiones; illæ productiones dicuntur cum mutatione, ergo præsupponunt aliquid, quod mutetur transeundo ab vno statu ad alium, ergo requiritur principium materiale; sed non potest mutari, nisi aliquid de nouo acquirat, ergo requiritur principium formale; sed non potest aliquid de nouo acquiri, nisi intelligatur subiectum priuatum, quia ex quolibet non fit quodlibet, ergo requiritur priuatio, ergo vera Conclusio.

Verum quidem est quod simpliciter, & primariò reperiuntur in prima productione substantiali, quia ibi non sunt ex alterutris, non ex alijs, non sic autem in cæteris productionibus, in quibus subiectum, seu materia est ex alijs, vt patebit consideranti, tam in cæteris substantialibus, quam in omnibus accidentalibus. 25

Obijcies ex quæstione præcedenti. Vnio se tenet ex parte, vel materiæ, vel formæ & cum illis integrat vnum principium, ergo in productione secundo modo constituet vnum principium cum partibus quæ vniuntur, neque

que habebit rationem principij formalis. Reſpondeo negando conſequentiam. Diſpar enim eſt ratio; in prima productione vnio non eſt terminus formalis, quia talis debet eſſe id, quod comproducitur cum compoſito tanquam terminus partialis, quo fit, id autem tunc non eſt vnio, ſed forma ipſa, quæ confit cum compoſito; & quia non poteſt confieri, niſi ſit vnio, vnio eſt conditio ſine qua non; ideo ſe tenet vel ex parte materiæ, vel formę. at in hac productione partes omnes exiſtunt, terminus partialis, qui confit cum compoſito eſt ſola vnio, neque aliqua alia entitas producitur, cum tamen ſit neceſſarium terminum formalem partialem fieri ſimul cum compoſito, immo ſimul ac exiſtit, exiſtat compoſitum; cum igitur nihil aliud confiat niſi vnio, vnio in hac productione habet rationem formę, non in illa, in qua producitur alia forma.

Secunda Concluſio. Productio ſine mutatione independenter à ſubiecto non exigit tria principia. Probatur, non exigit ſubiectum cum fiat ſine illo, neque priuationem, quia ſemper eſt in ſubiecto apto exiſtente, ergo vera concluſio: ſed magis patebit cum de Creatione, vbi oſtendetur illud axioma, *Ex nihilo nihil fit*, eſſe verum de agente naturali creato, & finito, non autem de increato, infinito, &c.

26 Tertia Concluſio, Productio ſine mutatione dependenter à ſubiecto non habet omnia illa tria principia. probatur. fuit ſimul producta materia, & Forma, ergo defuit priuatio, ergo vera concluſio. Secunda conſequentia patet prima probatur, quia priuatio dicit carentiam formæ in ſubiecto apto; ſed tale ſubiectum numquam extitit ſine tali forma, ergo nunquam fuit priuatum.

Confirmatur. Ideo huiuſmodi productiones dicuntur ſine mutatione, quia nunquam fuit inſtans, in quo ſubiectum de non habente talem Formam, fieret habens; ergo nunquam fuit priuatio talis formæ, ergo vera Concluſio. De Principijs in communi ſatis.

Tractatus Secundus, qui eſt de Materia.

POſt explicationem principiorum in Communi reliquum eſt, vt de ſingulis ſingillatim agamus; & quoniã Materia obtinet primum locum vt pote fundamentum formæ, & priuationis, ideo ſecundum Tractatum in ordine, de ipſa inſtituimus, in quo primo agemus de pertinentibus ad exiſtentiam. Secundo ad eſſentiam. Tertio agetur de ipſius proprietatibus.

An ſit Materia. Quæſtio Prima.

27 NOmen Materiæ varijs modis ſolet accipi, vt eſt videre apud Pererium *lib. 5. cap. 5.* & Amicum, *tract. 5. dubit.* 1. nos ſolum aduertimus poſſe ſumi proprie, & improprie. ſumptum proprie ſignificat ſubiectum formæ Phyſicæ ſubſtantialis, & partem eſſentialem materialem compoſiti phyſici &c. Impropriè ſignificat quidquid ſe habet ad aliud, tanquam ad perfectiuum, perfectibile, &c. Hic ſumitur propriè pro ipſa materia ſubſtantiali corporis naturalis, & quæritur an detur. ad quod ſit.

Vnica Concluſio. Datur materia prima Concluſio procedit de materia ipſa nudata omni forma, quæ eſt pars cõpoſiti ſubſtantialis, quæ ſolet vocari prima ad differentiam materiæ aliqua forma ſubſtantiali, aut accidentali affectæ vltimò diſpoſitæ ad recipiendam aliam formam, quæ ſolet dici materia ſecunda, ver. gr. materia corporis humani informata tot accidentibus, & formis ſubſtantialibus carnis, nerui, oſſis &c. dicitur materia ſecunda ad ipſam animam rationalem: conſiderata verò vt nuda abſque omni forma dicitur materia primo modò probatur Concluſio, primo auctoritate omnium Philoſophorum, qui materiã eſſe conceſſerunt, licet alio nomine ipſam appellauerint.

Secundo probatur auctoritate Ariſtotelis *hic text.* 53. & 35. 51. 54. & plurimis alijs locis, quia contraria ſe expellunt ad inuicem, ergo requiritur aliquod ſubiectum, à quo ſe expellant; ſed forma, & priuatio principia rerum naturalium ſunt contraria, ergo requirunt hoc ſubiectum, à quo ſe expellant, hoc autem eſt materia, ergo.

Tertio probatur. producitur ignis, ſed non producitur ex nihilo, quia ex nihilo nihil fit naturaliter, ergo ex aliquo, ergo vel ex priuatione ignis; & hoc non, quia vnum contrarium non ſit ex alio, tanquam ex parte componente *hic Text.* 52. ergo fiet ex aliquo tertio hoc autem materiam dicimus.

Quod verò hoc ſubiectum ſit materia, & principium ab Ariſtotele definitum, non factum ex alijs, & ab ipſo omnia, probatur, quia aliter daretur proceſſus in infinitum. Probatur Conſequẽtia, quia ſi ſubiectum eſt compoſitum vel in eo eſt pars materialis ſimplex, vel non, ſi ſic, hæc eſt materia prima, quam dicimus dari; ſi non, ruſus quæritur, an habeat partem materialem compoſitum, vel non. & iterum quæretur, &c. donec ad partem materialem ſimplicem deueniatur.

Dices omnes iſtæ rationes procedunt ſuppoſita mutatione ſubſtantiali, quam tamen dari, non eſt adeo certum. Reſpondeo certiſſimum eſſe primo, quia cum producitur ignis, ſi non fit ex ligno, ergo ex nihilo, contradicente toto Philoſophorum cætu, *ex nihilo nihil fit*. Secundo, ſi non fit, ex ligno, fruſtra prærequiruntur tot diſpoſitiones antequam cenſeatur producta forma ignis, ſed poſſet fieri in inſtanti, cum tamen contrarium experiamur. Tertio quò maior eſt congeries lignorum, eo maior eſt ignis, ergo remanet aliquid lignorum. Probatur conſequentia, quia ſi ligna totaliter deſtruerentur, ſeu annichilarentur nulla eſſet ratio, cur plura, vel pauciora ligna conſumerentur ad paruum, vel magnum ignem producendum. Sunt multæ, & infinitæ rationes probantes noſtram concluſionem; nobis allatę ſufficiant in re certiſſima. poſſunt videri apud Amicum *dub. 4. quæſt. citata.*

Contra noſtram Concluſionem Inſtatur primo ſub ſpeciebus SACRAMENTI nulla eſt materia, & tamen quando producuntur vermes, &c. ergo non in omni mutatione ſubſtantiali requiritur materia. Reſpondeo, reproduci eandem materiam, vel nouam ad recipiendas formas de nouo aduenientes, vt dicetur in Tractato de Euchariſtia, quare non tollitur per hoc, quin in omni mutatione requiratur materia.

Secundo Inſtatur *ex* 1. *de Generatione Text* 10. *&* ... vbi ait, Generationem eſſe mutationem totius in totum, ergo fruſtra dicimus requiri aliquod ſubiectum, quod maneat &c. Reſpondeo Ariſtotelem dicere eſſe mutationem totius in totum, non quaſi quod omnes partes compoſiti, quod corrumpitur, corrumpantur, ſed quia ... iter illud totum amplius non remanet ... ligni ... quia lignum ... vide ... mus corrumpi totum lignum ... totum lignum, quia ... melius explicamus corrumpi tantum id, quod denominatur lignum, non autem omnes partes, quod eſt intentio Ariſtotelis.

Quid ſit Materia ſecundum Ariſtotelem. Quæſtio Secunda.

DVplicem deſcriptionem Materiæ habet Ariſtoteles alteram *hic text.* 82 his verbis, *Materiam dico ſubiectum primum vniuſcuiuſque, ex quo fit aliquid cum inſit ... ſecundum accidens, ſi corrumpitur, ad hoc vltimum ... proficiſcetur.* Secundam habet 7. *Metaphyſ. cap.* 3. *Materiam dico quæ per ſe ipſam, nec quid, nec quãtum nec quale, nec aliud quidpiam eorum dicitur, quibus Ens determinatur.* Ex paulo poſt ſubiungit: *nec etiam negationes ... etenim hæ quoque per accidens.* ambæ ſunt explicandæ Prima eſt poſitiua. Secunda negatiua.

In prima definitione dicitur primo *ſubiectum primum* ad excludendam materiam ſecundam, quam diximus conſtare ex materia prima, & aliqua diſpoſitione, vel forma, hic autem definitur pura, & nuda materia ſine illa forma qua nullum ſubiectum eſt prius in compoſito.

Dicitur ſecundo *ex quo fit aliquid*, ad excludendas cauſas extrinſecas, & intrinſecas metaphyſice, ex quibus non fit aliquid reale: ad excludendas etiam materiam & formas artificiales, & omnia ex quibus fit vnum per accidens. Additur ly *per accidens*, quia ex materia prima fit vnum per ſe.

Dicitur tertio *Cum inſit.* ad excludendam priuationem, ex qua licet fiat aliquid, non tamen ... recedendo ex ſubiecto ipſo tanquam à ... ex materia fit tanquam à parte eſſentiali, ... trinſece.

Di-

[illegible] vltimo. *& si aliquid corrumpatur in hoc desinet* [illegible], quia [illegible] requiritur materia, vt aliquid fiat, neq; ex [illegible] aliquid fieri potest, ita semper remanet materia, in qu[illegible] omnia resoluuntur, cum nullum compositum in nihilum resoluatur; sed vna forma recedente alia succedit in eadem materia.

30 In secunda def[illegible]tione dicitur primo Materiam non esse quid, scilicet substantiã completã (non enim negat absolute esse substantiam, cum hoc apertè tradat, vt videbimus [illegible] sequenti) neque quale, neque aliquid eorum, quæ ens determinant, quia Materia non est essentialiter aliqua forma pertinens ad aliquid ex cæteris nouem prædicamentis, sed est in prædicamento substantiæ, vt dicetur.

Dicitur secundo, nec etiam esse horum negationes, scilicet essentialiter, quia si aliqua horum negatio esset, nunquam posset illam formam habere, cuius esset negatio; cum tamen ipsa omnes formas possit habere, vt infra.

Dices de quolibet, quodlibet verum est negari, vel affirmari: ergo si materia non est nec quid, nec quale, erit eorum negatio. Respondeo tantum sequi, quia non est aliquid horum prædicamentorum, habere ipsorum negationes, quod vltro concedimus, sicut etiam oculus priuatus lumine non dicitur nec esse lumen, nec illius priuatio, sed bene habere priuationem.

Dices secundo. Definitiones negatiuæ damnantur 6. *Top.* ergo male definitur. Respondeo in rebus obscurissimis posse admitti: tale autem est esse ipsius materiæ; sicut etiam admittuntur ad explicãdum ipsum Deum apud Theologos, vt tamen magis pateat natura ipsius materię, in sequentibus multas particulares quæstiones instituemus de ipsius natura, quarum prima sit.

Vtrum Materia sit Substantia. Quæstio Tertia.

31 PRima Conclusio. Materia est in prædicamento Substantiæ. Probatur primo ab Aristotele *hic text.* 52. vbi [illegible] substantiam non componi ex non substantijs, ergo cum materia componat substantiam, substantia esse debet. Secundo *Met. 7 cap.* 3. ait si materia non esset substantia, non [illegible] quid esset substantia, cum cętera omnia [illegible]. Loquitur contra antiquos, qui formas substantiales non agnouerunt.

Probatur secundo ratione. Materia est subiectum primum, ergo substantia. Probatur consequentia. Si subiectum primum esset accidens, aliud subiectum supponeret, [illegible], ergo non esset primum.

Dices, Aristoteles vocauit materiam *non ens hic text.* 73. & *Met. loco vt supra*, dixit, *non esse quid*, scilicet substantiam, ergo. Ad primum locum respondeo Aristotelem vocasse non ens, quia non est ens completum, vt conclusione sequenti patet hanc esse ipsius mentem, cum enim dixisset non esse vnum, neque ens subiungit, *perinde ac hoc aliquid*. *Hoc aliquid* autem apud Aristotelem significat substantiam completam, & primam, quæ directè ponitur in prædicamento, vt patet *cap. de substantia*. patet etiam mens Aristotelis *hic text.* 79. vbi eam vocat non ens per accidẽs, quatenus habet adiunctam priuationem.

Ad secundum locum Respondeo materiam negari esse quid, quia directè non ponitur in prædicamento substantiæ, sed tantum reductiuè, cum sit substantia incompleta, vt mox probabo.

Secunda Conclusio. Materia est tantum substantia incompleta probatur ex Aristotele *hic text.* 79. vbi vocat materiam propè, atque quodammodo substantiam. Probatur ratione. Materia est subiectum omnium formarum, & pars compositi, de se appetens formas substantiales, vt infra, cum quibus compositum per se componit, ergo est substantia tantum incompleta. Probatur consequentia, quia ex ente completo non fit vnum per se, sed per accidens. ratione huius incompletionis Aristoteles toties eam vocauit *non ens, nihil, non substantiam, &c.*

Vtrum Materia sit Corpus. Quæstio Quarta.

32 PRæsens quæstio facta est celebris apud recentiores propter sententiam Zabarellæ, cum apud antiquos vix reperiatur leuiter, & paucissimis tacta, nos etiam premissis aliorum sententijs, & aliquibus notabilibus, nostram opinionem breuiter explicabimus.

Prima igitur sententia est adscripta Auicennę *primo suæ sufficientiæ cap.* 2. & *Tract.* 2. *sua Metaph. cap.* 2. qui ponit in materia tanquam formam quãdam corporeitatem substantialem, per quam constituitur corpus, non quidem determinatum in aliqua specie, sed genericum contrahibile ad determinatas species corporis per formas particulares, quæ successiuè in eadem materia corporeitate affectã introducuntur. Ad hanc eandem sententiam multi reducunt Albertum *lib. de 4. coæuis*, & 3. *Met. tract.* 2. *cap.* 3.

Secunda sententia est Zabarellę *lib.* 2 *de prima materia cap.* 12. *& sequenti* dicentis, materiam esse naturam quandam de se non compositam ex corporeitate, sed omni forma priuatam, & esse naturam simplicem interminatam, & corpus illud, quod vt genus vniuocum ponitur in prędicamento substantiæ; postea per diuersas formas contrahitur ad diuersas species infimas. Quare Zabarella concordat cum Auicenna in hoc, quod sit corpus genericum, discordat, quia ille posuit compositum, ipse vero simplex. Hæ sunt principaliores sententiæ. Quod enim materia sit quoddam corpus complexum in genere substantiæ dicens totum esse compositi, vt senserunt Xenofanes, Parmenides, & Melissus, non est quod in hoc immoremur, cum Sole clarius pateat composita substantialia substantialiter differre, quod non haberet veritatem in eorum sententia. Pariter quod materia non sit vnum ex elementis, vt dixerunt Anaxagoras, & alij, indignum est quod vel disputetur, cum elementa sint corruptibilia, non autem materia, vt infra. Pro nostra sententia.

Notandum primo non esse quæstionem, an materia sit corpus Mathematicum, scilicet trina dimensio, cum enim ex Aristotelis auctoritate, & ratione probatum sit *quæstione prędecedenti* materiam esse in prędicamento substantiæ, vtique sequitur non esse quantitatem, quæ est accidens, & ad prędicamentum quantitatis spectaret. Nec etiam modo quærimus, an materia habeat coæuam quantitatem ipsam, ita vt sine illa esse non possit; est enim quæstio alibi disputanda, sed tota controuersia est, an Materia ipsa sit talis naturæ, siue compositæ siue simplicis, vt compositum substantiale dicatur corpus substantiale, non ratione formæ, neque coniunctionis formæ cum materia, sed pręcisè ratione materiæ, quæ hoc esse corporeum ei tribuat, quia ipsa sit tale corpus. Quæ quæstio facilius soluetur, si aduerterimus, quid sit, seu importet corpus substãtiale, quod ponitur in prædicamento substantiæ. Ideo

Notandum secundo. Corpus substantiale non posse significare, seu importare primo corpus Mathematicum, hoc enim est accidens, nempe quantitas ipsa. Secundo, non corpus Physicum, quia corpus Physicum, dicit corpus accidentibus affectum, & sensibile, sed ablatis accidentibus, licet non esset corpus Physicum, esset tamen corpus substantiale. Tertio non Methaphysicum, hoc enim dicit compositionem ex genere, & differentia corporei, quod omni corpori, etiam Mathematico, & Physico competit. Quarto non potest dicere aliquam formam pręcisè; corpus enim opponitur spiritui, qui est pura forma. Quinto non potest dicere aliquid incompletum; incompleta enim non ponuntur in prædicamento per se, & directè, vt alibi fusius diximus: corpus autem, de quo est quæstio, an sit materia, est in recta linea prædicamentali, remanet igitur, vt corpus substantiale importet naturam aliquam compositam ex materia, & forma substantiali; aliud enim excogitari non potest, quod contradistinguatur a spiritu, & sit completum. his notatis 33

Prima Conclusio. Materia non est corpus. Est D. Thomæ *De Ente, & essentia cap.* 5. & aliorum apud Pererium, *lib.* 5. *cap.* 16. & apud Amicum *Tract.* 5. *quæst.* 2. *dub.* 2. contra omnes sententias supra allatas. Probatur primo auctoritate Aristotelis 7. *Met. text.* 8. Materiam non esse quid, scilicet substantiam completam, at si esset corpus iuxta sensum vtriusque opinionis esset completa, &c. Secundo, *text.* 6. 2. *de generatione* vocat materiam potentia corpus, & elementa prima corpora, ergo materia non est corpus, alioquin ipsa esset primum corpus, non elementum, quod supponit materiam; nec vocaret corpus tantum potentia, sed formaliter. [illegible] rationes [illegible] contra [illegible] sententiam. Plura habet Pererius *lib.* 5. *cap.* 15. §. [illegible] *nionem*, quæ aperte impugnant sententias p[illegible] materiam cum aliqua forma coæua.

Pro-

Probatur secundo ratione. Materia non dicit naturam aliquam compositam ex materia, & forma substantiali, ergo non est corpus substantiale. Consequentia patet *ex 2. Notab.* antecedens probatur ex Aristotele *hic*, materia est subiectum primum, ergo non potest esse compositum ex alio subiecto, alioquin non esset primum principium, quod non sit ex alio in eodem genere subiecti.

Probatur tertio contra vtramque sententiam. Materia est de se ens incompletum, ad sui completionem appetens omnes formas, ideo sepè vocatur *non ens, prope nihil, pura potentia*, &c. constituitur pars compositi substantialis &c. ergo non est corpus, antecedens patet, consequentia probatur. Corpus dicit gradum quendam essendi, perfectum, & completum, vt patet ex categoria substantiæ, ergo.

34 Vltimò probatur contra etiam vtramque sententiam, vel pars materiæ, quæ est sub forma ignis est corpus, vel non: si dicatur secundum, ergo neque tota materia erit corpus, cum eandem essentiam habeat minima pars materiæ, ac tota materia; si dicatur primum, ergo vel erit corpus genericum, vel specificum; non genericum, alioquin tot corpora genere, quot minimæ portiunculæ materiæ, nec specificum, quia species eiusdem generis sunt oppositæ, vt ex Dialectica suppono: at omnes partes materiæ sunt eiusdem omnino rationis, ergo nullo modo materia est corpus. Addo quod si daretur materia esse tale corpus indeterminatum, & genericum, daretur gradus genericus à parte rei existens siue gradu specifico, quod est impossibile.

Secunda Conclusio. Ratio corporis substantialis sumitur à materia, & forma simul coniunctis, principaliter tamen à forma, prout est in materia. Conclusio habet duas partes. Prima pars probatur à secundo Notab. probatur etiam ratione. Corpus, & spiritus opponuntur, vt duæ species diuidentes substantiam, sed spiritus dicit puram formam sine vlla compositione ex materia, ergo corpus dicet compositionem ex materia, & Forma.

Secunda pars probatur. Id, quod determinatè sumptum dat tale esse, sumptum in communi, dat illud esse in communi; sed esse tale corpus, per omnes habetur à tali forma, determinatè sumpta in materia, ergo esse corpus in communi habetur à forma in communi, in materia spectata. Maior probatur, quia enim tale esse sensitiuum constituit in particulari tale animal sensitiuum, sensitiuum in communi constituit animal in communi, ergo si talis forma dat esse tale corpus, forma vt sic dabit esse corpus vt sic. Minor patet, nam materia eadem perseuerat sub omnibus formis, & in omnibus corporibus; ergo si ab ipsa haberetur esse tale corpus, omnia corpora essent eiusdem speciei. Remanet, vt afferamus rationes in contrarium, igitur.

35 Arguitur primo pro prima sententia. Contrarium non appetit contrarium, sed materia, si non habet aliquam formam coæuam, opponitur actui, ergo non potest illam appetere contra commune affatum, materiam appetere omnes formas. Ad maiorem, opposita rigorose non appetuntur inuicem, & concedo, opposita tantum relatiuè, & nego; potentia autem, & actus opponuntur solum relatiuè, ideo potest stare, vt potentia sit potentia, & appetat formam. Addo quod & si haberet formam coæuam, non eneruaretur argumentum, si vrgeret: etenim respectu illius formæ, quam appetit, non amittit oppositionem per hoc, quod aliam formam habeat coæuam; nam dum appetit, semper est potentia ad illam, & consequenter opposita.

Secundo arguitur. Agens naturale non agit, nisi in subiectum extensum, ergo materia, vt recipiat actionem agentis, requirit aliquam formam, per quam extendatur, ergo corporeitatem. Respondeo negando primam consequentiam, extenditur enim per quantitatem, sine qua nunquam extitit materia, & ideo nunquam in extensa reperitur ab agente. Addo quod agens non agit nisi in extensum, extensione quantitatiua; quare illa extensio, quæ haberetur à corporeitate, cum non sit quantitatiua, nihil faceret ad actionem agentis naturalis.

Tertio. Omnis vnitas est à forma, sed materia est vna, ergo ab aliqua forma coæua. Ad maiorem respondeo duplicem esse vnitatem, formalem, & Transcendentalem. Formalis est à forma, Transcendentalis ab ipsamet entitate rei, materia autem hanc tantum vnitatem habet seclusis formis, vnde per ipsam est vna, sicut est ens.

Pro Secunda sententia argui potest Primo ex Zabarla *cap.* 17. Ratio vniuoca debet sumi ab aliqua entitate simplici, sed Corpus est ratio vniuoca ad omnia corpora, ergo: subsumit, sed hæc ratio simplex non potest esse ni materia, ergo materia est corpus. Maiorem probat a[illegible] mili, animal enim, quod vniuocè dicitur sumitur ab ani[illegible] sentiente, homo à rationali &c. ergo etiam corpus sum[illegible] tur tantum à materia. Ad argumentum negatur ma[illegible] in qua est tota vis, ad probationem Respondeo negando rationem animalis sumi ab anima sentiente tantum, & hominem ab anima rationali tantum, sed sumitur ab anima sensitiua, & rationali in materia existente: vnde animal vtráque partem dicit, licet magis explicitè forsan animam, quam materiam.

Secundo arguitur ex componentibus incorporeis n[illegible] resultat corpus, quia nemo dat, quod nō habet, ergo cu[m] forma non sit corpus debet esse materia, vt ex ipsis res[ul]tet compositum, quod sit corporeum. Ad Antecedens respondeo, si corpus substantiale diceret aliquid præter sas partes vnitas, vtique esset necesse, aliquam ipsarum corpus: at cum non dicat, nisi naturam constantem materia, & forma substantiali, sequitur ex ipsis, vt vni[illegible] tur, fieri, corpus licet nulla ipsarum sit corpus, sicut ex ip[sis] fit compositum, licet nulla ipsarum sit compositum. 38

Tertio *cap.* 18. arguit ex Simplicio *Primo Phys. tex.* Illud est materia, per quod differunt materialia ab im[ma]terialibus, sed materialia differunt per corpus, ergo [cor]pus est materia, hanc autem bonam esse argumen[tatio]nem probat auctoritate Aristotelis, 2. *Phys.* c. qui ad in[ue]stigandam naturam dicit, id esse naturam, per quod n[atu]ralia ab artificialibus distinguuntur. Ad Argumentum negatur maior, & ratio negationis est, quia cum [illegible] differentialis à parte rei dicit naturam compositam, n[on] possumus affirmare partem talis differentiæ esse id [per] quod differunt, quia videmur innuere esse totam d[iffe]tiam, & sic committere fallaciam *à dicto secundum [quid] ad dictum simpliciter*, cum igitur gradus corp[or]eu[s] est differentia materialis, ab immateriali dicat natu[ram] constantem ex materia, & forma, non possumus a[illegible] materiam esse id, per quod differt materiale ab imm[ateria]li simpliciter, [illegible] materia sit tantum pars [illegible] differentia, sed ad [illegible] dicere possumus id [illegible] quod sine t[illegible], sine parti[illegible] differunt [illegible] autem substantia corporea dicere differentiam [illegible] cem, benè possemus dicere, id esse materiam, per q[uod] differunt.

An Materia habeat suam entitatem à forma.
Quæstio Quinta.

ANte omnia supponendum. Primo in qualibet re [exi]stente duplex *esse* distingui, aliud actualis essen[tiæ,] aliud actualis existentiæ, quod duplex esse ex Meta[physi]ca suppono non differre realiter, sed tantum ratione, [nam] eademmet entitas rei, prout per sua prædicata ess[en]tialia est constituta in tali specie, per quam solemus e[ssen]tiam, & quidditatem rei explicare, dicitur actualis ess[en]tia, quia actu existens est in tali specie; quatenus vero ea[n]dem entitas habet, vt sit extra suas causas, dicitur exi[sten]tia; sic entitas hominis, quatenus ponit actu homine[m in] specie hominis, dicitur essentia actualis; quatenus ve[ro] homo est productus à parte rei, abstrahendo, quod s[it in] hac, vel illa specie, dicitur existentia, quod non imp[ortat] distinctionem realem, sed tantum diuersam concep[tio]nem; non enim Petri entitas actu potest esse in specie [ho]minis, nisi actu existat, neque potest actu existere, & [non] esse essentia actualis in tali specie. Sed hoc Fusius pro[prio] loco. hoc supposito. 39

Notandum primo cum quæritur, an materia habea[t en]titatem à forma, quæstionem esse, & de entitate essen[tiæ] & existentiæ; materiam enim habere aliquam enti[tatem] realem nemo sanæ mentis potest negare. alioquin n[on] esset compositum reale: alioquin primum subiectum [ge]nerationis non esset quid reale: alioquin for[mæ] [illegible]dentia, quæ recipiuntur, [illegible] &[illegible] biectarentur in aliquo non reali. de hoc [illegible] & pluribus probat Alamanus [illegible] *summa Ph*[illegible] 3. *art.* 1. quare supposito esse ens reale, quæritur an [illegible]

hanc

nam [illegible] tatem, tùm eſſentiæ, tum exiſtentiæ a forma.

36 Notandum ſecundo cum quæritur an materia habeat ſuam entitatem a forma, quæſitum eſſe ſolum, an habeat tanquam à cauſa formali, vel tanquam à conditione, ſine qua non: in genere enim cęterarum cauſarum certum eſt, non recipere ſuum eſſe à forma cum autem cauſa formalis duplex ſit, intrinſeca, & extrinſeca, quæſtio procedit de cauſa formali, vtroque modo; an ſcilicet forma intrinſece informando materiam det illi eſſe, quod habet; an extrinſece [illegible] habitudinem, & relationem tranſcendentalem, quam dicit ad ipſam. pariter etiam cum conditio ſine qua non, duplex ſit, alia prçuia ad actionem, [illegible] approximatio ignis eſt præuia ad exiſtentiam combuſtionis, alia poſterior, ſicut figura eſt conditio ſine qua ipſa quantitas non exiſteret, et tamen poſterior quantitate, cum ab ipſa fluat: quæſtio quærit etiam de vtraque conditione an [illegible] non eſt cauſa formalis, neque intrinſeca, neque extrinſeca, ſaltem ſit conditio ſine qua tale eſſe non haberet, vel conditio præuia, vel concomitans. his notatis.

38 In hac quæſtione duæ ſolent aſſignari famoſæ ſententiæ, quoad exiſtentiam materiæ, nam quoad eſſentiam pauci [illegible] habere à ſe, vt in prima concluſione patebit. [illegible] controuertitur etiam ſub alijs terminis an [illegible] materia habeat actum entitatiuum.

Prima ſententia docet materiam ſuam entitatem, & exiſtentiam habere [illegible] non a ſe ipſa. Aſſignatur Thomiſtis, [illegible] Thomiſtis, non D. Thomæ, nam Alamanus *[illegible] rationibus* probat contrarium ex Diuo Thoma. ita ſentiunt Caiet. *de ente & eſſentia, cap 5. quæſt.* [illegible] 1. *parte quæ* [illegible] 66. Ferrarienſis 1. *Phyſ. quæſt* [illegible] 1. & 3. *[illegible] cap.* 4. & alij plurimi apud Amicum *Tract.* 5. *[illegible] dub.* 2. *num* 8. & apud noſtrum P. Avoſſa, qui *tom.* 1 *ſuæ phi quæ* [illegible] *p.* 4. *tota* [illegible] mouet lapidem, vt eam [illegible] at D. Thom. Autor. & omnium verè [illegible] debeant Thomiſtæ. Verum in hac ſententia [illegible] ſententiæ, in hoc tamen conueniunt, quod materiam volunt [illegible] habere à forma, vel tanquam à cauſa formali [illegible], vel extrinſeca, vel tanquam à conditione [illegible] concomitante.

Secunda ſententia docet materiam habere ſuam entitatem [illegible] independentem a forma, ita vt ſi per Dei [illegible] ab illa, exiſteret per propriam exiſtentiam [illegible] *in* 2. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. & 2. Maironi, & B[illegible] *quæſt.* 5. & [illegible] Scotiſtarum ex Recentioribus [illegible] ſequitur Toletus *quæſt* 13. Pererius *[illegible] loco citato*, & alij, quæ ſententia hac tempeſtate [illegible] plures habet ſectatores, & licet multi [illegible] contrariæ ſententiæ, in hoc quod volunt
37 [illegible] ſine forma exiſtere, nec naturaliter, nec [illegible] alij non eſſe tantùm naturaliter; attamen in h[illegible] conueniunt, quod materia habeat actum entitatiuum, ſeu propriam entitatem, & exiſtentiam, non autem illam [illegible] mendicet à forma, exceptis tamen [illegible] Thomiſtis, Caietano, Capreolo. Ferrarienſi, &c. vt eſt videre *locis citatis* his poſitis.

39 Prima Concluſio. Materia non habet entitatem actualem eſſentiæ a forma, ita vt materia nihil ſit, niſi recipiat ſuam eſſentiam a forma. Hæc concluſio eſt adeo certa, vt vix vllo colore negari poſſit. Probatur: forma non poteſt dare eſſe eſſentiæ materiæ, niſi aut efficiendo ipſam, aut per ſuum effectum formalem; non primo modo, nam forma non eſt effectiua, non ſecundum nam effectus formalis non eſt, niſi forma communicata ſubiecto, forma autem communicata ſubiecto non eſt materia, ſed recipitur in materia.

Secundo ex materia, & forma fit compoſitum reale, ergo ſupponit duas partes reales, ergo vera concluſio. Probatur conſequentia, ſi materia haberet eſſe eſſentiæ à forma, eſſet vna ſimplex entitas, cum non poſſit tribuere hanc eſſentiam, niſi ſe ipſam tribuendo in genere cauſæ formalis.

Tertio. Omnes Formæ educuntur de potentia materiæ in quibus virtualiter continentur, ergo materia habet eſſentiam realem diſtinctam ab eſſentia reali formæ. Probatur conſequentia, alioquin ſi eadem eſſet eſſentia formæ, de ſe ipſis edûcerentur, & fierent, quod implicat. Confirmatur, nam agentes naturales non poſſunt agere, niſi ſuppoſita materia; ergo prærequiritur formis, ergo non habet eandem entitatem, &c.

Secunda Concluſio. Materia non habet eſſe actualiter exiſtentiæ a forma, neque tanquam a cauſa efficiente, 40
neque tanquam à cauſa formali intrinſeca, neq; tanquam à conditione præuia, ſine qua non.

Concluſio tres habet partes. Prima pars probatur vnica ratione, vt ſupra; forma non eſt actiua. ergo non poteſt in genere cauſæ efficientis producere exiſtentiam formę; agere enim competit compoſito non formæ.

Secunda pars, in qua eſt tota difficultas probatur primo id quod dat eſſe tale rei, dat exiſtentiam rei, ſed forma non dat tale eſſe materię, ergo neque dat exiſtentiam. Maior inductione patet.

Dat Deus Angelo eſſe actualiter ſubſtantiam, ſpiritum, Intelligentem, &c. dat etiam Angelo, vt exiſtat cum omnibus iſtis pr̨dicatis, albificator dat parieti actualiter eſſe album, dat etiam vt exiſtat albus, &c. & ſic de cęteris. Minor probatur. etiam per aduerſarios materiam eſſe ens, partem compoſiti ſubſtantialis, ſubſtantiam, &c. non habet à forma, eſt enim intelligibile, quod ab vno habeat eſſe ſubſtantiam actualem, & non quòd exiſtat ſubſtantia, ens, &c.

Secundo probatur. Materia eſt eadem numero ſub omnibus formis, ergo habet propriam exiſtentiam, non dependentem à formis. Antecedens patet, conſequentia probatur, corrumperetur exiſtentia materię ad corruptionem formarum, ergo non remaneret eadem numero, corrupto enim Petro, ſi cum diuerſa exiſtentia numero reproduceretur, non diceretur idem numero reproductus, ergo materia, & ſi à qualibet forma exiſtentiam nouam acciperet, non diceretur eadem numero.

Tertio probatur. Materia eſt incorruptibilis, ergo habet propriam exiſtentiam à ſe ipſa. antecedens ex dicendis infra ſuppono, conſequentia probatur. Omnis exiſtentia, quam recipit à forma, per aduerſarios pereunte forma perit, ergo materia corruptibilis; ad hoc enim vt Petrus deſinat eſſe, ſatis eſt, ſi tollatur exiſtentia, ergo.

Quarto. Nullus effectus poteſt eſſe prior ſua cauſa, ſed materia exiſtens ſaltem prioritate naturę, eſt prior forma, ergo eſſe exiſtentiæ materiæ non poteſt eſſe à forma. Maior patet. minor probatur. prius enim intelligimus materiam eſſe in eo ſtatu, quo debet informari à forma, quam quod informetur, ſed informatur vt exiſtens, non enim poteſt intelligi tribui effectum formalem ei, quod non exiſtit, ergo materia ſaltem prius natura exiſtit cum forma.

Quinto. agens, quod ponit rem extra ſuas cauſas, dicitur ſimpliciter produxiſſe talem rem, ſed ſtante hac opinione agentia naturalia ponerent materiam extra ſuas 41
cauſas, ergo dicerentur producere ſimpliciter materiam, contra omnes ſanè doctos, qui pleno ore dicunt, in prima rerum productione materiam fuiſſe creatam. Maior patet. Minor probatur. agentia naturalia dant exiſtentiam materię, ergo ponunt extra ſuas cauſas (quid enim importat ponere extra cauſas, niſi quod exiſtebat virtute in cauſis per productionem facere vt exiſtat formaliter in ſe ipſo) quod agentia naturalia dent exiſtentiam probatur; quidquid habetur à forma in genere cauſæ formalis, habetur à cauſa efficiente, ipſam producente in genere cauſæ efficientis; ergo ſi forma in genere cauſæ formalis dat exiſtentiam materiæ, cauſa efficiens dat eandem exiſtentiam in genere cauſæ efficientis.

Vltimo tandem. Materia non habet eſſentiam actualem a forma, ergo neque exiſtentiam; hęc enim non diſtinguuntur, vt ſuppono ex Metaphyſica. poſſent mille rationes afferri, quæ poterunt videri apud Alamanium. Pererium, Ruuium, Amicum, & alios, qui vix quieſcunt impugnare hanc ſententiam, quæ capi non poteſt.

Tertia pars concluſionis facilè probatur, ſi forma eſſet conditio præuia deberet preexiſtere materię, ſicut approximatio prçexiſtit combuſtioni, ſed forma educitur de materia, ergo non preſupponitur, ſed præſupponit illam, vt educatur.

Tertia Concluſio. Materia habet ſuam entitatem à forma, tanquam à conditione ſine qua non, eo modo, quo 42
eſſentia pendet a ſuis paſſionibus tanquam a conditionibus, ſine quibus non. Eam tenent Suarez *diſput.* 13. [illegible] *num.*

num. 13. Ruuius *Tract. de materia quæst.* 5. & Amicus *qu.* 4. *dub.* 2. *art.* 5. *num.* 41.

Probatur vnica ratione. Materia naturaliter non potest existere sine forma, ergo si materia non pendet tanquam à causa formali, nec efficiente, saltem pendebit tanquam a conditione, sine qua non. Consequentia patet, antecedens probatur. Materia, licet habeat suam existentiam partialem, vt probauimus, est tamen imperfectissima, ideò appetens formas, a quibus perficitur; propter quã summã imperfectionem sæpè vocatur propè nihil, & nunquam extitit sine aliqua forma, ergo dicendum non posse existere naturaliter sine illa. probatur hæc vltima consequentia. non debemus asserere aliquid sine ratione, sed nulla est ratio, cur affirmemus materiam naturaliter posse existere sine forma: quòd enim habeat suam existentiam non vrget, est enim imperfectissima; neque accidentia licet existentiam partialem habeant, existere tamen possunt naturaliter sine subiecto, ergo: ex altera verò parte habemus imperfectionem huius existentiæ; quòd nunquam extiterit sine forma, ergo debemus asserere non posse existere, donec euidentior ratio occurrat. Aliqui existimant hanc conclusionem contra Scotum: verum ipse loquitur supernaturaliter, vt ex eius rationibus apud Caietanum *de ente, & essentia loco citato* appatet, vnde non est, vt soluantur. Immo Ferratiensis *loco citato* existimat Scotum non contradicere D. Thomæ, eò quod ipse de potentia absoluta loquatur, D. Thomas de ordinaria.

Quarta Conclusio. Materia dicit ordinem, & dependentiam à forma, tanquam ab eo, ad quod dicit relationem transcendentalem, atque adeo dici potest pendere à forma in suo esse tanquam à causa formali extrinseca, quæ sit terminus relationis materiæ. hæc conclusio non indiget probatione, sæpius enim dictum est, & infra magis patebit, materiam appetere formas, tanquam perfectibile suum perfectiuum; atque adeo ad ipsam ordinari non relatione prædicamentali, quia illam non respicit sub pura ratione termini, ergo transcendentali, ergo vera conclusio; in hoc enim consistit causa formalis extrinseca, vt sit terminus relationis ad ipsam dictæ.

43 Antequam afferam argumenta in contrarium, satisfaciendum videtur instantiæ huiusmodi, cuiusnam opinionis fuerit D. Thomas.

Respondeo breuiter. Alamanius, qui totam Philosophiam ex mente D. Thomæ fatetur se collegisse, mordicus secundam sententiam tenet, vt iam dixi. Multa loca Diui Thomę in margine signata quæsiui, non inueni nisi vnum, vel alterum, in quibus aliqua vis fieri posset; primus est contra Gentiles *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 11. vbi ait: *materia prima aliquo modo est, quia est ens in potentia, Deus autem est causa omnium, quæ sunt, Deus igitur est causa materiæ primæ*. alter locus est *prima parte quæst.* 45. *art.* 2. *in corpore*; vbi habet: *sicut artifex operatur ex ære, ligno, &c. quæ per artis actionem non causantur, sed causantur per actionem naturæ; sed & ipsa natura causat res naturales, quantum ad formam, sed præsupponit materiam* hęc fuit loca, quæ potui reperiri D. Thomæ magis nostræ sententiæ accommodabilia; ex altera tamen parte duo affert Ruuius, in quibus dicit existentiam materiæ esse à forma, adeò clara, vt vix alium sensum pati possint, qui non sit contra litteram. Primus est 1. *parte quæstio.* 7. *art.* 2. *ad* 3. vbi habet: *materia prima non existit in rerum natura per se ipsam, cum non sit ens actu, sed potentia tantum, vnde magis est aliquid concreatum, quam creatum*. Alter est *de potentia quæst.* 4. *artic.* 1. *Quidquid in rerum natura inuenitur actu existit, quod quidem non habet materia, nisi per formam, quæ est actus eius, vnde non habet sine forma in rerum natura inueniri*. hæc de sententia D. Thomæ.

44 Vt vitemus afferre infinita argumenta, quæ contra nostram sententiam afferri possent, aduertant *esse* dupliciter sumi posse. Primo pro esse entitatiuo, quod competit omnibus rebus, & est transcendentale ad materiam, formam, compositum, accidentia, modos, &c. ad ens completum, incompletum, &c. Secundo potest sumi pro esse specifico determinato in tali, vel tali specie, quod vocatur esse formale; quoties igitur Aristoteles, D. Thomas, & alij, & rationes aliquæ conuincunt materiam nullum habere esse; esse sine forma; esse in potentia ad esse, carere omni actu, & similia, intelligitur de esse formali, & specifico, quod materia recipit à forma; ideo enim materia Petri habet esse hominis, quia recipit formam hominis; at præte[r] esse, habet suum esse entitatiuum, iuxta naturam suæ n[atu]ræ materialis, vt dictum est, quod propter sui imperf[ectio]nem multoties non vocatur esse. pręter autem argume[n]ta, quæ in hac obseruatione soluentur.

Arguitur primo. Si materia habet existentia[m] e[st] in actu; & forma est etiam ipsa in actu, at ex duobus [en]tibus in actu, non fit vnum per se, ergo ex materia, & [for]ma non fiet vnum compositum.

Ad minorem dico esse verum ex entibus in actu, [com]pletis, & perfectis, quorum vnum non se habeat, [vt po]tentia ad aliud, nec sit in eodem genere, at opposi[tum] in casu nostro.

Secundo. Materia est pura potentia, ergo n[u]llu[m ha]bet actum, alioquin esset potentia, quia talis est e[x] na[tu]ra, & non esset, quia haberet actum, qui tollit pur[am] potentiæ. Respondeo dici puram potentiam, [vt] *qua[st]ione sequenti*, respectu actus formalis, non entitatiu[i], qu[æ] licet habeat actum entitatiuum, non sequitur tolli esse [pu]ram potentiam, quia est talis respectu actus formali[s], entitatiui, & sic est pura, & non est pura respectu diu[er]sorum.

Tertio Instatur. In quo maximam vim faciun[t] a[duer]satij. Omne, quod existit est in aliqua specie, e[rgo ma]teria existit à se, est in aliqua specie, sed hoc est fals[um], omnis species est à forma. est argumentum Caiet[ani loco] *citato*. ad antecedens respondeo, omne quod exi[stit com]pletè, est in aliqua specie complete (quod comp[etit] compositis, quæ dicunt naturam completam) q[uod] existit incompletè est in specie incomplete; sic ma[teria] cum sit substantia incompleta, est in specie materi[æ] talia prædicata realia, sibi intrinseca; quia tamen [...] tum pars compositi, quod ponitur in pręducamen[to], ideo illa in nullo prædicamento est directè. Ad [...] & si nõ existeret, esset in eadem specie, eò enim i[psa] habet aliquam essentiam, est in aliqua specie, vel [comple]tè, vel incompletè, iuxta naturam ipsius, quod e[sse] in tali specie, non pendet ab existentia.

Obseruandum tamen, cum materia, & etiam [...] nõ sint in specie, nisi incompleta, quia e[ss]entia partia[...] hanc tamen esse differentiam inter vtranque, quo[d] licet sit incompleta, tamen est determinata ad ca[...] hanc speciem determinatam. sic [...] est de[termi]nata, vt tantum causet speciem [...], at materia ita [in]completa, vt sit etiam indeterminata, ad causandam [...] vel illam speciem iuxta formam, quam recipiet, & [...] est, quia ipsa est principium commune, idem man[ens] omnibus formis, à quibus tantum sumitur specificat[io] denominatio speciei.

An Materia sit pura potentia. Quæstio Sexta.

QVæstione præcedenti probatum est materiam [habe]re suam actualem existentiam à se ipsa, non [...] statim insurgit difficultas, quomodo si habet aliq[...] rum, vniuersa Philosophorum schola docet esse p[uram po]tentiam, cum Aristotele, qui vt sæpius diximus, [...] puram potentiam vocat, ens non in actu, &c. vt 1. *P[hys.] text.* 78. 1. *de Generatione text.* 11. 7. *Metaphys. tex.* 8. [...] 12. *Metaph.* 8. & alibi. pro huius quæstionis resol[utione].

Notandum breuiter duplicem esse potentiam, *e[x ...] Met.* alteram actiuam, quæ aliquid producere potest, [al]teram passiuam, quæ potest ab alio pati, & in se aliqu[id re]cipere. Præter quas potentias aliam tertiam adm[...] Scotus *in* 2. *distinctio.* 12. *quæst.* 1. *&* 2. quam vocat ob[iecti]uam, & dicit esse rem omnem, dum potest produci, [...] dum est producta, quia existit in potentia obiect[iua] rum causarum, cui potentiæ respondere dicit act[um en]titatiuum, & est res ipsa iam effecta. Quæ senten[tia] leuiter impugnatur à Zabarella *de materia prima l[ib.]* 2. qui probat hanc potentiam non distingui à pass[iua, &] actiua, de quo non disputo, existimo enim ad quæ[stionis] solutionem nihil interesse, quod hæc potentia det[ur] [...]ne, sit tamen dictum propter terminorum intellig[entiam] hoc posito

Prima Conclusio. Materia est pura potent[ia ...] ret omni actu formali probatur Conclus[io ...] mus dicere esse puram potentiam, qu[...] stentię dicat, cum hanc sententiam iam ex[...]

[illegible] *præcedenti*, & cum à Deo creata desierit esse purum [illegible] & inceperit esse, ergo dicetur pura potentia tantùm [illegible] quia de se intrinsece, nullam habet formam.

[illegible] secundo. Materia ideo dicitur potentia, quia principium passiuum [illegible] formarum, ergo tantū respectu [illegible] dicetur pura potentia. probatur consequentia, respectu quorum est principium, est pura potentia, ideo enim dicitur pura, [illegible] nullum eorum, quorū est principium, [illegible] essentiale, sed tantum respectu formarū, est principium, ergo tantum respectu harū erit pura potētia.

Probatur tertio [illegible] potentiæ passiuæ actus correspondens est a[illegible], ergo si est pura potentia, erit quia caret de se [illegible] omni [illegible] actu, hic enim tantū actus pugnat [illegible] potentia, non enim omnis actus pugnat cum omni potentia, sed ille tantum, cuius est potentia: quare [illegible] potentiam passiuam, & [illegible] entitatiuum, vt explicauimus, quia hic non est actus potentiæ passiuæ correspondens, quod dictum [illegible] argumenta.

47 [illegible] purus actus, exclu[illegible] ergo cum dicitur pura potentia, ex[illegible] omnis actus. Respondeo negando antecedens, Deus [illegible] purus actus, & tamen habet potētiam [illegible] consequitur, ita etiam materia, [illegible] excluditur actus entitatiuus, [illegible] est pura potentia realis, quod [illegible] nō posset exercere suas operationes, si [illegible] haberet.

Secundo [illegible] purus, dicit omnem perfectionem, ergo pura [illegible] omnem imperfectionē, ergo nul[illegible] habere debet. Negatur prima consequentia, [illegible] reale, absolute, substantiale, [illegible] solum diceret [illegible] esse.

Tertio [illegible] Materia est [illegible] incompleta, & [illegible] potentia, sed hoc seque[illegible] Ad argumentum [illegible] actus enim [illegible] est [illegible] entitas [illegible] actus [illegible] quatenus ens reale, exi[illegible] ens reale est receptiuū [illegible] non sequitur [illegible] com[illegible] est dist[illegible].

S[illegible] dicitur materia esse pura potentia [illegible] & esse in actu, quam esse [illegible] qui enim dicit materiā [illegible] nullum habere actum [illegible] quod est falsum; qui autem [illegible] significat esse quidem en[illegible] principium, quod est verum [illegible] materiam esse in actu, signi[illegible] est verū; qui vero dicit esse actu [illegible] formale, & respectiuū actuan[illegible] quod est falsum secūdum omnes.

48 [illegible] potentia sit de essentia materiæ. Respō[illegible] 3. Hurtado *in phys. disp.* 2. §. 2. 29. [illegible] Conimbricensibus *c.* 9. *q.* 3. *art.* 1. *concl.* [illegible] *qu.* 25. qui putat potentiam esse accidens [illegible] materiæ. patet hæc doctrina primo auctoritate [illegible] *Met. tex.* 15. vbi quærens, cur homo sit vnum per se, reddit rationem, quia constat ex potē[illegible] quæ est materia, & ex actu quæ est forma; & vult dicere, quia tam [illegible] quam actus sunt ambo in eodē prædicamento [illegible] quia ex [illegible] diuersi prædicamenti non fit vnū per se, ergo si hæc potētia est substantia erit essentia materiæ. habetur etiā auctorit. D. Tho. 1. *p. q.* 77. *a.* 1. *ad* 2. qui dicit, *actus, ad quē est in potentia materia, est substāt alis, & ideo potētia materiæ nō est aliud, quā eius essētia.*

Preter auctoritatē nō desunt rationes, ad hoc probādū vt est videre apud auctores citatos, vnicā ponā. est essentialiter primum principium passiuum, & primum subiectū omnis generationis, vt toties diximus ex Aristot. ergo potentia est de eius essentia. probatur cōsequentia, quia per potentiam [illegible] est principium passiuum subiectum &c. ergo.

Dices potētia est de essentia materiæ, ergo materia corrumpitur, quia adueniente actu potētia corrumpitur. Negatur consequentia. ad probationem dico, potentia passiuam non corrumpi, sed perfici per cōiunctionē cum actu (de actiua enim non disputo) patet, quia dum actum habet, valet dicere, materia habét ad illum potētiam: si enim non valet, valeret eius contradictorium, non habet potentiam ad illum, quod est falsum, si enim non habet potentiam, quomodo illum recipit, & retinet?

Dices secundo. Potētia ad omnes formas est de essentia materiæ, ergo omnes simul habere poterit. Negatur consequentia, est enim de essentia, vt omnes possit habere, quia omnes appetit, sed cum successione, quia formæ se inuicē excludunt. Quare materia habet simultatem potētiæ, quia omnes potest habere; non tamen habet potentiam simultatis, quia non omnes simul potest habere; potentia enim simultatis dicitur, cum plura simul habere possumus; simultas vero potentiæ, cum simul potentiam habemus ad plura. sic ego habeo simultatem potentiæ ad standū, & sedendū, quia possum vtrunq; præstare, non tamen habeo potentiam simultatis, quia vtrunque simul efficere non possum.

Vtrum possit Materia existere sine omni forma supernaturaliter. Quæstio Septima.

VIdimus materiam non ita esse puram potentiam, quin propriam suam existentiam habeat separatam ab existentia formæ; diximus tamen adeo esse imperfectā, vt nō possit naturaliter esse sine forma. Modò incessit curiositas inuestigandi, an saltem per diuinam potentiam possit materia, propria existentia existere sine forma. 49

Prima sententia negat materiam posse existere sine forma, etiam per diuinam potentiam. est eorum omnium, qui negant ab ea propriam existentiam, exceptis Soto, & Bannes, quos aliqui existimant defecisse à D. Tho. si tamen D. Thomas hoc sentit, etenim Ferrariensis contra Gentiles *ca.* 4. *li.* 3. vult, vt alibi diximus, D. Thomam esse locutum de potētia ordinaria, quod si ita est, nobis non est contrarius, neque asseri potest ab ipso Sotum, & Bannem defecisse.

Secunda sententia contraria est omniū Scotistarū, Gregorij, Gabrielis, & ex recētioribus Fonsecæ, Conimbricens. Suarez, & aliorū apud Amicū *a.* 1. *n.* 5. hi tamē diuisi sunt, nā aliqui existimāt facta separatione materiæ à forma per potētia Dei, nullū aliud miraculū intercedere, sed naturaliter existere supposita conseruatione primæ causæ, q̄ ei debetur, vt est res existens. tribuitur Scotistis. Alij existimant duplex miraculū intercedere, aliud in separatione, aliud in cōseruatione materiæ sic separatæ. in quo aūt consistat hoc secundū miraculū, etiam disceptant Doctores. Alij dicunt, quia opus est nouo concursu supplente dependentia, quam materia habet à forma. Ita Fonseca, & Conimbricens. Suarez vero negat nouum concursū requiri, sed miraculū ponit in hoc, quod Deus solita conseruationē exhibet materiæ in tali statu [illegible] in quo ei nō debetur, p nostra sñia.

Notandum breuiter, aliter dici Deū facere aliquid de potētia ordinaria, aliud de potentia absoluta. tunc dicitur efficere aliquid de potentia ordinaria, cū operatur iuxta exigentiā, & naturā ipsarū rerū. Tunc verò de potentia absoluta dicitur operari, cū operatur supra naturā; signū autē, quod de potentia absoluta Deus hoc possit, vel non possit, supra naturam ipsarum rerum, est cum non inuoluitur manifesta contradictio, vnde Theologi, vt totam Dei potentiam vnica propositione explicēt, solent dicere, Deū posse quidquid non implicat; scio alios aliter has potentias explicare, sed non est huius loci, satis sit hoc dixisse ad intelligentiam quæstionis, de qua sunt duæ sententiæ allatæ.

Prima Conclusio. per potentiam Dei absolutā materia potest existere sine omni forma. probatur primo magis est esse accidētia sine subiecto, quā materiam sine forma, sed Deus potest primū, & ex Sanctiss. Eucharistiæ Sacramento apparet. Maior probatur, quia accidētia sustentantur in subiecto, non autem materia in forma, immo è contrario. 50

Secundo probatur Materia in sua existentia realiter distinguitur à forma, ergo potest ab illa, saltem supernaturaliter existere separata. Antecc. probatur ex dictis, materia pēdet à forma tantū vt à cōditione sine qua nō; ergo verū antecedens; conditio enim sine qua nō, nō influit in id, qđ supponit, vt existat. consequentia illius antecedentis facilè probatur, quia talis dependentia tantū impedit separationē ex vi causæ naturalis, quia ei non debetur conseruatio naturaliter nisi cum concomitantia habeat, ergo ex vi supernaturali poterit existere separata, quia Deus de potentia absoluta poterit præstare harum conseruationem.

Tertio. Nulla est implicantia formā sic existere, ergo de potentia absoluta potest. consequentia patet ex Notabili. antecedēs patebit solutione argumentorum in contrariū.

Arguitur igitur primo. Deus non poteſt conſtituere actum e[illegible] proprium ſuſceptiuum, ſed ſolum compoſitũ eſt ſuſceptiuum exiſtentiæ, ergo materia non poteſt exiſtere &c. Diſtinguo minorẽ. Cõpoſitũ eſt ſuſceptiuũ tatũ exiſtentiæ totalis, & cocedo; omnis exiſtentię, & nego: quare negatur cõſequẽtia, ſicut enim materia habet propriã eſsẽtiam etiã per aduerſarios, conſequenter eſt etiam ſuſceptiua ſuæ partialis exiſtentiæ. Intelligo autem de ſuſceptiuo ſecundum rationem; per nos enim, qui non diſtinguimus eſſentiam ab exiſtentia, neque eſſentia compoſiti, neque partium eſt reale ſuſceptiuum ſuarum exiſtentiarum.

51 Secundò. Omne eſſe accidentale eſt à forma accidentali, ergo omne eſſe ſubſtantiale à forma ſubſtantiali. Negatur conſequentia. eſſe enim accidentale, & forma accidẽtalis conuertuntur, non ſic eſſe ſubſtantiale, & forma ſubſtantialis, quia præter hanc dantur materia, & compoſitũ, cuius exiſtere eſt a forma, & a materia ſimul.

Tertiò. Si materia poſſet exiſtere ſine forma, poſſet etiã ſic creari, & conſequenter eſſe per ſe, ſed hoc eſt falſum, indiuiduum enim, & compoſitum eſt terminus creationis, & id, quod per ſe exiſtit contradiſtinctum ab accidente, quod eſt in alio. Negatur minor. ad probationem dico, terminum creationis fuiſſe indiuiduum, & compoſitum completum &c. quia Deus in prima rerum productione ſe habuit vt auctor naturæ, quæ abhorret ab hoc, quod materia ſit ſine forma, cũ ad nihil deſeruiat; hoc tamen nõ probat, quod Deus de potentia ſua abſoluta, ſic non poſſit eã creare, cum habeat propriũ eſſe à ſe, reale, &c. pariter dico, quod eſſet per ſe, incõpletè tamen, per propriam ſubſiſtentiam incompletam, & partialẽ, quam ex Metaphyſica ſuppono habere. Quando dicitur indiuiduum eſt, quod per ſe ſtat, reſpondeo, verum eſſe de ſubſiſtentia completa, patet à ſimili: anima non eſt indiuiduum, neque compoſitum, & tamen per ſe ſtat, vtiq; ſubſiſtentia incompleta, & partiali, cum ſit ordinata ad vnã totalem conſtituendã cũ corpore.

Quarto. Magis pendet materia à forma, ex quibus fit vnum per ſe, quam ea, quæ ordinantur ad efficiẽdum vnum per accidens, vt quantitas reſpectu figuræ, res modificatæ reſpectu modorum, vt corpora reſpectu durationis, vbi, & aliorum ſimilium, ſed hæc eſſe non poſſunt ſine his, a quibus pendeat, ergo neque materia ſine forma.

52 Cõfirmatur. nam magis pendet materia à forma, quam actus ſecundus à ſuo principio, ſed actio vitalis non poteſt eſſe ſine principio vitali, ergo neque materia, quæ eſt potentia, ſine forma, quæ eſt eius actus.

Ad Argumentum negatur antecedens, quod enim ex his fiat vnum per ſe, non arguit maiorem dependentiam, ſed ſe habere, vt actum, & potentiam, in eodem genere; quia ex rebus diuerſorum generum reſultant compoſita accidentalia, quare maiorem dependentiam habent omnia enumerata ad ea, a quibus dependent, quam materia à forma, quia habent maiorem indigentiam, ex qua tantum ſequitur maior, vel minor dependentia.

Ad Confirmationem pariter negatur antecedens, potentia enim, qualis eſt materia, dicit tantùm ordinem tranſcendentalem (propter quod non vrget illud argumentum, nulla relatio poteſt eſſe ſine termino actuali, eſt enim falſum de tranſcendentali;) at actio vitalis, & quælibet actio, cum ſit continuus fluxus, & ab eo, quod non eſt fluxus eſſe non poſſit, dicit relationem actualem, ideo maiorem habet dependentiam, quam materia à forma.

Secunda Concluſio. In hac exiſtentia materiæ ſine forma duo intercedunt miracula; aliud in ſeparatione; aliud in efficiendo, vt ſic exiſtat: de primo nullus dubitat: ſecundum aliqui negãt. de hoc probatur concluſio vnica ratione, ſecundum me euidentiſſima. Separare materiam à forma, eſt quid diſtinctum ab eo, quod materia ſeparata exiſtat, ergo ſi in hac exiſtentia nullum eſt miraculũ, non exiſtet ſupernaturaliter, per miraculum de ſeparatione, ergo naturaliter exiſtet, ergo malè quæſtionem mouet, an materia poſſit exiſtere ſupernaturaliter; quare exiſtimo illos ſibi contradicere, qui negant materiam non poſſe naturaliter eſſe ſine forma, deinde dicunt, quod ſi Deus ſupernaturaliter ſeparet materiam à forma, nullo alio miraculo opus eſſe, ad hoc vt exiſtat.

53 Dices. in quo conſiſtit hoc miraculum. Reſpondeo cũ Suarez *diſp. 15. ſect. 9. n. 7.* miraculum fore, & ſupernaturalitatem in hoc, quod Deus exhiberet ſuam actionem conſeruatiuã circa materiam ſine forma, quæ actio nullo modo à ſtatu connaturali materiæ requiritur: at quidquid exhibetur à Deo, non exactum à natura rei, cui exhibetur, ex noſtro Notabili eſt miraculum ſupernaturale, & de potentia abſoluta, ergo.

Obijcies, quod naturalis eſt cuicunque rei eſſe, quocunque modo, quam non eſſe ſimpliciter, ergo exiſtere ſine forma connaturalius eſt materiæ, quam corrumpi, ergo eius conſeruatio non eſt miraculoſa.

Negatur antecedẽs, alioquin accidẽtia, quæ miraculoſè exiſtunt in Euchariſtia cõſeruarẽtur naturaliter, quod nemo dicit, & ſic de multis alijs, eſt igitur connaturalius eſſe quocũq; modo, &c. ex illis modis, quos natura talis rei naturaliter patitur; an autẽ hunc, vel illũ modum patiatur, innoteſcet ex fine talis rei: ſic in propoſito, cũ materia ſit fruſtrata proprio fine, ſi ſit ſine forma, eius natura hunc eſſendi modum non patitur naturaliter; quare ablata forma eſt magis naturale eſt corrumpi, quam exiſtere contra, vel ſupra naturam, nec vrget quod anima ſeparata naturaliter exiſtit, eſt enim immortalis, perpetua, vnde ei debetur talis conſeruatio extra corpus, cum non poſſit in corpore, quod notanter dico, quia illud informat amiſſibiliter, ratione cuius eſt ei naturale, ſic amittere proprium corpus. Videatur Ruuius *Tract. de Anima ſeparata num. 83. vſque ad finem quæſtionis.* 56

De Appetitu Materiæ. Quæſtio Octaua.

VT clariora fiãt, quæ dicenda ſunt de appetitu materiæ in hac quæſt. Notandũ Appetitum primo diſtingui in Elicitũ, & Naturalẽ; Elicitus dicitur, quo aliquid præſuppoſita cognitione appetitur; & quia duplex eſt cognitio, alia ſenſitiua, alia rationalis, hinc duplex appetitus elicitus, alius, qui ſequitur cognitionẽ ſenſitiuã, alius rationalẽ. Naturalis, qui etiã innatus dici ſolet, eſt inclinatio, & propẽſio rei in aliquid tanquã in propriã perfectionem, quæ vltima particula, propriè cõſtituit appetitũ, poteſt enim fieri, vt ſit propenſio in aliquid, quia habet ad id potẽtiã, tamẽ nõ habet appetitũ, quia nõ ſit eius perfectio, ſic aqua habet potẽtiã ad calorẽ, nõ tamẽ appetitũ. Alias diſtinctiones appetitu habet Amicus *q. 7. dub. 1. n. 3. & 4.* quæ oẽs sũt in Ruuio *q. 6. n. 42. vſq. ad 45.* ſed noſtrę q̃ſt. ſufficient is [illegible] diuiſio.

Notandum ſecundò. Materiam habere appetitum nullum eſſe dubium, cum [illegible] doctrina Ariſtot. *tex. 81.* [illegible] materia appetere formã, ſicut turpe pulchrũ, neque [illegible] euidens ratio; cũ enim in ſuperioribus dixerimus materiã eſſe eſſentialiter potentiam ad formas, vtiq; ſequitur eſſe eſſentialiter ad illam propenſam, quod eſt habere appetitum: nec etiam eſt dubium, cuius generis ſit hic appetitus, cum enim materia nullam habeat cognitionem, ſequitur eſſe appetitum innatum, ſeu naturalem, qui ſequitur entitatem cuiuſcunque rei, & cum ſit ad formam, vt ad ſui cõpartem, vt cum illa conſtituat vnam eſſentiam compoſiti, placuit Ruuio illam eſſentialem appellare, quæ appellatio forſan non caret difficultate, cum hic appetitus materiæ ſit etiã ad formas accidẽtales, cũ quibus tamen propriè non quẽdo nõ cõſtituitur vna eſſentia, cũ fiat cõpoſitũ per accidens; quare melius dicetur cũ Amico *n. 3. §. 4. notãdũ*, appetitus eſſentialis, quia conuenit materię ratione propriæ eſſentię, ſed lis in verbis. His notatis de appetitu tria ſunt videda. Primo an appetitus hic aliquid addat ſupra entitatẽ materiæ. Secundo quomodo diſtinguatur à potẽtia, & deſiderio. Tertio deniq; ad quid, & quomodo ſe extendat. 57

Prima Concluſio. Appetitus nõ eſt accidens ſuperadditum, ſed eademmet entitas materiæ. probatur. hic appetitus non dicit aliquem actum, quia potentia paſſiua nullum elicit actũ; ſed tantũ dicit propẽſionẽ entitatis materiæ ad formam, ergo vera concluſio. probatur conſequentia, quia non apparet quodnã accidens poſſit dicere hanc propenſionem, dum eſt propenſio ipſius materiæ, non accidentis. Secundo probatur, appetitus non diſtinguitur à potentia materię, vt mox ſubijciam, ſed potentia non eſt per aliquid ſuperadditum, ergo neq; appetitus. Aduerto tamen cum Fonſeca dici appetitũ ſimilitudinariè, quia ſcilicet ita eſt ad id ordinatũ, quod ſi cognitione eſſet capax, illud appeteret. 58

Secunda Concluſio. In Materia Potentia, & Appetitus ſola ratione diſtinguuntur. explicatione erit probata concluſio, ea enim materia, quatenus pars compoſiti ſubſtantialis, & ſubiectiua dicitur materia; quatenus potens recipere formas, potentia, quatenus vero ad illas eſt propenſa tanquam in ſibi bonũ dicitur Appetitus, ergo vera concluſio.

Quæ-

Quæres an hic appetitus possit dici Desiderium? Respõdeo affirmatiuè, innixus auctoritati Aristotelis *tex.* 82. vbi loquens de materia dicit: *aliud autem, quod natura aptum est appetere, & desiderare ipsum, secundum suam naturam*, hæc Aristoteles. patet etiam ratione, nam desiderium importat carentiam eius, quod desideratur, & requirit absentiam boni desiderati, sed materia appetit formas, quas non habet, ergo potest hic appetitus dici desideriũ; nec obstat quod desideriũ propriè loquendo, dicat cognitionẽ boni desiderati, sicut enim dicitur appetitus esse in materia nõ iam propriè, idem non implicat affirmari de desiderio.

56 Tertia Conclusio. Materia appetit primariò formam in communi, postea hanc, & illam. probatur Conclusio. Quælibet potẽtia pro obiecto inadæquato, seu secundario, sibi determinat illa particularia, in quæ determinatè fertur; pro adæquato verò, & primariò rationem illam, secũdum quã omnia particularia conueniunt, & qua ablata in illa nõ ferretur; sed materia potest habere quamlibet formã particularẽ, & illas non haberet, nisi hanc rationem participarent, quòd est ratio formæ, ergo vera cõclusio; quia id appetit, quod potest recipere tanquam propriam perfectionem. Probatur secundò: si materia pro adæquato appeteret formas in particulari, habita vna, aliam non appeteret, quia nulla potentia appetit extra adæquatum obiectum, ergo illas appetit [illegible] adæquatum, ergo adæquatum erit forma vt sic.

Dices. Si materia appetit omnes formas, ergo dum est sub vna, violenter detinetur, quia impeditur, ne consequatur quod appetit. Negatur consequentia, quia vt esset violentia requireretur, vt haberet aliquid contrarium; forma autem non est contraria materiæ, sed [illegible]. Iterum formæ neque [illegible] impedimentum est cõtra naturam ipsius, immo iuxta eius naturam, quia appetit omnes formas, sed cum successione, ita vt dum vnam habet, aliam non possit habere.

Dices secundò. Materia appetit alias formas, dum sub vna detinetur, ergo appetit malum, contra naturam appetitus, appetitus enim non tendit in malum. Consequentia probatur [illegible] non potest nouam formam recipere sine corruptione illius, quam habet, quod malum quoddã est.

Est argumentum Auicennæ *primo suæ sufficientiæ*, qui negat [illegible] appetitum in materia. Respondetur negãdo consequentiam, ad probationem, materiam de se appetere omnes formas, quia tamen propter ordinem naturæ non potest introduci noua forma sine corruptione alterius secundariò indirectè per accidens, videtur etiam [illegible] appetere quatenus qui appetit finem, appetit etiam ea, quæ sunt necessaria ad finem consequendum: [illegible] & propriè nunquam appetitus materiæ fertur in corruptionem alicuius formæ.

57 Quarta Cõclusio. Materia appetit æqualiter omnes formas, siue nobiles, siue ignobiles, neque dum est sub nobili, amittit appetitum ad ignobiliorem. vtraq; pars simul probatur. Materia habet æqualem potentiã ad omnes formas substãtiales, & cũ est sub nobili nõ amittit potẽtia ad ignobiliorẽ, ergo vera cõclusio Probatur cõsequẽtia, quia appetitus fundatur in potẽtia, nec aliud est, nisi propẽsio potẽtiæ in bonũ, per quod cõpleatur; dũ igitur ad omnes habet potentiam in quocunq; statu sit, tanquam ad id, per quod potest perfici, dicendum est habere etiam appetitũ. Addo quod si non appeteret dũ est sub forma animæ rationalis, alias formas, naturaliter illã nõ amitteret, ergo cũ talis forma sit incorruptibilis, homines essent incorruptibiles.

Dices. Materia nõ potest magis perfici, quã ab anima rationali, ergo ipsa habita, aliã nõ appetet. Distinguo antecedẽs: nõ potest, magis perfici intẽsiuè, & cõcedo: extẽsiuè & nego. quare cũ appetitus materię se extẽdat ad omnes formas, nõ ad vnã tãtũ, ideo omnes appetit; neq; per vnã sufficiẽter eius appetitus adimpletur: ad differẽtiã humanitatis Christi, quæ cum propriam, & vnam tãtum appetat subsistentiam, habita perfectiori diuina, nec propriam appetit.

Quinta Conclusio. Materia appetit etiam formas amissas, habet hæc conclusio difficultatem, vt est videre apud Amicum *quæst.* 6. *dubit.* 2. *tota*, quia secundum saniorem sensum, idem effectus numero, naturaliter non potest reproduci (quod alibi discutietur) ergo ad illum non habet materia potentiam, cuilibet enim potentiæ passiuæ naturali correspondet naturalis actiua; huic non correspondet aliqua naturalis actiua, respectu talis effectus, ergo neq; est naturalis passiua, ergo neque habet appetitum, qui fundatur in potentia naturali. his tamen non obstantibus.

Probatur Conclusio. Materia ad formam amissam habuit aliquando potentiam, ergo etiam postquam amisit, ergo etiam appetitum. Secunda consequentia patet, quia appetitus potentiam sequitur. Antecedens etiam; quia alioquin, si nunquam potentiam ad illam habuisset, nunquam in se illam recepisset. Prima consequentia probatur. Potentia materiæ est entitas ipsius materię, sed hæc remanet inuariata, ergo etiam in potentia, ergo si primò habuit potentiã, antequã amitteret, etiã postquã amisit illã habet. 58

Ad Instantiam variæ sunt responsiones apud Amicum *loco citato art.* 3. assumo, quam ipse dat. non potest naturaliter reproduci per se, quia vt sic sit effectus supra vires naturæ, & nego; non potest per accidens, quatenus eędem dispositiones numero semel productæ, non possunt amplius redire, & concedo, ergo nõ habet potentiã naturalẽ passiuã, & negatur cõsequentia; & ad probationẽ dico cuilibet potentiæ naturali passiuæ correspondere per se actiuã naturalẽ, per accidens tamen posse hic, & nunc nõ correspõdere nisi supernaturalem, quæ talem effectum possit in ipsam inducere; neq; per hoc tollitur passiua naturalis, quia in ipsa nulla est facta variatio, & eandem capacitatem retinet, alioquin si non esset potentia naturalis, reproducto effectu, esset effectus supernaturalis, quod nemo dicit.

Dices. Appetitus non fertur in impossibile, ergo neque in formam amissam, quæ est impossibilis. Distinguo Antecedens. Non fertur in impossibile ab intrinseco, quod scilicet dicitur tale, quia nullam habet proportionem cum appetente, & concedo; non fertur in impossibile ab extrinseco, quod scilicet est tale, quod licet habeat proportionem, tamen propter impedimentum aliquod extrinsecum induci non potest, & nego, quare negatur etiam consequentia, cum forma amissa sit impossibilis tantum ab extrinseco. Pro hac conclusione est aliquo modo noster Auossa 1. *tom. suæ phys. quæst* 3. *art.* 2. *sect.* 2.

Sexta Conclusio. Quælibet pars materiæ habet appetitum ad quamlibet formam numero. Est contra Amicum *dub.* 4. *n.* 3. qui multa dicit parũ sibi constantia, si bene expẽdatur. Probatur Cõclusio. habet potentiam, ergo appetitũ. 59

Instabis primò, forma educta de materia *B*, non potest educi de materia *C*, quia forma sumit suam vnitatem, etiã a materia, consequenter si materiæ sunt numero distinctę, non potest ab vtraque educi eadem forma numero, ergo ad illam non habet potentiam, ergo neque appetitũ. Concesso antecedente distinguitur primum consequens, non habet potentiam eductiuam, concedo consequentiam, nõ habet potentiam receptiuam negatur consequentia; quare negatur etiã secunda cõsequentia; quia appetitus fundatur in potẽtia receptiua, sic materia habet appetitũ etiã in ordine ad animã rationalem, licet ex ea non possit educi.

Instabis secundò, huic potentiæ receptiuæ nulla actiua naturalis correspondet, ergo non est naturaliter receptiua. Antecedens probatur, quia nullum agens naturale, sed solus Deus, potest formam eductam ex materia *B*, ponere in materiam *C*, consequentia etiam probatur, quia potentiæ naturali passiuæ correspondet naturalis actiua.

Ad argumentum distinguo antecedens. Nulla actiua naturalis correspondet ab intrinseco, quasi quod effectus sit supernaturalis, & nego: cum ex tali forma, & materia fiat vnum per se, & compositum naturale: non correspondet ab extrinseco, & per accidens, eo quod nullum agens naturale possit tollere formam eductam ex materia *A*, quæ ab illa pendet in conseruari, & esse, & ponere in materiam *B*, & concedo; sed hoc non tollit, quin simpliciter sit potentia naturalis, sicut est naturalis potentia ad effectum iam corruptum, licet nullum agens naturaliter, illud possit producere.

Septima Conclusio. Materia respectu formæ, quã actu possidet, non habet appetitum, sed complacentiam Est cõtra Ruuium *quæst.* 7. *dub. vltima.* probatur primò auctoritate Aristotelis *tex.* 81. vbi dicit non dari appetitum eorũ, quibus non est indigentia. Secũdo ratione probatur, nã id appetimus, quod desideramus, ergo appetitus supponit desiderium, sed desiderium dicit carẽtiam boni, & est de bono absente ergo etiam appetitus, ergo materia circa formã præsentem non habet appetitum, sed tantum complacentiam. Quare cum dicitur, vbi est potentia de bono [illegible] ibi esse appetitum, intellige de potentia imperfecta, sine actu, cũ enim habet actum, remanet quidẽ potentia, vt diximus, sed perfectiori modo, & appetitus transit in com-

placentiā. patet etiam conclusio ex modo cōmuni loquendi, non enim dicimur appetere, quod consequuti sumus.

Vtrum Materia habeat quantitatem coæuam. Quæstio Nona.

60 QVæstio quærit, an quantitas, quam certum est concomitari materiam, ita sit ei naturalis, vt semper cum ea existat, neque ad corruptionem formarum corrumpatur, sed sicut materia est incorruptibilis, ita sit etiam quantitas. De qua quæstione.

Prima sententia est Auerrois *text. 63. primi Phys.* & *in calce 2. Tract. Epitome. Metaphys.* & *cap. 1. libri de substantia orbis*, vt refert Zabarella *lib. 2. de Materia cap. 6.* quem sequitur. asserit igitur materiam ante receptionem formæ esse quantam quantitate, quam vocat interminatam, non quia actu sit sine terminis, esset enim dari infinitum actu, sed quia de se non magis requirit hos terminos, quam illos, qui deinde dantur à formis substantialibus iuxta ipsarum naturam; formarum enim est determinare quantitatis terminos, ad ipsarum naturas requisitos, & hanc quantitatem dicit proprietatem ipsius materiæ, atq; adeo illam semper sequi, ideo illi coæuam. Præter Zabarellam, sequitur Pererius *lib. 5. cap.* 18

Secunda Sententia est D. Thomæ multis in locis, præcipuè tamen, vt refert idem Zabarella *Opusc. 32.* qui docet materiam nullam quantitatem habere coæuam, sed ad corruptionem, & generationem formarum, corrumpi, & generari quantitatem, quæ formas ipsas sequitur, & ab ipsis tribuitur materiæ, & defendit hanc sententiam Alamannus *quæst. 3. 1. 2. suæ Philosophyæ art.* 11.

Prima Conclusio. Materia nunquam extitit cum sola quantitate. hæc conclusio, si aliquam difficultatem haberet, esset in prima rerum productione, sed tunc secundum omnes terminus productionis fuit ens completum compositum, physicum &c. ergo vera conclusio.

61 Secunda Conclusio. Materia habet quantitatem coæuam. est contra secundam sententiam. probatur. non apparet cui debeat tribui eius productio, ergo dicendum esse coæuam. Antecedens probatur. Non potest tribui agenti ipsi, agens enim naturale non agit, nisi in quātum, vnde Aristoteles 6. *Phys. text.* 32. ait, omne quod mouetur, oportet esse diuisibile, vt igitur agens agat supponit materiam quantam, non igitur illam facit. non potest tribui ipsi formæ, vel enim hoc facit in genere causæ efficientis, & hoc non, quia non est actiua; vel in genere causæ formalis, & hoc nec etiam; effectus enim formalis est forma tributa subiecto, hęc forma non est quanta, ergo nec quantitatem tribuere potest, nemo enim dat, quod non habet; pręterquamquod forma supponit quantitatem, vt recipiatur; omne autem suppositum distinctum, non tribuitur a supponente illud, ergo cum nulla sit causa, cui assignetur hæc productio, dicēdum esse coęuam materiam.

Secundo probatur. Sine quantitate non remanent cętera accidentia. sed in composito multa accidentia remanent, ergo quantitas non corrumpitur. Minor probatur per axioma Aristotelis *lib 2. de Ortu, & Interitu.* elementa Symbola facilè trāsmutantur; ergo quia qualitates, in quibus conueniunt eędem remanent in genito, & corrupto, alioquin si omnia perirent, non est cur facilius trāsmutentur ad hanc rationem, quam puto efficacissimā respondet Alamanius §. *ad.* 4. manere eandem qualitatem specie, non numero, neque hoc facere quicquam ad difficultatem conuersionis, sed nulla responsio, dum enim ex aere fit ignis, si totus aer pręter puram materiam corrumpitur, & totus ignis est producendus, eadem est difficultas, ac si ex materia terræ esset producendus, cum duę partes materię nudę eodem modo se habeant ad quamcunq; formam, &c. ergo multum facit ad faciliorem conuersionem, quod remaneat aliqua qualitas.

62 Tertio probatur. Vel in instanti productionis subiectum habet quantitatem, vel non. si dicatur primum, hęc quantitas non est à forma ipsa, quia in instanti productionis non est producta, neque est à forma pręcedente, quia illa non esset quantitas proportionata formæ de nouo producende, ergo erit aliunde; ergo cum hoc idem sit in omni productione, erit quantitas coæua ipsi materiæ: si vero dicatur non habere quantitatem, quia hæc sequitur formam ipsam introducendam, explicet quomodo forma introducitur in subiectum quantitate proportionata dispositum. Qui plures rationes; vult, videat Zabarellam, & Pererium *locis citatis*.

Tertia Conclusio. Quantitas vt habeat hanc, vel illam figuram, iuxta exigentiam formę producende, non prouenit ab ipsa forma, sed ab ipso agente. Innuit Pererius *loco citato in principio cap. 9.* dum ait, *quantitatem natura sua interminatam, variè terminari ab agentibus naturalibus pro varietate formarum substantialium, quæ inducuntur* hæc ille. est contra Thomistas, & Zabarellam probatur conclusio. talis, vel talis figura quantitatis est dispositio necessaria ad formę introductionem, ergo. Antecedens patet, aliam enim figuram quantitatis pręsupponit forma ignis, vt inducatur in materiam ligni, & aliam ipsa forma ligni; ideo enim vt inducatur forma ignis, primo quantitas rare fit &c. Consequentia probatur, eiusdem agentis est (excepta anima rationali) disponere materiam, & formam producere, non enim potest formam producere, nisi sibi materiam disponat, sed agentes naturales formas producunt, ergo etiam disponūt materiam, ergo etiam talem vel talem figuram quantitatis, iuxta exigentiam formæ introducendæ.

Secundo probatur contra Zabarellam, qui concedit materiam coæuam, deinde vult hāc, vel illam terminationem esse à forma, sic arguo. per ipsum *c. 8. in fine*, extensio formæ est à materia, sed forma non recipit extensionē interminatā, ergo terminatam; ergo hęc, vel illa figura non habetur a forma, sed supponitur, & cum non appareat, quæ eam causet, necessitamur dicere esse agētia ipsa naturalia.

Tertio euidenter. Antequam animetur fętus, videmus si moriatur Mater, & extrahatur partus, corpus quasi organizatum, quod est dicere cū figura quantitatis proportionata animę rationali; sed tunc nō potest esse à forma, quæ nondum fœtum animauit, ergo erit ab agenti naturali.

Quartò. Forma substantialis producitur in instanti, suppono ex generatione, ergo in instanti tribueret hunc effectum quantitati; non enim potest tribuere nisi informando materiam, informatio est instantanea, consequenter omnia, quæ ex illa sequuntur necessario, sed hoc est absurdum, extensio enim quantitatis, quam sequitur figura, non fit in instanti, ergo non potest esse a forma.

Quarta Conclusio. Quantitas coæua materiæ habet aliquem terminum sibi proprium, non alicuius formæ. Est contra omnes, quos hucusque vidi. probatur. Quantitas interminata actu non potest existere naturaliter, ergo quantitas habet aliquem terminum sibi proprium.

Antecedens est omnium, alioquin daretur quantitas infinita. Consequentia probatur. potest quantitas existere extensa sine vlla forma, cum sola materia, sed tunc non esset interminata per omnes, ergo terminata, non ab aliqua forma, ergo à se ipsa. quod quantitas possit existere extensa sine vlla forma, probatur. per diuinam potentiam cum existeret materia (vt posse suppono ex dictis) sine vlla forma, tunc haberet quantitatem extensam, ergo existeret quantitas extensa sine vlla forma. Minor probatur, quia quantitas ex Auerroe, & Zabarella est proprietas ipsius materiæ in secundo modo, ergo existeret cum materia cuius est proprietas. ex quo

Deducite, & si tunc materia existens sine vlla forma, existat supernaturaliter, quantitas tamen existeret naturaliter, quia conseruata materia, est debitus naturaliter concursus conseruatiuus quantitati, cum natura exigat, vt proprietas consequatur & concomitetur essentiam.

Secundo probatur. Essentia realis habet proprietatem 6
realem, sed quantitas interminata non est realis, ergo non est proprietas materiæ, ergo dicēdum est esse terminatam, vt possit esse proprietas. Minor probatur. Quantitas interminata non est dabilis, ergo non est realis. omne enim reale tale dicitur, quia potest existere; per Zabarellam autem *ca. 9. in principio*, ad hoc vt hæc quantitas sit proprietas est necesse ipsum Intellectum excludere terminos quibus exclusis emanat vt proprietas. Quæ doctrina quantū valeat, me remitto. Si datur essentia materię realis à parte rei, nō video cur assignanda sit ei proprietas, non dabilis naturaliter, à parte rei: quod enim possit esse interminata per Dei potentiam, non vrget, proprietates namq; naturas sequuntur; si igitur naturaliter est dabilis essentia materię, cur non eius passio? omitto recensere, quod subiungit *ca.* 1[illegible]. quantitatem interminatā non differre numero a quantitate terminata; ite ex quantitate interminata, & materia fieri vnum

per

per accidens; quomodo possit hæc sustineri, dum non est dabilis naturaliter, videat ipse.

Tertio probatur. Si prima productio esset terminata, tantum ad primam materiam, vtique habuisset quantitatem, cum sit eius proprietas, sed tunc non fuisset interminata, ergo terminata, non per aliquam formam, ergo in se ipsa, ergo vera Conclusio.

Ex hac conclusione, improbata remanet opinio Auerrois, & sectatorum, in quantum volunt quantitatem coæuam materiæ esse interminatam, quia de se nullum terminum exposcat; nos autem dicimus cum Auerroe quantitatem esse coæuam, discrepamus autem in hoc, quòd dicit vocari interminatam, quia nullum habeat terminum; quod si velimus lv *interminata* importare negationem omnium terminorum, qui præscribuntur ab agentibus ad indigentiam formarum quo sensu videtur explicare, & admittere P. Ayosa *Phy. quæst.* 3. *sect.* 3. *art.* 3. §. 2. & 3. vltro concedo, posse dici interminatam; horum enim terminorum nullum de se, dicit quantitas; sed termini, quos [illegible], ad nullam formam deseruiunt.

65 Obijcies. Proprietas eodem modo semper sequitur essentiam, cuius est proprietas, ergo si quantitas terminata modo explicato in conclusione, esset proprietas, semper esset cum materia, hoc autem est falsum, quia quacunque forma adueniente mutantur termini quantitatis, ergo non est proprietas. Primo dico, hoc argumento vrgeri etiam adversarios, quia si quantitas interminata esset proprietas, esset semper cum materia, quod tamē ipsi negant.

Secundo. Respondeo distinguendo antecedens, proprietas quoad sibi essentialia semper sequitur essentiam, concedo, quoad accidentalia, & nego, quare negatur consequentia, quia quantitatem terminatam esse his terminis propriis &c. est ei accidentale, ideò non est necesse esse semper cum illa terminatione, hæc enim est natura quantitatis vt naturaliter sibi asciscat aliquam figuram, non [illegible] magis hanc, quam illam.

Obijcies secundo. Termini quantitatis ex dictis producuntur ab agentibus naturalibus, sed hic non apparet quod [illegible] agens hos terminos proprios, &c. producat, cum [illegible] agens agat ad causandam formam, atque adeo tantum [illegible] terminos propter ipsam formam; ergo non dantur hi termini. Respondeo hunc casum, quod quantitas existat cum sola materia nunquam fuisse, nec fore [illegible] propter ordinem naturæ, si tamen per Dei potentiam [illegible], Deus ipse cum lege naturæ teneatur conseruare, vt diximus, quantitatem in materia, vt potè eius proprietatem, & quantitas non possit existere actu interminata, [illegible] hos terminos producere in quantitate.

66 Contra nostram secundam Conclusionem congerunt multa argumenta aduersarij nostri, vt est videre apud Zabarellam, Pererium, & Alamanium *locis citatis*, quorum multa soluentur facilè, si aduertatur, cum dicitur substantia esse prior omni accidente; accidentis subiectum esse ens actu, substantiæ ens potentia; compositum substantiale præcedere accidentale; esse compositum simpliciter, accidentale esse secundum quid; subiectum generationis non esse in loco; omnem formam materialem esse corruptibilem, & similia argumenta, habere veritatem non de tota prima substantia, neque de toto subiecto, seu composito, sed quoad vnam partem, seu materiam; neque de omnibus accidentibus, sed de non coæuis materiæ, vel esse priorem ordine intentionis, non executionis &c. sicut finis est prior in intentione, non in executione; ad id quod dicitur, subiectum generationis non esse in loco, dicite cum Pererio per lv *subiectum*, intelligi compositū, quod generatur, quod esse non potest in loco, quia dum est subiectum generationis, non est; probat enim Aristoteles generationem non esse motum, quia quod mouetur est in loco, subiectum generationis non est in loco, ergo non mouetur. preter hæc argumenta adhuc posset instari.

Primo quantitas coæua materiæ, vel dat diuisionem materie, vel non dat, si dicatur secundum ergo frustra ponitur, si primum contra est, quia omnis diuisio est à forma. Respondeo date diuisionem in potentia, quia per ipsam potest diuidi in plures partes, & sic diuiditur per aduentum formæ iuxta ipsius indigentiam, à qua falsum est esse diuisionem aliam, prętet formalem.

Secundo hæc quantitas ideo requireretur, si requiritur, vt vniatur forma substātialis cum materia, sed hæc vniuntur immediatè per se, &c. ergo non requiritur hæc quantitas. Propter quid requiratur hęc quantitas satis diximus, & modo dicimus quantitatem non esse nexum inter materiam, & formam, sed tantum conditionem sine qua non, per quod patet ad illud argumentum, quod si daretur hæc quantitas, essent quatuor principia; quia quantitas tanquā conditio sine qua non, materia esset subiectum generationis, reducitur ad ipsam materiam. Hæc sint dicta de hac quæstione difficillima, quæ nouo hoc modo explicata existimo facilè vt possit sustineri, & vt sit immunis à tot explicationum inuolucris, quæ in vtraque sententia vix intelligi possunt.

De vnitate Materiæ. Quæstio Decima.

Qværstio facilis breuiter expedietur; procedit quæstio tantum de vnitate specifica, & numerica; de generica enim patet esse in genere substantiæ, entis &c. de specifica etiam tantum quærimus de incompleta, non autem completa, cum materia sit essentialiter ordinata ad formam, atque adeo incompleta non potest esse, nisi in specie incompleta. 67

Prima Conclusio. omnes partes materiæ sunt eiusdem speciei. patet auctoritate Aristotelis *text.* 69. *vnum igitur principium est, non sic vnum existens, neque sic vnum, vt hoc aliquid vnum autem secundum quod ratio*; per rationem autem Aristoteles intelligit essentiam, vt interpretatur D. Thomas 1. *par. quæst.* 6?. *art.* 2. & *in* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad quintum*.

Probatur secundo ratione: omnis potentia specificatur ab actu adæquato, & forma, sed tota materia habet eundem actum, ergo est eiusdem speciei. Minor probatur. obiectum materiæ adæquatum ex dictis est forma, vt sic amissibilis, sed tota materia recipit formam, quæ informet amissibiliter, ergo.

Neque obstat quod formæ particulares differant specie, non enim specificant materiam secundum proprietates particulares, in quibus differunt, sed secundum ea, in quibus conueniunt, scilicet esse formas amissibiliter informantes; esse autem huius, vel illius naturæ particularis se habet vt materiale respectu materiæ. patet à simili de potentia visiua.

Tertio probatur, quia si à diuersitate formarum proueniret distinctio, quæ specificat in materia, materia quæ est sub forma ignis non posset recipere formam aquæ, alioquin esset in duabus speciebus, cum forma aquæ, & ignis differant specie.

Secunda Conclusio. Materia de se est vna numero negatiuè. explicatur, & probatur simul. Illud dicitur vnum numero negatiuè, quod ita se habet, vt sibi non repugnet esse plura numero, si diuidatur, retento eodem nomine, & essentia; neque repugnat esse vnum numero, si sic continuum perseueret; hanc vnitatem numericam habent omnia homogenea, v. g. amphora aquæ est vna negatiuè, quia sibi non repugnat diuidi in plura numero, si illa amphora aquæ in plures partes diuidatur; neque repugnat sic permanere, dum omnes sunt continuæ, sed huiusmodi est materia, ergo. Minor patet, non ei repugnat esse plura numero, de facto enim est talis, sub omnibus formis duæ enim formæ contrariæ esse non possunt in eadem numero materia; neque ei repugnat esse vnum numero, si enim omnes formæ auferantur, & partes materiæ continuentur, cum sint homogeneę, euadent vnum numero, ergo. Est expressa mens Aristotelis *hic text.* 60. *Oportet semper aliquid subijci, quod fit & hoc, & si numero est vnū, at forma quidem non vnum.* 68

Dices hanc vnitatem habent ne plures partes materiæ à se ipsis, an à formis? Respondeo duplicem esse vnitatem, & distinctionem in partibus materiæ, aliam intrinsecam, & essentialem, & hanc habent partes materiæ à se, quia habent propriam entitatem, ergo etiam vnitatem, quæ entitatem sequitur. Aliam esse extrinsecam, & accidentalem, quam nempè habet à forma, quæ est materiæ extrinseca, & accidentalis. hoc sensu quatenus à materia abesse potest propter ipsius corruptionem; quare eadem pars materiæ semper remanet eadem numero sub omnibus formis vnitate numerica intrinseca, non autem remanet eadem vnitate extrinseca, & formali sed qualibet forma tribuit vnitatem numericam sibi propriam.

De Proprietatibus Materiæ. Quæstio Vltima.

69 TRes principales proprietates materiæ videntur assignatæ ab Aristotele. Primam habet *textu 69.* vbi docet, materiam non esse cognoscibilem nisi per formam; de qua cognoscibilitate primo certum est nos posse formare de materia aliquem conceptum independentem à forma, cum propriam existentiam habeat. Secundo nos non posse formare conceptum quidditatiuum sine forma; cum enim sit essentialiter potētia ad formam, vt eius essentiam cognoscamus, est necesse concipere ordinem essentialem, quem dicit ad formam, quod benè explicuit Aristoteles in vtraque definitione supra allata *cap. 2.* & licet altera sit negatiua, tamen est inclusus ordo essentialis ad formam, dum dicitur non esse quid, nec quantum &c. sed potentia ad omnia; vnde parum subsistit doctrina Amici *quæst. vltima dub. 4.* de duplici cognoscibilitate per actum positiuum, & negatiuum, quam doctrinam accepit à Ruuio *qu. 9. §. 6. proprietas.* Addo conceptus, quos formamus de materia esse omnes confusos, & inadæquatos, nec perfectè explicare, & totaliter naturam materiæ; ea enim tantum de materia cognoscimus; in quorum cognitionem venimus, ex formarum, & accidentium transmutatione, cum materia de se sit insensibilis, & nostra cognitio pendeat à sensibus, nec est verisimile ex hac transmutatione nos omnia eius prædicata cognouisse, ideo Aristoteles videns hanc nostram imperfectionem ad materiam cognoscendam *7. Metaph. text. 31.* vocauit eam ignotam, & *hic text. 69.* esse cognoscendam per Analogiam, scilicet ad artefacta, vt videlicet ex his, quæ videmus accidere in subiectis artefactorum, aliqua colligamus de natura materiæ.

Secundam, & Tertiam proprietatem habet Aristoteles *text. 82.* materiam esse ingenerabilem, & incorruptibilem. probat, quia quod generatur ex aliquo generatur; at materia est subiectum illud, ex quo omnia fiunt: pariter quod corrumpitur in aliud corrumpitur, hoc autem aliud est materia, ergo materia est ingenerabilis, & incorruptibilis. Secundo potest probari, quia omnis corruptio est inter contraria, vt docet hic ipse Philosophus *tex. 81.* materia non habet contrarium, ergo.

Aduerto tamen hanc ingenerabilitatem, & incorruptibilitatem non facere, quin materia fuerit à Deo creata, quidquid dicat Aristoteles, & possit etiam corrumpi, si leuaret suum concursum conseruatiuum; & quia nulla causa naturalis exigit, vt hunc concursum vnquam suspendat ideo simpliciter potest dici æterna à parte post, vt anima rationalis, &c.

70 Aduerto secundo. Materiam subiectiuè posse dici generari, & corrumpi, quatenus per formarum successiuam præsentiam, & absentiam amittit, & acquirit priuationes varias, quæ impropriè dicuntur corrumpi; quare etiam materia impropriè his denominationibus potest denominari, sicut etiam nō ens denominauit Aristoteles *hic*, quia habet priuationem, quæ est non ens.

Dices: Materia verè est causa corruptionis, ergo est corruptibilis. Negatur consequentia. est causa corruptionis propter priuationem, quia scilicet cum sit capax omnium formarum, & hæ contrarias dispositiones requirāt, vtique dum agentia naturalia, aliquam formam inducere volunt, expellere debent dispositiones contrarias, ad quarum expulsionem forma præcedens corrumpitur; vnde non implicat esse ens incorruptibile, & esse causam corruptionis, ratione huius priuationis. Quare hoc innuens Aristoteles *text. 81.* dixit priuationem maleficium meditari. neque quod videatur corrumpi materia, dum in plures partes continuas diuiditur, facit negotium, materia enim de sua essentia non requirit has, vel illas partes continuas determinatè, sed vagè. diximus cum de vnitate numerica.

Pro complemento huius Tractatus quæri posset an materia sit actiua. Respond. primo materiam non esse actiuā actione transeunte. est Aristotelis *2. de Generatione c. 9. text 53.* pati namque, & moueri materiæ est, agere verò, & mouere alterius potentiæ. & ratio à priori esse potest, quia materia est producta vt subiectum omnium, subiecto autem vis passiua inest. Respondeo secundo, posse dici actiuam, quatenus ab ipsa emanāt propriæ passiones, vnde potest dici actiua actione Metaphysicę emanatiuus, est Suarez *disp. 13. sect. 4. nu. 57.* Ruuius *loco citato §. 3. proprietas.* patet: quamlibet essentiam sequuntur propriæ passiones, materia habet propriam essentiam actualem se, &c. ergo. hoc enim non pugnat cum potentia passiua immò eo ipso, quod est potentia passiua realis, non ficta habere debet suas proprietates reales, cum non sit dare essentiam sine proprietatibus; neque quod producantur ab aliquo extrinseco dici potest, cum sit contra naturam proprietatis. De hoc Tractatu. SATIS.

Tractatus Tertius. Qui est de Forma Substantiali. 7

TRia diximus esse principia rerum naturalium, Materiam, Formam, & Priuationem. explicauimus, quæ nobis videbantur necessaria ad intelligendam materiam, nunc ordo exposcit, vt incipiamus explicare ipsam formam, secundum principium rerum naturalium, de qua Philosophorum semitis inhęrentes, qui primo de quacunque re inuestigandum suadent an sit, deinde quid sit, & alia ad ipsam pertinentia, primo quærimus.

An sit forma Substantialis. Quæstio Prima.

HÆc quæstio procedit tantum de formis materialibus (de Anima enim agetur proprio loco) de hac igitur quæstione diuersum est iudicium; aliqui enim eam existimant permaximè facilem, ideo eam leuiter attingunt; alij verò difficillimum existimantes reddere rationem conuincentem dari formas substantiales præter animam, eam longissimis rationibus protrahunt, inter quos principes sunt Suarez *sect. . . disp. 15.* & Amicus *tract. 6. quæst. 2. tota.* Nos supposito de mente Aristotelis dari formas substantiales, quod apertè innuit, dum toto hoc Libro disputat contra antiquos Philosophos, qui eam non agnouerunt, immò apertè hoc dixit *text. 52.* dum ait: substantiam, qualis est indiuiduum, non componi ex non substantijs. Item
in 2. de Anima, text. 1. dum substantiam diuidit in mate- 73
riam, formam, & compositum, & multis alijs locis. hoc in quam supposito, conabimur media via incedere, quæstionem pertractabimus, ita vt non possit dici obiter mota, eo quòd non soluantur difficultates, neque detinebimur in examine omnium rationum, quas doctores afferunt, sed tantum earum, quæ magis conuincunt, duas vel tres afferemus. iam sit

Vnica Conclusio. Dantur formæ substantiales. hæc Conclusio est Conimbricensium *cap. 9. huius 1. quæstio.* Pererij *lib. 6. cap. 2.* Ruuij *de Forma quæst. 1.* & omnium recentiorum apud istos. probatur triplici ratione.

Prima deducta ex constitutione rerum. In constitutione compositi, quod dicitur substantiale, materia non est tota essentia, ergo aliquid aliud requirit, ergo formam substantialem. antecedens suppono experientia notum eadem enim materia, quæ modo est sub forma ignis, paulo post erit sub forma aeris, ergo essent idem aer, & ignis, si materia esset tota essentia, quod nemo dicit. Prima consequentia patet. Secunda probatur. Si hoc aliquid requisitum ad essentiam Leonis, ver. gr. constituendam, est accidens; vel vnum ex his, quæ sentiuntur; vel est tota collectio simul; vel aliquid insensibile ex ista collectione resultatum, neutrum dici potest, ergo nō potest esse aliquod accidens, sed erit forma substantialis. minor probatur, non potest esse aliquod vnum ex his, quæ sentiuntur, nam ipsorum quodlibet in alio composito potest reperiri diuersæ speciei; non potest esse collectio tota, nam peto quid est, quod talem collectionem requirat; non materia; nam de se est indifferens ad omnia; non aliquid eorum accidentium; non fit casu, cum sit constitutiua essentiarum, ergo danda forma substantialis, quæ ista accidentia requi-
rat. Addo quod ab ista collectione non possent resultare 74
propriæ passiones, &c. de quibus tertia ratione dicemus, neque potest dici resultatum aliquod accidens constitués ex ista collectione; quia alioquin variata ista collectione, tolleretur illud accidens, consequenter essentia, quod tamen est falsum. Addo quod accidens, vel co[illegible] re esse sensibile, vel insensibile; si primum, non apparet sensibilitas, si secundum eodem modo possemus dicere dari formam substantialem. omitto quod esset v[illegible] accidens, & tamen pleno ore confitemur dari composita sub-

substantialia. omitto quod cum forma sit perfectior materia, accidens esset perfectius substantia. omitto quod materia esset completa substantialiter in homine, per formam substantialem, quæ est anima, in alijs compositis accidentaliter, & tamen tota materia est eiusdem speciei. omitto hæc, & alia, quæ videntur fundari in principijs Aristotelicis, sine quibus in pręsentiarum disputo, ne fortè negarent illa, & tota machina corrueret.

72 Secunda Ratio à distinctione. homo, & equus essentialiter distinguuntur, non per materiam, vt dixi, neque per accidentia, ergo per formam substantialem. Quod non distinguantur per accidentia, probatur ex doctrina allata prima ratione vel distinguuntur per aliquod accidens commune, & hoc non; vel per totam collectionem, & hoc etiam non; alioquin ablato vno ex illis accidentibus tolleretur essentia, quod sensu patet falsum, cum multoties ab homine, à Leone pereat aliquod accidens, & tamen remaneat homo, Leo, &c. vel per accidens aliquod proprium, & de hoc quæro vt supra, vel est sensibile, vel insensibile &c. addo quod omne accidens stando intra limites naturæ accidentalis, siue sit separabile, siue inseparabile potest adesse, & abesse, saltem per Dei potentiam, sine subiecti corruptione, ergo potest ab homine auferri omne accidens, ita vt remaneat in propria essentia distinctus a [illegible] Leonis, ergo talis distinctio non est per accidentia [illegible].

Quod si dicant aduersarij posse Deum auferre omne accidens præter illud, quod constituit essentiam. Contra est, quia [illegible] transgredi essentiam accidentis, & hoc constitutiuum [illegible] cui dicunt repugnare, vt auferatur [illegible] & tamen vocat accidens, ego appello formam substantialem, cum sit alterius naturæ, ac cętera accidentia. Omitto quod si composita omnia distinguuntur per accidentia, perperam aliqua dicuntur substantialia, sed omnia essent dicenda accidentalia, à forma enim est sumenda denominatio.

73 Tertia Ratio ab operationibus desumitur. Multæ sunt operationes compositorum, quæ esse non possunt, nisi ab aliqua forma substantiali intrinseca, ergo datur forma substantialis. Antecedens probatur. Si aqua calefiat, naturaliter reducitur ad priorem frigiditatem, sed hoc fieri non potest à materia; neq; à quantitate, cum sint eædem [illegible] composito, & sint indifferentes; neque ab aliquo frigiditatis, quod remansit, quia est ita exiguum, vt non possit contrariare calori summo; neque dicendum, quod aliquæ partes remaneant frigidæ, per quas deinde ad pristinam [illegible] omnes reducantur; si enim hoc esset, sentirentur frigidæ, contrarium tamen patet, neque esse potest ab aere ambiente, nam aliquando est calidus, vel saltem non est frigidus, ita vt possit expellere calorem summum ab aqua: remanet igitur, vt sit forma substantialis, in qua tanquam in radice remanet frigiditas propria passio, & ideo naturaliter ad illam se reducat; quod si dicatur dari principium aliquod intrinsecum, nempè qualitatem virtute continentem omnia ista, insensibilem tamen, redeunt, quæ contra hoc diximus rationibus præcedentibus. Addo Apes condere aluearia, araneas telas texère, formicas propria latibula tripliciter diuidere, & innumerę alię proprietates animalium me non capere, quomodo per sola accidentia saluentur. Præterquam quod nulla est ratio, cur sentire, quod est proprium animalis, quod dicitur de homine, & de cæteris brutis, in homine debeat esse à forma substantiali anima, in cæteris animalibus ab accidente, quod non solum differt genere à substantia, sed prædicamento. Quomodo idem effectus genere, à duobus principijs prædicamento distinctis? modo ad argumenta in contrarium.

74 Arguitur primo ex Suárez *num. citato*, vel hæc forma est per se subsistens, vel inhærens; si primum, ergo non est à forma, implicat enim dicere formam informantem, & in subiecto, & esse per se subsistentem; si dicatur secundū, vel omnes sunt formæ substantiales, vel omnes accidentales, quia ex modo essendi cognoscitur modus entitatis. argumentum non contemnendum. Respondeo formarum substantialium alias esse per se subsistentes, nempè animam rationalem, quæ est vera forma hominis informans, vt de Fide definitur *ex Concilio Lateranensi sub Leone Decimo Sessione 8. & Vienensi sub Clemente Quinto*, vt habetur *Clementina vnica de Summa Trinitate*; Quando dicitur implicare esse formam subsistentem, & informantem, negatur; implicat tantùm esse formam subsistentem vt quod, & dependentem à subiecto, anima autem licet informet corpus, non dependet ab ipso, sed per se subsistit, vt *ex lib de Anima* suppono; alias esse non inhærentes, sed subsistentes, vt quo, & ideo dependenter à subiecto, vnde negatur etiam illatum, quòd omnes sint, vel accidentales, vel substantiales, & negatur etiam probatio; quia licet forma materialis, substantialis, & accidens videantur conuenire in modo essendi, re vera tamē, non est idem modus essendi, quia forma substantialis habet suam subsistentiam. vt in Metaph. licet non possit subsistere sine materia, quia est subsistentia imperfecta, & vt quo, sicut etiam materia habet propriam subsistentiam, licet sine forma esse non possit. At accidens inhæret propriè subiecto, cum nullam habeat subsistentiam; per hoc enim distinguitur à substantia. & ne hoc gratis videatur dictum probo. compositum enim, ver. gr. Equus perfectè subsistit, vt omnes concedunt, vnde habet subsistentiam hanc perfectam? non à materia, quia talem ipsa non habet, ergo à materia, & forma habet duas partiales, ex quibus vna totalis coalescit. Quare esse in alio dependenter magis patet, quam inhærere, ideo Aristoteles 4. *Phys. text.* 23. octo modos essendi in alio enumerat, vt alias diximus. Addo cum Suarez *disp. 16. sect.* [illegible] *num. 16.* formam substantialem ita esse in materia dependenter, vt tamen, & ipsa dependeat à forma, non sic accidens; vnde etiam quantum ad hoc corruit absumptum, quod habeat eundem modum essendi.

Arguitur secundo *ex 2. de Generatione tex. 7.* Aristoteles formas Elementorum vocat qualitates primas, & *text.* 24. easdem vocat differentias, ergo accidentia sunt formę elementorum. Respondeo ideo dixisse illas qualitates formas elementorum, quia cum formæ sint ignotæ, eas describebat per notiora. Ad secundum locum potest dici sumpsisse elementa, vt actiua, & passiua, inter se; & quia vt sic agunt medijs primis qualitatibus, vocauit eas ipsorum differentias. Fonseca *sectio. 6.* aliter legit textum Aristotelis.

Quid sit forma Substantialis. Quæstio Secunda.

ARistoteles 2. *Phys. text.* 28. tradidit definitionem formæ dicens, formam esse rationem quidditatis, quia 75
est id, per quod quidditas rei in tali, vel tali specie est; ex qua definitione recentiores alteram deducunt clariorem his verbis *forma est actus substantialis vnum per se constituens cum materia*, vt autem distinctius procedamus, & sciamus quid definiatur.

Notandum multa esse formarum genera. aliæ dicuntur formæ naturales, per quas constituuntur res naturales, vt lignum, Equus, &c. Aliæ sunt artificiales, quæ per artem fiunt, vt forma domus. ex naturalibus aliæ substantiales, vt iam assignatæ, lignum, & Equus: aliæ accidentales, vt albedo. item ex substantialibus alia informans, alia assistens: informans, quæ per realem informationem constituit compositum, vt forma aquæ, assistens, vt Angeli mouentes corpora cælestia, & tandem ex formis informantibus alia separabilis à materia, vt forma hominis, quæ dicitur anima rationalis; alia inseparabilis, quæ destruitur simul cum composito, vt forma ligni. forma autem, quæ hic definitur, est forma substantialis informans. De qua

Dicitur primo quod *est actus*, per quam particulam distinguitur à materia, quæ est potentia, & cui nullo modo competit esse actum.

Dicitur secundo *substantialis* ad excludenda accidentia, quæ etiam ipsa actus quidam sunt, non tamen sunt substantia.

Dicitur tertio *vnum per se constituens cum materia*, quibus verbis excluduntur primo modi substantiales, qui licet aliquo pacto possint dici substantiales actus, non tamē constituunt vnum per se. Secundo excluduntur Angeli, qui aliquando vocantur actus substantiales, non tamen sunt ad aliquid constituendum. Tertio per hæc verba nobis innuitur formam esse substantiam incompletam: ex ente enim completo non fit vnum per se: item dicere ordinem essentialem ad materiam, tanquam ad proprium subiectum, sicut etiam materia ipsa dicit respectum transcendentalem ad formam, tanquam ad proprium actum.

Ru-

Ruuius *Tract. de Forma quæstio.1.num.4.* affert varia nomina, quibus solet appellari forma, qui vult, videat ipsum.

An dentur Formæ, quæ educantur de Potentia Materiæ, & quomodo educantur. Quæstio Tertia.

76 Tota difficultas huius quæstionis est sita in hoc Argumento. Forma quæ dicitur produci, vel præexistit, vel nō si primū, ergo nō fit, cū prius fuerit, si nō preexistit, ergo fit ex nihilo, ergo creatur, ergo malè dicitur anima rationalis sola creari, & cæteræ formæ educi de potentia materiæ. ad hanc difficultatem soluendam variæ, & multæ sententiæ possunt videri apud Conimbricenses *cap. 9. quæst. 12. art. 3.* Ruuium *cap. 1. Tract. de Forma, num. 5.* Amicum *Tract. 6. quæst. 3. art. 1.* omnes tamen mihi videntur posse ad has duas principaliores reduci.

Prima sententia est illorum omnium, qui asserunt formas, quæ non creantur, antequam fiant, præexistere in materia. In qua sententia sunt varij modi dicendi; alij enim existimarunt omnes formas simul præexistere in materia, & in productione tantum extrahi, vt appareant. Est Anaxagoræ, & aliorum antiquorum. Alij posuerunt quandam potentiam formalem coæuam materiæ inchoatiuam omnium formarum, quæ in materia in confuso continentur. ita tribuitur Auicennæ, & Linconiensi. alij voluerunt in materia esse semper aliquem gradum formæ producendæ, quo cooperante ab agente perficitur, & sic fit forma, tribuitur Aureolo, Soto, Gratia Deo, & Antonio Andreę. alij formas præexistere secundum possibilitatem, quæ possibilitas, vi agentis naturalis fit actu, quæ sententia, si rectè explicaretur, posset habere verum sensum. Alij dicunt præexistere totam formam, vt primus modus; sed addunt, ab agente tantùm vniri materiæ in productione. Alij deniq; ponentes inchoamentum formarum præcessisse in materia, ipsum explicāt esse eandem formam secundum essentiam, quæ est ipsamet potentia materiæ formalis; ita vt cū fit compositum, fiat tantum forma, vt terminus formalis secundum existentiam tantum, tribuitur Alberto Magno.

Secunda Sententia Peripatetica est, nihil formæ producendæ præexistere, sed totam de nouo produci. Sequitur D. Thomas *1. parte quæst. 45. art. 8. & quæst. 90. art. 2. ad 1. 7. Metaph. lect. 7. in 2. dist. 18. quæst. 1. art. 2.* Scotus ibidem *quæst. vnica,* Capreolus pariter *in 2. distinct. 17. qu. 1. conclusione prima §. ad argumentum Scoti,* & alij apud Amicum *loco citato, num. 6.*

77 Tertia Conclusio. Formæ, quæ dicuntur fieri, & non creari, antequam fiant, nullo modo præexistunt in materia. Est contra primam sententiam. Probatur ratione vniuersali. tot modi dicendi sunt excogitati ad eludendā difficultatem positam initio quæstionis, sed non per hoc habetur intentum, immo nouæ difficultates emergunt, ergo, probatur minor, si tota forma præexistit, tollitur omnis generatio, nam re vera forma non fit de nouo, & tenentur ita asserentes explicare, quomodo tot formæ disparatæ, & oppositæ formaliter, simul sint in eodem subiecto, & cur non sint dicenda tot composita actu, cum habeantur actus formales in proprio subiecto. si verò præexistit tantum pars, præterquam quod forma substantialis non intenditur, neque habet gradus ex Aristotele *cap. de Substantia,* adhuc non euaditur difficultas, quomodo altera formæ pars non fiat ex nihilo, & consequenter creetur. Alij vero modi de inchoamento, de potentia, de possibilitate, &c. vel volunt omnia ista esse verè aliquid entitatis formarum formaliter, ita vt formaliter sit aliquid formæ ignis, aliquid formæ ligni, &c. vel non. Si primum, redeunt rationes mox allatæ, si secundum cum verè nihil formæ præexistat, non euaditur difficultas, quomodo non fiant ex nihilo, ergo per hos modos non euacuatur vis argumenti, & efficaciores difficultates inuoluuntur, ergo dicendum formas non præexistere antequam fiant.

Confirmatur, est enim implicantia in verbis ipsis dicere, quod præexistant, & fiant; præexistere enim est præcedere aliquid, si igitur præexistunt realiter, antequam fiant, præcedunt se ipsas realiter, quæ est implicantia manifesta.

78 Secunda Conclusio. Necesse est dari formas eductas ex materia. (ponitur conclusio sic indefinita, quia hæc quæstio non quærit quænam formæ educantur, hoc enim præstabitur quæstione sequenti. sed solum quærit, an dentur formæ, quæ educantur, & quomodo educantur de potentia materiæ) patebit. si explicentur conditiones, quæ requiruntur ad eductionem ex materia. circa quod varia Doctorum placita videantur apud Amicum *quæst. 4. dubi. 1.* Dico breuiter educi, vt nomen ipsum significat, idem esse, ac extrahi ex aliquo, & quoniam nihil potest extrahi ex alio, nisi intus contineatur, hinc oritur prima conditio requisita ad eductione ex materia, vt scilicet quod educitur, contineatur in eius potentia; & quoniam omnia, quæ taliter continentur, fieri non possunt, nisi illud subiectum substernatur, hinc oritur secunda conditio, vt pendeat in fieri ab ipsa materia, quæ dilatatur etiam, vt naturaliter pendeat in esse, seu conseruari, eò quod fiat dependenter à materia, & subiecto propter imperfectionem sui esse. Quare ad eductionem duæ cōditiones requiruntur, nempè esse in potentia subiecti, ex quo fit eductio. Secunda vt pendeat in fieri, & conseruari ab eodem has duas conditiones ponit D. Thomas *quæst. 90. citata art. 2. ad. 2.* vide Auersam *in Philos. tom. 1. quæst. 20. sect. 7.* qui perbene hoc explicat modo

Probatur Conclusio. Aliquæ formæ materiales non creantur, quia alioquin agentia naturalia nihil agerent ergo fiunt ex subiecto, ergo in eius potentia continentur ergo pendent ab illo in fieri, & conseruari, stante discursu supra facto, sed hæ sunt conditiones requisitæ ad eductionem, ergo fiunt per eductionem ex materia, ergo vera Conclusio.

Instat Amicus *conclus. 4.* contra id, quod diximus, formam eductam debere pendere etiam in conseruari [illegible] educta forma de materia, si Deus statim illam destrueret [illegible] esset educta, quia non creata, & tamen non fuisset conseruata, ergò male diximus debere etiam pendere in conseruari. miror in hoc virum Doctum cæcutisse. cum dicimus pendere in conseruari, non intelligitur, quod necesse [illegible] per aliquod tempus debeat conseruari à materia, sed [illegible] sensus, eò ipso, quod fit ex materia, si debet existere, non posse naturaliter hoc præstare, nisi conseruetur in materia, & per hoc patet ad assumptum. post hæc tandem

Ad difficultatem initio positam Respondeo formarum quæ dicuntur fieri, nihil præexistere, vt dicit prima Conclusio. quando dicitur, ergo creantur, negatur consequentia, quia fiunt ex præiacente materia, & ex subiecto supposito, vt dictum est, de cuius potentia educuntur; creatio autem fit ex nihilo, vt *ex materia de creatione* suppono, & cum dicitur creatio non fit ex nihilo, quia ex nihilo nihil fit, negatur absolutè, vt enim docet Fides, materia in prima rerum productione fuit ex nihilo creata, & quotidie animæ creantur ex nihilo, illud autem axioma tantum est verum respectu virtutis finitæ, non infinitæ.

Contra primam Conclusionem obijcitur primo Aristoteles *7. Metaph. tex. 29.* ait, in materia præexistere aliquod principium actiuum, quod est pars formæ, ergo. Respondeo cum D. Thoma ibi Aristotelem quærere, cur aliqua fiant casu, & ex arte, quædam ex arte tantùm, respondet quia formarum artificialium, aliquando est aliquod principium intrinsecum, sicut sanitas, quæ inducitur & ab arte medica, & à natura, virtute potentiæ vegetatiuæ, & ratione huius principij intrinseci dicit præexistere partem formæ, &c. re vera tamen non præexistit.

Obijcitur secundo *2. Phys. text. 3.* distinguuntur naturalia ab artificilibus, quia hæc non habent principium intrinsecum sui motus, benè illa; sed non potest loqui de principio passiuo, cum æquè sit in omnibus, ergo de actiuo, ergo præexistit forma, &c. Respondeo loqui de principio passiuo, quia in artificialibus non est naturaliter inclinatum ad formam artificialem, &c. sic lapis non est naturaliter inclinatus ad essendum sursum in ædificatione domus, at naturalia semper illud habent naturaliter inclinatum, &c. & ideo illa simpliciter dicuntur illud habere, ratione cuius appetitus naturalis, non dicitur generatio violenta, licet sit ab extrinseco, quia violentum requirit vt sit contrariante natura; at materia habet naturalem potentiam ad omnem formam, vt diximus.

Obijcitur tertio. Materia appetit formas, ergo [illegible] quid formæ præexistens, quia omne simile appetit [illegible] mile. Confirmatur ex D. Augustino *3. de Trinitate* [illegible] 8. vbi dicit in materia præexistere quasdam [illegible] tiones. Ad argumentum negatur consequent[illegible] bationem respondeo, ad appetitum satis esse [illegible] tiam inter appetentem, & rem appetitam; alioqu[illegible]

semper appeteret comedere homines. Ad confirmationem Respondent Conimbricenses *hic cap.9.quæst.12.art.6.ex D.Thoma, 1.parte quæst.115.art.2.* seminales rationes esse a[illegible],& passiua principia rerum, in quorum virtute,& potentia omnia efficienda continentur.

Obijcitur quarto, nullum agens finitum potest agere supra distantiam infinitam, at talis est inter formam, & [illegible] eius negationem, ergo aliquid formæ præexistit. Primo retorqueo argumentum,inter illam partem formæ,quæ per aduersarios producitur ex materia, & negationem eius,est distantia infinita,ergo non poterit produci ab agente finito, & cum idem procedat in omnibus, nulla res producetur, quod enim vnam partem ponant præexistentem,non tollit, quin alia sit efficienda secūdum se totam. Quare respondeo negando minorem,non enim est distantia infinita,eò quod contineatur in potentia materiæ,[illegible] supradicta cum dicitur forma, & negatio formæ opponuntur contradictoriè,ergo distant in infinitum, negatur consequentia;contradictoria enim aliquando ita se [illegible], vt vnum extremum ponat aliquid positiuum, quod aliud extremum illud negat non simpliciter, sed secundum quid,& tunc non est vera distantia infinita, sic in [illegible], negatio formæ negat formam, quæ est in potentia materiæ,non negat simpliciter,sed esse in actu,quod [illegible] contradictorij ponit.

Sed contra instabis. Forma antequam producatur non est ens simpliciter, ergo est simpliciter non ens; negatur consequentia, occurrit enim fallacia dictionis in ly *simpliciter*, quod diuerso modo facit supponere in antecedente,& consequente: in antecedente enim supponit pro esse essentiæ, in consequente vero pro esse simpliciter, tum essentiæ,tum existentiæ,ideo non valet. Ad id quod non semper valet a propositione negatiua de terminis finitis ad affirmationem de terminis infinitis. Videte Conimbricenses *pro c[illegible]p. [illegible]onem prim[illegible] capitis, secund. de Interpretatione quæst.vnica art[illegible].§.3 tamen num.2.*

81 Obijcies quinto contra secundam Conclusionem, non dicitur [illegible] forma,de potentia agentis, & tamen perfectiori [illegible]tinetur, quam in potentia materiæ, ergo per[illegible] eduaci de potentia materiæ.

Respondeo cum Suarez *disp.1[illegible].sect.7.num.*14. formam contineri in potentia,& agentis, & materiæ, quia tamen in materia continetur tanquam in subiecto, seu principio [illegible], ideo ex ea dicitur educi, quod propriè importat [illegible] causæ materialis; sic in moralibus Petrus hauriens [illegible] dicitur illam educere ex puteo, quia puteus est,qui illam continet,& se habet. vt causa subiectiua, seu materialis,ipse, vt causa efficiens.

Quæres vtrum ad eductionem requiratur prioritas tēporis, an sufficiat prioritas naturæ. Respondeo sufficere prioritatem naturæ probatur.

Nullum fuit instās temporis, quo materia esset sine forma,in prima productione,sed tunc formæ fuerunt eductæ, ergo ad eductionem non requiritur prioritas temporis, sed sufficit prioritas naturæ. Maior est clara,materia enim fuisset extra statum naturalem. Minor probatur. Primæ formæ eundem modum essendi habuerunt dependenter à materia,ac habent modò, & diuersa fuit actio, qua producta materia, ac illa, qua producta forma; illa enim eadem adhuc perseuerat,illa vero formæ cessauit, cum corrupta fuit forma,ergo fuerunt eductæ.

Confirmatur. Sol eodem instanti,quo fuit creatus aër, illum illuminauit, sed illud lumen fuit eductum ex potentia materiæ,vt suppono,ergo in eodem instanti habuimus effectionem subiecti,& eductionem luminis,ergo ad eductionem non requiritur prioritas temporis.

82 Quæres secundo. An Actio eductiua sit distincta ab actione vnitiua, qua forma vnitur materiæ. Respondeo negatiuè cum Suarez *in Metap.disp.13.sect.9.num.10.& deinceps*,& de gratia *parte 3.lib.8.cap.2.& 3.parte tom.1.disp.8.sect.1.* vt citat Amicus, sed ego re vera,*in 3.parte* non inueni talem opinionem Suarez. est etiam opinio certa Scoti *in 4.distinct.1.quæst.1.§. ideo dici potest conclusione 2* probatur: eductio includit essentialiter dependentiam à materia,sed non potest esse dependentia sine vnione,ergo vera responsio. minor patet *conclusione* 2. Minor probatur à Scoto sic. nulla creatura potest conseruare formam materiale in aliqua duratione absque eò quod informet,ergo dependentia, quam dicit forma à materia, non potest esse sine vnione.

Probatur secundo. Si dependentia potest saluari sine vnione,ergo forma educta ex materia *A*, si poneretur in materia *B*, posset dici dependere à materia *A*, quod est absurdum, & nemo dicit.

Tertiò probatur. Si actio eductiua non includit vnionem,illo instāti, quo intelligimus perfectam eductionem, haberemus formam existentem in subiecto per ipsam actuabili,absque actuatione, hoc est absurdum, ergo.probatur absurditas.materia,& forma sunt causæ necessariæ,ergo positis omnibus ad agendum requisitis, non possunt non agere, sed in eodem instanti, quo existit forma in subiecto,sunt omnia requisita, ergo eodem instanti actuat.

Contrarium sentiunt multi ex Amico *quæst.4.dub.2.num.4.* pro quibus potest argui primo prius est formam existere, quam vniri, ergo duæ actiones, altera terminata ad existentiam formę,altera ad vnionem. Secundo sunt duo termini,forma videlicet,& vnio,ergo duæ actiones. Tertio, Deus potest educta forma impedire vnionem, ergo sunt duæ actiones. 83

Ad primum negatur antecedens, formā enim materialem existere,non est prius, quam vniri, quia formam materialem existere per eductionem dicit formam esse vnitam. Ad secundum pariter negatur antecedens,est enim tantùm vnus terminus,nempè forma educta; cum autem dico eductam, dico vnitam. ad tertium negatur antecedens, potest quidem Deus transacta eductione tollere vnionem,tollendo formam, vel materiam, non autem potest facere,vt educatur, & non vniatur, quia ipsa eductio est vnitio, vt dictum est. Quod si aduersarij velint esse duas actiones tantum secundum nostrum modum intelligendi, quia intelligimus & educi formam, & vniri, non grauabor concedere.

Quibus Formis conueniat educi de Potentia Materiæ. Quæstio Quarta.

Svppositis his,quæ diximus quæstione præcedenti,non erit difficile soluere presentem quæstionem. Sit igitur 84

Prima Conclusio. Omnes Formę mixtorum,& omnia accidentia naturalia perfecta,sunt educta de potentia materiæ. hæc conclusio est omnium apud Amicum, *quæst.5.num.3.* Ruuij, *quæstio.3.num.24.* Conimbricensium *lib 1.cap.9.quæstio.12.art.5.§. liquet igitur*. Probatur. Omnes conditiones eductionis concurrunt in productione harū formarum,ergo sunt eductæ. Consequentia patet. Antecedens probatur. omnes formę mixtorum, & accidentia ex natura sua pendent à subiecto, ideo extra illud nō possunt conseruari, ergo fiunt ex illo, ergo in ipsius potentia continentur; sed istæ sunt conditiones eductionis, ergo. prima consequentia, quod si pendent in esse, fiant ex illo, patet, primo quia res sicut se habent ad esse, ita ad fieri. Secundo auctoritate D.Thomæ *1.parte quæst.45.artic.4.* quia creatio est tantùm subsistentium.

Secunda Conclusio. Anima rationalis non est educta de potentia materiæ. est communis, & patet,quia anima rationalis non pendet in esse à materia, cum sine illa esse possit,vt in omnibus hominibus accidit post mortem,nec pendet in fieri, etenim anima creatur à solo Deo ex nihilo,quod negare esset saltem temerarium,vt docet Ruuius *Tractat.de anima separata quæst.1.* & ideò duæ actiones concurrunt, vna creatiua animæ, altera vnitiua eiusdem cum corpore,ergo vera conclusio, vbi enim non sunt conditiones eductionis,nec eductio esse potest.

Instabis primo. Cætera agentia educunt formas compositorum,quas producunt ex materia,ergo etiam homo, qui est agens nobilius. Negatur consequentia;non enim minuit dignitatem hominis, ex eò quod non attingat productionem formæ, neque dicitur agens nobilius in ordine ad hanc tantùm operationem, sed in ordine ad omnes operationes, quas in maiori perfectione, & numero edit homo,quam cętera animalia,licet forsan in aliqua superetur ab aliquo animali.

Instatur secundo. Materia est in potentia naturali ad animam,ergo ex illa educitur. ad antecedens dico: est in potentia naturali ad recipiendam, & concedo, sed negatur consequentia, quod ex hoc sequatur illam educi, nec sequitur dari aliquam potentiam passiuam naturalem, cui non correspondeat naturalis actiua, sicut enim naturaliter 85

ret

ter est in potentia passiua ad recipiendam animam, ita est naturalis potentia actiua, quæ talem formam à Deo per aliam actionem creatam illi communicet mediante visione, nempè homo, qui alium hominem generat.

Tertia Conclusio. Formę Elementorum, & Cœlorum sunt eductæ de potentia materiæ. hæc Conclusio quoad primam partem est contra Conimbricenses *loco citato*, §. *proposita conclusio*. Quoad secundam est contra Suarez, *disput. 5. sect. 3. tota*. De reliquo quoad vtranque partem est Ruuij *quæst. 2. hoc Tract.* quam *num. 13.* tribuit Molinæ, & Vasquez 1. *parte quæst. 45. artic. 1.* & ferè omnibus modernis. Sequitur etiam Amicus *quæst. 5. dubit. 1. nu. 5.* probatur, formæ Elementorum, & Corporum Cęlestium dependent in esse à materia, ergo etiam in fieri, ergo vera Conclusio. Antecedens patet. Prima consequentia probatur, quia si non penderent in fieri, essent productę, vt quid subsistens in se, ergo non penderent in conseruari à materia, sed hoc est falsum, etiam per aduersarios, ergo non sunt productæ, vt subsistentes in se, ergo in fieri pendent à materia.

Probatur secundo, si materia Elementorum, & Corporum Cœlestium, precessisset inductionem formæ, postea Deus formas produxisset, per Suarez, & Conimbricenses, *locis citatis*, educeret illas formas ex materia, ergo etiam de facto in prima productione eduxit, non creauit. Probatur consequentia, illa forma in illo casu educta esset eadem, ac in pręsenti, ergo formę pręsentes simul comproductæ continentur in potentia materiæ, pendent in esse ab ipsa materia, ergo etiam in fieri, ergo educuntur, si enim fiunt in materia, in cuius potentia continentur, & pendent ab illa in conseruari, cur non dicendæ eductæ de illa? illa enim dicuntur creari, quæ in nullius principij passiui potentia continentur.

86 Dices cum Suarez *ibi*. Tunc illa forma esset producta extraordinario modo, nos autem loquimur de modo naturæ consentaneo. Respondeo negando esse magis consentaneum creari; Si enim hoc esset, nullo modo, & nullo casu posset educi, quia in nullius potentia contineretur, quod patet esse falsum, dum in casu præsupposito educitur etiam per ipsum Suarez.

Quod si quis dicat etiam in illo casu illas formas esse creatas, non eductas, quia illa actio productiua formæ nō necessario exigit materiam, sed est per accidens, & ex mera voluntate agentis, quæ non variat actionem. Quod innuit idem Suarez, *num. 3.* Contra, quia illa actio non necessariò terminatetur ad aliquid dependens à materia præsupposita, si esset creatio, quia creatio sicut nullum supponit subiectum, ita non terminat ad aliquid dependens à subiecto.

Dices secundo pro Suarez. Formæ cęlestes sunt incorruptibiles, sicut materia, & eædem semper perseuerant, ergo non est cur duabus actionibus diuersis dicamus productas, sed materia verè fuit creata, ergo etiam forma. Negatur prima consequentia. cum enim sint duæ partes reales, realiter distinctę, quarum vna licet incorruptibilis, tamen omnino pendens à materia, tanquam à subiecto, sicut cęteræ formæ corruptibiles, neque creatione aliquid dependens à subiecto producatur, cogimur ponere duas actiones, vnam creatiuam materiæ, alteram eductiuam formæ ex materia.

87 Dices tertio pro eodem *num. 5.* quia si sunt duæ actiones, saltem creatiua materiæ esset prior natura actione productiua formæ, sed hoc non potest esse, ergo. Maior patet ex his, quæ diximus requiri ad eductionem, saltem prioritatem naturæ. Minor probatur, quia materia Cœli habet necessariam connexionem cum illa forma, nec potest intelligi illa, in aliqua prioritate priuata, ergo sunt simul creatæ. Nego minorem. ad probationem respondeo, necessariam connexionem formæ cum materia non tollere, quin actio productiua formæ possit esse in posteriori signo naturæ; quæ enim est maior connexio, quam vltimę dispositionis cum forma; & tamen per ipsum etiam Suarez *num. 4.* est semper in priori signo naturæ. Quoad priuationem dico non esse necesse, quod ipsa precedat formam eductam, sed est satis, quod inducatur in materiam aptam, & dispositam prius natura; quod accidit in casu, de quo agimus; quia prius fuit materiam habuisse dispositiones ad formam, quam ipsam formam Cœlorum; neq; quod materia Cœli ex vi actionis, qua creatur, non possit esse sub alia forma, benè forma Elementorum, vt get, etenim etiam ex vi actionis, qua producitur dispositio vltima, non potest subiectum esse sub alia forma, non tamen sequitur dispositionem non esse priorem natura, seu eadem actione produci cum forma.

Per hæc quæ diximus contra Suarez patet etiam ad ea, quæ à Conimbricensibus possent obijci, omnia enim fundantur in hoc, quod materia Elementorum, & Corporum Cœlestium, non fuit priuata, neq; in potentia ad illas formas, & ideo non fuerunt productæ per eductionem, ad quæ omnia satisfactum est, vt optimè notauit etiam Auersa *loco citato*. Innuimus etiam supra *Tractat. 1. quæst. 5.* 3 *Conclusione*, & *quæst. 2. §. 8. dicitur. 3.*

Quarta Conclusio. Formæ artificiales educuntur de potentia materiæ. antequam autem probetur Conclusio, Notandum in forma artificiali duo nos posse considerare, primo naturalitatem, seu entitatem ipsius formæ. Secundo quatenus artificialis est, scilicet producta per directionem agentis liberi, ad differentiam formarum productarum à causis naturalibus sine directione. Conclusio procedit de forma artificiali primo modo. Secundo enim modo sumpta dicit tantum denominationem extrinsecam, quam certum est non educi ex subiecto extrinsecè denominato. modo probatur conclusio. hæ formę non creantur, sunt enim maximè dependentes à materia, &c. ergo educuntur, cum non sit alia via productionis.

Dices. Formę artificiales non continentur in potentia naturali materiæ, ergo non educuntur de eius potentia. Dato antecedente, de quo nolo disputare, negatur consequentia, voluntariè enim assumitur, quod ad eductionem requiratur potentia naturalis, satis enim est, si id quod fit, pendeat in fieri, & conseruari à subiecto, tunc enim educitur de illo, & in illo continetur; siue sit in potentia naturali, siue potentia obedientiali, vt benè Suarez aduertit *disput. 15. sect. 2. num. 10.* & Ruuius *quæst. 3. nu. 13*

Dices secundo ad formam artificialem nulla terminatur actio, sed solum est modus quidam resultans ex va[...] quantitatis figura, per motus locales instrumentorum, v.g. ex incisione, aut dolatione resultat figura scamni in li[g]n[o] ex motione instrumentorum; ex approximatione materiæ resultat figura domus, ergo forma artificialis non educitur. hæ duę rationes mouerunt Conimbricenses ad contrariam opinionem sectandam *loco sæpius citato* [...] imo hæc secunda [m]ouit etiam Suarez *eadem s[ect.] num. 17.* Ad argumentum negatur antecedens. re vera enim datur actio ad tales formas, & illæ motiones instrumentorum, applicationes materiæ, &c. sunt tantùm dispositiones naturaliter præ requisitę, sicut ad generationem alteratio, quare, sicut pręter alterationem, & approximationem agentis ad passum, datur actio vera productiua substantiæ, ita præter hos motus locales, datur vera actio productiua formæ artificialis.

Quinta Conclusio. Accidentia supernaturalia verè educuntur de potentia subiecti. hæc conclusio est contra pene innumeros Doctores, Bonauenturam, Ricardum, Scotum, & alios apud Amicum *quæst. 5. dub. 4.* est tamen conformis D. Thomæ 3. *par. quæst. 62. in corpore art. 1.* & Caietano ibidem cum alijs multis apud eundem Amicum, *eodem loco, num. 2.* probatur breuiter (nam ea diffusius discutere spectat ad Theologum.) Actio, qua accidentia supernaturalia producuntur, non terminatur ad ipsa tãtum tanquam ad quid subsistens, sed ad composita talibus formis informata, vt in alijs eductionibus, ergo educuntur, non creantur. Antecedens patet, non enim primariò fit Gratia, sed homo gratus. consequentia patet, ideo enim non producuntur primario, sed comproducuntur, quia fiunt dependenter à subiecto.

Secundo probatur, quia vera Creatio est ex nullo supposito subiecto; hæc accidentia fiunt suppositis subiecti[s] ergo non creantur.

Nec obstat, quod non contineantur in potentia naturali, sed obedientiali subiecti, quia eductio non magis exposcit potentiam naturalem, quam obedientialem, sed [tan]tum dicit fieri dependenter à subiecto, in quo co[n]ti[netur] vel dicite cum Suarez illa[m] conditionem de pote[ntia na]turali ad summum requiri in eductione naturali, [...] autem etiam assigna[ri] eductio supernaturali[s], quand[o] quod educitur, est quid supernaturale, & ed[uc]itur d[e po]tentia non naturali, & ab agente supernaturali, & est v[...]

ed[...]

eductio, quia participat omnes conditiones eductionis, [illegible] de hoc proprius locus est in Theologia, satis sit attigisse.

90 Sexta Conclusio. Formæ violentæ educuntur de potentia subiecti, seu materiæ. Hæc Conclusio est Suarez *sect. citata de [illegible] Formis artificialibus*, & Conimbricensium *art 6. loco citato §. ad quartum*, & probatur, quia licet sint violentæ materiæ, vt stat sub tali forma; v. g. materiæ lapidis, vt [illegible] sub forma lapidis violentum est ferri sursum, [illegible] tamen sunt violentæ respectu materiæ, quæ de se est indifferens, præterquamquod hæ formæ non creantur, [illegible] omnes conditiones eductionis, ergo vere educuntur. Deberet institui Conclusio de modo [illegible] intentionales, quia tamen non posset [illegible], nisi cognito, quid sint huiusmodi species, [illegible] *[illegible] de Anima*, proprium locum habet, ideo [illegible], cum ipsarum natura fuerit explicata. ex his quæ [illegible] de alijs formis, innotescet quid de illis [illegible] dicendum. [illegible] de his agit Auersa *sect. 7. citata*, [illegible].

De Proprietatibus Formarum. Quæstio Quinta.

91 A[illegible] Proprietates solent assignari formis, quæ vide[illegible] Pererium *lib. 6. cap. 4. & 5.* & Ami[illegible] *tot.* Nos breuiter principaliores attingemus.

Prima Conclusio. Forma, quatenus forma est, est no[illegible] composito. Prima pars patet 7. *Metaph. text.* [illegible] docet substantiam dici de materia, Forma, & Composito, ex quibus dicit Formam, & Compositum [illegible] substantiam & 1. *Phys.* 8[illegible]. formam esse [illegible], eamque expeti à materia, vt [illegible]. Ratio est, quia forma est actus, & perfectio [illegible] materia pura potentia, & perfectio [illegible] actus 9. *Metaph.* 15. est nobilior [illegible].

Dices. Materia est incorruptibilis, forma corruptibilis, ergo [illegible] materia. probatur consequentia, quia illud est [illegible] quod magis elongatur a non esse; sed materia [illegible], quia non potest vnquam non esse, ergo. Negatur consequentia. ad probationem Respondeo esse nobiliorem secundum quid, scilicet secundum modum essendi, [illegible]; alioquin Angelus, & materia æque essent [illegible], quia eodem modo elongantur a non esse; [illegible] sumitur ex eo, quod perfectior gradus entis [illegible] ponatur a parte rei [illegible] perfectiorem autem ponit [illegible] materia, ergo.

Secunda pars probatur, quia compositum continet totam perfectionem formæ, & insuper ipsam materiam, ergo forma est ignobilior composito. Confirmatur ex Aristotele [illegible] *de Substantia*, vbi primam substantiam, quæ est compositum, dicit maxime substantiam.

Dices. Tota nobilitas compositi est à forma, materia enim dat tantum imperfectionem, ergo compositum non est nobilius forma. Respondetur, licet materia dicatur imperfecta, & [illegible] respectu formæ, attamen habet aliquam entitatem, vt diximus, & hanc communicat Composito, sic compositum aliquid habet, quod non habet forma; præterquamquod compositum est substantia completa, subsistens, &c. non sic forma.

92 Secunda Conclusio. Forma, vt forma, neque dicit generari, neque creari, neque corrumpi, neque non corrumpi, patet conclusio, quia formarum aliæ sunt, quæ ex nihilo fiunt, & creantur, vt forma hominis, & consequenter sunt incorruptibiles, aliæ sunt, quæ vere generantur, & educuntur de potentia materiæ, & sunt corruptibiles, ergo forma vt sic abstrahit ab vtroque conceptu.

Tertia Conclusio. Eadem numero forma non potest esse in pluribus materijs numero distinctis, nec simul, nec successiuè loquendo naturaliter (an enim possit supernaturaliter, pendet à decisione illius arduæ quæstionis, an Deus possit replicare eundem numero effectum) intellecta igitur naturaliter Conclusio probatur vnica ratione. Si eadem forma numero posset informare simul, vel successiue diuersas materias, eadem forma esset vna numero, & non esset vna numero, sed hoc implicat, ergo vera conclusio. probatur quod hoc sequeretur. forma sumit suam vnitatem etiam a materia, ergo esset vna numero, quia talis supponitur, & nō esset vna numero, quia esset in diuersis materijs, a quibus diuersas vnitates acciperet. Confirmatur *ex primo de Anima text.* 53. vbi damnantur Pithagorici ponentes transmigrationes animarum.

Dices. Eadem numero materia potest esse sub diuersis formis, ergo etiam vna forma sub diuersis materijs. Negatur consequentia est enim dispar ratio; materia enim est incorruptibilis, nec pendet à forma aliqua in suo esse; at quælibet forma est corruptibilis, pendet à materia determinata, de qua educitur, ideo sine illa esse non potest.

Quarta Conclusio. Forma substantialis est principium generationis. est Aristotelis *hic à text. 40. vsq; ad 57.* immò *text. 67. & 68. vbi* apertè docet, tria esse principia materiam, priuationem, & formam, & multis in locis, vbi docet musicum fieri ex non musico, scilicet ex priuatione musici. probatur secundo ratione. Generatio non potest esse sine forma, ergo est principium. probatur consequentia. principia generationis sunt illa, sine quibus generatio esse non potest. 93

Tertio probatur. generatio est transitus à termino à quo ad terminum ad quem, sed forma est hic terminus ad quem, ergo est principium generationis. quare cum motus sumat suam specificationem à termino *ex 5. Phys. text.* 31. tanquam à causa formali extrinseca, forma debet dici principium generationis, vt causa formalis extrinseca, quia illi dat esse specificum.

Aduertatur tamen cum Suarez *disput* 12. *sect. 1. num* 7. quod etiam nos tetigimus *tract. 1. quæstio.* 1. diuerso modo formam esse principium generationis, ac rei genitæ; rei enim genitæ est principium per positiuum influxum, vt suo loco: at generationis nequaquam, quia cum sit tātùm terminus non potest in illam influere, sed totus influxus est ab agente, & à sustentante materia. quare materia habet etiam aliquem influxum respectu generationis, quem non habet forma, nisi dicamus formam esse finem generationis, & vt talis est finalizando influere in generationem influxu condebito causæ finali. Verum est causalitas, & influxus physicus, nimis improprius, & forsan causalitas finalis habetur tantùm respectu agentis ex intentione, quia ipsum solum potest dici, quod à fine moueatur, in quo videtur consistere causalitas finalis, sed de hoc infra, cum de causa finali. Duæ aliæ quæstiones possent desiderari, quas *hic* tractant Amicus, & Pererius. Prima an ex materia, & Forma, fiat vnum per se. Secunda an forma sit tota quidditas rei, sed in vltimo Tractatu de Composito soluentur, vbi etiam dissoluam difficultatem, quomodo si Deus poneret aliquam formam vnam numero in pluribus materijs, fieret vnum per se, pendet enim ex intelligentia, quid requiratur ad efficiendum vnum per se. De hoc Tractatu SATIS.

Tractatus Quartus. Qui est de Priuatione.

Ex principijs rerum naturalium superest explicandum tertium, scilicet Priuatio, de qua quatuor videbimus. Primo. An sit in rebus Priuatio, & quid sit. Secundo an distinguatur à materia. Tertio, quot priuationes in ipsa reperiantur. Quarto, quomodo sit Principium rerum Naturalium.

An sit in rebus Priuatio, & quid sit. Quæstio Prima.

Varias acceptiones Priuationis ponunt Suarez, & Ruuius ex Aristotele 5. *Methaph. cap.* 22. Primo igitur sumitur Priuatio pro carentia formæ in aliquo subiecto, quod est aptum illam habere, quatenus ens, ver. gr. planta dicitur cæca. Secundo pro carentia formæ, quam subiectum aptum est habere, secundum suum genus, ver. gratia. Talpa dicitur irrationalis. Tertio pro carentia formæ, quam subiectum est aptum habere secundum suam determinatam naturam specificam, sed non tali tempore, v. gr. Infantulus dicitur Edentulus. Quarto, denique sumitur priuatio pro carentia formæ, quam subiectum est aptum habere secundum suam naturam specificam, & positis omnibus circumstantijs. Ver. gr. Petrus dicitur priuatus [illegible]tu, quem est aptus habere tali tempore. Quæstio procedit de Priuatione vltima acceptione, quæ propriè [illegible] dicitur Priuatio, hoc posito sit 94

Prima Conclusio. Datur in rebus Priuatio. Est Aristotelis

telis *hic*, vbi assignans tria principia realia, dicit Priuationem corrumpi, quod autem non est in rebus non corrumpitur. item *capite de oppositis*, vbi realem oppositionem priuatiuam ponit inter priuationem, & Habitum, ergo ambo membra opposita sunt realia, & *text.* 82. priuationem enumerat.

Probatur ratione Conclusio. nullo Intellectu cogitante Petrus caret visu, quem hic, & nunc est aptus habere, ergo datur in rebus Priuatio.

Secundo probatur. Ad habendum Priuationem alicuius formæ sufficit, si subiectum existat aptum, & forma nõ sit in tali subiecto, sed ad hoc non est opus fabricatione Intellectus, vt de se patet, ergo priuatio de se est in rebus. verùm conclusio, non indigens probatione.

Secunda Conclusio. Priuatio nõ est aliquid positiuum. Est Aristotelis *hic text.* 75. vbi priuationem vocat per se non ens; item *text.* 81. negat esse substantiam, eo quod per se sit non ens, non quia velit absolute esse ens rationis, vel nihil, cum eam ponat principium reale realis generationis, sed quia illam reijcit ab ente reali positiuo.

Probatur ratione. Negatio non est quid positiuum, antequam enim Deus quidquam faceret, erant negationes, ergo neque priuatio. probatur consequentia quia Priuatio est species negationis, vt ex ipsius definitione parebit. Secundo probatur ex conceptu, quem formamus de priuatione; audito enim nomine Priuationis, non occurrit menti aliquid positiuum, sed carentia positiui, ergo.

95 Tertia Conclusio. Priuatio est ens reale remotiuè, siue abusiuè, siue impropriè, probatur primo auctoritate Diui Thomæ 5. *Metaph. lect.* 9. vbi diuidit ens reale in ens reale propriè, scilicet pro essentia, & existentia positiua rei, quod diuiditur in 10. prædicamenta. Secundo impropriè pro omni eo, quod nullo Intellectu cogitante potest esse fundamentum veritatis propositionis, *ex cap. enim de Substantia* ex eo quod res est, vel non est, oratio vera, vel falsa est, & hoc pacto comprehendit etiam negationes, & priuationes, nullo enim opere Intellectus premisso, carentia rationis in Talpa est fundamentum, vt hæc propositio sit vera, Talpa est irrationalis. Vnde dicebat Ferrariensis 3. *contra Gent. cap.* 9 ens reale diuidi in positiuum, negatiuum, & priuatiuum.

Secundo probatur ratione. Omne Ens, aut est reale, aut rationis, ex Aristotele 5. *Metaph. text.* 14. vt diximus *Tract. de Ente rationis quæst.* 1. priuatio non est ens rationis *ex prima conclusione*, ergo est ens reale; sed non est in rebus ponens aliquid positiuum, sed tantùm remouens illud, ergo verè priuatio est ens reale remotiuum; quod etiam possit dici abusiuè, patet, quia illud dicitur tale abusiuè, quod non propriè, sed per quandam proportionem ad aliud; at priuatio dicitur ens reale tantùm, quod reperitur nullo Intellectu cogitante, sicut vera entia realia, non verò, quod ponit entitatem positiuam, &c. ergo.

96 Obijcies. sæpius de Priuationibus dicuntur esse, sic *Genesis* 1. *Tenebræ erant super faciem abyssi. sec. de Anima, text.* 36. quod videntur, & *Danielis* 3. inuitantur ad laudandum Deum, nihil autem carens propria essentia, & existentia potest esse, videri, & inuitari ad laudandum Deum, ergo Priuatio nõ habet tantum esse reale abusiue.

Respondeo sicut Priuatio tantùm habet esse abusiuè, ita dicitur esse, videri, &c. sunt igitur tenebræ, quatenus non est lux: videntur quatenus non videtur lux: inuitantur autem ad laudandum Deum, quatenus cum sint de perfectione vniuersi, nos inuitant ad Deum laudandum.

Obijcies secundo habere essentiam, vnitatem, & distinctionem conuenit tantum enti reali positiuo, sed hæc omnia competunt Priuationi, ergo Priuatio est ens reale positiuum. Respondeo, negando maiorem, entia enim etiã rationis habent propriam essentiam, vnitatem, & distinctionem, in genere tamen entis rationis. Addo quod, & si Priuatio habeat aliquam essentiam, explicabilem per aliquam definitionem, vt infra, tamen vnitatem, & distinctionem habet è formis, in ordine ad quas habet etiam suam definitionem.

Obijcies tertio. Priuatio ex Aristotele *text.* 66. dicitur accidens materiæ, ergo non est tantum ens reale abusiuè. Respondeo Aristotelem ita appellare Priuationem, quia non est de essentia materiæ, quare negatur consequentia.

Ex dictis potest colligi Definitio Priuationis, quam tradit Aristoteles *capite de oppositis*, & 5. *Metaph. text.* 27. Priuatio est negatio Formæ realis in subiecto apto talem formam recipere.

Dicitur primo *Negatio realis formæ* loco generis, quo conuenit cum negatione particulari alicuius formæ in subiecto non apto nato; tam enim negatio visus respectu talpæ, quam priuatio visus respectu Petri, sunt negatio realis formæ, vt de se patet.

Dicitur secundo *in Subiecto apto*, loco differentiæ, priuatio enim connotat aptitudinem in Subiecto, quam non connotat negatio; quare priuatio formaliter importat illam negationem, in obliquo vero, & per connotationem aptitudinem subiecti: an verò per hanc aptitudinem, quam connotat differat essentialiter à negatione, an tantum accidentaliter, diuersi diuersa dicunt. Videatur R... *Tract. de Priuatione prima num.* 80. Suarez *disp.* 14. ... *num.* 7. Amicus *Tract.* 7. *quæst.* 1. *dub.* 2. *num.* 5. me remitto ad ea, quæ diximus *Tract. de ente rationis quæst.* 3. *conclusione* 2.

An Priuatio distinguatur à Materia. Quæstio Secunda.

IN hac quæstione aliqui existimant distinguendum de duplici Priuatione, proxima, & remota. proximam vocant, quam habet materia inducta dispositionibus necessarijs ad aliquam formam, quæ propriè ex Pererio ... *cap.* 23. §. *Posterior item priuatio*, est principium generationis. remotam dicunt illam, quam habet materia nudata omni dispositione ad omnes formas, sicut enim materia habet duplicem potentiam, remotam, & proximam, & consequenter duplicem aptitudinem, ita etiam ... duplicem priuationem, alteram quæ consequitur materiam nudam, alteram materiam dispositam, ego tamen (esto hæc distinctio sit bona, quod quæstione sequenti scutiemus) existimo hic nulla opus esse distinctione; ... enim se habet priuatio proxima ad materiam dispositam, ita priuatio remota ad materiam nudam; quare quod ... tue ... in communi, verificabitur de qualibet priuatione respectu propriæ materiæ.

Prima Conclusio. Priuatio, & Materia differunt a parte rei. Hæc Conclusio est Aristotelis, vbi dicit *text.* ... teriam esse non ens per accidens, quem ... dit priuationem ... per se ... teriam esse quodammodo substantiam, priuationem ... nullo modo. item priuationem vocat accidens ... materiæ. ... ponit tria esse principia, nempe duo contraria, & aliud, quod subijcitur *text.* 69. sed hæc vix ... possunt, si materia, & priuatio non differunt a parte rei.

Probatur secundo ratione. Quæ realiter sunt separabilia, non sunt idem realiter, at materia, & priuatio sunt realiter separabilia, ergo non sunt idem realiter. minor probatur, quia adueniente forma, remanet materia, non tamen priuatio; non enim potest simul esse forma, & non esse formæ *ex cap. de oppositis*, dum igitur est, sequitur ... sum esse, quod non sit, ergo non esse est corruptum, & consequenter separatum à materia, ideo Aristoteles, *text.* ... dicit priuationem corrumpi.

Secunda Conclusio. Hæc distinctio realis inter materiam, & priuationem est realis priuatiua. probatur. Illa distinctio realis priuatiua, quæ versatur inter extrema, ambo priuatiua realia, vel vnum positiuum, & aliud reale priuatiuũ, sed huiusmodi est inter materiam, quæ est quid positiuum, & priuationem, ergo.

Obijcies *ex text.* 66. vbi materiam, & Priuationem Aristoteles vocat vnum numero, ratione duo, & ideo dicit *text.* 67. *principia, nec plura, quodammodo contrarijs sunt, sed duo, vt ita dicam*; scilicet sub nomine vnius materiam & priuationem amplexus, postea subdit, *nec rursus duo penitus, quia ipsorum ratio est diuersa*, scilicet definitio materiæ, & priuationis, *sed tria*, ergo per Aristotelem materia & priuatio ad summum ratione distinguuntur. Ad primum Respondeo esse vnum numero dupliciter contingere, primo secundum entitatem, vt omnes gradus metaphysici dicuntur vnum numero. Verbi grat. in Petro, substantia, ... uens, animal, & ... sunt vnum numero. Secundo ... potest dici vnum ... secundum subiectum ... cuntur ... ea, quæ in eodem subiecto reperiuntur ... grat. subiectum cum omnibus suis accidentibus ... que sint plura numero; tamen dicuntur vnum n... quia sint in eodem subiecto; quia igitur Priuatio, ...

...

[illegible] idem subiecto, ideo Aristoteles vocat vnum numero, & quod hæc sit mens Aristotelis patet, dum addit, [illegible] scilicet essentia, esse duo, quia enim sunt duo essen[illegible] possunt esse rigorosè idem numero, & per hoc [illegible] secundum [illegible] tex. 67.

An sit vna tantum Priuatio Formarum, An plures iuxta ipsarum multiplicationem. Quæstio Tertia.

99 R[illegible] concedit vnam tantum, respectu materiæ nudæ, quam vocat priuationem remotam, respectu omnium formarum; plures autem priuationes, si de proxima scilicet de materia disposita sit sermo. Ita qu. 2. Amicus quæst. [illegible] dub. 5. art. 3. plures concedit etiam remotas, pace [illegible]

Prima Conclusio. Nulla reperitur priuatio remota; respectu formarum [illegible] si propriè loqui velimus. [illegible] primo [illegible] auctoritate Aristotelis *cap. de oppositis*, ubi explicans quid sit priuatum esse, respondet [illegible] quod aliqua forma caret; & hæc [illegible] verba. *Sed priuatum esse dicimus vnumquodque eorum, quæ susceptiua sunt habitus, cum non est habitus, [illegible] in quo esse consueuit, vel quando [illegible] consueuit ipsum habere; edentulum enim non ex eo [illegible] non habet; & cecum itidem non ex eo [illegible] non habet, sed quia nō habet, cum est aptum habere, [illegible] visum, dentesque habere [illegible] dicuntur.* Hæc Aristoteles. [illegible] priuationem requirit præter formæ carentiam, [illegible] aptitudinem talem, quam [illegible] non habet visum, [illegible] aliquid temporis sit ea habitu[illegible].

[illegible] in potentia remota ad habendum [illegible] ad formam [illegible] propriè non dicitur [illegible] materia [illegible] remota [illegible] aliquid aliud [illegible] non [illegible] propter defectum [illegible] ad habendum [illegible] est in potentia remota ad illos.

[illegible] Priuatio est carentia formæ [illegible] nudè spectata re [illegible] non [illegible] est priuata. Minor probatur [illegible] aptum, quod vt illa [illegible] vt nuda, non potest habere [illegible] remota.

100 Confirmatur [illegible] dicit priuatum esse [illegible] in quo consueuit [illegible] consueuit esse [illegible] nudè sumpta [illegible] est priuata. Confirmatur [illegible] Aristoteles [illegible] *de Oppositis*, vbi explicans [illegible] aliquid [illegible] *quod enim*, inquit, *non dum est aptum visum habere [illegible] neque cecum, neque visum habere dicitur*, atque posset dici, secundum aduersarios priuatum remotè, quod tamen non concedit Aristoteles sed dicit, neque dici habere formam, neque esse priuatum, ergo.

Probatur tertio hæc priuatio remota hoc tantum importat, materiam habere capacitatem ad formam, quam tamen non potest habere nisi mediis dispositionibus, sed hoc nihil aliud [illegible] quam materiam esse proximè priuatam dispositionibus necessarijs ad formam, ergo malè ponitur hæc priuatio remota; minorem probo, vel enim est tantum vna priuatio remota omnium formarum, vt Rubius, vel sunt plures distinctæ, vt ipse Amicus, sed illa vna Rubij quod formam, quæ aduenit, & illa distincta Amici, specificatur ex eo quod est carentia, non formæ, quia esset priuatio proxima, sed talium dispositionum; sed carentia talium dispositionum est priuatio ipsarum dispositionum, ergo dicere priuationem remotam formæ, est tantum dicere, veram priuationem ipsarum dispositionum.

Sed contra hanc doctrinam Instabitur primo. Materia nudè sumpta habet potentiam ad formas substantiales, ergo aptitudinem, ergo carentia illius est priuatio, quæ definitur carentia formæ in subiecto apto.

Dato antecedente, distinguitur primum consequens habet aptitudinem vt nuda, si ponantur dispositiones, cōcedo consequentiam, scilicet mediatè, habet aptitudinem, vt nuda immediatè possit recipere formas, & nego consequentiam, quare negatur etiam secunda cōsequentia, quia carentia illa nō est in subiecto apto, nisi post multum temporis positis dispositionibus, &c. ideo non est vera priuatio, de qua loquimur. Quare aliud est materiam habere potentiam, & aptitudinem, & aliud priuationem rigorosè sumptam; ad saluandam enim potentiam, & aptitudinem naturalem satis est, si possit reduci ad actum naturaliter, siue hoc fiat mediatè, siue immediatè, quia verè potest assignari duplex potentia, & aptitudo mediata, seu remota, & immediata, seu proxima; at ad habendam veram priuationem requiritur, vt sit aptitudo immediata stante doctrina Aristotelis *loco vbi supra*, ideo materia habet potentiam, & aptitudinem non autem priuationem in ordine ad formas, si nudè spectetur.

Instabitur secundo. Materia nudè spectata non potest dici negata formis, quia si sic, non posset naturaliter illas recipere, ergo dicetur priuata, cum non detur medium inter priuationem, & negationem. 101

Respondeo inter membra priuatiuè opposita, vt diximus *conclus.* 1. ex Aristotele dari medium, scilicet quod neque dicatur priuatum, neque habere talem formam; sic infans antequam veniat ad necessarias dispositiones dentiū, neque dicitur priuatus dentibus, neque habere dentes. eodem modo dico materiam nudè sumptam neque dici priuatam formis, neque habere illas, sed esse quid medium.

Secunda Conclusio. Priuationes, quas aduersarij vocant proximas, multiplicantur ad multiplicationem formarum, conuenio in hoc cum Rubio. probatur Conclusio. priuationes, & negationes, cum sint meræ carentiæ entitatum, totam suam vnitatem specificationem, &c. habent ab ipsis entitatibus, ergo vera Conclusio.

Secundo probatur. Priuationes dicunt subiectum aptum, sed modo diuerso est aptum, atque adeo multiplicatur pro qualibet forma, ergo Priuationes ad multiplicationem formarum multiplicantur. ex quo

Infertur primo eandē partē materiæ habere quidē simultatē potentiæ ad plures priuationes, non autē potentiā simultatis, quia cū priuatio includat dispositiones, & materia non possit simul esse disposita ad plures formas, vtique neque simul habere potest plures priuationes, potest tamē successiue, quia etiam successiue potest esse disposita ad plures formas; & hoc verificatur non solùm de pluribus simul, sed etiam [illegible], vt experienti patebit.

Deducitur [illegible] materiam habere potentiam simultatis ad plures priuationes respectu dispositionū, patet; dispositiones enim non requirunt alias dispositiones in materia, sed si ipsis [illegible] affligunt, ergo materia æquè dicitur priuata dispositionib. ad formam ignis, ac dispositionib. ad formā aquæ, cum illis caret. Quod verò hæc, vel illa priuatio expellatur aduenientibus his, vel illis dispositionib. prouenit ab agente extrinseco, quod illam sic, vel sic disponit.

Quomodo Priuatio sit principium rerum Naturalium. Quæstio Quarta.

PRo hac quæstione supponendum est id, quod diximus *quæst.* 1. *Tract.* 1. de varia acceptione principiorum, scilicet alia influere realiter in principiatum, vt materia, & forma; alia nequaquam, hac enim obseruatione soluentur multa argumenta, quibus excludere contendunt priuationem à numero principiorum, eo quod non influat. 102

Prima Conclusio. Priuatio non est principium per se rerum naturalium in facto esse. probatur primo ex Aristotel. 1. *Phys. tex.* 65. solum materiam, & formam esse principiū per se eorum, quæ fiunt. & *text* 66. ait, differre materiam à priuatione, quia ex materia fit aliquid per se, at ex priuatione, per accidens; sed non potest intelligi de rebus in fieri, vt conclusione sequenti, ergo in facto esse. Addo quod, & si intelligeretur de rebus in fieri, multo magis, in facto esse Probatur etiam ratione. Principia per se rei, in facto esse, manent cum re in facto esse sed priuatio non manet, ergo non est principium per se.

Quæres in quo cōsistat hæc causalitas per accidens. Placet quod affert Amicus *quæst.* 2. *dub.* 1. ex Ægidio *lect.* 17. ideo dici causam per accidens rei in facto esse, [illegible] quia pri-

priuatio, vt priuatio connotat subiectum, quod est causa perfectum quod est principium per se mutationis, quæ terminatur ad rem in facto esse.

Secunda Conclusio. Priuatio est principium per se generationis naturalis (& [illegible] generationem naturalem pro quacunque mutatione) est Aristotelis toto hoc libro, præcipue text.44. [illegible] ad 69. vbi ponit principia esse contraria, quod quid [illegible] fieri ex contrarijs, &c. sed priuatio est, quæ contrariatur formæ, ergo ex Aristotele priuatio est principium per se; [illegible] enim principia per se inuestigat generationis.

Secundo probatur ratione. Id, sine quo intrinsecè aliquid esse non potest, est principium per se illius, sed generatio intrinsecè esse non potest sine priuatione, ergo est principium per se. Maior est [illegible]. Minor probatur, quia generatio est intrinsecè, & essentialiter transitus a termino a quo ad terminum ad quem, scilicet a non esse ad esse, sed priuatio est [illegible] terminus a quo, sine hoc non [illegible], ergo.

103 Dices primo Aristotelem [illegible] in [illegible] priuationem esse principium per accidens [illegible] ergo. Respondeo Aristotelem [illegible] priuationem principium per accidens, loqui de [illegible], sed [illegible] in facto esse. Quod si [illegible] videretur [illegible] Aristotelem [illegible] non esse contrarium, potest respondere tunc esse locutum de priuatione consequente formam, quæ generatur, adueniente enim vna forma, alia corrumpitur, & consequenter producitur vna priuatio, quæ dicitur priuatio consequens, quæ tamen respectu generationis non habet rationem principij, quia generatio, vt generatio dicit transitum a non esse ad esse, quod autem sequatur alterius corruptio est per accidens, quia materia non potest plures formas informare simul.

Dices secundo. Multa alia sunt principia per accidens rei genitæ, & tamen ea non enumerauit, ergo dicendum priuationem enumerare principium per accidens respectu generationis, non rei genitæ. Respondeo negando [illegible] Aristoteles inter principia per accidens rei genitæ enumerauit solam priuationem, quia cum habeat rationem principij per se respectu generationis, [illegible] ipsius naturam, vt ex diuerso modo, quo concurrit in re genita, & generatione, colligeremus [illegible] aliter esse principium, ac in re genita.

Tertia Conclusio. Priuatio tunc principiat, quando primo desinit esse. Est [illegible] apud Aue[illegible] q.1. sect. [illegible] optimè eã defendit, licet diuersa a nobis incedat via. Probatur Conclusio. principium tunc principiat, quando incipit esse principium, sed principiatum respectu priuationis tunc incipit esse, quando incipit non esse priuatio, ergo vera Conclusio. [illegible] quia principiatum est, sic [illegible] priuatio est principium tanquam non esse ipsius principiati, sed tunc tantum incipit esse aliquid rei, cum desinit non esse, non enim potest esse & non esse, ergo principiatum priuationis incipit esse cum ipsa incipit non esse.

104 Dices esse in intelligibile, quod principiũ aliquod principiet, & causet, quando non est. Respondeo bene posse intelligi, si consideretur priuationem esse principium non realiter influens, sed tantum vt terminum a quo, quod est dicere, vt non esse ipsius formæ, necessario autem debet principiare, cum primo non est, alioquin simul haberemus esse, & non esse.

Dices secundo. Vel in eodem instanti temporis, quo est mutatio, est priuatio vel non: si sic, ergo principiatum, seu mutatũ simul est cũ priuatione, ergo priuatio causat quando est; si in diuerso instanti, ergo ad eductionẽ requiritur prioritas tẽporis contra ea, quæ diximus q.2. quæsito primo.

Respondeo esse in diuerso instanti temporis, quando dicitur ergo ad eductionem requiritur prioritas temporis, distinguo consequens, ad eductionem, quæ fit cum reali mutatione, & concedo consequentiam, ad eductionem vt sic, & nego, quia in prima rerũ productione, fuit vera eductio, ex q.3. tract. præcedenti, & tamen non fuit vlla prioritas temporis. Contra hanc responsionem obijcies, etiam tunc fuit vera [illegible], & priuatio, forma enim fuit [illegible] in materia disposita, & consequenter apta ad talem formam, ergo vere priuata tali forma, ergo redit eadẽ difficultas. Respondeo tunc non fuisse, nec veram mutatio-nem, nec veram priuationem, cum productio subiecti [illegible] dispositionis, nec non & formæ, eodẽ instanti [illegible] vnquam subiectum præcesserit sub alia forma, [illegible] potest dici mutatum, seu dispositum in priuatione [illegible] hoc tantum sensu, quòd debuisset præcedere [illegible] tra naturam materiæ existere sine vlla forma [illegible] numquam extitit priuatio, & consequenter [illegible] cipium verum, quia nunquam à non [illegible] transitus in subiecto adesse, sed simul, & semel [illegible] biecti, & formæ; ideo illa prima productio non [illegible] generatio, sed productio substantialis, vt benè dicitur [illegible] uius Tract. de forma quæst. 2. num. 2[illegible].

Sed obijcies; si hæc responsio esset vera, [illegible] veram priuationem, quia in eodem instanti [illegible] forma, &c. in nulla generatione esset vera priuatio [illegible] tur sequela; quia in omni generatione eodem [illegible] est vltima dispositio, est etiam forma ex Suarez d. [illegible] 15. [illegible] 5. n.4. & etiam ratione, quia si tempore præcedit [illegible] dispositio formam generandam, eum [illegible] pitur sine non possibilis cum illa vltima dispositione [illegible] careretur materia aliquo tempore esse sine [illegible] nullis dicit, ergo si hoc obstat veræ priuationi [illegible] neratione dabitur vera priuatio contra Aristotelem toto [illegible] libro, &c. Respondeo negando sequelam, & concedo [illegible] ctrina alia, pro probatione illius, dico, priuationem, quam [illegible] appellant, quæ est principium rerum [illegible], & de qua debet præcedere instantia non [illegible] ultima dispositionem, sed omnes præter vltimam [illegible]. Quare corruit fundamentum quod in nulla generatione adsit priuatio, quia vere tempore præcedit subiectum [illegible] forma, quæ corrumpitur, & dispositionibus ad [illegible] generandam, præter vltimam, quæ simul cum ipsa [illegible] introducitur, vt benè assumit probatio sequelæ, & [illegible] sequenter tempore præcedit priuatio.

Quod autem hæc Doctrina sit vera probatur, quia [illegible] principium est principium rerum naturalium, quæ nomine [illegible] te præcedit esse formæ in subiecto, & a qua [illegible] incipit generatio, tũc enim [illegible] incipit non esse; sed quando incipit [illegible] non est priuatio formæ, quia [illegible] simul esset, & non esset [illegible] esse sine [illegible] [illegible] a Vetero li. [illegible] 3. §. [illegible]

Dices primo. Priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato, sed donec ponatur vltima dispositio, nõ est aptum natum, ergo priuatio inuoluit vltimam dispositionẽ, ergo recurrit difficultas. Nego minorem, quia licet non possit poni forma, nisi ponatur vltima dispositio, quia tamen hæc necessario ponitur eodem instanti cum forma, dicitur aptum natum, quia quocunque tempore post [illegible] vltimam dispositionem, potest formam recipere.

Dices secundo ex dictis quæst. præcedenti tunc dicitur subiectum priuatum, cum consueuit habere habitum, & no habet, sed subiectũ sine vltima dispositione, non cõsueuit habere formam, ergo nõ est priuatũ, ergo priuatio [illegible] uoluit vltimam dispositionem, ergo recurrit difficultas.

Distinguo minorem, non consueuit habere, quia nisi [illegible] la dispositio ponatur, non ponetur forma, concedo minorem, non consueuit habere sine dispositione iam [illegible] bus, & nego minorem, quare negatur prima consequentia quia [illegible], si consueuit habere sine illa prius [illegible] non habeat, ideo negatur etiam secunda consequentia.

Quæres, si non requiritur vltima dispositio ad priuationem, cur potius dicetur priuatio posita penultima dispositione, & non secunda, & tertia &c.

Respondeo primo, quia priuatio est carentia in subiecto apto nato, quod non [illegible] nisi posita penultima dispositione. Secundo quia tantum priuatio, quæ immediatè præcedit esse formæ est vera priuatio, [illegible] sita penultima dispositione, [illegible]

Pro complemento huius Tractatus [illegible] proprietates Priuationis [illegible] tract. [illegible] proprietas est, quod [illegible] ipsum. [illegible] [illegible] Priuatio est principium [illegible] de Priuatione.

Tractatus Quintus, Qui est de Composito.

PResentem Tractatum instituo de Composito, quod ex principijs hucusque explicatis resultat. Tria quæram. Primo, An ex Materia,& Forma fiat vnũ per se. Secũdo in quo consistat tota quidditas Compositi. Tertia, an compositum distinguatur realiter à suis partibus. sit igitur.

An ex Materia, & Forma fiat vnum per se. Quæstio Prima.

107 OMnes conueniunt ex Materia, & Forma fieri vnum per se, at in assignanda ratione non conueniunt quidem, vt est videre apud Amicum, *Tract. 6. quæst. 7. art. 2.* pro nostra sententia.

Notandum primo, ad constituendum vnum per se ex duobus entibus distinctis requiri primo, vt simul vniantur inter se, si enim non vniantur, remanebunt separata, consequenter non conficient vnum, quod dicit negationem diuisionis. Secundo requiri, vt sint entia eiusdem prędicamenti, alioquin non fiet vna natura, sed remanebunt duæ naturæ: quæ enim differunt genere, differunt etiã specie, & consequenter in natura. est doctrina Aristot. 5. *Met. cap.* 7. vbi habetur. Illa dicuntur per se vnum, quæ significant prędicationis figuras, scilicet idem prædicamentum [illegible] dicuntur, vnde *hic text.* 52. dicit substantiam non cõstare ex non [illegible]; attamen cũ etiã vnũ per accidens [illegible] vnitatem, non [illegible] quiescit animus, quare tantũ ex rebus eiusdem prędicamenti, dicatur fieri vnum per se. ideo

Notandum secundo lv *per se*, contrahere vnitatem ad [illegible] pro vnitate perfectissima. hæc autem vnitas perfectissima habetur tantum cum vniuntur res eiusdem prędicamenti, precipue vt actus & potentia; quia res eiusdem prędicamenti, quæ vt actus, & potentia vniuntur sunt essentialiter imperfectæ, nec essentialiter perficiuntur, nisi per res [illegible] ordinis, quia sunt essentialiter ordinatæ ad vnum [illegible] constituendum, ideo primariò ad illas referuntur [illegible], ad cetera autem aliorum prędicamentorum [illegible] ordinatæ secundario; quare omnis vnio per accidens [illegible] saltem via perfectionis, & intentionis primæ vnioni per se; cum igitur tantũ in rebus eiusdẽ prędicamenti habeamus potentiã per se, & actũ per se, quia [illegible] sunt per se, ad inuicẽ ordinatæ, cõsequẽter etiã ex [illegible] Compositum, quod resultat, dicitur vnum per se.

Notandum tertio esse vnum per se non competere tantum prędicamento substantiæ, sed omnibus prędicamentis, non solum quoad esse vnum, vnitate per se cõtinuationis, qualem habent duæ partes continui, quæ dicuntur vnũ continuum: seu vnitate indifferentiæ in forma, qualem habent etiam duæ partes continui affectæ eadem forma, secundum quam dicuntur vnum in forma: seu vnitate per se in genere, vel specie, qualem habent duo entia conuenientia in eodem genere, vel specie, de quib. speciebus vnitatis enumeratis ab Aristot. *c.6.5. Met.* nullum est dubium cõpetere etiam accidẽtibus, sed etiam quoad esse vnum vnitate quidditatis, quæ resultat ex actu, & potentia eiusdem ordinis vnitis; hæc enim potest reperiri etiam in alijs prędicamentis, quia in illis etiam possunt reperiri duæ partes incompletæ, quæ se primo essentialiter respiciant ad constituendam vnam naturam completam: v. g. in quantitate, & ceteris accidentibus, ex ipsis, & ipsorum inhærentia, fit vnum per se, quia inuicem ordinantur primo, & inhærentia pertinet ad accidentia, vt illa compleat, ad constituendam vnam perfectam naturam in vna specie prędicamentali accidentium. His notatis.

108 Prima Conclusio. Ex materia, & forma substantiali fit vnum per se. Est Aristot. 5. *Met.* ait, ad vnum per accidens requiri res diuersi prędicamenti; at hic *tex.* 52. materia, & forma sunt eiusdem prædicamenti, ergo non conficiunt vnum per accidens, sed vnum per se.

Secundo probatur. Materia, & forma substantialis sunt partes in eodem prędicamento essentialiter imperfectæ, & vnibiles ad vnam naturam constituendam, in determinata specie, vt ex dictis patet, ergo ex his fit vnum per se.

Tertio probatur. Ex illis fit vnũ per se, ex quib. resultat aliquod vnum vnica definitione perfectè explicabile, sed omne Cõpositũ, quod fit ex materia, & forma substantiali, optimè explicatur vnica definitione, vt patebit discurrẽti per omnia composita substantialia, ergo est vnum per se.

Dices primo ex his, quæ maximè distant, non potest fieri vnum per se, sic est in materia, & forma, ergo Respõdeo veram esse maiorem de vnitate identitatis, non autẽ vnionis, ad quam satis est, si vnũ se habeat vt actus, aliud vt potentia in eodem genere, & sint essentialiter incompleta, & imperfecta. Qua ratione, nec aliquod accidẽs respectu materiæ, nec aliquis actus respectu potentiæ, etsi vniãtur per informationẽ, potest fieri vnum per se, quia accidẽs quodlibet, & potentia quælibet, & etiam quilibet actus, sunt cõpleta, & in determinato genere, & specie sub proprio prędicamento: vnde quantum ad hoc, scilicet quoad completionem, accidentia sunt perfectiora forma substantiali, licet ipsa simpliciter sit perfectior.

Dices secundo. Sicut de essentia Compositi substantialis est forma substantialis, ita de essentia accidentalis, est forma accidentalis, ergo parem dicunt vnitatem. Respondeo negando consequentiam; non est enim vnum per se compositum substantiale, quia de eius essentia sit forma substantialis, sed quia constat ex partibus essentialiter incompletis, & primo ad inuicem ordinatis, &c. ideo substantiale, quia vnam tantum naturam completam amplectitur, potest vnica definitione definiri; at accidentale, cum sint duo entia posita in completa specie diuersorum prædicamentorum, non potest; & quamuis vnica definitione definiri possit subiectum, prout stat sub forma accidentali, adhuc tamen remanet indefinita natura propria subiecti, quæ cum non coalescat in vnam naturam cũ forma accidentali, sed maneat in propria specie, nunquam poterit definiri vnica definitione, quæ duo genera, & duas differentias continere non potest; hoc autem esset necesse ad definienda duo simul posita sub diuersis generibus. 109

Dices 3. Homo post resurrectionẽ erit vnũ per se, ergo si vnũ per se, est propter propensionẽ naturalẽ, &c. ergo resurrectio erit naturalis. Negatur vltima consequentia, licet resurrectio erit naturalis quoad substantiam, quia corpus, & anima habent naturalem inclinationem, dicitur tamen supernaturalis, quia Deus præter naturæ ordinem, quæ exigit compositum semel corruptum amplius non reproduci, vniet animam iterum cum corpore, &c.

Dices 4. Vnum per continuationem est vnum per se ex Arist. 5. *Met. sæpius citato c.6.* & tamen partes ipsius dũ sũt separatæ sunt quid completum, ergo neque ad faciendum vnum per se ex actu, & potentia, requiritur, vt sint partes incõpletę. Dato antecedente, negatur cõsequẽtia; est enim diuersa natura in vtroq; vnum per continuationẽ tantum requirit plures partes copulatas in termino cõmuni, quod cũ conueniat etiã cuilibet parti separatę, ideò separatæ sũt, quid cõpletũ; at vnum per se in quidditate est vna natura ex duabus composita; at duæ naturæ completæ non possunt vnam tertiam componere propter iam dicta.

Dices 5. Ex entibus existentibus actu non fit vnum per se 7. *Metaph.* 49. materia est actus entitatiuus, similiter forma, ergo ex illis non fit vnum per se. Respondeo, ex duobus entibus in actu formali non posse fieri vnum per se, quia iam sunt completa, benè autem ex potẽtia formali, qualis est materia, & actu formali, qualis est forma, quia sunt essentialiter incompletæ, ad inuicem ordinatæ, &c.

In quo consistat quidditas Compositi. Quæstio Secunda.

IN hac quæstione duę sunt sententiæ apud Pererium *lib. 6. cap. 6. & 7.* & apud Amicum *tract. 6. dub. 7.* Prima docet totam quidditatem Substantiæ compositæ consistere, & saluari in sola forma, non quidem in sola forma vt sic, sed vt dicit essentialem ordinem ad materiam, quæ quidem est necessaria ad quidditatem substantiæ compositæ, vt vehiculum, sustentaculum, &c. ipsius formæ, quæ sine illa esse non posset. Ita multi ex antiquis Philosophis, & ex modernis videtur in eam inclinare Pererius *cap.* 7. 110

Secunda Sententia docet, materiam non solum esse partem substantiæ compositæ, vt etiam prima opinio concedit, sed etiam quidditatis substantiæ, licet forma sit principalior, eò quod per ipsam ponatur in determinata specie, ipsa sit completiuum, distinctiuum, &c. Ita Citatur Diuus Thomas 7. *Metaphys. lect. 9. text. 34. 1. parte quæst. 71. art. 4* Scotus 7. *Metap. quæst. 16.* & alij quamplurimi ex antiquis Philosophis, & Theologis, & ferè omnes moderni. Pro nostra sententia.

Notandum: Eſſentiam, Quidditatem, & naturam rei idem eſſe, & diſtingui tantum ratione; dicitur enim eſſentia, quatenus eſt in certa ſpecie, & genere; & quoniam omnia quæ ſunt in certo genere, & certa ſpecie definitione definiuntur, quæ explicat quid ſit res, ideo eſſentia, vt definibilis, dicitur quidditas, quæ quidem vt principium alicuius operationis dicitur natura, ita D.Thom. *cap.1.de Ente, & eſſentia*, quare dum quæritur, in quo cõſiſtat quidditas compoſiti, idem eſt, ac ſi quæſitum fuiſſet, in quo conſiſtat eſſentia, ſeu natura ipſius.

Prima Concluſio. Quidditas compoſiti conſiſtit in materia, & forma eſſentialiter. Eſt contra primam ſententiam. Probatur primo auctoritate Ariſtotelis 7. *Metaph. text.34.& 36.* loquens de materia habet. *Pars igitur quidem eſt, & ſpecies, ſpeciem autem dico, quod quid erat eſſe, & ſimul totius, quod e ſpecie, ſcilicet forma, & materia ipſa.* Hęc Ariſtoteles, vbi cum vocet materiam partem definitionis, vtique eſt pars quidditatis, quidditas enim definitione explicatur; nec poteſt dici eſſe partem quidditatis, vt vehiculum, &c. quæ enim ſic ingrediuntur definitionem, non componunt eſſentiam definiti, vt patet de ſubiectis, quæ ingrediuntur definitiones accidentium, vt ſuſtentacula, ideo dicuntur accidentia definiri per additamentum, ſcilicet per aliquid extra eſſentiam; & in tantum ſic definiuntur, in quantùm non habent eſſe abſolutum, ſed dependens à ſubiecto, vt benè D. Thomas *hic lect. 4. text. 20. in fine.*

Confirmatur auctoritate eiuſdem Ariſtotelis *eodem 7. Met.tex.20.* vbi docet ſubſtantiarum ſolum eſſe veram definitionẽ, eò quod non includat aliquid per additamentũ, ſcilicet extra eſſentiam, neq; definitionem dici vniuocè de definitione ſubſtãtiæ, & accidentiũ, ſed ex *2.Phyſ.tex. 18, 19.20.* Definitio ſubſtantiæ includit materiã, ergo eã includit, vt qd eſſẽtiale, ergo materia eſt de quidditate cõpoſiti.

111 Probatur ſecundo ratione. Conſeruet Deus formã Equi ſeparatam à materia, (quod ſuppono facere poſſe, dum cõſeruare poteſt accidentia, quæ magis ſunt imperfecta ex myſterio SS. Euchariſtiæ) tunc illa forma non eſſet in aliqua ſpecie completa alicuius prædicamenti, ergo a ſola forma non eſt tota quidditas. Probatur conſequentia. quia tota quidditas equi ponitur in prędicamento per ſe.

Reſpondet Pererius, ſumpta forma præciſè vt ſic, non eſſe totam quidditatem, at ſumptam cum ordine eſſentiali ad materiam, eſſe. Sed contra, quia ſeparata à materia, dũ conſeruaretur, haberet ordinem eſſentialem, & tamen nõ poneret in aliqua ſpecie cõpleta, &c. ergo nulla reſponſio.

Probatur tertio, *ex tract.2.in Logica quæſt.4.* non poteſt conſeruari ſpecies phyſicè à parte rei, niſi vnum ſaltem indiuiduum exiſtat, ſed hoc non eſſet neceſſe in opinione aduerſariorum, ergo. Minor probatur Sola forma eſt tota quidditas compoſiti, ergo ſi omnia indiuidua humana tollerentur, ſaluis animabus conſeruaretur ſpecies phyſicè, ergo non eſt neceſſe aliquod vnum indiuiduum exiſtere. prima conſequentia probatur, quia ad hoc, vt cenſeatur aliqua ſpeciès phyſicè exiſtere, ſatis eſt exiſtat aliquid dicens omnia prædicata eſſentialia, ſed forma, per ipſos, dicit totam quidditatẽ, ergo dum exiſteret, exiſterent omnia prędicata, & conſequenter ſpecies phyſicè.

Confirmatur. Forma eſt eſſentialiter incompleta, & ordinata ad materiam eſſentialiter, ergo non dicit totã quidditatem. probatur conſequentia. quod dicit totam aliquã quidditatem, nihil ſibi intrinſecè deeſt, cum ſit perfectum in eſſentia, alioquin non diceret totam quidditatem, ergo ſi forma eſt eſſentialiter incompleta, non poteſt ſola eſſe tota quidditas. Concluſio adeò certa, vt contrarium vix cogitari poſſit.

112 Addo quod ſi materia v.g. hominis, nõ eſt de eius eſſentia, ſed tantùm vehiculum, &c. poſſemus intelligere hominem ſine illa, ſicut poſſumus intelligere accidentia ſine ſubiectis, quæ ſunt vehicula, &c. quid autem ſit verum, me remitto.

Secunda Concluſio. Omnia Compoſita naturalia, ſiue ſumantur ſpecificè, ſiue numericè non habent totam ſuam quidditatem à forma. probatur, quia ſicut ſe habent principia ſpecifica ad quidditatem in ſpecie, ita principia ſingularia ad quidditatem ſingularem; ſi igitur quidditas v.gr. hominis in ſpecie non ſoluantur in forma tantũ tali, in ſpecie, ſed etiam in tali materia, ergo etiam quidditas v.g. Petri non ſaluabitur in anima tantum Petri, ſed etiam in materia; & ideo poſui primam Concluſionem indefinitam, vt comprehenderem compoſita. nunc ad argumenta in contrarium.

Obijcitur primo ex multis locis Ariſto. apud Pererium *loco citato*, & Amicum, in quibus omnibus videtur ap[...] laſſe formam *quod quid erat*, ſcilicet definitionem, & con[...]firmatur *2.Phyſ.tex.19.* vbi Philoſophus dicit naturalia definiri per materiam, ſicut ſimitas per naſum, ſed naſus n[...] eſt de quidditate ſimitatis, ergo à ſimili. Ad argument[...] Reſpondeo omnia loca debere intelligi vocaſſe Ariſtot[e]lem, formam definitionem, ſeu quidditatem, eo quod for[...]ma ſit pars principalis; materia enim eſt inchoamentu[m] ideo de ſe indeterminata, at forma illam determinat, [...] per ipſam cõſtituitur cõpoſitum in tali ſpecie, &c. & qu[...] hic ſit ſenſus Ariſtotelis patere poteſt *illo vnico textu Metaph.7.* vbi cum apertè dixiſſet materiam eſſe partem ſpeciei, & ſe explicaſſet, ſcilicet, *quodquid erat eſſe* add[...] *& totius, quod ex ſpecie, & ipſa materia conſtat*, vbi pa[...] nomine ſpeciei, quod idem eſt, ac quidditatis indiſtin[...] appellare, & totam quidditatem, & formam tantùm, eo quod ipſa ſit principalior.

Ad Confirmationẽ reſpondeo Ariſt. ibi tradere differ[en]tiam inter materiam, & naturalia, & dicit quod natu[ra]l[ia] definiuntur, vt includunt materiã, ſicut ſimitas naſum, [...] licet ſicut non poteſt definiri ſimitas ſine naſo, ita natura[-]lia ſine materia; non ſtat autem paritas, quod ſicut na[...] eſt extra quidditatem ſimitatis, ita ſit materia rerum naturalium, vt patebit conſideranti illum textum.

Secundo obijcitur 3 *de Anima tex.9.* ex Amico, & [Pe]retio, vbi dicit, *aliud eſſe carnem, quia hæc includit forma[m] & materiam, aliud eſſe carnis, hæc enim tantũ formam* [...]*cit.* Reſpondeo Ariſtot. ibi diſtinguere inter quidditate[m] rei, & rem ipſam, vt quoddam ſuppoſitum eſt; & quia [ſup]poſitum (vt in Met. videbitur) pręter formam, & mate[riam] includit etiam omnia principia indiuiduantia, omnia a[c]cidentia, &c. quæ, patet non eſſe de quidditate Compo[ſi]ti, ideo dicit Ariſtoteles *aliud eſſe carnem eſſe, & aliud* [...] *carnis*, ſcilicet aliud ſuppoſitum, & aliud quidditatem [...]ſius, quia hæc tantum includit principia ſpecifica: & qu[...]do addunt, eſſe carnis, eſſe ſolam formam, reſpondeo [...] varios textus vidiſſe Ariſt. nec vnquã hãc particulã repe[riſ]ſe, ſed tantũ aliud eſſe carnẽ eſſe, *quia caro non eſt ſine materia.* ſ. indiuiduata; *aliud eſſe carnis*, quia abſtrahit ab [...] principijs indiuiduãtib. & per hoc poteſt patere ad ſimi[le] argumẽtũ: quidditas diſtinguitur à ſuppoſito per materiã, ergo materia non eſt de quidditate, nõ enim diſtinguitur per materiam, vt ſic, ſed per ea, quæ materiam conſequuntur, ſcilicet principia indiuiduationis, accidentia, &c. & [...] aſſumitur, in ijs in quibus nõ eſt materia ſuppoſitũ, & quidditas ſũt idẽ ex Ariſt. *tex. illo 9. ſup. alleg.* & D.Th. *ibi.* er[go] vbi eſt diſtinctio, erit per ipsã materiã, negatur aſſũptũ, [...] enim in Met. videbitur, nulla res eſt eſſẽtialiter ſingularis, & tũc explicabitur verus ſenſus Ariſt. nõ D. Tho. qui [...] huius eſt mentis. videatur interim Amicus §. *deniq; tex.*

Tertio obijcitur. per materiam res ad inuicem non [di]ſtinguuntur, ergo non eſt de eſſentia. Confirmatur, ſi materia eſt de eſſentia, ergo quælibet pars erit de eſſentia, & conſequenter partes integrantes, ergo ſi abſcindatur manus Petro, Petrus non erit amplius homo. Ad argumentum negatur conſequentia, non enim eſt neceſſe, vt defini[tio] per omnes particulas faciat differre, ſed ſatis eſt ſi per [...]tam, ſic definitio Metaphyſica non faciat differre per [...]nus, non tamen ſequitur genus non eſſe de eſſentia.

Ad Confirmationem negatur conſequentia, ſequ[itur] enim tantùm illam materiam eſſe de eſſentia, quæ requi[ri]tur, vt vna cum forma conſtituat vnam eſſentiam ho[mi]nis; at ad hoc non requiritur hæc, vel illa pars integra[lis] ergo non vrget argumentum.

Obijcitur 4. ſi materia eſt de eſſentia huius ſingularis [in]diuidui, in reſurrectione nõ reſurget idẽ homo. proba[tur] quia multi homines fuerũt deuorati, atq; adeo eius mate[]ria ad aliũ pertinet; multi infantuli minimę materiæ re[sur]gẽt in ſtatura grãdiori, ergo erit addita pars maxima [mate]riæ, quæ nunquã ipſorũ fuit, ergo ſi materia eſt de eſſ[entia] non erunt idem homines, quod tamen non poteſt aſſe[ri].

Reſpondeo negando ſequelam, ad probationem [...] cum D. Aug[uſti]no *lib.22. de Ciuitate Dei ca.2*[...] De[...] ſtituturũ materiam [...]i, cuius primo fuit, in alio ſ[...] aliũde, [...] ex ea materia, quã cõtinuo in nutritione a[...]

quæ

quæ vtique ipsius fuit. pariter infantuli erunt iidem, quia eis conferretur illa materia, quæ eis fuisset necessaria, si ad talem statum peruenissent preter illam, quam habuerunt, & sicut tunc, si ad talem statum peruenissent, dicti fuissent iidem numero, ac quando erant infantuli, ita dicentur iidem numero facta illa additione, quia illa numero materia addetur, quæ eis esset addita, si naturaliter creuissent, ita Scotus *in 4.dist.40.art. 2.*

Obijcitur quinto. Si materia in viuentibus nunquam eadem perseuerat, ergo non potest eadem numero esse de essentia. Respondeo, quod licet eadem semper non perseueret, tamen censetur eadem numero continuatione, vt *in lib. de Generatione* Fusius comprobabitur, quia vt benè Sotus, nunquam fuit tota mutata, sed continua additione paulatim pars parti successit, & talis materia continua ex multis partibus, quæ continuò pereunt, & succedunt in tali indiuiduo est de essentia talis indiuidui, ita vt si sumeretur materia, quæ fuit in Petro numero, non resultaret idem indiuiduum numero, sed tantum specie, quia omnes portiones materiæ sunt eiusdem rationis specificæ, vt dictum est, sed non numericæ, non tamen tota illa materia est de essentia, sed in tanta portione, quam requirit status indiuidui.

Vtrum Compositum distinguatur realiter à suis partibus. Quæstio Tertia.

115 IN hac quæstione quæ propter graues auctores, ex vtraque parte, & efficaces rationes censetur difficilima. Notandum est difficultatem non esse, an totum physicum, seu essentiale, seu compositum substantiale, quæ omnia in id [illegible]edeunt distinguatur realiter à qualibet sui parte; certum est enim apud omnes hominem distingui realiter ab anima, quia homo dicit etiam corpus, quod realiter distinguitur ab anima; neque etiam est difficultas, an huiusmodi totum distinguatur ab omnibus partibus aggregatis [illegible], sed non vnitis; hoc etiam est certum, cum totum, de quo loquimur, dicat vnam entitatem per se, & consequenter addat vnionem supra partes aggregatas; sed vis difficultatis est, an hoc totum conflatum ex ipsis partibus sit aliqua tertia entitas realiter distincta, ab eiusdem partibus vnitis simul, & coniunctim sumptis.

In hac igitur quæstione duo sunt principaliores sententiæ. Prima est affirmatiua Scoti *in 3.distinct.22.quæst.2 §. sed hic est vnum dubium,* & 8. *Metaph.quæstio.4.* Hæruei *Quodlibeto 2.quæst.14.* Caietani *3.parte quæst.6.artic. ad primum*, & aliorum apud Conimbricenses *1.Phys. cap. 2. quæst.1.* quam ipsi, vt probabilem defendunt, & argumenta contrariæ sententiæ aliqualiter soluunt.

Secunda sententia opposita asserit nullo modo compositum distingui realiter à partibus vnitis, nec esse aliquam tertiam entitatem supra ipsas. hanc existimo D. Thomæ, *1. parte quæst.7. art.4.* & *1.2 quæst.13.art.1.4. contra Gentiles cap.81.* Quidquid dicant aliqui Thomistarum. Eum sequuntur Sotus *1.Physic.q.3.* Toletus *quæst. 6.* eiusdem libri, & alij apud Ruuium, *cap.3.quæstio.1.num.66.* qui eiusdem est opinionis, cum qua sit.

Prima Conclusio. Nullum totum essentiale realiter distinguitur à suis partibus simul sumptis, contra primam sententiam. probatur primo auctoritate Aristotelis dupliciter. primo *de Anima lib.1.text.10.* vbi dicit, sicut oculus, est pupilla, & visus, ita anima, & corpus animal. *2.Physic.2.* dicit, duplicem esse naturam, scilicet materiam, & formam; non igitur datur tertia entitas physica, quæ vtique esset natura, & consequenter triplex natura daretur. Quæ ratio est visa adeo efficax Pererio, vt contrariam opinionem probabilem existimans, & rationes huius nostræ soluens, aliquas tamen relinquens insolutas, eò quod vt fatetur, sint admodum probabiles, & quibus probabiliorem hanc opinionem existimat, etiam rationem hanc insolutam reliquerit.

116 Probatur secundo ratione. Si Compositum est noua entitas distincta à partibus simul sumptis, ergo poterit ab illis separari, sed hoc implicat tollere partes, & remanere totum, ergo non distinguitur. probatur illa sequela, quia secundum Scotum omne absolutum realiter, ab alio distinctum, potest separari ab eo, compositum est absolutum, & realiter distinctum per Scotum, ergo separabile.

Confirmatur ex signis distinctionis realis. Omnia quæ distinguuntur, possunt separatim existere, preter creaturas sine Deo, personas Diuinas ad inuicem, & relationem sine termino; at entitas compositi in nullo ex his clauditur, ergo si realiter distinguitur, poterit separari realiter.

Ad Argumentum respondet Pererius ex Antonio Andrea *7. Metaph. quæst. vltima*, negando consequentiam. ad probationem dicit, maiorem esse veram, quando illud absolutum non dependet ab alio essentialiter, tanquam quid posterius à causa sibi intrinseca, & essentiali, vt in casu nostro, compositum enim pendet essentialiter à partibus, vt quid posterius.

Sed contra, ergo neq; etiam distinguitur realiter à partibus. probo consequentiam. quia non minus repugnat essentialia esse distincta ab eo, cui sunt essentialia, ac ab eo posse separari, si igitur partes non possunt separari, quia essentialia, &c. neque poterunt distingui. Quare existimo esse rationem efficacissimam.

Probatur tertio: cum dico corpus, & animam simul vnita, vel dico hominem, vel non dico Si primum, ergo compositum non distinguitur realiter à partibus simul vnitis. 117
probatur consequentia, quia quæ sic distinguuntur, vnum non clauditur in conceptu alterius, immò neque quæ formaliter tantùm distinguuntur. Si dicatur non dici hominem, contra, illa enim anima actuat corpus, consequenter dat esse specificum, quodnam specificum? non Leonis, nō Bouis, &c. ergo hominis.

Confirmatur. per hoc distinguitur substantia simplex à composita, quod illa simplicem vnam dicat entitatem; composita vero nequaquam, sed vnam compositam; at dum dicimus corpus, & animam vnita simul, dicimus vnam entitatem, sed non simplicem, ergo compositam, ergo compositum non est aliud à partibus vnitis; quod autem dicamus vnam entitatem patet; implicat enim non esse vnum, & habere vnionem; quæ ratio probat de omnibus partibus vnitis quacunque vnione siue per se, siue per accidens, & consequenter probat de omni composito, & toto; eò enim ipso, quod partes dicuntur vnitæ, dicuntur vna entitas, non simplex, ergo composita, ergo compositum, quod resultat ab illis partibus, non distinguitur ab illis simul vnitis.

Secunda Conclusio. Totum, seu Compositum distinguitur tantum à partibus simul vnitis, ratione ratiocinante. Est contra Ruuium. *nu.67.* est tamen conformis Hurtado *in Physic.disput.6.sect 1.§. 10.* probatur. Nullum est à parte rei fundamentum huius distinctionis, ergo est tantum rationis ratiocinantis. consequentia patet per signa distinctionis rationis. Antecedens probatur, quia omnia quæ dicuntur de Composito, possunt dici de partibus simul vnitis, eò quod cum dico ly *vnitis* dico Compositum; quare sicut dicitur Homo legit, ita potest dici anima, & corpus simul vnita legunt, licet non tam propriè, vt videtur velle Toletus *Conclus. 2.* hoc tamen non est sufficiens fundamentum ad distinctionem rationis ratiocinatæ.

Sed reliquum est vt argumenta pro parte contraria afferamus, quæ quidem non sunt aspernenda. Arguitur primo ex multis locis Aristotelis, in quibus videtur velle totum esse quandam aliam entitatem à partibus. 118

Respondeo omnia loca Aristotelica esse intelligenda respectu partium non vnitarum; alia enim est entitas *A*, & entitas *B*, dum separatæ existunt, quam entitas importata per *Ba*, quod dicit vtranque entitatem simul, & ideo toties Aristoteles diuisit substantiam in materiam, formā, & compositum, quia compositum habet diuersum modum essendi, ac materia, & forma.

Arguitur secundo. Id, quod generatur, & corrumpitur per se est totum, sed materia, & forma non generatur per se, neque corrumpitur, ergo totum, & Compositum est aliud præter materiam, & formam. Concessa maiori, distinguo minorem, materia, & forma vt sic non generātur, neque corrumpuntur, & concedo, vt vnita simul & nego; totum enim nihil aliud est, quam partes vnitę, ideo tunc dicuntur generari & corrumpi, quando per aliquam actionem vniuntur; vnde & si ipsæ partes secundum suam entitatem non generentur, neque corrumpantur, tamen potest generari, & corrumpi Compositum, saluis ipsis partibus, quia potest produci, vel dissolui vnio inter ipsas, ex qua resultat compositum; & hoc importat materiam, & formam generari, & corrumpi, vt vnita, quia sic solum significamus generari, & corrumpi vnionem ipsarum.

119 Arguitur tertio. Quæ ſunt idem, non verificant duo contradictoria,ſed de partibus verificatur, quod non ſint vnum,de toto quod ſit, ergo non ſunt idem. Confirmatur,ſi idem eſſent partes, & compoſitum, paſſiones, quæ attribuuntur compoſito,attribuerentur etiam partibus,at nemo dicit, pedem ambulare, corpus ſtudere, &c. ergo. Reſpondeo hęc omnia procedere de partibus non vnitis; ſi enim ſumantur vt vnitæ, vtrique ſunt vnum; vtique ambulant,ſtudent,&c.licet communi modo loquendi potius compoſitis ipſis tribuantur; at philoſophicè loquendo de eis etiam poſſet dici, ideo poſuimus aliquam diſtinctionem rationis, licet non perfectam præcipuè propter hos modos loquendi.

Arguitur quarto. Si totum eſſentiale eſt idem cum ſuis partibus, ergo etiam accidentale cum ſuis, ergo eandem vnitatem dicent contra ſenſum omnium Philoſophorum. Reſpondeo negando ſecundam Conſequentiam.aliud eſt enim totum accidentale eſſe idem cum ſuis partibus,ſicut eſſentiale cum ſuis; & aliud inter iſtas partes intercedere idem genus vnionis, vt de ſe patet; ſequitur igitur tantùm dicere eandem identitatem totius cum ſuis partibus, ſed non vnitatem eandem inter ipſas partes.

Arguitur quinto.Partes vnitæ ſunt cauſæ compoſiti,ergo non ſunt idem cum Compoſito. Antecedens patet materia enim non cauſat niſi per ſubſtentationem, forma per informationem, & conſequenter, vt vnitæ. Conſequentia illa probatur, quia nihil cauſat ſe ipſum. Eſt Achylles aduerſariorum. Reſpondeo negando antecedens: ad probationem dico, verum aſſumere materiam cauſare, quatenus ſuſtentat,& formam, quatenus actuat, ſed hoc non eſt aſſumere partes vnitas, quas dicimus Compoſitum; ſed ſumere quamlibet, vt alteri vnitur, ſeu vt exercet ſuam cauſalitatem, vt ſic autem non eſt idem cauſare ſeipſum,quia compoſitum formaliter ambas inuicem vnitas importat,ſed cauſare aliquid, in quo includatur, quod eſt neceſſarium.quia ſunt partes intrinſecæ, & eſſentiales. Hæc ſint dicta in Primum Librum Phyſicorum Ariſtotelis.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES

In Secundum Phyſicorum.

SECVNDI LIBRI SVMMA.

Quoniam Ariſtoteles in primo Libro egerat de principijs rerum naturalium, hic in ſecundo iuxta expoſitionem D. Thomæ agit de principijs ſcientiæ naturalis,quæ cum,& ſubiectum comprehendat,& medium, per quod Demonſtratur de ſubiecto,ideo Ariſtoteles diuidit hunc Librum in duas partes principales. in prima agit de naturali, de quo eſt ſcientia vſque ad text. 27. (determinatis autem his) in ſecunda ex quibus cauſis demonſtret. Prima adhuc ſubdiuiditur in duas alias partes. In prima vſque ad text. 16. excluſiuè (quoniam autem) oſtendit quid ſit Natura,ex qua dicitur naturale. In ſecunda agit de modo diuerſo, quo Metaphyſicus,& Phyſicus agunt de Natura, & determinat de quibus ſit ſcientia naturalis. etiam ſecunda illa pars primæ diuiſionis diuiditur in duas partes,in quarum prima, quæ eſt à textu illo 27. ad 75. (dicendum quidem igitur) oſtendit ex quibus cauſis procedit Phyſicus, & de illis agit. In ſecunda vero,vſque ad finem docet naturam agere propter finem, quæ omnia 8. Tractatibus expediam. Primus erit de Natura. Secundus de Cauſis in communi. Tertius de cauſa materiali. Quartus de formali. Quintus de Efficiente.Sexto de Finali. Septimo de comparatione earum inter ſe. Octauus de Caſu,& Fortuna.

Tractatus Primus. Qui eſt de Natura.

Quid ſit Natura,& Naturale. Quæſtio Prima.

120 Notandum primo apud Philoſophos naturam diuerſas habere ſignificationes. Primo enim ſumitur pro natura cuiuſcunque entis,ſiue realis, ſiue rationis, dicitur enim ens reale, & ens rationis eſſe talis naturæ. Secundo ſumitur pro rerum vniuerſitate, ſic dicimus hoc eſſe in rerum natura. Tertio pro cauſis naturalibus, ſic dicimus naturam nihil agere fruſtra. Quarto pro vniuſcuiuſque complexione, ſic dicimus Petrum eſſe natura benignum. Quinto pro rerum generationibus, ſic Petrus à natura dicitur Surdus. Sexto cum Natura propriè deriuet à naſcendo, & naſcentia ſit à principio interno, ideo acceptione propria ſumitur pro principio interno,vnde naſcitur motus. Multas alias acceptiones nominis naturæ ſunt apud omnes auctores hic, præcipuè apud Amicum,qui omnes in vnum collegit. hoc notato.

Ariſtoteles *text.* 3. definit naturam vltima acceptione, vt patebit ex definitione. definit autem ſic. *Quæ cum ita ſint,* (præmiſerat enim diuiſionem naturalium,& non naturalium,& dixerat naturalia habere in ſe principium motus,alia nequaquam) ſubiungit, *patet naturam principium eſſe quoddam,& cauſam vt id moueatur, atque quieſcat, in quo primo per ſe, & non per accidens ineſt.*

Dicitur primo de Natura *eſſe principium,& cauſa,* quæ ideo exiſtimat Albertus poni ab Ariſtotele, vt nomine principij comprehendat priuationem, & nomine cauſæ materiam,& formam. Conſentit Ruuius,qui citat Toletum,& Conimbricenſes, ſed Conimbricenſes apertè contradicunt *quæſt. 2. art. 1. in principio*, at D. Thomas, Auerroes, Pererius, Conimbric. & cæteri volunt ſumi pro eodem,ſcilicet pro cauſa, quid ſit verius patebit infra.

Dicitur ſecundo, *vt id moueatur,& quieſcat.* Quæ particulæ,vt notat Pererius non ſumuntur coniunctiuè, neq; disiunctiue,ſed,vt ait Fonſeca, partim disiunctiuè, partim coniunctim tali ſenſu,naturam eſſe principium, vel tantum motus,vel ſimul motus, & quietis; nomine autem motus ſecundum Pererium intelligitur omne genus motus phyſici,præcipuè tamen localis, & nomine quietis non intelligitur priuatio motus;duo enim oppoſita non poſſunt recognoſcere idem principium,ſed intelligitur poſſeſſio formæ acquiſitæ, ſeu permanentia poſitiua in aliquo loco naturali, vel ſub aliqua forma. Ita Ruuius *cap. 1. quæſt. prima,num. 8.*

Dicitur tertio, *id in quo eſt*, ad excledendas vt dicunt Pererius, & Conimbricenſes cauſas extrinſecas, quæ cauſant motus in iis,in quibus non ſunt, quæ vt ſic potius dicuntur potentiæ,quam natura, ver.grat. ignis, dum fertur ſurſum,eſt natura, quia principium motus, in quo eſt, dum lignum comburit, dicitur potentia, quæ 5. *Metaph.* definitur potentia tranſmutandi aliud,in quantum aliud.

Dicitur quarto *primo* per quam particulam aliqui volunt excludantur ea, quæ mouentur, non quatenus talia ſunt ſed mediatè per aliud, ver. gr. lectum mouetur deorſum ſed quatenus ligneum, non quatenus lectum.

Alij volunt excludantur ea, quæ non ſunt cauſa motus principaliter, ſed inſtrumentaliter, vt omnia accidentia quæ ſunt cauſæ motus, ſed ſecundariæ, non primariæ, & placet, quia exiſtimo excluſionem eorum, quæ mouentur mediatè, haberi per aliam particulam per ſe.

Dicitur quinto *per ſe*, ad excludenda, vt dicebam ea, quæ non quatenus talia ſunt principium motus. Exemplum ſit ſupra allatum.patet hanc eſſe mentem Ariſtotelis ex *text.* 3.

Contra hanc definitionem inſtatur primo. Multa ſunt Entia Naturalia,quæ non mouentur,ergo male definitur. Antecedens probatur, terra enim ſemper quieſcit, item Cœlum Empyreum; immò nulla repugnantia datur naturale ita perfectum,vt non ſit capax alicuius motus, & inſuper multę artes ſunt principium motus eius, in quo eſt.

Ad

Ad Argumentum negatur antecedens : ad probationem respondeo ad singula . ad primum cum Pererio terram ad duo inclinati ad motum, & ad quietem, sed ad quietem principaliter, cum sit aliorum centrum, secundario ad motum, & patet, quia secundum aliquas sui partes mouetur deorsum, & tota sic moueretur, si extra proprium situm dimoueretur. ad secundum patebit *quæst. sequenti*, ad tertium nos explicare definitionem, vt fuit natura ab Aristotele cognita; nullam autem rem naturalem cognouit Aristoteles, quæ non esset principium alicuius motus physici. Ad vltimum respondeo artem non esse principiũ motus, sed modificationis motus; sic ars saltatoria est principium, vt saltus concinnè, & apposité edantur, non vt simpliciter edantur.

122 Instatur secundo. Natura est quid absolutum, ergò malè definitur per respectum ad motum. Responsio huius argumenti patebit infra *quæst. sequenti conclus.* 4.

Instatur tertio. Nulla scientia definit proprium subiectum, sed ens naturale est subiectum totius Phylosophiæ, ergo hic male definitur natura, a qua ens naturale dicitur. Maior probatur, in qualibet enim scientia de subiecto pręcognoscendum est *an sit*, & *quid sit*, ergo non definiendum. Ad maiorem respondeo cum Zabarella 2. *Physic. text.* 1. *&* 2. quamlibet scientiam afferre definitionem proprii subiecti explicantem *quid nominis*, quæ est fundamentum totius scientiæ, & ideo, vt præcognoscatur *quid nominis* ipsius naturalis, quod est obiectum formaliter physicæ scientiæ, Aristoteles præmittit definitionem naturæ, à qua dicitur naturale; quare licet scientia non debeat probare definitionem, tamen debet eam afferre, vt pręcognoscat *quid nominis* sui subiecti.

Explicata definitione naturæ, explicanda remanet definitio Naturalis, quod pariter multifariam accipitur. Primo enim dicitur naturale quod non est voluntarium, hoc est sine deliberatione fit. Secundo Naturale, quod est determinatum ad vnum, vt lapis dicitur naturale moueri deorsum. Tertio illud dicitur naturale, quod non est violentum, [illegible] moueri deorsum non est naturale, sed violentum, [illegible] ad talem motum non censetur habere naturalem propensionem. Quarto, Illud est naturale, quod opponitur contingenti, vt hominem nasci cum viginti digitis. Quinto, quod opponitur supernaturali, scilicet non fit secundum ordinem Naturæ. Sexto, Illud est naturale, quod [illegible] ab Aristotele definitur. *tex.* 4. *Quæcunq; tale principium habent, atque hæc omnia substantia sunt*, scilicet naturale est illud, quod habet in se illam naturam, quæ est principium motus, & paulo ante fuit explicata. ponit etiam *text.* [illegible] aliud genus Naturalium, quæ scilicet secundum naturam dicuntur, licet non sint natura, & sunt ipsa composita, & proprietates, quæ a natura procedunt, vt igni ferri sursum; quare, vt benè Toletus *text.* 5. Natura est principium ipsum motus, habens naturam ipsum compositum substantiale, ens secundum naturam, & compositum, & proprietates naturam consequentes.

Quibusnam conueniat tradita Definitio Naturæ. Quæstio Secunda.

123 PRo totali, & perfecta intelligentia quæstionis notandum, Naturam, quæ fuit definita principium, &c. esse definitam principium operationum earum tantummodo, quæ manent in subiecto, in quo est tale principium, & ideo dixit Aristoteles *eius, in quo est*, non quidem in tali sensu, quasi quod dum agit in aliud desinat esse natura, sed quod præcisè non est natura ex eo, quod agat in aliud; ex eo patere potest, quia Aristoteles distinguit naturalia à nõ naturalibus, per hoc, quod illa sunt principium motus, hęc nequaquam, sed tam artificialia, & cętera non naturalia sunt principia motus in aliud, ac naturalia, igitur si est distinctio ponenda, ponenda est penes tantum principium illorum motuum, qui manent in eo, in quo est principium.

Notandum secundo hoc principium vocari naturam in ordine tantum ad motus physicos, scilicet corporeos, & sensibiles, siue sint sensibiles simpliciter, & formaliter, vt ver. gra. generatio, motus localis, alteratio, &c. vel sint sensibiles connotatiuè, siue per accidens, vt accidit in intellectione animę vnitę corpori; licet enim intellectio de se sit spiritualis, attamen quia pendet in corpore à phantasmatibus, quia manifestatur loquela, &c. est etiam motus physicus. patet hoc notabile primo auctoritate Aristotelis 2. *Phys. text.* 71. *&* 72. vbi ait: quæ mota mouent spectare ad physicum, quæ verò in mouendo non mouentur, sed sunt immobilia, non esse physicæ considerationis, consequẽter solum principium mobile est intra obiectum physicæ, sed ab hoc principio non potest esse, nisi motus physicus. patet etiam ratione. obiectum enim physicæ non abstrahit à materia sensibili; dum igitur hoc obiectũ definitur esse, quod habet principium motus, vtique motus iuxta capacitatem ipsius naturæ, quæ est sensibilis. Et si Scotistæ motum Angelorum in Cœlos vocant naturalem, in tantùm est naturalis, & physicus, in quantùm recipitur in principio passiuo, quod est natura, non autem, quatenus procedit ab ipsis Angelis.

Notandum tertio ex D. Thoma *hic tex.* 6. ly *principium, & causam* posita in definitione naturæ non esse determinata ad aliquod genus speciale principij, vel causæ, scilicet actiuæ, vel passiuæ, sed abstrahere ab omnibus, & satis esse, si motus physicus sit à tali principio, & in eo, in quo est tale principium, quomodocunque sit illud. His notatis. 124

Prima Conclusio. Materia, & forma substantialis sunt naturæ. probatur auctoritate Aristotelis *hic text.* [illegible] *subiectum enim quoddam* (scilicet materia) *& in subiecto est natura semper*, scilicet forma. & Clarius *textu.* 10. *vno igitur modo natura sic dicitur prima cuique subiecta materies eorum, quæ motus in se, mutationisque principium habent, alio vero modo ipsa forma, & species, quæ rationi accommodatur.*

Probatur secundo de Materia. Materia est principium passiuum generationis, quia generationem recipit, sustentat, &c. ergo est natura: generatio enim est motus physicus, est in eo, in quo est principium, &c.

Probatur tertio de forma. Forma aliquorum entium naturalium est principium motus eius, in quo est, ergo est natura. Antecedens probatur. Forma ignis est principium motus, quo fertur sursum, & hic motus est in ipso igne, ergo.

Contra primam partem instatur. Id est natura, per quod naturalia distinguuntur ab artificialibus, sed per materiam non distinguuntur, ergo non est natura. Confirmatur ex Aristotele 5. *Metaph.* 5. vbi sola forma dicitur natura, cætera per attributionem ad formam.

Ad argumentum concessa maiori, distinguo minorem; naturalia nõ distinguuntur ab artificialibus per materiam vt sic, & concedo, quia vtraque includunt materiam, non distinguuntur secundum diuersum modum habendi illã, & nego; quia quatenus naturalia materiam includunt, quæ est causa motus competens naturalibus, vt talia sunt, non verò artificialibus. Ad Confirmationem respondeo nihil aliud inde colligi nisi formam esse magis naturam, eò quod sit perfectior; eò quod ponat materiam in certa specie entis naturalis; eo quod sit etiam principium actiuum motuum, vt natura est, & si Aristoteles dixit metaphoricè, &c. omnis substantia dicitur natura propter hãc, scilicet formam, ly *substantia* significat essentiam cuiuslibet rei, quæ cum se habeat ad modum formæ respectu totius compositi, dicitur etiam ipsa natura, sed metaphoricè, & translatiuè. Vide Fonsecam 5. *Metaphys. cap.* 4. *lit.* N, *in commentarijs.*

Instatur secundo. Materia non inclinat ad motum, ergo non est natura, quia natura inclinat ad motum. Negatur antecedens, licet materia non inclinet ad hunc, vel illum motum particularem, nisi positis dispositionibus, tamen inclinat ad quemcunque motum, & ideo omnis motus est ei connaturalis.

Dices. ergo etiam motus violenti dicentur naturales. Respõdeo aliquem motum posse dici naturalẽ dupliciter, 125 vel per distinctionem ad violẽtum; quia talis dicitur cum fit nulla inclinatione passi, & hoc modo motus violentus est respectu materiæ naturalis, quia cum nulla violentia recipiuntur, v. gr. motus sursum in lapide; at quia in composito magis natura est forma, & respectu huius sunt violenti, ideo simpliciter dicuntur violenti; vel motus dicuntur naturales per distinctionem ad artificialem, mathematicum, & supernaturalem, & hoc modo motus violenti, vt de se patet, sunt naturales: natura enim vt principium extenditur in ordine ad hos motus physicos, in quibus potest esse violentos. probatur etiam, nam omnes illi motus dicuntur naturales, qui sunt à principio intrinseco, & in

eo

eo sunt, in quo tale principium, sic se habent motus, qui dicuntur violenti, ergo.

Dices tertio, ergo, etiam respectu motus artificialis materia poterit dici natura. Responsio huius patebit *quaest. sequenti*, vbi discutietur differentia inter artificialia, & naturalia.

Contra secundam partem Conclusionis nulla est difficultas, omnes enim conueniunt, formam esse naturam; sed tota difficultas est an sit natura vt actiua quatenus scilicet principium actiuum respectu illorum motuum; respectu quorum dicitur Natura, an vt passiua tãtùm. ideo sit

126 Secunda Conclusio. Forma est Natura, partim vt actiua, partim vt passiua; quod est dicere, aliquæ sunt formæ, quæ vt actiuæ sunt natura, aliquæ vt principium passiuũ. Prima pars conclusionis est contra Scotum *in 2. distinct. 2. quaest. 10.* & alios apud Amicum *quaest. 10. Tract. 8. dub. 2. Art. 2.* probatur; autem primo alicui formæ competit definitio naturæ, vt actiuæ, ergo. Antecedens probatur. Motus animalis est ab ipso, & in ipso est motus physicus, sed non potest esse à materia, quia non est actiua, ergo à forma, ergo vera Conclusio.

Secundo probatur. per hoc distinguitur natura ab arte, quod Ars, & Natura licet conueniant in esse principium actiuum, tamen Ars agit in aliud, natura in se ipsa, quare dicebat Aristoteles *text. 3.* &, si medicus curet se ipsum, illam sanitatem nõ esse à natura, quia est per accidens, quod idem sit sanans, & ægrotus, si enim non esset natura actiuum principium, debuisset dicere, sanitatem non fuisse à natura, vt fuit à medico, quia natura non est principium actiuum; dum igitur differentiam posuit, quia non fuit motus in se ipso per se, vult Aristoteles naturam etiam esse principium actiuum, sed *motus in eo, in quo est, per se, & quatenus tale*.

Sed pro Scoto potest instari primo: motus habet, vt sit naturalis tantùm à principio passiuo, ergo tantum principium passiuum est natura. Antecedens probatur, quia secundum Aristotelem illa est naturalis mutatio, in qua passum mutatur, secundum quod aptum est mutari; sed hic tantum habetur principium passiuum, ergo. Respondeo negando antecedens. ad probationem distinguo maiorem, Naturalis mutatio secundum principium passiuum est illa, qua mutatur vt aptum, &c. & concedo; naturalis mutatio vniuersaliter, & nego, quia est naturalis mutatio secundum principium actiuum, quando scilicet agens immutat, vt est aptum immutare, &c. neq; obstat secundum argumentum Scoti, quod principium actiuum possit agere in aliud; quatenus enim agit in aliud non est natura, sed quatenus agit in se ipso. neque obstat, quod Deus, & intelligentiæ ex *text. 71.* non pertineant ad physicum, licet habeant principium actiuum, ideo enim non pertinet, quia non agunt nisi in aliud, & nullum principium habent passiuum sui motus, Quare principium passiuum est necessarium ad constituendam naturam, quia alioquin non poterit esse motus in eo, in quo est, &c. non tamen solum passiuum est natura.

127 Secundo instatur principaliter. in quacunque re inest principium passiuum, ergo non actiuum; agere enim, & pati sunt contraria. Dato antecedente negatur consequentia. ad probationem distinguo, agere, & pati sunt contraria respectu eiusdem sub eadem ratione, & concedo, respectu diuersorum, & sub diuersa ratione, & nego, sic est in proposito, ver. gr. forma animalis est principium actiuum nutritionis, passiuum accidentium, sicut etiam potentia vitalis, visiua, v.g. producit, & recipit visionem.

Secunda pars conclusionis est contra nonnullos apud Bonamicum, *lib. 3. cap. 7.* probatur; quod scilicet aliquæ formæ sint naturæ vt passiuæ, primo auctoritate Aristotelis, formæ Elementorum sunt natura, & tamen nullius motus effectiuæ ex Aristotele *8. phys. text. 32.* ergo vt principium passiuum, immò expresse illis concedit *eodem loco*, alioquin non essent natura.

Secundo ratione probatur, quia forma recipit multa accidentia. vt omnes fatentur, ergo respectu illorum motuum, est natura.

Sed contra instatur primo, Artefacta distinguuntur à natura per principium actiuum, non passiuum, ergo hoc solum est natura. patet consequentia, quia per naturam distinguuntur. Confirmatur primo, quia potentia quælibet habet actum proportionatum, sed respectu actiuæ est agere, non pati. Confirmatur secundo, *ex 2. Phys. tex. 86.* finis, forma, & efficiens possunt coincidere, non autem forma cum materia. Ad argumentum, negatur antecedẽs, artificialia enim distinguuntur etiam per principium passiuum, quod in naturalibus est natura, non in artificialibus, vt diximus paulo ante. ad primam Cõfirmationem agere esse actum proportionatum respectu formę substantialis, non accidentalis, quia forma accidentium susceptiua est. ad secundam formam non coincidere cum materia, quatenus recipit formas substantiales, benè quatenus accidentales, idem enim Intellectus, & est efficiens, & recipiens intellectionem.

Tertia Conclusio. Priuatio est natura. probatur primo ex Aristotele *text. 15.* vbi priuationem vocat quodammodo formam, & consequenter naturam, & de vera priuatione hic intelligunt D. Thomas, & Conimbricenses, & Toletus. Probatur secundo ratione. Natura est principium motus in eo, in quo est, sed priuatio est verum principium generationis, vt diximus, & in eodem subiecto in quo ipsa est; ergo.

Instabis. Priuatio non est simul in eo, in quo fit motus, quia adueniente motu recedit priuatio, &c. ergo non est natura. Ad Antecedens respondeo Aristotelem non dixisse simul debere esse, sed in eo, in quo est, quare cum huiusmodi sit priuatio non est excludenda.

Instabis secundo. Natura est substantia rerum, non priuatio, ergo.

Respondeo ad maiorem, naturam, quæ propriè vocatur natura, esse substantiam rerum, at priuatio est tantum natura impropriè, quatenus aliquo modo participat rationem formæ, & ita Aristoteles eam vocauit *quodammodo*; quare licet natura dicatur vniuocè respectu materiæ & formæ, non tamen respectu priuationis, sed tantum Analogicè, ideo non debet esse substantia.

Quarta Conclusio. Materia, & Forma, vt constitutiuæ sunt naturæ, quod est dicere, compositum constitui à materia, & forma, quatenus principia sunt operationum &c. Probatur primo ex Aristotele qui agit de materia, & forma, quatenus partes sunt constitutiuæ entis naturalis, & de illis agit quatenus naturæ, ergo quatenus naturæ sunt constitutiuæ. probatur secundo, materia, & forma constituunt compositum, quod distinguatur ab artificiali, & mathematico, sed si materia, & forma non constituerent, vt principium, non distingueretur, ergo. maior patet. minor probatur, per hoc enim tantùm distinguuntur, quod naturalia habent principium motus in se, non artefacta, ergo.

Confirmatur. eo instanti, quo materia, & forma constituunt compositum, vel sunt principium operationum, vel non. Si primum, habeo intentum. Si secundum, ergo non est ens naturale; ens enim naturale dicitur, quod constat ex natura, quæ definitur principium motus, tunc non est principium motus, ergo non est natura.

Instabis. Si esse principium est de essentia materiæ, & formæ, ergo etiam compositi, ergo substantia indiuidua, non est quid absolutum. Prima consequentia probatur quæ sunt de essentia partium, sunt de essentia compositi. Secunda probatur, esse enim essentiale principium dicit habere ordinem essentialem ad aliud, quod repugnat absoluto. Negatur prima consequentia vniuersaliter. Ad probationem distinguo assumptum, ea quæ sunt de essentia partium, vt partes sunt, non sunt de essentia compositi vniuersaliter; sic de essentia materiæ est respectu ad formam substantialem; non est autem de essentia respectu Compositi: ea vero, quæ sunt de essentia partium absolutè, tunc transeunt etiam in essentiam compositi, & quia huiusmodi videtur esse, dum dicitur natura est principium, &c. ideo concessa prima consequentia, negatur secunda. ad probationem respondeo respectũ prædicamentalem pugnare cum absoluto, non autem transcendentalem, suppono ex Logica.

Instabis secundo. Si sic esset, substantia definiretur per additamentum contra Aristotelem *7. Metaph.* sæpius allato. Respondeo negando sequelam, quia definiri per additamentum importat definiri per aliquid extra suam essentiam, ad quod tamen ordinetur, vt pendeat ab eo in sui perfectione; sicut accidens definitur per substantiam, à qua pendet in sui perfectione: at substantia licet definiatur per ordinem ad operationem, non tamen per aliquid, à quo pendeat in sui perfectione, sed vice versa ope-

ratio

ratio pendet ab ipsa. videatur Amicus, *quæst.* 7. *num.* 17. ideo *eodem* 7. *cap.* 4. substantia dicitur prior accidente natura, quia substantia non pendet ab accidente, sed contra; tempore, quia substantia potest existere sine accidente quantum ad sui perfectionem; notitia, quia substantia facit magis rem cognosci, quam accidentia.

Instabis tertio, ergo substantia non poterit existere, quin operetur. Probatur consequentia; quia ei est essentiale, sed hoc est absurdum; potest enim substantia aliqua quiescere ab omni motu. Negatur consequentia. ad probationem dico, non esse essentialem operationem, sed ordinem ad operationem; sicut materiæ non est essentialis forma; sed ordo ad formam, ex quo non sequitur semper debere operari, quia relatio transcendentalis non exigit essentialem terminum actualem. patet ex Logicis.

Satis probatum est materiam, & Formam vniuersaliter loquendo esse naturas, & etiam quomodo sint Naturæ, quia tamen de aliquibus potest esse difficultas, eò quod diuersus modus operationum appareat, ideo particulares conclusiones de illis sunt instituendæ. vnde sit

Quinta Conclusio. Anima rationalis est natura. Pro-
130 batur primo auctoritate Aristotelis, qui *cap.* 1 *de partibus*
animalium ponit sub scientiam physicam, animam secun-
dum gradum vegetandi, & sentiendi, sed hi gradus in ani-
ma non distinguuntur ergo saltem secundum hos gra
dus anima rationalis est natura. Probatur secundo etiam
secundum gradum intelligēdi. anima secundum gradum
rationalitatis est principium intellectionis, qui motus est
sensibilis vt fit in corpore *ex Notab.* 1. & in eo, in quo est,
est principium primo, & per se, &c. ergo est natura. Con-
firmatur quia anima vt rationalis est constitutiua corpo-
ris naturalis, ergo est natura, nam naturale ex naturis
constat.

Instabis ex Aristotele, qui multis in locis præcipuè *de partibus animalium mox allegato*, docet, animam rationalem non pertinere ad Philosophum naturalem. Respondeo Aristotelem esse intelligendum de Anima, quatenus est separata à corpore, quia tunc non efficit motus physicos, consequenter transgreditur spheram philosophiæ naturam.

Instabis secundo ex Aristotele *tex.* 12. illa forma est natura, quæ est terminus generationis, & non separabilis, & est in subiecto, non sic est anima, ergo. Confirmatur, nam motus animæ sunt voluntarij, non naturales. ad maiorem respondeo animam rationalem verè esse in subiecto informatiue, licet non inhæsiue; neque hoc requirit Aristoteles, & si dixit illam formam esse naturam, quæ est inseparabilis, locutus est vt plurimum, nō vniuersaliter: est etiam terminus generationis, licet non secundum suum esse, tamen secundum esse in materia, terminus enim generationis hominis est anima in corpore. Ad confirmationem Respondeo motus animæ dici voluntarios ad differentiam naturalium, non vt naturales sunt, scilicet à principio intrinseco in quo est, &c. sed quatenus fiunt sine electione, per quod non pugnat actus esse voluntarios, & naturales sensu explicato.

Instabis tertio. Natura est determinata ad vnum genus motus, non sic anima, ergo non est natura. Confirmatur. anima habet aliam definitionem, quam Natura, ergo. Ad argumentum respondeo naturam vt determinatam sumi magis strictè, quam fuit definita ab Aristotele; quoties enim possumus habere motum per se in eo, in quo est, &c. habemus naturam, siue sit determinata, siue non. Ad Confirmationem respondeo Animam non esse naturam definitam ab Aristotele, sed eius speciem, ideo diuersam habet definitionem, sicut homo, etsi sit animal, attamen diuersam habet definitionem, quam animal.

Vltimo instabis. Multi sunt motus in animali, qui non sunt naturales, ergo anima non est natura. Quidquid de antecedente sit, quod tamen puto falsum, negatur consequentia, quia etiam dato antecedente, multi alij motus, vt dixi in conclusione, habentur ab anima naturales, ratione quorum dicitur Natura. Remanet inuestigandum an formæ Cœlorum sint natura, sed proprium habent locum *in lib. de Cœlo*, vbi videbitur, ne nimium protrahamus hanc quæstionem.

Quomodo distinguantur Naturalia, & Artificialia.
Quæstio Tertia.

MVltas conuenientias, & differentias inter artem, &
naturam afferunt Pererius, Conimbricenses, Ru- 131
uius, & Amicus, potiores afferam. Conueniunt primo,
quia vtraque forma naturalis, & artificialis educuntur de potentia subiecti. Secundo vtrumque agens naturale, & artificiale supponunt subiectum. Tertio vtrunque agens agit sibi simile, Naturale in forma, artificiale in Idea, quam habet in mente rei faciendę. Quarto ad agendum, vtrunque aliquas conditiones requirit, vt approximationem, priuationem formæ inducendæ, &c. Quinto vtrunque habet proportionata media, quibus ad suum finem intentum perueniat.

Differunt autem primo. Quia veras res natura efficit, ars tantum adumbrat. Secundo cum ars, & natura ad eundem effectum concurrunt, natura simpliciter producit, ars regulat tantum. Tertio forma substantialis aduenit enti incompleto, artificialis materiæ iam completæ. Quarto naturale secundum se totum est naturale, artificiale secundum aliquam partem est naturale; sic secundum materiam saltem est naturale. Vltimo Naturale est principium motus, & quietis, artificiale nequaquam, quatenus tale, sed tantum vt aliquid naturale amplectitur, seu continet; ex quibus omnibus potest patere naturam simpliciter esse perfectiorem arte, quia est substantia, &c. ars autem est accidens, licet secundum quid possit dici perfectior ars, eò quod perficiat naturam, attamen ipsa ars est propter naturam, non è contra.

Hic remanet soluendum illud argumentum, cur motus artificialis non dicatur naturalis respectu materiæ saltem, si materia est ipsius principium passiuum, quod argumentum non potest benè intelligi, nisi intelligatur, quid addat ly *artificiale* supra naturam, an dicat aliquid reale distinctum, &c. pro quo sit

Vnica Conclusio. Opus artificiosum non addit supra
naturam, nisi quandam denominationem extrinsecam per 132
connotationem agentis ex directione Intellectus. Probatur, non enim distinguuntur in materia, quia vtrunque haber materiam; non in dependentia ab agente naturali; quia etiam opus artificiosum cum eliciatur à potentia naturali, potest ab ea pendere; non in forma simpliciter, scilicet in illa figura inducta in materiam, quia æquè esse potest per naturam, ver. grat. aluearia apum sunt opus naturale, si simile arte fiat, est eadem figura, & forma, & tamen hoc secundum est artificiosum, ergo remanet, vt tantum distinguantur, quia naturale non est effectum cum directione Intellectus, aliud Intellectu modum præscribente; opus enim esse effectum ad dictamen rationis non importat, nisi denominationem quandam extrinsecam per illam connotationem agentis, ex directione; sicut opus bonum, quod connotat esse effectum iuxta dictamen rationis non importat nisi quandam denominationem extrinsecam.

Confirmatur. Si opus artificiosum importaret aliquid reale supra opus naturale, statim ac aliquid simile opus obijceretur sensui, apprehenderetur artificiosum, sed hoc est falsum vniuersaliter, ergo. Minor probatur. Multoties homines arte ita imitantur voces, & cantus animalium, vt auditis, eos naturales dicamus, & tamen sunt artificiosi. item reperiuntur antra, figuræ, &c. quæ omnia statim artefacta videntur, & tamen sunt naturalia.

Confirmatur secundo, motus serræ, Asciæ, &c. quibus Cathedra cōficitur, est naturalis talium instrumentorum, solum est ab arte, quod applicentur potius in hac parte, quam in alia, hoc modo quam alio; sed hoc non importat aliquid reale nouum, supra motum naturalem, ergo.

Modo ad illud argumentum huc remissum. Motus violenti sunt naturales respectu materiæ, ergo etiam artificiales. Negatur consequentia; quia motus artificiosi, vt artificiosi, cum nihil dicant, nisi illam connotationem, nō continentur in potentia naturali agentis per modum naturæ, sed tantum per applicationem intellectus sunt factibiles; ideo materia non habet ad illos motus potentiam naturalem, sed tantum obedientialem; at motus violenti per modum naturæ possunt induci in materiam, sicut motus sursum in igne, deorsum in lapide, ita etiam sursum in lapide, dum homo nulla applicatione iacit lapidem.

Insta-

133 Inſtabis primo. Multa artificiata concurrunt ad motus, ver. gra. in horologijs; item figura circularis ad curſum velocem, ergo. Reſpondeo in horologijs, vt inquit Pererius, omnia eſſe ab illis pōderibus, in ordine ad quos motus, alij ſunt naturales, alij violenti, illa autem debita conſtitutio eſt à potentia naturali agentis directa ab arte, quod eſt dicere artem non efficere motum, ſed dirigere, vt hoc, & illo modo fiat.

Pariter reſpondeo ad ſecundam Inſtantiam illas figuras eſſe tantum diſpoſitiones quaſdam virtutis motiuæ, quam naturaliter habet talis res naturalis, quibus diſpoſitionibus facilius exequitur ſuum motum.

Inſtabis ſecundo, ergo ars nihil efficit, & tamen dicitur ars perficere naturam, & per Ariſtotelem eſſe habitus effectiuus. Reſpondeo artem non efficere aliquid nouum, ſed tantum facit, vt res hoc, & illo modo fiant, ſcilicet ille motus, illa res, quæ naturaliter eſſet effecta tali modo, mediante arte à natura eſt effecta tali pacto, quod eſt perfici opus naturale, & eſſe principium factiuum, &c. neq; aliud vult Ariſtoteles; ſic ver. grat. ſaltatio eſt motus naturalis elicitus à potentia motiua; ſi ſine arte eſſet edita, pedes non ſic, & ſic eſſent diſpoſiti, accedente arte, elicitur quidem ſaltatio motus naturalis, ſed cum tali pedum motione, proportione, &c. ex quibus omnibus rectè colligitur noſtra Concluſio, artificiata non diſtingui à naturalibus per aliquid intrinſecum, quia illos motus ſic, vel ſic eſſe effectos, non addit aliquam entitatem.

Benè igitur dixit Ariſtoteles artificiata diſtingui à naturalibus, quia illa non habent in ſe principium motus, artificialia enim omnes motus, quos habent, habent quatenus naturam continent, & ad ſummum quatenus talia ſunt, diſpoſitiones, quibus potius hic motus, quam ille naturalis efficiatur, &c. vt patet ex dictis, quare formæ artificiales, quatenus figuræ quædam ſunt quantitatis, & conſequenter accidentia, dicendæ ſunt entia ſecundum naturam non entia naturalia: ſicut etiam dicuntur ſic omnia accidentia, quæ non ſunt principia prima motus, vt diximus in definitione naturæ: ex quo obiter aduerto compoſitum accidentale non eſſe compoſitum naturale, quia formaliter importat accidentia in ſubiecto, quæ non ſunt natura, ſed eſſe dicendum compoſitum ſecūdum naturam, & conſequenter non poteſt eſſe ſpecies obiecti Philoſophiæ, quod eſt compoſitum naturale, ſcilicet conſtans ex naturis. Videatur Tolerus *hic text.* 5. Pererius *lib.* 7. *cap.* 1. §. *Tertia pars de Natura.* Amicus *quæſt.* 7. *dub.* 2. de Natura ſatis ſit.

Tractatus Secundus. Qui eſt de Cauſis in Communi.

POſtquam Ariſtoteles vſque *ad textum* 27. egit de Natura, de Naturali; de differētia inter Mathematicam, & Phyſicum quoad modum agendi de Naturali, vt ſtabilirer quodnam ſit obiectum Phyſicæ, incipit in illo textu agere de cauſis, per quas poſſumus demonſtrationes conficere, de quibus agit tantùm in abſtracto, quia agere determinatè ad hanc, vel illam materiam pertinet ad particulares libros, vt docet Zabarella *hoc textu* cum D. Thoma, quia verò aliqua ſunt communia omnibus cauſis etiā in abſtracto ſumptis, ideo breuem Tractatum inſtituo de Cauſis in Communi, & primo quæro.

Quid ſit Cauſa, & Cauſalitas in Communi. *Quæſtio Prima.*

134 NOtandum primo. Cauſam tripliciter poſſe conſiderari. Primo pro ipſa entitate reali, quæ cauſat, ver. grat. pro ipſa ſubſtantia, & entitate ignis, qui comburit. Secundo pro ipſa relatione conſurgente ver. grat. in igne ad lignum, quod comburit. Tertio pro ipſa cauſa formaliter, vt habet ipſam cauſalitatem in effectum, quæ cauſalitas eſt fundamentum relationis conſurgentis, & prior natura ipſa relatione, in quo ſenſu tantùm moueo præſentem quæſtionem.

Notandum ſecundo, cum dicuntur aliquæ res ad inuicem dependere, de duplici dependentia poſſe eſſe ſermonem. vel de dependentia influxus, & quod independens influat in eſſe dependentis ver. grat. filius pendet à patre per influxum, quia pater influit eſſe in filium. Secundo de dependentia quocunq; modo; ſic effectus pendent à conditionibus ſine quibus non, quia non poſſunt exiſtere niſi illæ vel coexiſtant, vel extiterint. his poſitis, & ad mentem reductis ijs, quæ diximus 1. *lib. Tract.* 1. *quæſt.* 1.

Multas definitiones cauſæ in communi affert Amicus; *Tract.* 9. *quæſt.* 2. *dubitat.* 1. ex Fonſeca *lib.* 1. *cap.* 7. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. ex Suarez *diſput.* 12. *ſect.* 2. & alijs, quibus omnibus impugnatis affert definitionem, quam vocat antiquorum talem. *Cauſa eſt id, ad cuius eſſe, aliud ſequitur,* quæ definitio cum infinitas pariatur difficultates, vt ipſemet fatetur, niſi multis gloſſis, quodlibet verbum, in ea poſitum determinetur, immò vt benè notat Suarez, cum coincidat cum definitione principij ſupra allata ex Ariſtotel. 5. *Met.* ideo tanquam parum accommodam illam omitto, ne vt omnes difficultates in contrarium ſoluam, cogar nimium quæſtionem protrahere. pariter eam, quam affert ipſe Suarez, & amplectitur Ruuius *Tract.* 1. *de cauſis in communi, num.* 13. ſic nudè ſumptam, vt ipſe ponit, non poſſum approbare propter difficultates, in quas apud Amicum, *nu.* 2. & 3. offendit. Quare ſi licet inter tot gigantes Pigmeum admitti, & inter ſapientiſſimos Doctores meam ſententiam afferre, attento conceptu, non quidem vniuoco, quem importat, ſed tantum analogo, eò quod diuerſum omnino modum habeant cauſandi, immò cauſa finalis tantum metaphoricè dicatur cauſare, vt etiam aduertit ipſe Fonſeca *loco qui ſupra*, ſic eam definirem.

Cauſa eſt principium per ſe influxus realis, vel intentionalis in aliud cum dependentia.

Dicitur primo *Principium*, loco generis, magis enim patet principium quam cauſa, vt alibi diximus.

Dicitur ſecundo *per ſe*, ad excludendas cauſas per accidens, hęc enim eſt definitio cauſæ in communi, quia poteſt deſeruire ad ſcientiam habendam, tales autem non ſunt cauſæ per accidens.

Dicitur tertio *influxus realis, vel intentionalis*, vt amplectamur omnia genera cauſarum, materialem, formalem & efficientem, quæ realiter influunt, & finalem, quę influit tantum metaphoricè, vt patebit, cum de qualibet ipſarum ſingillatim tractabitur. Per has particulas excluduntur omnes conditiones, ſine quibus non, quæ nullo modo influunt in effectum. item priuatio, quæ licet ſit principium non tamen cauſa, quia non influit. excluditur etiam terminus relationis, qui licet requiratur ad exiſtentiam non tamen influit in relationem, ſed potius eſt complemētum relatiui. Neque poſſumus dicere, omnia iſta, quæ excluſimus, influere intentionaliter, quia hoc eſt proprium finis, qui mouet ad effectum exiſtens in intentione tantùm.

Dicitur quarto. *In aliud cum dependentia*, vt detur intelligi veram cauſam influere in effectum realiter diſtinctum in natura; ſic enim videtur ſonare lv *aliud* apud communem modum loquendi pręcipuè apud Theologos, qui in Myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis hanc propoſitionem, *Filius eſt aliud à Patre* damnant tanquam hæreticam, eo quod importetur diſtinctio in natura contra fidem. Additur *cum dependentia*, vt ſi quis cauillaret non eſſe neceſſariam diſtinctionem in eſſentia, & conſequenter Patrem in diuinis dici cauſam, & filium cauſatum, per hanc particulam remanent excluſi, eò quod cauſatum dicat dependentiam, quam non habent Perſonæ Diuinæ inter ſe, ſed eſt omnimoda æqualitas.

Contra hāc explicationem Inſtabis primo. Multa ſunt, quæ ab alijs dependent, nec ſine illis eſſe poſſunt, & tamē ſecundum omnes non ſunt cauſæ, ergo. Si reſpondeatur *ex* 2. *Notabili* non influere, ſed tantùm requiri ad coexiſtentiam inſtabunt de ratione quietatiua, quod illæ, etſi exigantur ad exiſtentiam non influant, ne gratis videatur dictum. Reſpondet Amicus *Tract.* 12. *quæſt.* 1. *dub.* 2. *notabili* 4. ex Suarez *diſput.* 17. *ſectio.* 2. *num.* 5. non poſſe aſſignari veram rationem, eò quod ſint diuerſæ omnino naturæ, quarum aliquæ non influunt, quia non ſunt actiuæ, vt approximatio agentis ad paſſum, quantitas, Locus, Tempus, &c. aliæ non influunt, quia in cauſa eſt adæquatus concurſus ad illum effectum.

Ego reſpondeo, ſi conditiones ſine quibus non prærequirantur ad effectum, nō influere, eò quod cum [illegible] concurſus, ſeu cauſalitas vt ita dicam, quam exhibent [illegible] telligantur prius tempore, quam effectus, ideo ad [illegible] effectum non influunt, implicat enim dicere illam conditionem eſſe cauſam, & tamen prius tempore exiſtere

cau-

[illegible] formaliter, quàm effectum, hoc modo se habent [illegible] dispositiones [illegible], materia, & [illegible] si verò sint conditio- [illegible] quæ [illegible] effectum non [illegible] re, eò quod poste- [illegible] saltem natura intelligitur [illegible] effectum, pariter autem [illegible] effectum, quam causam for [illegible] non est causa, quia [illegible] quàm termina- [illegible] etiam in eodem instanti [illegible] tantum terminus relationis, [illegible] effectus sunt [illegible] in illum. Quare [illegible] respondendum [illegible] hac ratio- [illegible], & vide hoc [illegible].

[illegible] in unoquoq; genere est cau- [illegible] influit, ergo [illegible]. Minor proba- [illegible], & ta- [illegible] maiorem [illegible] est primum in [illegible] est causa cęte- [illegible] efficiens est [illegible] negatur minor, nec pro- [illegible], [illegible] absolute, [illegible] rerum est in natura [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] Causarum. Quæstio Secunda.

137 A[illegible]

[illegible] Prima Conclusio [illegible] Aristoteles & alii.

Probatur [illegible] ecce [illegible] & ecce quat- [illegible] vera Conclusio.

Confirmatur [illegible] formalem, [illegible] materia [illegible] & ecce causas efficientem, & finalem.

[illegible] primo. Materia & forma sunt par- tes compositi, ergo non sunt causæ. Confirmatur, quia [illegible] realiter [illegible] realiter ex- [illegible] finis non [illegible] realiter, ergo non [illegible] realiter. [illegible] antecedente, [illegible] conse- quentia, quia esse causam non dicit esse quid [illegible] præter [illegible], quia ex ipso quod sunt cau- sæ [illegible] ad unum [illegible] consti- [illegible] partes esse debent. Ad [illegible] finalem tantum metaphori- [illegible] loco, & ideo dixi *quæstione* [illegible] non dici univoce de omnibus [illegible] sit causa [illegible]: quia habet proprium influxum contradistinctum à cęteris cau sis, vt infra.

Instatur secundo. Forma non existit, sed est id, quod ab efficiente producitur, ergo non est causa compositi. Negatur consequentia. satis enim est, si præexistat composito prioritate naturæ, licet non prioritate temporis, ex effectione enim formæ in materia resultat compositum, ideò præcedit natura, licet non tempore, & hoc sufficit vt sit causa formalis. 138

Instatur tertio ex D. Augustino *lib. 83. quæstionum q. 28.* vbi asserit omnem causam esse efficientem. Respondeo D. Augustinum tantum velle in illo loco non esse quærendam causam finalem voluntatis Dei in mundi creatione, quia omnis causa sit [illegible] aliquam efficientiam, ideo subiungit, dicetur causa efficiens diuinæ voluntatis, quod an sit verum non disputo, satis sit respondisse ad id, quod contra nostram conclusionem faciebat. Aduerte tamen à causalitate efficientis sumi Etymologiam eduxisse primi nomen causa, ideo multoties solam efficientem vocari causam.

Secunda Conclusio. præter quatuor causas assignatas, alia non est assignanda. est communis Platonicorum [illegible] primo ex Aristotele *tex. 31* vbi habet *vniuersè autem [illegible] dictæ causæ quatuor in genera [illegible] cadunt:* vbi aliqua, quæ diuersa [illegible] ad vnum ex prædictis reducuntur. Confirmatur etiam *ex tex. 68.* ex quo

Probatur secundo ratione: tot sunt [illegible] quot de eadem verè quæstiones instituuntur; verum enim quæstione de causa procedit: sed tantum sunt quatuor quæstiones, ergo etiam quatuor causæ. Minor probatur. vel enim quæritur ex quo res sit, & ecce materiam; vel quid sit, & [illegible]; vel à quo sit, & ecce efficiens; vel tandem propter quid sit, & ecce finem.

Confirmatur, quia omnia, quæ nouas quæstiones videntur inducere reducuntur ad quatuor prædictas, vt e- [illegible] patebit. Alias rationes assignat Auerr. *[illegible] sect. 3.* in re facili non immoror. igitur

Instatur primo, si quæratur propter quid Æthiops est [illegible] respondetur quia natus in Æthiopia, sed hoc non reducitur ad aliquam ex dictis causis, ergo. Respondeo [illegible] & reddere causam efficientem, scilicet à Sole, qui in Æthiopia, vbi natus, maxime exurit.

Instatur secundo ab [illegible], à causis materialibus [illegible] effectus, & ad [illegible], ergo sunt [illegible] non [illegible] adden [illegible]. Respondeo [illegible], quæ sequuntur præ es- [illegible], & cum illo vnam totam [illegible] vero materiæ, si sunt [illegible] pariter ad efficientem reducuntur, si non, ad formalem [illegible] materiam informando, nec alium cau [illegible]. 139

Instatur tertio, causa exemplaris ad nullam ex assignatis reducitur, est fundamentum Platonicorum [illegible] mala Conclusio. Respondeo obiter (latius enim infra) causam exemplarem reduci ad causam formalem, est enim forma effectus, cui extrinsecè dat esse, dum ad eius instar producitur.

Instatur quarto. Obiectum dicitur causa respectu suarum potentiarum & actuum, & tamen non apparet ad quod genus ex assignatis debeat reduci, ergo. Respondeo obiecta, vel considerari respectu potentiarum cognoscitiuarum, & si sic, reducuntur ad causam efficientem, quia suas species in illis imprimunt ad eliciendos actus, vel considerantur in ordine ad potentias appetitiuas, quæ non appetunt, nisi obiecta cognita, & hoc pacto [illegible] est finis, [illegible] conditio sine qua non, [illegible] approximatio agentis ad passum; si verò considerentur respectu actuum sunt tantum termini ipsorum, qui ad ipsa terminantur, nec aliquo nomine causæ propriè appellari possunt, quia non influunt, nisi appellentur causæ [illegible] extrinsecæ, quæ impropriè appellantur causæ, sed potius sunt conditiones sine quibus non. videatur Suarez. *d. [illegible] sect. 3. num. 17.*

Quomodo supradictæ Causæ distinguantur.
Quæstio Tertia.

SVpposito quatuor genera Causarum [illegible] ipsarum non differre realiter, sed posse in ea [illegible] 140

conuenire,& reſpectu diuerſorum effectuum, v.g. anima eſt cauſa materialis, ſeu ſubiectiua habituum Intellectiuum, eſt etiam cauſa efficiens intellectionis, cauſa finalis generationis,& tandem cauſa formalis compoſiti; poſſunt etiam, ſi non omnia, aliqua ſaltem conuenire ſimul in eadem re reſpectu eiuſdem effectus, eadem enim forma, & eſt cauſa finalis materiæ, quia ad ipſam ordinatur, & eſt cauſa formalis, quatenus materiam informat. de quo plura tradit Suarez *loco citato num. 9. ex ſequentibus.* hoc ſuppoſito tota difficultas eſt, an ſumptæ cauſæ formaliter verè conſtituāt quatuor genera diſtincta, an aliquando coincidant. cum quo

Notandum cauſam, vt cauſam, ſeu formaliter, ſeu in actu ſecundo (hæc enim tria idem ſonant) conſtitui per ipſam cauſalitatem, ſeu influxum, quo influit in effectum. Quare cum quærimus diſtinctionem cauſarum formaliter, quæritur de cauſis cum huiuſmodi cauſalitatibus, vt tamen natura priores ſunt ſuis effectibus; prius enim eſt materiam ſuam cauſalitatem exercere in formam, quam eſſe ex ipſa, & forma compoſitum. patet doctrina huius notabilis tùm experientia, quia tunc ſolùm dicitur potentia videns, quod eſt dicere cauſam formaliter, quando elicit actu viſionem; pariter dicitur ignis comburens, cum actu exercet combuſtionem. patet etiam ratione, quia cauſa in actu primo ponitur per ipſam potentiam actiuam, qua effectum producere poteſt. videatur Amicus *quæſt. 2. dub. 3. art. 3. num. 9.* ergo in actu ſecundo ponetur per ipſam actualem cauſationem, ſeu influxum in ſuo genere.

Vnica Concluſio. Quatuor genera cauſarum formaliter ſumpta, ſcilicet in ratione cauſandi non diſtinguuntur realiter, ſed tantum formaliter, ita affirmant Suarez *diſp. 12. ſect. 3. num.* 9. Rubius *nu. 59.* Amicus nihil expreſſe dicit, an tantum formaliter, vel realiter diſtinguantur; attamen cum omnia, quæ de hoc affert *quæſt. 7.* ſint ex Suarez piè credendum eſt cum ipſo conuenire, & omnes ferè ita loquuntur de diſtinctione cauſarum.

141 Probatur primo. Cauſa, vt cauſa dicit entitatem materialem, & influxum ſeu cauſalitatem, ſed in entitate materiali non diſtinguuntur multoties *ex 1. Notab.* ſed neque in cauſalitate, cum eadem realiter ſit cauſalitas multarum cauſarum, vt patebit, cum de cauſalitate in particulari cuiuſlibet cauſę, ergo cauſæ vt cauſæ non diſtinguuntur realiter.

Probatur ſecundo, etſi Cauſalitates eſſent realiter diſtinctæ, non ſufficeret ad ponendam diſtinctionem realem cauſarum, ergo. Antecedens probatur. Cauſalitates ad ſummum ſunt modi ipſarum cauſarum ſecundum aliquos, ſed eadem res omnino duobus modis affecta, non diſtinguitur realiter à ſe ipſa; non enim Petrus ſedens diſtinguitur realiter à ſe ipſo ſtante, ergo dum eadem entitas materialis, v.g. animæ per diuerſas cauſalitates eſſet cauſa formalis,& efficiens, non diſtingueretur realiter à ſe ipſa, quia hæ cauſalitates eſſent tantum modi eiuſdem entitatis.

Quod verò diſtinguantur formaliter, patet, quia alia eſt ratio cauſandi materiæ, quæ cauſat vt receptiua; alia formæ, quæ cauſat vt actuatiua; alia efficientis, quæ cauſat per influxum, & actionem; alia finalis, quæ cauſat quatenus eius gratia aliquid fit.

Solum poſſet obijci. Ea, quæ diſtinguuntur ſpecie, diſtinguuntur numero, quæ diſtinguuntur numero diſtinguuntur realiter; ſed ex Ariſtotele *tex. 32.* cauſæ diſtinguuntur ſpecie, ergo numero, ergo realiter: ſed non poteſt intelligi materialiter, quia *2. Phyſ. tex. 86.* finis, forma,& efficiens coincidunt in eandem rem, ergo intelligitur de cauſis formaliter, ſeu vt cauſæ ſunt.

Reſpondeo diſtinguendo antecedens. ea, quæ diſtinguuntur ſpecie materialiter ſumpta differunt numero, & conſequenter realiter, concedo antecedens, quæ diſtinguuntur ſpecie tantùm formaliter, quod eſt dicere, quæ diſtinguuntur tantùm in conceptu formali, quia habent diuerſas formalitates, & nego; quia hanc diuerſitatem ſpecificam in conceptu formali in eadem entitate poſſumus habere, & ratio eſt, quia hæc diſtinctio ſpecifica non importat niſi diuerſum conceptum formalem cum fundamento à parte rei, ita diuerſimodè concipiendi, quod fundamentum ſufficienter præberi poteſt ab eadem entitate, ſi diuerſa poteſt exercere. ſic Intellectus, & voluntas diſtinguuntur ſpecie formaliter, & tamen eadem eſt anima, quæ prout intelligit, dicitur Intellectus; & quia pr[...] telligit non vult, & alia eſt ratio volendi à ratione in[...] gendi, dicuntur in eadem entitate diſtingui form[...] ſpecifice Intellectus, & voluntas.

Pro complemento huius tractatus quæri poteſt [...] diuiſio ſit immediata, & in ſpecies at[...]mas. ad v[...] quæſitum reſpondeo cum communi negatiuè. ad p[...] quidem, quia poſſet adduci in membra mag[...] vt ſi diceretur, cauſa diuidi in externas, & intern[...] 14
ſtea diuiderentur externæ, & internæ in ſu[...] enim ratio communis cauſæ internæ, & externæ [...] accedit ad rationem communiſſimam cauſæ, qu[...] ria, & forma primo conueniunt in eſſe internas [...] nentes, quam in eſſe cauſas, quia valet ſunt internæ [...] cauſæ, non è contra. ad ſecundum autem reſpōd[...] negatiuè, quia quodlibet ex his membris diuiſio[...] ſub ſe alias ſpecies, licet forſan non vniuocè, ſic cauſ[...] ciens dicit efficiens creatum, & increatum, &c. [...] dicit materiam primam, & ſecundam, materiam [...] ſiti ſubſtantialis, & accidentalis, &c. forma dicit [...] ſubſtantialem, & accidentalem, &c. finis dicit fin[...] cuius, proximum, remotum, &c. ſed de varia diuiſ[...] ſarum videatur Toletus *lib. 2. cap. 3. quæſt. 7.* qui [...] multum diffundit, ad quem vos remitto, ne ego [...] in hoc tractatu nimium me diffundam. aliqua, quæ [...] nullis hic tractantur, tradam *Tractat. 7. de compara[...] Cauſarum.*

Tractatus Tertius, Qui eſt de Cauſa Materi[...]

EX cauſis in particulari prima, quæ ſe offert e[...] da, eſt Cauſa Materialis, vt pote quæ videt[...] omnes primum locum obtinere. De his autem, q[...] teriæ, vt ens quoddam eſt, competere poſſunt, ſatis [...] ctum in primo Libro. Quare noſtrum eſt in præſen[...] re de eadem, vt cauſa eſt interna compoſiti. Circa [...] primo quæro.

Quis, & quotuplex ſit effectus Materiæ. Quæſtio Pri[...] 14

SVpponendum tanquam certiſſimum apud omnes [...] [...] Ariſtotele, *tex. 28.* neque non eſſe actum [...] potentiam, [...] [...] quia cauſa verè dicitur [...] enim cauſam d[...] ſuum influxum præbere in effectum, quod eſt quid [...] rio ad eſſe actum, actiuum, &c. hoc ſuppoſito quæ[...] reſpectu quorum ſit cauſa. igitur

Prima Concluſio. Materia eſt cauſa reſpectu gen[...] tionis. Probatur Concluſio facilè. Materia recipit ge[...] rationem, illam ſuſtentat, neque ſine illa eſſe poteſt, n[...] ſine ipſius concurſu, ergo eſt cauſa ipſius. Probatur [...] ſequentia, quia in hoc conſiſtit cauſatio materiæ, vt [...] quid ſuſtentet per ſuum influxum, quoad eſſe. Sci[...] Amicum *quæſt. 3. tract. [...] art. 1* non deeſſe, qui exiſti[...] vnum, & eundem effectum eſſe cum forma, in fieri: ve[...] hoc modò non diſputo, ſolum dico generationem q[...] cunque modo ſumatur eſſe effectum materiæ, eò quo[...] ipſam influat materia.

Secunda Concluſio. Materia eſt cauſa materialis [...]
mæ, quæ de ipſa educitur. probatur. huiuſmodi f[...] 14
pendet in eſſe, & in fieri à materia, nec ſine illa eſſe po[...] ergo eſt ipſius cauſa, ſed non poteſt eſſe cauſa e[...] quia non eſt actiua; neque formalis, quia non eſt ac[...] ergo ſolum eſt cauſa materialis, quatenus concurrit [...] rialiter ad ipſius eſſe illud ſuſtentando, et[...].

Probatur ſecundo. Materia eſt ſubiectum pri[...] definitione *in 1. lib.* tradita, ſed non eſt ſubiectum c[...] ſiti, non enim in ea ſubiectatur compoſitum, ergo for[...] ergo eſt etiam cauſa formæ. probatur vltima conſe[...] tia, in qua eſt tota vis, non eſt ſubiectum, niſi ſuſte[...] cum influxu formam, ergo eſt cauſa materialis ipſiu[...]

Dices Materia ex Ariſtotele eſt, ex qua inexiſten[...] quid fit, ſed forma non [...] materia [...] eſt cauſa reſpectu [...] [...] eſſe traditam in [...] tur [...] formæ, quia e[...] cauſa conſtitutiua [...] quia illud non poteſt ſine hoc, vel dicendum [...]

ne comprehendisse etiam materiam, vt causam formæ, d[illegible]uxit subiectum primum. Primo enim est materiam s[illegible]dum potentiam sustentatiuam esse subiectum for[illegible]æ, deinde secundum potentiam constitutiuam, compositum constituere.

144 Tertia Conclusio. Materia est causa respectu animæ rationalis, quæ de ipsius potentia non educitur. Hæc Conclusio est D. Thomæ apud Conimbricenses *lib. 2. cap. 7. quæst. 11.* contra nonullos, quem ipsi sequuntur, sicut sequitur etiam Fonseca 5. *Metaphys. quæst. 1. sect. 3.* Amicus *quest. 3. art. 3.* & alij. probatur ratione D. Thomæ. Anima pendet a materia quoad informationem, nec sine illa esse potest forma in actu secundo, neque in specie completa, &c. [illegible] materia est per se c[illegible] usa animæ. Quare duplicem concursum [illegible] dicendum dari in materia respectu formarum [illegible]um sustentatiuum; & hunc exercet tantum circa [illegible], quæ de ipsius potentia educuntur; alium [illegible] qui [illegible] per Diuinam potentiam suppleri [illegible], & hunc generalem habet circa omnes formas [illegible] omnibus probat Amicus, & consentit Fonseca [illegible].

Quarta Conclusio. Materia est causa compositi. Con[illegible]. Probatur tamen, compositum fit ex materia, [illegible] ex parte intrinsecè componente, ergo [illegible]. Confirmatur. Materia est causa generationis [illegible] ad ipsum compositum: ad con[illegible] compositum, subternitur generationi, & [illegible] ergo est causa compositi, ideò dicebat S[illegible] totum compositum esse effectum [illegible], quia generatio est fieri compositi, [illegible]; vnio secundum [illegible], qui [illegible] modum, est nexus eiusdem formæ [illegible] causa natura hæc omnia produ[illegible] ad compositum. Confirmatur secundo. Materia [illegible] respectu formæ generationis, &c. [illegible] habet extrinsecè ergo multo magis compositi [illegible] pars intrinseca.

145 Dices. Materia non est causa, nisi vt potentia passiua, & [illegible] sed non est huiusmodi respectu compositi, ergo [illegible] ipsius non est causa. Concedo maiorem, [illegible], non est potentia respectu compositi [illegible] compositum non constituatur à materia [illegible] potentia [illegible], quia ab ipsa causatur, vt potentia [illegible] receptiua formæ non est respectu compositi, [illegible] potentia [illegible], & receptiua ipsius compositi [illegible] concedo [illegible] contrarius, quare negatur [illegible], materia vero est causa compositi licet non vt potentia [illegible], sed vt id, ex quo, tanquam ex [illegible] passiua intrinseca constituitur.

Quæres. vtrum materia, cum sit causa in ordine ad tot effectus, sit dicenda vna tantum causa. Ad hoc quæsitum non potest benè responderi, donec videatur quænam sit ipsius causalitas, respectu omnium, an scilicet vna tantum vel multiplex, ex distinctione enim causalitatum, vt diximus, sumitur distinctio causæ formaliter, ideo sit.

In quo consistat causalitas Materiæ, & quotuplex sit. Quæstio Secunda.

146 Notandum in primis est, cum causalitas cuiuscunque causæ, vt diximus, sit influxus, seu sit id, quo quælibet causa in suo genere influit in effectum, & effectus causæ materialis [illegible] sit generatio formæ, quoad esse existentiæ, respectu formarum materialium; & quoad informationem passiuam respectu omnium, & compositum, & secundum eos, qui admittunt vnionem, sit effectus etiam ipsa vnio, quæstio de omnibus istis procedere debet.

Notandum secundo, eandem numero productionem secundum diuersos modos, quibus concipi potest, sortiri diuersas denominationes, quatenus enim est quid emanans a causa efficiente, & per quam efficiens dicitur actu efficere, seu influere in effectum (actio enim est actualis influxus efficientis) denominat efficiens agens, at ipsa dicitur actio: quatenus vero hæc actio debet versari circa aliquod subiectum, quod substernatur tali actioni, & in ipso subiectum [illegible], quia mediante patitur, seu [illegible]tatur, & dicitur passio. Quare eadem generatio prout est ab agente dicitur actio, seu productio actiua, vt verò est ver. grat. circa materiam ligni, ex qua educitur forma ignis, &c. dicitur passio, seu productio passiua. His notatis, omissis diuersis modis explicandi, quos affert Amicus *quæst. 4. dub. 1.* Qui vult potest eos videre. sit

Prima Conclusio. Causalitas materiæ respectu generationis est ipsamet generatio. est Suarez *disp. 13. sectio. 9. num. 5.* Amici *loco citato, art. 2 num. 14.* Probatur. Generatio rigorosè loquendo non est effectus, nisi vt via, seu fieri ipsius effectus, ergo si quæ causalitas inter materiam, & generationem intercedit, est ipsa met generatio. Probatur consequentia, quia inter effectum, & causam nihil mediat, nisi causalitas, ergo preter generationem, quæ est causalitas veri effectus materiæ, vt infra, nihil mediat.

Confirmatur. Eadem est ratio de actione respectu agentis, ac de passione respectu materiæ, & principij passiui, sed actio eo modo, quo dicitur effectus agentis, nullam habet causalitatem distinctam à se ipsa, ergo.

Confirmatur secundo, quia alioquin daretur processus in infinitum; quia de illa causalitate respectu generationis, cum etiam ipsa sit aliquo modo effectus, quærerem per quamnam causalitatem, &c. & sic de alijs, donec deueniatur, vt idem sit effectus, & causalitas.

Dices. prius natura est causa cum sui causalitate, quam effectus, ergo si generatio est effectus materiæ, supponit materiam cum causalitate, ergo non potest ipsa esse causalitas, &c. Respondeo antecedens esse verum de vero effectu, & ideo prius natura supponitur materia cum generatione passiua, quam effectus materialis. at respectu effectus, qui in tantùm dicitur effectus, in quantùm, vt via, & causalitas veri effectus pendet etiam à principio, non est prius natura, alioquin daretur processus in infinitum. 147

Ex hoc tamen non intendo impugnare, quod docet Amicus *num. 15. vsque ad 19.* contra Suarez *numero 16.* & Hurtadum *disputat. 5 in Metaphys. sect. 3.* vnionem, & si sit causalitas materiæ respectu compositi, tamen sibi vẽdicare causalitatem distinctam a se ipsa, eò quod, sicut datur actio vnitiua agentis, ex qua producitur vnio, & hæc actio est distincta ab ipsa vnione, ita datur vnitio, seu productio vnitiua passiua, in materia correspondens, dum recipit illam actionem, quæ pariter ab vnione distinguitur, sicut generatio ab eo, quod generatur; vnde est dispar ratio de vnione, & generatione.

Secunda Conclusio. Causalitas materiæ respectu formæ consistit in informatione passiua, iuxta exigentiam formæ receptæ. Est contra Amicum *art. 3. num. 9. & sequentibus*, nobiscum tamen consentiunt Fonseca 5. *Metaphysicæ cap. 1. quæst. 1. sect. 3.* Licet citetur pro se ab Amico *Conclusione secunda* Suarez etiam *num. 9.* qui ideo impugnatur ab Amico *num. 12.* Conimbric. *lib. 2. cap. 7. quæst. 9. art. 1. §. his in hunc modum, &c.* Ruuius *tract. 2. lib. 1. §. 2. Conclusio.*

Probatur Conclusio. Materia concurrit ad effectum in genere principij passiui, quatenus passiuum, sed non exercet rationem passiui, nisi in receptione formæ, ergo in hac consistit eius causalitas. 148

Probatur secundo. Si duplex esset causalitas materiæ in formam corruptibilem, vt vult Amicus, alia quoad existentiam, alia quoad vnionem, in aliquo priori esset forma materialis in materia non vnita, sed hoc est absurdum, ergo. Probatur absurditas, quia actio eductiua formæ de materia, est simul essentialiter ex dictis 1. *lib.* actio vnitiua.

Tertio probatur. Forma materialis ita pendet ab influxu materiæ quoad existentiam, vt debeat ab illa sustentari, vt fatetur ipse Amicus, sed hæc sustentatio non potest esse, nisi illam informet, ergo causalitas dicit hanc informationem passiuam; ideo dicitur in conclusione iuxta exigentiam vniuscuiusque formæ; quia in formis materialibus informatio est cum sustentatione quoad esse, quia tales formæ pendent à materia, at sine illa esse non possunt, ideo, & sustentatio dicit essentialiter informationem, & informatio sustentationem naturaliter loquendo, at in anima rationali licet sit informatio, non [illegible] sustentatio.

Quarto contra Amicum, transacta generatione, dum consistit compositum, materia est causa [illegible],

ergo per aliquam causalitatem, ergo non per receptionem actionis, qua producitur forma ab agente, quod ipse concedit *numero* 13. probatur secunda Consequentia, cętera enim sunt nota, quia passio quæ dicitur in materia, respectu actionis eductiuæ transit, ergo non potest esse causalitas materiæ respectu formæ, quæ adhuc perseuerat causa.

149 Confirmatur contra eundem, transacta actione, & passione adhuc forma pendet quoad suum esse à materia, vt à causa materiali, ergo causalitas materiæ non potest esse illa passio, &c. sed nihil potest assignari, nisi informatio passiua, ergo.

Confirmatur secundo ex his quæ ipse docet *numer.* 17. hanc passionem non posse esse causalitatem compositi, nisi in fieri, ergo nec etiam formæ. Probatur consequentia, quia vt benè Suarez *num.* 15. eadem est causalitas materiæ ad formam in facto esse, ac ad compositum; posita enim causalitate erga formam est compositum, immò per ipsum Amicum *eodem numer.* 17. Confirmatur, vnio est causalitas respectu compositi, quia materia per ipsam se communicat composito, ergo etiam formæ. Probatur consequentia, quia materia non se communicat composito, nisi communicando se formæ, ideò benè infert Suarez esse eandem causalitatem.

Sed contra instatur primo ex Amico *numero nono* causam cum sui causalitate saltem natura est prior effectu; sed sic non est iuxta doctrinam nostram, ergo. Minor probatur. saltem prius natura est formam esse, & existere, quam vniri, seu informari materiam, ergo materia cum causalitate non esset prior effectu. Est totum posse Amici.

Ad Argumentum negatur minor, ad probationem respondeo, falsum esse materialem formam prius existere, quam vniri, eo quod non potest existere, nisi vnita, ideo simul, ac educitur, & existit, vnitur, vt diximus, cum de eductione locuti sumus. Quare prius natura est materiam informari, quam formam esse effectum ipsius, quia solum est effectus, vt recipitur in materia, & vt sic dependet ab illa, in quo consistit prioritas naturæ: & in tantùm potest dici prius existere, quam vniri secundum subsistendi consequentiam, quia valet, *vnitur, ergo existit*, non è contra; sed hoc non est ponere aliquam prioritatem realem in quo, vt alibi dicemus, sed tantum existere magis patere, quam vniri. Verum si sumatur vniri talis formæ materialis conuertibiliter dicuntur vniri, & dependere, nec dependere erit prius vniri. Videte quæ diximus *lib.* 1 *tract.* 3 *q.* 3. *§. quæres* 2.

150 Instatur secundo ex eodem. Vnio supponit vnibilia, sed in illo priori forma pendet in esse à materia, ergo habet causalitatem ad illam, ergo causalitas non est illa informatio, &c. Respondeo vnionem supponere, &c. quando vnibilia essentialiter sibi eam non imbibunt: at in casu nostro forma materialis essentialiter sibi, vt existat naturaliter exposcit informationem propter eductionem, quæ essentialiter est vnitio, ideò eam non supponit, sed simul est. patet in accidente, quod simul existit, & inhæret; nec in aliquo priori prior est existentia, quam inhærentia, vt ipsemet Amicus fatetur *numero* 12. & tamen valet dicere, inhærentia supponit id, quod inhæreat, in quantum magis patet esse, quam inhærere.

Tertia Conclusio. Eadem informatio passiua est causalitas materiæ respectu compositi. Probatur. materia per receptionem, & retentionem formę constituitur causa intrinseca actu compositi, ergo vera Conclusio. Antecedens probatur, quia mediante hac receptione se communicat composito, ergo per hanc constituitur causa actu ipsius.

Confirmatur, quia posita hac passiua informatione in materia est compositum, nec per diuinam potentiam potest non esse, & hac ablata tollitur, ergo per hanc constituitur formaliter causa compositi.

Confirmatur secundo, quia materia exercet causalitatem in compositum per modum partis essentialis, ergo se communicando alteri comparti, sed hæc communicatio non habetur nisi per illam informationem passiuam, ergo.

Vltima Conclusio. In materia est tantum duplex causalitas, scilicet generatio passiua, & informatio passiua est clara ex dictis, per generationem enim passiuam est causa ipsius generationis, formæ, & compositi in fieri, per ipsam enim constituitur causa materialis actu in ipsorum fieri, per informationem verò passiuam constitu[illegible] causa formæ, & compositi in facto esse, vt diximus. Verum quidem est, quod ratione possumus distinguere [illegible]res causalitates, iuxta plures effectus, qui per easdem pr[illegible]ducuntur. Videte Suarez *numero* 15. *& sequentibus*.

Aduerto tamen pro complemento, cum dico in[illegible]mationem passiuam esse causalitatem, &c. non in[illegible]gere ipsam receptionem actionis eductiuæ, seu ipsam, [illegible] dicunt, vnitionem passiuam; hæc enim transit, nec di[illegible]stinguitur a generatione, vnde non est nisi causalita[illegible] fieri, & pertinet ad prædicamentum passionis, sed intelligitur pro ipsa informatione in facto esse, seu pro ipsa [illegible]tinentia formæ in materia.

Quo Principio Materia causet. Quæstio Tertia.

HÆc quæstio tractanda est cum Suarez, qui solum quantum vidi, eam mouet ex professo, *disputa* 10. *decimatertia sectione octaua*, & *disputatio. decimaquarta, sectione prima, secunda, tertia, & quarta*, pro [illegible] notandum est, causam materialem non solum hab[illegible] locum in composito substantiali constante ex mate[illegible] forma substantiali, sed etiam in composito accident[illegible], quia etiam forma accidentalis per se requirit co[illegible]tem, quæ stet loco materiæ, scilicet subiectum, & [illegible] non solum est verum in accidentibus corporeis, [illegible] scilicet recipiuntur in subiecto extenso, sed etiam in [illegible]cidentibus, quæ recipiuntur in substantia spirituali, q[illegible] hæc omnia cum sint accidentia essentialiter in[illegible] substantia, quæ ipsa sustentet, tanquam materia; [illegible]catur autem materia extenso nomine materiæ ad om[illegible] ea, quæ secundum modum causandi materiæ, scilice[illegible] stentando, causant effectum; & ideo dicebat Aristote[illegible] *duodecimo Metaphys. text. vigesimotertio*, omniu[illegible] nerum eadem esse principia, licet non eodem mod[illegible], simpliciter, sed Analogicè, vt alibi diximus; quare p[illegible] sens quæstio est resoluenda quoad vtrunque composit[illegible] & substantiale, & accidentale, cum in vtroque repe[illegible]tur causa materialis. ide[illegible] sit

Prima Conclusio. Materia respectu formæ substantialis causat per propriam essentiam, & entit[illegible]. Prob[illegible]tur, materia respectu formæ substantialis causat, qu[illegible]nus est potentia substantialis receptiua, ergo vera co[illegible]clusio. Antecedens ex dictis patet; probatur tamen, materia est causa, quatenus sustentat ipsam formam q[illegible] esse, seu quoad informationem *ex quæstione præcedenti* sed hæc omnia dicunt esse potentiam, ideo enim dicit [illegible] formam relationem, ergo causat quatenus potentia; dicit enim relationem quatenus causa materialis ad [illegible] primum actum. Consequentia illa probatur. potentia [illegible] essentialis materiæ, nec ab illa distinguitur ex dictis *pri[illegible]mo libro*, ergo si causat per potentiam, causat per p[illegible] priam entitatem.

Secunda Conclusio. Omnis materia respectu accidentium causat per se ipsam. Hæc conclusio assignatur Sc[illegible] *in secundo distinctione decimasexta quæstione vnica* contra Soncinnatem *duodecimo Metaphys. quæstio. vigesim[illegible] sexta* Iauellum *quæstio. octaua*, & Caietanum *prima par[illegible] quæstione* 54. *articulo tertio*, & *quæstione* 77. *articulo prima*, & procedit de omnibus illis, qui causalitatem materia[illegible] circa accidentia exercere possunt, cuiusmodi sunt Materia, Forma, Compositum, & aliquod Accidens sec[illegible]dum aliquos. probatur quoad omnia. materia, forma, [illegible] ipsum compositum sunt causa materialis aliquorum a[illegible]dentium, ergo sunt causa materialis ipsorum per se ips[illegible]. Antecedens in pręsenti est supponendum, quod *in li[illegible] de Generatione* videbitur, vbi etiam determinabitur, q[illegible]nam accidentia in materia, quæ in forma & quæ in composito recipiantur. consequentia probatur, vel enim re[illegible]piunt illa accidentia per potentiam distinctam a propr[illegible] entitate, vel non. Si secundum, habeo intentum; qu[illegible] sunt immediate illorum receptiua, immediate [illegible] sant, cum causalitas materialis consistat in [illegible] sustentatione, &c. Si primum [illegible] mediante quo recipiunt, [illegible] ipsa materia, forma, & compositum. probatur [illegible] causa materialis formæ, quod [illegible] potentia ipsa [illegible]

actua-

actuatiuam; materia enim, & forma dicunt ordinem transcendentalem, vt potentia, & actus; sed materia, forma, & compositum non sunt huiusmodi potentia, ergo non erunt causa materialis formæ, &c. ergo si materia, forma, & compositum debent esse causa materialis accidentium, debent immediatè illa recipere, ergo causare per propriam entitatem.

Confirmatur. Ideo aliquod accidens ponitur materia, & subiectum alius accidentis, quia hoc secundum accidens immediatè primo accidenti inhæret, ergo si accidentia inhærerent alicui potentiæ distinctæ à materia, forma, & Composito, illa potentia esset materia talium accidentium non ipsa forma, Compositum, &c.

Confirmatur secundo, si inhærent media potentia distincta, quæro, vel hæc potentia est substantia, vel accidens; non substantia, quia sicut in composito substantiali nulla est substantia præter materiam, & formam, ita in accidentali; si est accidens, vel recipitur à substantia per se ipsam, vel per aliud; si per se ipsam, cur non aliud accidens? si per aliud, iterum quæram, illud aliud quomodo recipitur, & sic ne detur processus in infinitum, erit deueniendum ad aliquod accidens, quod immediatè recipiatur.

153 Probatur etiam Conclusio, quod accidens, quando est materia alterius accidentis causet per se ipsum, quia alioquin nullum accidens esset materia alterius; probatur consequentia, accidens in tantum dicitur materia alterius, quatenus immediatius recipit informationem alterius, ergo si per se ipsum non causaret, non esset materia.

Contra primam Conclusionem instatur. Materia non potest recipere formam substantialem, nisi media quantitate, ergo causat proximè per ipsam quantitatem. Ad antecedens respondeo, non recipit nisi media quantitate, tanquam causa, qua mediante formam recipiat, & nego; tanquam propria passione, quia quantitas est passio consequens materiam naturaliter, & concedo, vnde negatur consequentia: si enim quantitas esset id, per quod proximè recipitur forma substantialis, ablata materia nullo alio miraculo intercedente posset conseruari forma in quantitate, sicut in Eucharistia conseruatur color, &c. in quantitate, quia immediatè inhæreret, & consequenter per se penderet ab [illegible] natura substantiæ.

[illegible] quod non fieret vnum per se ex materia, & forma.

Instatur secundo contra secundam Conclusionem. Potentiæ specificantur ex actibus, ergo omnis substantia recipiens accidens, recipit per potentiam, quæ sit accidens. Distinguo antecedens. potentia specificantur ex actu, scilicet potentiæ, quæ habent eundem actum formaliter, sunt eiusdem speciei, & concedo; potentiæ specificantur ex actu, scilicet sunt eiusdem generis cum actu, & nego vniuersaliter; quare negatur consequentia. Ad summum potest dici illa potentia accidentalis terminatiuè, quia ad accidens terminatur.

Sed contra instabis. Actus, & potentia sunt in eodem genere ex Aristotele *duodecimo Metaphys. textu vigesimotertio, & sequentibus*, ergo potentia specificatur ex actu, ita vt sit eiusdem generis, ergo nulla responsio.

Respondeo ex Suarez *disputatio. decimaquarta, sectione quinta, numero vndecimo*, illud axioma non haberi apud Aristotelem, sed tantum omnium generum eadem esse principia per quandam Analogiam, quod etiam nos docuimus, ex hoc autem non sequitur materiam, & formam accidentalis compositi debere esse in eodem genere, hoc enim est manifestè falsum; tùm in potentia actiua, quia anima, quæ est substantia, quatenus intellectus producit intellectionem, habitum, &c. quæ sunt qualitates; tum in potentia passiua, superficies enim, quæ spectat ad quantitatem, recipit colorem, qui spectat ad prædicamentum qualitatis. Affert ipse Suarez aliquas accommodationes, vt vniuersaliter verificetur hoc axioma, verùm multa supponit, quæ cadunt sub opinione, ideò magis placet, quod diximus.

Quæres quænam sint conditiones causæ materialis ad causandum.

Respondeo solam indistantiam esse conditionem. Quod indistantia sit conditio patet: quia non potest causare nisi vniatur, non potest autem vniri, nisi sint indistantes materia, & forma. Ideo Deus creans Animam, vt possit actione agentis naturalis vniri, ipsam creat indistantem materiæ, quia hæc essentialiter includitur in materia, vt causa, cum non possit esse causa, nisi existens; non quantitas, hæc enim est proprietas, vnde si per Diuinam potentiam poneretur forma in materia sine quantitate, materia posset exercere munus sustentandi, cum non sustentet per quantitatem; non ceteræ qualitates, hæ enim ad summum sunt conditiones formarum, quæ non possunt introduci, nisi preuijs his dispositionibus. ratio est, quia causa materialis, vt talis, dicit indifferentiam ad omnes effectus, vnde vt sic indifferens est causa completa, & sufficiens in suo genere; ad formas autem, quæ de se sunt determinatæ ad tales effectus, spectat tales dispositiones secum ferre, quibus determinent materiam ad hunc potius, quam ad illum effectum. Qui plura vult de hoc Tractatu videat Suarez *disputationibus allatis in principio*, & Amicum *tract.* 10.

Tractatus Quartus. Qui est de Causa Formali.

Causa materialis dicit ordinem ad Causam formalem, meritò igitur post explicationem causæ materialis sequitur præsens tractatus de causa formali, antequam de efficiente, & Finali agamus. Circa igitur causam formalem.

Quinam sint effectus, & quæ Causalitas Causæ formalis. Quæstio Prima.

Notandum primo. Nomen formæ sumi multipliciter. Primo sumitur pro forma Metaphysica, quæ dupliciter solet distingui in formam totius, & in formam partis. Forma totius Metaphysica, quæ etiam natura solet dici, est tota essentia rei, quam constituere concipimus totum compositum, verbi gratia, humanitatem respectu Petri. Forma partis, quæ etiam forma Metaphysica impropriè, seu forma Logica solet appellari, est differentia respectu generis, quæ sola ratione distinguitur à genere, hæc autem forma Metaphysica tum prima, tum secunda acceptione dicitur forma per quandam similitudinem ad formam veram Physicam. Secundo sumitur forma, pro forma Physica, quæ scilicet existens imperfecta, & essentialiter ad aliud ordinata, per realem coniunctionem, cum illo composito constituit, hæc tantùm reperitur in rebus naturalibus; Metaphysica verò etiam in spiritualibus creatis, immo Metaphysica propria etiam in Deo. Tertio, Forma Physica sumitur tam pro substantiali, quam pro accidentali, quid vtraque sit alibi diximus. Quarto accidentalis, alia est naturalis, quæ à natura producitur, alia artificialis, quæ producitur ab agente ex Intellectu. Quinto, Forma sumitur pro forma tantum modali, quæ scilicet dicit tantùm entitatem quandam modalem, seu quandam affectionem rei, verbi gratia, figura in quantitate, vbi in Locato, subsistentia in supposito, &c. modo nostra quæstio procedit tantum de formis Physicis proprijs substantialibus, cum ceteræ omnes formæ dicantur per Analogiam ad veras Physicas; ex his, quæ de ipsis determinabuntur, facilè quilibet coniectare poterit quid de alijs dicendum seruata proportione, & habita ratione ad vnius cuiusq; naturam. 154

Notandum secundo, effectus formæ esse in duplici genere, alij dicuntur effectus primarij formales, & sunt illi, qui habentur à forma secundum rationem, quam formaliter importat, ver. gra. effectus primus formalis animæ est esse animatum, quia anima, vt anima importat dare animatum. Alij dicuntur effectus formales secundarij, & sunt illi, qui quadam naturali sequela sequuntur posito effectu primario, ver gra. ad esse animatum sequitur exclusio, esse verbi gra. lapidis; qui effectus formalis secundarius solet distingui in positiuum, & negatiuum, sed effectus positiuus forsan perperam dicitur formalis, vt benè Amicus *tract. de causa formali quæst. 6. art* [illegible] tantum de effectibus primarijs, vnde sit

155 Prima Conclusio. Duo sunt effectus formæ, materia scilicet, & compositum, sed compositum tanquam effectus primarius, & adæquatus. Probatur quoad primam partem, materia pendet simpliciter in esse actuata, determinata, & in aliqua specie à forma, ergo vera Conclusio. Antecedens de se patet, naturaliter enim materia cum de se sit apta ad omnes formas, & consequenter ad omnes species, per solam formam actuatur, determinatur, & ponitur in specie determinata. Probatur consequentia, quia hæc actuatio, seu determinatio est in materia à forma realiter informante, & consequenter influente, ergo materia quatenus sic actuata, &c. est effectus formæ.

Secunda pars probatur. Compositum essentialiter est ex materia, & forma, ergo est effectus formæ. Quod verò sit primarius, & adæquatus patet, quia actuatio, quam forma exhibet materiæ, est propter ipsum compositum, & ordine intentionis, licet non executionis, primo producitur compositum, in quo materię actuatio comprehenditur, ergo compositum est effectus materiæ, & effectus primarius.

Dices. Materia actuata non distinguitur ab ipsa forma, sed ipsam includit, ergo non potest esse effectus formæ. Probatur consequentia, quia nihil causat se ipsum. Negatur antecedens, quia materia actuata dicit se ipsam, & formam; forma autem dicit tantum se ipsam. & quamuis materia actuata includat formam, hinc tamen non sequitur causare se ipsam, sed causare aliquid, in quo ipsa includitur, quatenus se ipsam communicat, quod necessariò accidit, quia est causa intrinseca, alioquin nullus effectus dici posset effectus causæ intrinsecæ.

156 Secunda Conclusio. Causalitas formę circa materiam, & compositum est ipsa informatio. Patet ex his, quæ diffusius diximus de causalitate materiæ. Probatur etiam, quia forma informando materiam ipsam actuat, ex qua actuatione fit compositum, ergo hæc est eius causalitas, causalitas enim est, qua forma in suo genere influit in effectum.

Probatur secundo. Forma essentialiter est causa, quatenus actus; ideo respicit materiam, vt potentiam, sed quod pendet ab actu, quatenus est actus, pendet media actuatione, ergo actuatio, seu informatio est causalitas. Hæc autem causalitas non distinguitur respectu materiæ actuatæ, & compositi, nisi tantum ratione, prout diximus de causalitate materiæ in formam; est enim eadem ratio.

Tertia Conclusio. Forma causat per suam propriam entitatem. Probatur, quia forma causat, quatenus est actus substantialis, ergo per se ipsam. Probatur consequentia. Forma est entitas simplex, ergo non potest habere aliquam potentiam actuatiuam additam, ergo omnis potentia actuatiua est sibi essentialis, ergo per se ipsam causat. applica alias rationes *ex quæstione pręcedenti*, quæ æquè probabunt.

Quæres sicùt in Quæstione præcedenti, quænam sint conditiones necessariæ ad hoc, vt forma causet. Respondeo primam esse indistantiam; in hoc enim pari passu gradiuntur materia, & forma. Secunda sunt dispositiones debitæ in materia, cum enim materia sit indeterminata, per formam debet determinari, vt diximus, & cum forma non possit introduci, nisi quibusdam dispositionibus pręuiis, quæ variantur ad variationem formę, omnis forma, vt sit causa, naturaliter requirit sibi proportionatas dispositiones in materia.

Hæc quæ sunt dicta de forma substantiali per quandam proportionem sunt dicenda etiam de accidentali intrinseca, quæ scilicet inhęret subiecto, & ex qua verè per veram vnionem, compositum accidentale constituitur. Immò etiam aliquo pacto eadem reperiuntur in causa formali modali. Videatur Suarez *disputatione decimaquinta, sectione vndecima, & disputatione decimasexta, sectione prima*, Amicus *quæstione octaua, & nona*. Quibus locis plura habentur etiam de forma Metaphysica apud vtrumque auctorem.

An Materia, & Forma immediatè vniantur.

Quæstio Secunda.

PRo intelligentia quæstionis aduertendum hoc nomen vnio sumi solere tripliciter.

Primo sumitur pro actione, qua partes simul vniuntur, & magis propriè solet dici vnitio.

Secundo sumitur pro relatione, quam partes vnitæ dicunt ad inuicem.

Tertio sumitur pro ipsa partium coniunctione, seu pro ipso termino actionis vnitiuæ, & in hoc tantum sensu quæritur, an, cum materia, & forma vniuntur, per illam actionem producatur aliquid realiter, quod non sit nec materia, nec forma, sed id, quo materia, & forma inuicem vniuntur. Hoc notato sunt duo sententiæ omnino oppositæ.

Prima Sententia est Suarez, Ruuij, & aliorum recentiorum, immo communior apud nostrum Aresium, *primo de Generatione disputatio. secunda, quæstione decimaquinta*, & Amicum, *quæstione decima* qui docent primo materiam, & formam vniri mediante vnione, quæ sit entitas modalis, modaliter distincta ab vtroque extremo. Secundo, hanc vnionem non esse quid accidentale, sed substantiale intrinsecum composito. Tertio hoc substantiale esse meram relationem transcendentalem. Quarto distingui à causalitate, quam dicit materia respectu formæ, quoad esse existentiæ, & esse causalitatem vtriusque partis respectu compositi, sed in hoc non omnes conueniunt. Quinto alij ponunt vnicam tantùm vnionem inter vtrumque extremum, alij duplicem, alteram ex parte materiæ, alteram ex parte formę. Qui verò vnicam tantùm ponunt digladiantur quoad subiectum talis vnionis; nam alij volunt subiectari in materia, alij in forma. Hanc sententiam tribuunt Diuo Thomæ, & Scoto, Aresius, & Amicus *locis citatis*, maximè Aresius, qui contendit tanquam rem certam fuisse ab antiquis concessam, nec in disputationem vocatam, & ipsam duodecim rationibus confirmat, nec v[illegible]us ipso exactius hanc quæstionem pertractat. Sed de mente Diui Thomæ, & Scoti infra.

Secunda Sententia contraria, quod non vniantur mediante entitate aliqua superaddita, sed seipsis ab Amico tribuitur Nominalibus, Ariminensi *primo sententiarum distinctione vigesimaoctaua, quæstione secunda, ad decimãseptimã*. Ochamo *distinctione trigesima, quæstione prima, ad secundum inconueniens*. Baconio *in tertio distinctione prima, quæstione prima, articulo primo*, Capreolo, & alijs; sed quidquid sit de istis, scio Caietanum apertissimè huius esse sententiæ. *tertia parte, quæstione secunda, articulo septimo §. in hoc articulo cautissimè*, & *articulo decimo*, §. *in responsione ad primum*, sed magis apertè loquitur, *prima parte quæstione septuagesimasexta, articulo primo*, § *ad euidentiam primi* vbi postquam dixit vnionem fundamentaliter esse causalitatem formæ, habet hæc verba: *constat enim quod causalitas formæ est velut operatio per modum actus secundi ipsius causæ formalis, & quòd nihil supra causam formalem addit, nisi ipsam formam esse actiuam subiecti, quod non est ipsa forma, nec ipsum subiectum, nec aliquid ens medium, sed est subiectum, & formam in esse tali, indiuisa esse*, hæc Caietanus. Quid clarius? ex recentioribus est Gregorij de Valentia, *tertia parte disputatio prima, quæstione secunda, puncto quinto*, §. *verior est igitur*. Quamuis paulò infra videatur aliquantulum hæsitare. Præter Caietanum, & Valentiam, alium non vidi, qui apertè hanc opinionem sustineat, ita vt non possit ab auctoribus contrariæ sententiæ aliter explicari: ore quidem in publicis thesibus hanc eandem Sententiam quo ad formas materiales ab amicissimo, & doctissimo Patre Domino Stephano Spinula Clerico Regulari Somaschensi, & inconcusso doctrinæ robore, & solita sui intellectus felicitate non semel propugnatam audiui. Pr[illegible] nostra sententia.

Pri-

158 Prima Conclusio. Cùm vniuntur materia, & forma non est aliquis modus realis, qui dicatur vnio. Probatur primo hæc vnio non potest esse aliquid absolutum, nec aliquid relatiuum, ergo non datur. consequentia clara; antecedens probatur quoad primam partem, quia absolutum est quod absoluit a termino; at vnio importat respectum ad vnita, ergo non potest esse quid absolutum. Quoad secundam partem etiam probatur, vel hoc relatiuum est substantia, vel accidens; non accidens, vt etiam aduersarij concedunt, quia vnio est de essentia compositi substantialis, de cuius essentia esse non potest accidens; ergo est relatio substantialis, vt concedunt Amicus *dub.2.num.*8. Aresius *sect.3.ad* 8.

Sed contra. relatio transcendentalis, ex Amico *in Logica*, [illegible] *quæst.* [illegible] *dub.*3.§.*hinc oritur quarta*, est intrinseca, & essentialis ei, quod ipsa refertur, ideo dicit, relationem prædicamentalem supponere rem, cui adueniat; at transcendentalem [illegible] quam gradum metaphysicum contrahere gradum superiorem, & cum illo constituere aliquam perfectionem [illegible] relatio transcendentalis, quam [illegible] habitus [illegible] contrahat gradum superiorem qualitatis ad [illegible] qualitate, quæ sit habitus, & non alia specie, [illegible] præstat vnio, ergo non est relatio transcendentalis. Probo minorem [illegible] relatio transcendentalis illi debet esse intrinseca, quod denominat, sed vnio denominat materiam vnitam formæ, & formam vnitam materiæ, nec tamen est essentialis formæ, vel materiæ, ergo.

Dices [illegible] includitur essentialiter in composito, quia non possumus intelligere compositum, nisi cum vnione [illegible], quia vnio non denominat vnitum compositum [illegible] sed partes, ideò partibus deberet esse intrinseca.

159 Probatur secundo, intelligitur sufficienter subiectum mutatum [illegible] recipit aliquem modum nulla vnione mediante, ergo [illegible] sufficienter mutata materia, & [illegible] facta causa ex sola formæ receptione sine vlla vnione.

Dices [illegible] *dub.* [illegible] *num.* 3. modi [illegible] essentialiter [illegible], ideo non debent aliquo medio [illegible] non omnes modos esse essentialiter [illegible], vt patet de sessione, & tamen per sessionem [illegible] Petrus mutatur, dum de stante fit sedens.

Tertio probatur contra Amicum [illegible] hominem, per ipsam [illegible] materialem dependere à materia [illegible] intelligi [illegible] habere modum vnionis, *Tract.*1. *quæst.*4. *dub* 1. *num.* 13. sed in illo priori non est [illegible] *Tract.* [illegible] *quæst.* [illegible] *dub.* [illegible] *num.* 2. ergo [illegible] vnita, non enim datur medium inter esse vnitum, & separatum, ergo esse vnitum non consistit in modo vnionis.

Probatur vltimo. Non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed hic nulla est necessitas vnionis, quæ sit modus, ergo. Minor patebit ex argumentorum solutione.

Primo igitur instant, non potest dari mutatio realis, nisi aliquid reale addatur, aut tollatur, sed forma, & materia mutantur, dum de non vnitis fiunt vnitæ, ergo additur aliquid, ergo vnio. Argumentum Aresij, quod confirmat, quia, si nulla sit mutatio, dum moritur homo, non esset mutatus homo, & sic semper esset, quia inuariatis partibus, inuariatum remanet totum. Ad argumentum, toto concesso, negatur vltima consequentia, id enim, per quod mutantur in materia est forma, & in forma materia; quia primo materia non erat informata forma, nec forma sustentata à materia, postea sic; & per hoc patet ad confirmationem, in morte hominis partes mutari, dum ad inuicem separantur.

160 Secundo instat idem Aresius si inter materiam, & formam nulla est vnio, quæ sit aliquid superadditum, nulla esset differentia inter formam assistentem, & informantem. Probatur consequentia, quia forma assistens est indistans ab illa materia, operatur per illam, illi communicat motum, &c. ergo cur non erit informans? vtique, quia non habet modum vnionis.

Confirmatur quia ex sola indistantia inter aliqua, non datur motus inter illa, sed moto corpore necessario mouetur anima, ergo adest vnio præter indistantiam.

Confirmatur secundo, quia non est assignare terminum actionis vnitiuæ, nisi posita vnione.

Ad argumentum quod est omnium principalissimum Respondeo negando sequelam. ad probationem dico, non esse formam informantem, quia non communicat suum esse materiæ; dicet Aresius, quare non communicat suum esse? Respondeo, quia non est actus eius proprius cum omnibus requisitis; si rursus quærat, quare non sit actus proprius, &c. hoc esse petendum ex natura talis actus, & potentiæ, quæ sic, vel sic esse debent, ad hoc vt informent, &c.

Aduertite quod etiam ipse Aresius cogitur deuenire ad hanc difficultatem, si enim quæram, quomodo differant forma assistens, & informans, si respondebit, quia assistens non habet vnionem, quæram quare non habet vnionem? vtique aliud non potest assignare, nisi quia non est actus proportionatus.

Ad primam confirmationem dico ex sola indistantia non sequi, quod moto vno, moueatur aliud; sed nego quod secluso modo vnionis sint solum indistantes materia, & forma, sunt enim intimè vnitæ per proprias entitates tanquam actus, & potentia; & quando assumitur, posse Deum ponere formam intimè præsentem propriæ materiæ, & non vnitam, negatur, intima enim præsentia est informatio, scilicet inexistentia formæ in materia, quam Deus non potest impedire posita forma cum dispositionibus, &c. Quare ad multorum argumentorum solutionem habet informationem importare supra indistantiam intimam præsentiam, scilicet formam, vt actum proprium in materia, ipsam actuantem, cum enim dico actum propriũ in proprio subiecto, dico formam vnitam.

Ad secundam confirmationem respondeo terminum actionis vnitiuæ esse partes vnitas, scilicet compositum, quod si dicat Aresius compositum esse terminum totalem, præter quem dandus est terminus partialis. Respondeo terminum partialem esse ipsam coniunctionem, quæ nihil aliud importat, nisi formam coniunctam materiæ, id enim est terminus partialis, quo producto producitur compositum, sed ex positione formæ in materia resultat compositum, ergo hæc positio est terminus partialis.

Dices. Forma coniuncta materiæ est ipsum compositum. Respondeo materiam, & formam, cum sint principia intrinseca, nõ efficere aliquid omnino à se distinctum, vt agens, sed construere, se ipsa communicando; ideo neque est necesse, vt hic terminus partialis sit aliquid perfectè contradistinctum a termino totali, quia in illo includitur essentialiter, sed satis est, si diuerso modo se habeat, vt terminus est partialis, sic forma, vt consideratur communicata materiæ, quasi connotando tantum materiam, dicitur terminus partialis; vt considerantur iam simul vnitæ materia, & forma, dicitur terminus totalis. 161

Addo etiam aduersarios pati hanc eandem difficultatem, cum enim producitur ignis, quæro, quinam est terminus partialis, non forma ignis, vt sic; posset enim hęc produci, & non constituere compositum, si non esset coniunctio, seu vnio cum materia, contra naturam termini partialis, qui ipso posito, ponit compositum; præcipuè iuxta Amicum, qui in aliquo priori vult existere formam, & nõ componere compositum, ergo erit forma vnita; quia vnita forma, causatur compositum; sed forma vnita materiæ est compositum, ergo in eundem scopulum impingunt, & tenentur etiam ipsi fateri, cum causa intrinseca sit causa, se ipsam communicando, esse terminum partialem, prout consideratur alteri se ipsam tradere; totalem verò, vt sunt simul ad inuicem in vnam naturam, quasi transformata.

Dices secundo, vel aliquod reale producitur, vt terminus partialis, vel non. Si primum non potest esse nisi vnio; si secundum, ergo datur actio realis sine termino. Respondeo realiter coniungi formam materiæ, si enim est actio purè vnitiua, vt suppono, nihil debet reale de nouo produci, preter terminum totalem. Vbi Nota aliud esse loqui de actione productiua; aliud de vnitiua purè, quæ supponit extrema existentia.

Instat tertio Aresius, si non datur vnio, homo non generaret hominem, hoc est absurdum, ergo. Probat sequelam, non enim producit animam, non materiam, cum sit à Deo [illegible] dicitur generare hominem? [illegible] dispositiones inducat, qui enim [illegible] disponit ad effectum, non dicitur effectum produxisse, ergo dicitur tantum generare, quia producit vnionem inter animam, & corpus, &c. Respondeo hominem generare 162

hominem, quia inducit in materia diſpoſitiones omnes, quibus Deus tenetur ſtatim animam creare in illa materia, cui anima ſtatim ſe ipſam communicando vnitur; neque quod addit, effectum non tribui diſponenti tantum', facellit negotium; reſpondeo enim hoc eſſe verum, quando effectus non neceſſario ſequitur. Immò non poſſum non admirari Areſium tantam vim facere in hoc argumento, cum ipſemet *quæſt.17. ſect.2.§. dico 2.* fateatur probabilius eſſe, vnionem animæ eſſe ab ipſa anima, attamen hominem dici generare hominem, quia illa vnio reſultat poſita materia diſpoſita, & forma propinqua, ideo diſponenti materiam, ad cuius diſpoſitiones neceſſariò creatur anima, tribui productionem hominis. expendite quæ ipſe ibi dicit vſque ad finem ſect. pro nobis contra ſeipſum.

Dices. ergo productio hominis conſiſtit in productione accidentium. Reſpondeo formaliter nequaquam, ſed in coniunctione animæ ad corpus, benè conſequutiuè, quia ſcilicet illis poſitis conſequitur, quod ponatur homo, ſicut & ipſemet Areſius docet eodem loco mortem hominis tribui accidenti, quod expellit diſpoſitiones, ex quibus ſequitur mors hominis.

Inſtatur quarto, ex Amico *Art.3.* datur vnio inter naturam humanam, & Verbum Diuinum, ergo etiam inter cętera, quæ vniuntur. conſequentia patet, quia eadem ratio. Antecedens probatur; quia non poteſt dici naturam humanam vniri ſe ipſa, quia illa vnio eſt ſupernaturalis, non quid naturale. Si dicatur eſſe ſupernaturalis tantùm terminatiuè, qua terminatur ad Verbum, obſtat, quia illa natura non magis dicit relationem ad Verbum, quam ad alias perſonas, ergo mediante vnione dicit relationem magis ad ſecundam Perſonam, quam ad alias. Reſpondeo negando antecedens, de quo fuſius ago in tractat. de Incarnatione quæſ. 11. ad probationem dico, dici vnionem ſupernaturalem, quia non eſt naturæ humanæ debitum, quod Verbum Diuinum fungatur munere ſubſiſtentiæ creatæ, & quando Amicus addit non magis dicere relationem, &c. Reſpondeo verum eſſe de illa humanitate præciſè ſumpta, ſed ſumpta vt terminata ad verbum dicit potius ad illud, quam ad Patrem, aut ad Spiritum ſanctum; fundamentum enim relationis non eſt aliqua vnio, ſed eſt naturam illam eſſe terminatam Verbo, loco propriæ ſubſiſtentiæ, ſicut natura creata dicit relationem ad ſubſiſtentiam creatam, cui tamen vnitur immediatè, vt docet ipſe Amicus *dub.2.art.3. num.6* de omnibus modis, & Suarez quare cum Verbum ſolum adimpleat munus ſubſiſtentiæ
163 creatæ, debet vniri media vnione ex parte naturæ? Alias rationes habet Amicus contra noſtram ſententiam *art. 3. dub. 2. & art. 3. dub.* 1. ſed omnes ex dictis facilè ſoluuntur, cum coincidāt cum rationibus Areſij, cum quo etiam omnino conueniunt ea omnia, quæ contra afferunt Auerſa, & Ouiedus in ſuis Philoſophijs, quare non eſt opus, quod afferantur, videantur etiam cęterę rationes eiuſdem Areſij, ſed ex dictis remanent ſolutæ.

Inſtatur quinto ex Suarez *diſp.13. ſect.9.num.30.* omnis cauſalitas mediat inter cauſam, & effectum, nec materia, nec forma mediat, cum ſint ipſę cauſę, ergo dāda eſt vnio, qua tanquam cauſalitate propria cauſent compoſitum. Reſpondeo cauſalitatem eſſe, vt diximus alibi, informationem reſpectu formæ actiuam, paſſiuam reſpectu materiæ, & hæc mediat, quatenus ſine ipſa poteſt eſſe materia, & forma.

Dices, vel hęc informatio dicit aliquid ſupra materiam, & formam, vel non. Si primum ecce vnionem. Si ſecundum, ergo verè nihil mediat inter cauſam, & effectum. pro intelligentia ſit

Secunda Concluſio. Vnio inter materiam, & formam, ſeu informatio nihil aliud importat, niſi formam eſſe in materia, & materiam eſſe informatam ipſa forma. Probatur Concluſio, quia non mediat inter ipſam modus de nouo additus, vt diximus, ergo ſe ipſis immediatè vniuntur, ſed non intelliguntur vnita, niſi materia ſit informata forma, & forma ſit in materia, ergo vera concluſio.

Modo ad difficultatem reſpondeo, cauſalitatem eſſe hanc informationem, & hanc dicere aliquid ſupra materiam præciſè, & ſupra formam præciſè, ſcilicet ex parte materiæ dicit materiam connotando formam, qua informetur, & qua mediante communicet ſe ipſam compoſito, & ex parte formæ dicit formam connotando materiam, quam informat, nec eſt mirum cauſalitatem non diſtingui perfectè, nec à cauſa, nec à cauſato, quia iſtæ cauſæ c[...] tradendo intrinſecè ſe ipſas, conſequenter cauſatio de[...] eſſe illa communicatio proprij eſſe, & ideo debet inclu[...], vnde benè dicebat Suarez *diſp.15. ſect.6.num.7.* hanc e[...] differentiam inter cauſalitatem agentis, & formæ, [...] agens per cauſalitatem non communicat intrinſecè ſe ipſum, at cauſalitas formæ eſt communicatio intrinſeca formæ, ideo cauſalitatem formæ complecti ipſam for[...], ſeu cauſalitatem formæ, eſſe ipſam formam, non abſ[...] ſumptam, ſed vnitam. expendite hæc vltima verba, & [...]dete eadem difficultate premi, etiam aduerſarios, ac n[...] de cauſalitate inuoluente ipſam cauſam.

Circa mentem D. Thomæ, & Scoti, dico nihil fa[...]re aduerſarijs D. Thom. ad locu enim, quem afferunt 1. *parte quæſt.76. art.1. ad 6.* vbi docet, animam ſeparata[...] bere inclinationem ad vnionem.

Reſpondeo tātùm haberi dari vnionem inter anim[...] & corpus, quod nec nos negamus, non autem hanc vn[...]nem eſſe quid ſuperadditum, &c. ſicut etiam idem hab[...]tur *capite vltimo 1. de Generatione*, vbi docet Ariſtotele[...] mixtionem eſſe miſcibilium, alteratorum vnionem. a[...]terum locum D. Thomæ *3. parte quæſt. 2. art. 7.* dico i[...] locum nobis potius fauere; quærens enim Sanct[...] ctor, an vnio inter Verbum, & naturam humanam ſit [...] creatum, reſpondet eſſe quid creatum, quia eſt quæ[...] relatio, nec in toto illo articulo loquitur de ea, niſi [...] relatione; ideo affert exemplum de relatione creatu[...] Deum; quare poſſumus non irrationabiliter dicere [...] intentum D. Thomæ ſit ibi non quærere de relatione [...] de ipſa vnione, vt de termino actionis vnitiuæ, vt p[...] ſequentibus articulis, qui de ipſa, vt de tali termino [...]cedunt, poſſumus inquam dicere, cum totum ſermo[...] inſumat in vnione, & in relatione, non voluiſſe vn[...] eſſe quid aliud præter perſonam Verbi terminante[...] turam humanam, ideò de relatione, quæ ex tali ter[...]tione inſurgit, reſoluiſſe articulum.

Quoad Scotum faciunt vim primo *quæſt. 1. diſt. 1.* [...]*tentiarum 3.* ſed ibi Scotus diſtinguens tria genera [...]tionum, vnionem naturæ humanæ ad Verbum dicit [...] ex illis, quæ non neceſſario adueniunt poſito fund[...]to, & termino, & probat illam vnionem [...] poſſe e[...] quid [...] Hic autem non deducitur per ipſum [...] vnionem tanquam modum ſuperadditum, &c. Se[...]do enim faciunt *in 4. diſt. 43 quæſt. 1 §. ad argu[...]tum; a[...] vltimum*, vbi Scotus dicit, *ideò verius videtur quod vn[...] redibit eadem, ſi accipiatur pro illa relatione partium v[...]tarum, non autem pro ipſa paſſione*. Sed reſpondeo h[...] locum nobis fauere, cum enim aliud in vnione non re[...]gnoſcat Scotus, niſi paſſionem, qua partes vniuntur, [...] tranſit, & relationem conſurgentem, ſequitur velle partes vniri ſe ipſis, ſi enim vnirentur ipſa relatione, vtique eſſet eſſentialis toti, quod tamen & ipſe negat *eodem loco*, dicens, *quia illa vnio non eſt de eſſentia totius*, nec poſſum c[...]dere Scotum, & Scotiſtas vnquam admiſſuros compo[...]tum ſubſtantiale conſtitui relatione, cum ſit quid abſol[...]tum, &c. Amicus affert pro ſe Scotum etiam diſtinct. 12. *quæſt. 1. ad 4.* ſed ibi de hoc non loquitur.

Igitur in auctoritate D. Thomæ, & Scoti non eſt multum fidendum, quia omnes pro vtraque parte explic[...] poſſunt: hæc eſt de vnione noſtra ſententia, quæ ſaltem hoc continet vtilitatis, & ſi aliquam habet difficultate[...] quod euadit quæſtiones difficillimas de numero vnion[...] item de vnione animæ, quomodo poſſit produci; à q[...] agente, an ſpiritualis, an materialis ſit, item in quo ſubie[...]cto hæ vniones ſubiectentur. videte auctores præcip[...] noſtrum Areſium *quæſt. 15. vſque ad 20.* & Amicum *quæſtione* 10.

Soluuntur quædam Dubia de Cauſa Formali. Quæſtio Tertia.

QVæritur primo, an aliqua forma poſſit eleuari ad [...]formandam materiam, ad quam nullam habet pr[...]portionem, & naturalitatem, ver. gratia, an forma Le[...] poſſit informare materiam [...] 1. Hoc quæſitu[...] reſoluit Amicus *quæſt* [...] *dub.* 3. Ego breuiter reſ[...] non poſſe, & ratio negationis eſt, quia ex [...] [...] ſequitur compoſitum, quia tunc habemus [...] & forma vnita, quod eſt dicere compoſitum; ſed nu[...]

c[...]r-

compositum potest esse ex illis essentialiter, quæ nullum habent ordinem ad inuicem. Confirmatur, quia non est informatio, vbi non est effectus formalis, sed materia, quæ non est capax alicuius formæ non potest habere effectum formalem, ergo neque informationem.

Dices, licet hoc sit verum naturaliter, attamen supernaturaliter poterit, sicut causa efficiens potest eleuari ad effectum supernaturalem verbi grat. ad agendum in spiritum, &c. Sacramenta secundum multos causant effectiuè gratiam, &c. Respondeo esse disparem rationem, causa enim efficiens agit extra se ipsam, & efficit effectum omnino contra distinctum, vnde dicebat Suarez *disp.15.sect.6.num.6.* vt alibi diximus, quod efficiens licet communicet se [illegible] tamen se ipsum; ideo Deus potest per potentiam obedientialem, quã quælibet creatura dicit ad Creatorem, ipsam eleuare ad effectum supernaturalem, supplendo ipse in genere causæ efficientis, per particularem influxum, defectum agentis creati: potentia enim dicitur obedientialis in ordine ad concursum Dei. at forma efficit compositum, communicando se ipsam; si igitur non habet proportionem [illegible] non poterit seipsam communicare; [illegible] à Deo eleuari, quia non potest supplere hunc defectũ in genere causæ formalis, nisi addendo aliam virtutem informatiuam & hoc non quia non esset amplius eadem forma, [illegible] tanquam causa vniuersalis ipse, supplendo, &c. & hoc nec etiam ipse enim non potest esse forma alicuius subiecti quare [illegible] quòd est creatura Deo subiecta, &c. non sequitur posse per potentiam obedientialem eleuari ad [illegible] effectum, sed tantum ad illos, qui non implicant, vel simpliciter, vel respectu talis naturæ: in summa [illegible], ad quos habet proportionem saltem negatiuam, [illegible] substantia creata ad accidentia supernaturalia.

165 Dices [illegible] fuit eleuata natura humana ad subsistentiam Verbi, quod est [illegible] improportionatum; ergo etiam forma poterit eleuari ad materiam, ad quam non habet [illegible] &c. Respondeo negando consequẽtiam, [illegible] Verbum Diuinum non informat humanitatem, sed tantum terminat loco subsistentiæ creatæ, at quælibet natura substantialis naturaliter requirit esse incommunicabilem per subsistentiam, vnde statim ac aduenit hęc subsistentia, redditur incommunicabilis, siue sit subsistentia creata, siue increata. videte Amicum *loco citato*.

Quæritur secundo. An forma materialis possit informare materiam, ex qua non est educta. Respondeo affirmatiuè, & est [illegible] ijs, quæ diximus *lib.1.tract.2.q.6.* [illegible] materia habet potentiam ad talem formam [illegible], vt ibi diximus, ergo potest informare. Confirmatur ex ratione Suarez, quia de facto quantitas educta ex materia panis ante consecrationem, post consecrationem nascentibus vermibus incipit informare aliam materiam.

Dices, ergo naturaliter poterit, cum habeat naturalem propensionem, &c. Respondeo negando consequentiam non propter defectum ipsius formæ, aut materiæ, sed propter defectum agentis, quod non potest formam ex vna materia eductam ad aliam traducere propter dependentiam, quam habet in conseruari, vt diximus *lib.1.tract.2.quæst.8* de forma iam corrupta. Verum quidem est quod posita, vel naturaliter, vel supernaturaliter materia *A*, disposita sufficienter ad formam eductam ex materia *B*, naturaliter illa forma informabit illam materiam, quare totum impedimentum prouenit ab extrinseco, & ideo ex tali forma, & materia, vt alibi tactum est, fit vnum ens naturale per se.

167 Quæritur tertio. An forma apposita materiæ sufficienter dispositæ, se ipsa possit vniri. Respondeo affirmatiuè, patet, quia non minus est potens causare in suo genere causa formalis, quam efficiens in suo genere, sed causa efficiens positis omnibus requisitis ad agendum non potest non causare, ergo etiam causa formalis. Patet secundo ex ijs, quæ sunt dicta *quæst. præcedenti* ex Aresio, probabilius esse vnionem animæ fieri ab ipsa anima. & Confirmatur, quia Amicus *hic* in tantum existimat probabilius animam non vniri se ipsa, eò quod deberet producere in eodem genere efficientis modum vnionis, quod non videtur dicendum, quia habet tantum vim informatiuam, non autem effectiuam. sed nos negauimus omnem modum vnionis, & diximus formam vniri immediatè, ergo se ipsa potest vniri, dum se ipsa communicatur per modum causę formalis, quod concedit etiam Amicus *Conclusione prima artic. 2.*

Dices ex Aristotele *2.Physic.text.71.* efficiens, & forma non possunt esse idem numero respectu eiusdem, ergo forma non potest se ipsa vniri; esset enim causa efficiens, & formalis respectu eiusdem compositi. Respondeo negando consequentiam; ad probationem, dico formam non causare compositum in genere causæ efficientis, sed tantùm formalis communicando se ipsam; causa autem efficiens est ipsum disponens materiam, ad cuius dispositiones necessario forma se ipsam vnit. Hactenus De Causa Formali.

Tractatus Quintus. Qui est de Causa Efficienti.

IN duobus Tractatibus præcedentibus dictum est de Caulis intrinsecis, modò accedimus ad extrinsecas, quarum prima est Causa efficiens, quæ plurimis difficultatibus inuoluta multas quæstiones exigit ad sui intelligentiam; & primo à nomine incipiendo quærimus.

Quid sit Causa efficiens. Quæstio Prima.

ARistoteles *5. Metaphys. cap. 2.* & *hic tex. 28.* definit causam efficientem dicens *esse id, vnde primum principium est mutationis, aut quietis.* 168

Dices primo *esse id*, quod ponitur loco generis, scilicet esse principium, principium enim magis patet, quam causa efficiens.

Dicitur secundo *primum*, seu vt alij, *primo* ad distinguendam causam efficientem à formali, & materiali, quæ licet sint principium mutationis, non tamen primum; causa enim efficiens saltem prius natura intelligitur influere, quàm materia recipere illum influxum, & formam ex illo produci. per hanc etiam distinguitur à causa finali, quæ licet sit primum principium in intentione, non tamen in executione.

Dicitur tertio *vnde*, quæ particula sumitur strictè, & idem sonat, ac à quo, quod est proprium signum causæ efficientis, sicut ex quo causæ materialis; propter quod finalis; per quod formalis. Per hanc particulam hæc definitio differt à definitione naturæ, hæc enim significat efficientiam extrinsecam; quod non est in definitione naturæ, in qua dicitur principium motus eius, in quo est, scilicet intrinsece.

Dicitur quarto. *Mutationis, aut quietis*, per primam particulam comprehendit omne genus motus physici, qui esse potest à quocunque agente physico. Quare ab hac definitione est etiam exclusus Deus, quatenus agit per creationem; vnde aliqui obseruant ad hoc, vt in hac definitione comprehendatur etiam Deus, esse dicendum, *vnde est principium actionis*. Per aliam particulam *quietis*, Ruuius intelligit effectum, & sic particulam disiunctiuam explicat per coniunctionem; vnde ipse definit sic causam efficientem: *causa efficiens est primum principium per se, à quo est actio, vel motus, atque effectus*. similem explicationem ponit Masius, apud Amicum *Tract.11.qu.1.num.1.§.5. dicitur*, videte ipsum, in re parui momenti nolo immorari.

Solum dubiolum potest esse, an hac definitione intelligatur definita omnis causa efficiens, an sola principalis. Aliqui, vt Zabarella *hic text.29.* existimant, solam principalem esse definitam, & dicunt ob id fuisse adiunctam illam particulam *primo* D. Thomas *hic*, & Toletus existimant, includi omnia efficientium genera, cum quibus conuenit Suarez *disput. 17. sect. 1. num. 4.* allegans pro se Scotum; vnde explicat per ly *primo* excludi tantum causas per accidens, quia etiam cęteræ causæ per se, vt instrumentales, &c. sunt primum principium motus, in suo genere tamen; & posset confirmari, hanc esse mentem Aristotelis, quia statim post definitionem allatam attulit exempla diuersorum efficientium, vt in tex. & non tantum efficientis principalis.

Quotuplex sit Causa Efficiens. Quæstio Secunda.

HAnc quæstionem fusius tractant Suarez *disp. 17. sect. 2.* Amicus *quæst. 4 & 5.* Nos breuiter omnia expedie-

dicimus, vt ab his minimis expediti, ad difficiliora, & vtiliora transferamur.

Prima igitur diuiſio cauſæ, eſt in cauſam per ſe, & in cauſa per accidens. Cauſa per ſe dicitur illa, a qua eſt effectus, quatenus cauſa eſt talis, ita vt effectus ſibi determinet illam naturam cauſæ, quæ per ſubiectum immediatè ſignificatur. Cauſa vero per accidens dicitur illa, cui tribuitur effectus, ſed non competit ei, quatenus talis eſt, verbi gratia Muſicus cantat, eſt cauſa per ſe, quia cantus competit Muſico, quatenus Muſico; Muſicus ædificat, eſt cauſa per accidens, quia non competit ædificare Muſico, quatenus eſt Muſicus.

Dices ex Ariſtotele *text.* 33. Policretus ſtatuam facit, eſt cauſa per accidens, & tamen actiones conueniunt per ſe ſuppoſitis, iuxta illud, *actiones ſunt ſuppoſitorum*. Reſpondeo ſuppoſita poſſe dupliciter conſiderari. Primo nudè ſine illa forma, cui ſolet tribui talis effectus. Secundo cum illa forma; quando igitur ſumuntur nude, ſi illa forma includitur intrinſecè in ſuppoſito, eſt cauſa per ſe, ſicut iſta, *homo diſcurrit*: ſi vero illa forma eſt accidentalis, non eſt cauſa per ſe; ideo quia Ars ſtatuaria accidit Policreto, nec in Policreto includitur, dixit Ariſtoteles eſſe cauſam per accidens, *Policretus ædificat*; quando autem ſumuntur ſub illa forma, tunc actiones ſemper ſunt ſuppoſitorum, & ſic ſunt cauſæ per ſe v. g. *ædificator ædificat*.

Cauſa per accidens dupliciter ſumitur. Alia dicitur cauſa per accidens ex parte cauſæ, ſeu accidentalitate cauſæ. alia dicitur cauſa per accidens ex parte effectus, ſeu accidentalitate effectus. Cauſa per accidens primo modo dicitur illa, quæ coniungitur alicui cauſæ per ſe, ver. gr. Muſico, quæ eſt cauſa per ſe cãtus, accidit eſſe ſtatuarium. Statuarius eſt cauſa per accidens cantus accidentalitate cauſæ, quia coniungitur cum Muſico, qui eſt cauſa per ſe cantus. Cauſa per accidens, ſecundo modo eſt cum effectui per ſe coniungitur aliquis alius effectus: quod dupliciter contingere poteſt. Primo quod ſit effectus, qui aliquam connexionem habeat cum effectu per ſe, v. g. productioni formæ ignis cõiungitur expulſio alterius formæ ex pulſio alterius formæ eſt effectus per accidẽs, & producẽs formam ignis, eſt cauſa per accidens ex parte effectus, quia productioni formę ignis, qui eſt effectus per ſe, coniungitur alius ille effectus expulſio alterius formæ.

Secundo poteſt coniungi talis effectus, qui nullam habeat connexionem cum effectu per ſe v. gr. foſſioni terræ coniungitur inuentio theſauri, qui nullam dicit connexionem cum foſſione terræ, fodiens terram dicitur cauſa per accidens ex parte effectus, reſpectu theſauri inuenti.

170 Secunda Diuiſio cauſæ per ſe eſt in phyſicam, & moralem. Per cauſam phyſicam intelligitur omne agens, media vera actione, & influxu in effectum, ſiue ſit creatum, ſiue increatum, corporeum; ſiue incorporeum. Moralis dicitur primo, omnis illa cauſa, cui imputatur effectus, ac ſi illum produxiſſet; vel quia applicauit cauſam phyſicam; vel quia conſuluit, impulit, rogauit impetrauit, potuit prohibere, & non prohibuit, &c. Secundo ſumitur cauſa moralis pro omni illo agente, quod non agit ex neceſſitate, & ſic conuertitur cum omni cauſa liberè agente, vt Deus, intelligentię, homo, &c.

Tertia Diuiſio in cauſam primam, & cauſam ſecundam. Cauſa prima eſt, quæ agit independenter à quocunque alio, & cui ſubordinantur omnia cętera agentia. huiuſmodi eſt ſolus Deus, qui ad omnes actiones creaturarum concurrit. Cauſa ſecunda eſt illa, quæ agit dependenter ab hac cauſa prima: quare omnia agẽtia, vno excluſo Deo, ſunt cauſæ ſecundæ.

Quarta Diuiſio eſt in cauſam totalem, & partialem. totalis eſt quæ alio non indiget (excepto ſemper concurſu generali Dei) in ſuo genere ad cauſandum effectum. partialis eſt, quæ alio indiget etiam in ſuo genere.

Quinta Diuiſio eſt in cauſas ſubordinatas, & non ſubordinatas. ſubordinata eſt, quæ alteri ſubijcitur, vt agat; vel quia recipiat virtutem ad agendum ſub illa; vel quia actio ſine illa eſſe non poſſit. Cauſa non ſubordinata dicitur illa, quæ æquè principalis concurrit ad effectum, ac alia, cui adiungitur in actione. Diuerſa genera cauſarum ſubordinatarum narrat Amicus ex Tartareto *in* 1. *diſt.* 2. *quæſt.* 1. *§ Reſpondet Scotus*.

Sexta Diuiſio, in cauſam Vniuocam, & Æquiuocam. Cauſa vniuoca, quæ cauſat effectum eiuſdem rationis, & formæ. Cauſa æquiuoca diuerſæ rationis, ſed ſimilem virtuti cauſatiuæ.

Septima diuiſio in cauſam agentem neceſſariò, & agentem liberè. Agens neceſſario eſt illa, quæ poſitis omnibus requiſitis non poteſt non agere, vt ignis. A[illegible] liberè eſt illa, quæ poſitis omnibus, &c. poteſt non agere v[illegible] Deus, homo, &c.

Vltima Diuiſio eſt in cauſam principalem, & inſtrumentalem de qua diuiſione longiſſimas difficultates ſolent [illegible]xere doctores, & eſt videre apud Suarez *a num.* 7. *vſque ad* 17. Ego dico cum eodem Suarez *ab eodem num.* [illegible] *que ad* 19. cum Ruuio *tract. de Cauſa efficiente num.* [illegible] & Amico *quæſt.* 12. cauſam principalem eſſe illam, quæ agit afficiendo effectum æquè nobilem quam ipſa, vel ſaltem non nobiliorem. Inſtrumentalis dicitur illa, quæ e[illegible]tur ad efficiendum effectum nobiliorem; hoc enim [illegible] ſignum eſſe cauſam inſtrumentalem, quia cum effectu [illegible] nobilior, non poteſt propria virtute ſola illum produxiſſe, ſignum eſt produxiſſe virtute alterius, & conſeque[illegible] fuiſſe inſtrumentum. circa quod

Aduertendum eſt inſtrumentum aliquãdo ſumi [illegible]priè; & hoc modo dicitur inſtrumentum omnis c[illegible] ſecunda, reſpectu cauſæ ſimpliciter primæ. Secund[illegible] inſtrumentum impropriè omnis virtus, quæ alicu[illegible] ad operandum; & in hoc ſenſu, & ſi ſit æque perfec[illegible] perfectior effectu, dicitur forma ignis inſtrument[illegible] poſiti ignis, brachium inſtrumentum corporis, &c. [illegible]tio vt notat Suarez dicitur etiam inſtrumentum id [illegible] loco alterius conſtituitur ad operandum ver. gra. l[illegible] pſus è manu projcientis, per impetum mouetur, [illegible] projciente accepit, ille impetus dicitur inſtrumen[illegible] projcientis.

Aduertendum ſecundo, cum cauſa dicatur inſtru[illegible]talis per ordinem ad agens principale, cui ſubordi[illegible] ſicut triplex eſt agens, Naturale, vt ignis, arti[illegible]iale v[illegible] pi[illegible]r, ſupernaturale vt Deus operans ſupra ordine[illegible]ræ, ita triplex eſt inſtrumentum, naturale, quod a [illegible] eſt datum agenti naturali ad operandum, vt calor [illegible]ſtrumentum animæ. Aliud artificiale quod ſum[illegible] artifice ad opus artificioſum, vt calamus eſt inſtru[illegible]tum ſcriptoris ſerra fabri lignarij, & aliud denique inſtrumentum ſupernaturale, [illegible] Deo ad e[illegible]ctum ſupernaturalem, vt aqua in baptiſmo ad produ[illegible]da [illegible].

Aduertendum tertio pro plurimis difficultatibus, i[illegible] actione reſpectu inſtrumentalis, & principalis cauſæ d[illegible] nos poſſe diſtinguere ſubſtantiam actionis, & mod[illegible]tionem ipſius, ver. gra. calor calefacit, calefactio vt ſic [illegible]citur ſubſtantia actionis, quod ſit intenſa, vel remiſſa ca[illegible]factio dicitur modus ipſius actionis; ſic quod à ca[illegible] formẽtur characteres, dicitur ſubſtantia ſcriptionis, q[illegible] verò benè, vel malè formentur, dicitur modus ſcripti[illegible] modò hæc ita ſe habent, vt aliquando ſubſtantia acti[illegible] ſit ab inſtrumento, ſic calefactio eſt à calore, modus v[illegible] à cauſa principali, ex applicatione enim caloris in tali [illegible]portione prouenit, vt ſic, & ſic calefaciat; aliquando v[illegible] ſubſtantia actionis eſt à principali agente, ſic for[illegible] litterarum a manu huc & illuc ducente calamum, mo[illegible] vero partim à principali agente, partim ab inſtrumen[illegible] ſic vt characteres ſint maiores, vel minores, benè, vel malè formati prouenit etiam à ſcribente, & etiam ab ipſo calamo, quod benè ſit aptatus. &c. eſt autem hæc differentia inter id, quod adſcribitur ipſi inſtrumento, & id, quod [illegible]ſcribitur agenti principali, quod reſpectu eius, quod immediatè attingitur ab inſtrumento, potius eſt cauſa principalis; ſic calor animæ reſpectu calefactionis; reſpe[illegible] vero principalis effectus, ad quem effectus immediat[illegible] inſtrumenti ordinatur, dicitur inſtrumentum; ſic idem [illegible]lor reſpectu carnis productę; dicitur autem ſimplicite[illegible] inſtrumentum, quia effectus ipſius inſtrumenti eſt, quo [illegible]tur agens principale ad effectum intentum, & ideo ipſi[illegible] mouet ad proprium effectum.

Quæres ad quodnam genus cauſæ reducantur co[illegible]tiones, quæ dicuntur ſine quibus non. Reſpon[illegible] [illegible]lum, non enim ſunt veræ cauſæ per ſe, quia non [illegible] vt diximus alibi, nec etiam cauſæ per accidens [illegible] neceſſariò requiſitæ.

Per quid Agens Naturale constituatur in actu primo respectu substantiæ. Quæstio Tertia.

173 SVpposito agentia naturalia, seu causas secundas posse, immò de facto habere efficientiam, quoad aliquos effectus, quæ est opinio Catholica definita Trident. *sect. 6. can. 4.* vbi feritur anathemate, qui dixerit nihil liberum arbitrium hominis operari, & patet etiam ratione, quia alioquin, si Deus ipse omnia efficeret cogeretur sibi ipsi contrariari, secum pugnare, &c. cum multę causę in agendo pugnēt, patiendo, resistendo, &c. pręterquamquod nulla esset ratio, cur Deus ad pręsentiam ignis semper producat alium ignem, si ignis ipse non agit, neque vlla esset differentia inter actiones vitales. hoc inquam supposito, & ex fide plurimis locis Sacræ scripturæ, determinatione Conciliorum, auctoritate Sanctorum Patrum, & etiam ex sana Philosophia, vt est videre apud Ruuium *Tract. 4. quæst. 1.* & Amicum *quæst. 9. dub. 1.* & alios, quæritur per quid agens naturale constituatur in actu primo, quod est dicere, quodnam sit principium, per quod agentia agunt, an scilicet ipsorum substantia, an verò aliquod accidens additum, &c. in hoc enim distinguuntur actus secundus, & primus, quod in actu secundo ponitur agens per ipsam causalitatem, in actu verò primo per illud principium, per quod maximè causat effectum. hoc supposito

Notandum est omnia agentia posse comparari ad duplicem effectum, vel ad effectum substantialem, respectu cuius dicuntur causæ: vel ad effectum accidentalem; agētia enim naturalia dicuntur causæ. & accidentis, & substantiæ, quare de vtroque effectu est inquirendum, per quodnam principium producantur à proprijs causis. In pręsēti quæstione solum videbimus respectu effectus substantialis, quam quæstionem alij ponunt sub alijs terminis; an scilicet substantia per se ipsam attingat productionem substantiæ. In sequenti verò quæstione quæretur de principio agentium naturalium respectu accidentis. hoc notato

174 Prima sententia est Pererij dicentis principium, quo substantia producit substantiam esse accidens secundum propriam virtutem, ita *lib. 8. cap. 13.* tribuitur etiam Maiori *in 4. distinct. 12. quæst. 3.*

Secunda sententia est Suarez *disp. 18. sect. 2.* dicentis, & formam substantialem, & accidentalem esse principium immediatum productionis substantiæ, substantiam quidem tanquam causam principalem, accidens verò tanquā causam instrumentalem. Dicit secundo hoc conuenire instrumentis, & quando sunt coniuncta, & quando separata, sed coniuncta attingere productionem substantiæ, quatenus cum causa principali per ipsorum virtutem instrumentalem concurrunt; quando vero sunt separata, tunc influxum substantiæ suppleri ab agente superiori, quod erit vel cœlum, si sit intra actiuitatem ipsius, vel auctor naturæ, qui tenetur in his casibus supplere defectus agentium naturalium.

Tertia Sententia est Caietani *1. par. quæst. 54. art. 3.* qui docet substantiam non fieri per actionem distinctam ab illa, qua producuntur accidentia; quare secundum Caietanum agens naturale per accidentia, tanquam per principium, quo producit accidentia, quibus productis resultat forma substantialis.

Quarta Sententia est, formæ substantialis productionem nullo modo tribui nec substantiæ, nec accidenti, sed causæ primæ: atque adeo agentia naturalia nullum habent principium proximum, quo illam producant. Huius opinionis auctores censentur Plato, qui posuit ideas. Philosophus qui *1. Phys. in fine* illam tribuit naturæ vniuersali, Themistius, qui docet produci ab anima mundi *1. de anima cap. 24.* & *lib. 3. cap. 2.* Auicenna, qui ideo illam colchodeam finxit. hanc opinionem censet probabilem Aresius *1. de generatione disp. 2. quæst. 20. sect. 4. conclus. 5.* qui hanc probabilitatem multis rationibus confirmat, quas etiam affert Amicus *quæst. 10. dub. 3. num. 11.* qui videtur in tota hac quæstione multa ab ipso accepisse.

Quinta Sententia est D. Thomæ *1. par. quæst. 77. art. 1. quæst. 54. art. 3.* & *3 par quæst. 77. art. 3.* & *alijs locis.* Caietani *ibidem in 4. dist. 12 quæst. 1. art. 2. ad secundam quæstionem,* vbi etiam Capreolus, *contra Gentiles cap. 56.* vbi Ferrariensis, & multi alij tum antiqui, tum recentiores idem sentiunt, est enim opinio magis accepta, scilicet quòd principium, quo substantia producit substantiam, sit accidens, sed non propria virtute, at in virtute substantię: differunt autem in explicando, quid sit producere in virtute substātiæ, nam alij dicunt, nihil addi accidenti, sed solum, quia est virtus substantiæ per se solum producit substantiam; alij dicunt addi aliquem influxum substantiæ, per quem eleuatur ad productionem substantiæ. alij denique nihil aliud importari, per ly *in virtute substantiæ*, quam virtutem causæ substantialis concurrere cum virtute causæ instrumentalis ad productionem substantiæ; & addunt; cum causa substantialis non adest præsens cum effectu, tunc illum influxum suppleri ab agente superiori. Omnes hos modos huius opinionis habes apud Amicum, *dub. 6.* qui se subscribit vltimo modo explicandi, vnde dat manum Suarez.

Sexta Sententia est Scoti *in 1. dist. 17.* & *2. dist. 18.* fusius *in 4. dist. 12. qu. 3.* Durandi *in 4. dist. 12. qu. 2.* & *in 2. distin. 2. quæstione. 3.* Ochami *quæstio. 23.* & omnium Scotistarum, & aliorum, qui dicunt substantiam producere substantiam per propriam formam; quando verò non adest propria forma disposita materiæ per accidentia, tunc Deum tanquam auctorem Naturæ supplere illum defectum; hanc etiam nos sequemur, vt euitemus duo maxima absurda; alterum, accidens imperfectioris naturæ, quam substantia, producere substantiam: aliud, substantiam nullam habere actiuitatē. ita explicatis aliorum opinionibus, quod maximè erat necessarium, in quæstione celeberrima, sit

Prima Conclusio. Substantia non producit substantiam 175
per accidentia, tanquam per principium quo, principale. est contra primam sententiam. Probatur primo, nullus effectus potest superare in perfectione agens principale, sed substantia est perfectior accidente, ergo accidens non potest esse causa principalis. sed statim

Respōdet Pererius, licet sit perfectior in ratione entis, non tamen in ratione productiui. sed contra, quia accidens constituitur productiuum per propriam entitatem, ergo etiam productiuum commensuratur perfectioni entitati ipsius: pręterquamquod ab effectu arguimus ad perfectionem entitatis causæ, quod non sequitur in hac opinione, in qua effectus potest esse perfectior in ratione enmtitatis. Addo, vt dicit Aresius, nihil aliud importare esse perfectiorem in ratione productiui, quam illum posse producere, quod iam intelligitur in terminis ipsis, dum dicitur vnum esse causa alterius; si enim non potest producere, non diceretur causa, ergo dum dicitur causa nobilior, & perfectior effectu, aliquid aliud importatur, quam posse causare. Confirmatur quia si sic esset, nulla daretur causa vniuoca contra Aristotelem *2. Metaph. 28.* causa enim vniuoca est illa, quæ producit sibi simile in forma, vt diximus, at substantia non est similis accidenti, &c.

Secunda Conclusio. Substantia non agit per formam substantialem, tanquam per causam principalem, & per accidentia tanquam per causam instrumentalem, simul concurrendo, ita vt quælibet ipsarum attingat substātiam immediatè. Est contra secundam sententiam, cum qua omnino concordat Amicus. Probatur primo ratione, quam ipsemet Suarez sibi obijcit ex Scoto, & quam multum magnificat Aresius, & Amicus, & propter quam solùm existimat ipse Amicus probabilem opinionem Scoti, quod accidentia non concurrant simul cum substantia ad productionem substantiæ, & est huiusmodi; substantia immediatè per se ipsam attingit productionem substantiæ, ergo concursus accidentis est superfluus. Probatur consequentia, quia effectus non excedit virtutem causæ, cur ergo non potest se sola producere?

Respondet quadrupliciter Amicus ex eodem Suarez 176
num. 25. esse necessarium hunc concursum primo, quia sunt data accidentia, vt agant in absentia formæ. Sed malè respondet, quia in absentia formæ hic concursus non est sufficiens, vnde ipsi etiam recurrunt ad causam primam supplentem, &c. Suarez *num. 29.* Amic. *dub. 4. num. 21.* Respondet secundo, esse necessarium hunc concursum, quia est talis connexio inter actionem præparatiuam, & eductiuam, vt quod concurrit ad præparatiuam, etiam debet concurrere ad eductiuam; verum ipsemet vidit inefficaciam: nonne sunt actiones distinctæ præparatiua, & eductiua, vt ipse arguit contra Caietanum *dub. 3. artic. 3.* quæ igitur necessitas? Respondet tertio esse necessarium pro-

propter indeterminationem. Verùm determinatio agentis fit ex determinatione materiæ. addo (quod nullus forsan aduertit) solem eisdem accidentibus calore, lumine, &c. diuersos effectus producere, ergo determinatio non est ab accidentibus. Respondet quarto, hanc necessitatem posse sumi etiam ex parte effectus, qui requirat produci etiam per accidentia; sed nullam affert rationem huius requisitionis, nisi similitudinem de artefactis, quæ indigent quibusdam instrumentis. Verùm dispar ratio, ideo enim hoc valet in artefactis, quia vel propter duritiam, vel crassitiem, &c. resistunt agenti, ideo artifex vtitur instrumentis ad hanc resistentiam vincendam. Quare melior responsio est, quam dat dicendo, non esse omnino solubile hoc argumentum.

Secundò probatur, vel accidens concurrens cum substantia influit, vel non. Si secundum, ergo verè non concurrit, si primum peto, vel hic concursus est substantialis, vel accidentalis, non primum quia ab accidente non potest esse influxus substantialis. Si secundum ergo non potest attingere productionem substantiæ, quia substantia non fit per influxum accidentalem, nec quod concurrat; cum substantia potest eneruare rationem, cum concursus substantiæ non possit immutare naturam influxus accidẽtis, siue cõcurrant, vt causæ subordinatæ, siue vt partiales.

177 Tertia Conclusio. Agens naturale verè per aliquod principium causat substantiam. Est contra tertiam, & quartam sententiam. Licet diuerso modo, in hoc tamen conueniunt, quod non sit dandum aliquod simile principium, quia nunquam producitur forma substantialis à substantia. Probatur primo contra tertiam sententiam facilè, quia substantia realiter differt ab accidentibus, ergo per aliquam actionem distinctam debet produci, ergo per aliquod principium debet constitui agens in actu primo ad talem actionem.

Secundo probatur, quia substantia est terminus principaliter intentus, & terminus alterationis non est nisi propter terminum vltimum, & substantialem, &c. ergo agens debet habere principium, per quod ponatur in ordine ad talem terminum principalem in actu primo. Confirmatur, quia ex Aristotele generatio est actio distincta ab alteratione, ergo debet habere principium proprium. Pluribus contra ipsam insurgit Amicus *loco citato*.

Tertiò probatur contra quartam sententiam, quia non debemus recurrere ad causam primam, nisi deficiente causa secunda, sed multoties causa secunda ipsa substantia potest producere formam substantialem, ergo dandum aliquod principium, per quod causet substantiam. Minor probatur, quia quando substantia est præsens, nulla est implicantia substantiam producere, vt infra, ergo. Confirmatur, quia videtur inconueniens, quod nulla substantia producat effectum sibi similem, & quod non sit actiua. attamen hæc opinio facilius euadit omnia incommoda, vnde non est omnino spernenda, vt docet Aresius *loco, quisupra*, cum & Scotus, & Suarez ad hunc modum productionis sæpius recurrere cogantur.

178 Quarta Conclusio. Agens naturale non producit substantiam per ipsa accidentia, tanquam per principia, in virtute substantiæ. est contra quintam sententiam.

Probatur primo argumento Scoti, vel agere in virtute substantiæ addit aliquid accidenti, vel non. Si non, ergo non potest producere substantiam, Probatur consequentia. accidens secundum se sumptum non est potens producere substantiam, etiam per aduersarios, cum effectus nequeat excedere virtutem causæ; at dum agit in virtute substantiæ, nullam perfectionem acquirit; ergo semper remanet improportionatum, ergo non potest producere. Respondent communiter, & si accidens in ratione entis consideratum non sit potens, &c. si tamen consideretur, vt virtus est substantiæ, effectus adscribendus est substantiæ. sed contra, quia per aduersarios solum accidens in virtute substantiæ est principium, non autem cum ipso concurrit substantia, ergo ipsi est attribuendus effectus; sed vt virtus, nihil supra suam entitatem recipit à substantia, ergo etiam consideratum, vt virtus substantiæ, non est potens producere substantiam.

Confirmatur, quia cum dico *Accidens*, dico virtutem substantiæ, quia subordinatur substantiæ, vnde vocatur ens entis, sed vt accidens non est potens; ergo nec in virtute substantiæ.

Confirmatur secundo, quia dum accidens, vt acc[...] non est potens, & cum dicitur in virtute substantiæ n[...] additur aliquis influxus, solùm importat aliquam re[...] nem ad substantiam, sed per solam relationem non p[...] reddi potens. multa possent dici circa hoc a[r]gumen[...] propter quod extimatur dura hæc sententia, & non [...] nino quietatiua, vt fatetur etiam ipse Aresius, & p[...] quod in diuersas sententias abiere etiam Thomistæ [...] verò dicatur ly *in virtute substantiæ* importare aliquem influxum additum. Contra, quia hic influxus, vel est [...] stantialis, vel accidentalis. non primum quia non p[...] recipi in accidente. preterquam quod, vel semper [...] habet, vel tantum cum vult agere; non semper, alio[...] accidens, vt accidens diceret hunc influxum, neque [...] vult agere, nam multoties substantia, in cuius virtute [...] abest, ergo non potest ei communicare hunc influx[um] substantialem. Si verò dicatur esse influxus acciden[...] redeunt eędem difficultates, quomodo accidens possit [at]tingere substantiam, cum sit imperfectioris entitatis [...] lum videtur superesse hoc refugium, vt ly *in virtute [sub]stantiæ* importaret concursum immediatum substantiæ [...] ipso accidente, sed hoc iam est exclusum secunda con[clu]sione impugnando secundam sententiam. hanc conc[lusio]nem optimè probat Ouiedus *Phys. controuersia 9. pu*[...] sed allatæ probationes sufficiunt.

Quinta Conclusio. Agentia Naturalia producunt [sub]stantiam per propriam formam substantialem nullo [...] ad ipsam concurrentibus accidentibus immediat[è] sed tùm mediatè disponendo. Hæc conclusio remanet [...] bata per exclusionem cęterarum, quia nulla alia s[u]pe[r]est quam approbemus. Quare solutis argumentis in [con]trarium, videretur satisfactum quæstioni: attamen in g[rati]am Scoti, & omnium auctorum sextæ sententiæ, cum q[uibus] sentimus, addam etiam vnam, vel aliam rationem.

Probatur igitur primo, vel substantiam producere s[ub]stantiam repugnat ob perfectionem, vel ob imperfe[ctio]nem. non primum quia Deus maximè perfectus a[git im]mediatè substantia sua; neque quia substantia finita, & [im]perfecta; accidens enim est imperfectius, & tamen [...] immediatè, ergo. Confirmatur, quia si accidens non [po]test producere nisi in virtute substantiæ, ergo à substan[tia] habet, vt producat, ergo multo magis ipsa potent[er pro]ducere.

Probatur secundo per aduersarios, substantia causa[t per] aliquod principium accidentale, ergo verè non est ca[usa] principalis. Probatur consequentia ex Scoto *in 4. dist. 11 quæst. 3. §. hic est opinio*. Causa, vt causa debet esse simul cum effectu, sed substantia non est vt causa cum effectu; t[ùm] quia multoties abest; tùm quia nihil influit in effectu[m] sed totus influxus est ab accidente in virtute substantiæ; causa autem, vt causa constituitur talis per causalitate[m] quod est dicere, per influxum, ergo verè substantia non est causa principalis, quod tamen ipsi omnino sustinent.

Confirmatur hec ratio primo, quia si forma ipsa substan[tialis] verè non influit, solum accidens diceretur verè causare, & forma tantum denominatiuè, sicut suppositum.

Confirmatur secundo, quia si Deus non influeret immediatè in effectum, sed tantum conseruaret, non diceretur vera causa prima, &c. vel saltem nulla est ratio, cur non tribuamus etiam hunc modum tantùm mediatè operandi ipsi Deo; creaturæ verò, in virtute ipsius Dei, si per hoc non tollitur principalitas causæ. Alias rationes habes [a]pud eundem Scotum *eodem loco*, & apud Amicum *dub.* [...] *conclus. 7.* qui nobiscum conuenit in hoc, quod substan[tia] immediatè sit actiua, licet deinde discrepet dando man[...] Suarez; Aresius etiam alias rationes affert pro hac sententia; quas deinde contendit soluere *conclus. 4.* Verum, vt etiam ipse innuit, non sic facilè soluuntur. remanet vt s[ol]uamus argumenta in contrarium.

Arguitur primo: multę productiones substantiales d[an]tur, in quibus forma substantialis non potest influere, v[er]gra. ad formas auri, argenti, & omnium metallorum, q[uæ] virtute Solis producuntur in visceribus terræ, vbi fo[rma] Solis non est; ex semine generatur animal eti[am ...] animali; ex olla vehementer calefacta infl[amm]atur [...] bo, ita vt stuppam comburat; ex speciebus con[...] vbi nulla est substantia, fiunt generationes ve[...] ergo vel datur actio indistans, & hoc non, [...] vniuersa philosophorum schola, vel accidentia ipsa p[ro]ducer[...]

ducunt. Respondeo ad hæc,& similia cum substantia abest virtute superiori produci substantiam, est enim Dei, vt auctor est naturæ, supplere defectum causæ secundæ quod tenentur etiam concedere auctores secundæ sententiæ, immo concedunt: neque quod addit Amicus *dub. 3. art. 3. num.* 18. esse contra dispositionem vniuersi, totam efficientiam substantialem tribuere causæ primæ, habet aliquam subsistentiam; quia si esset absurdum recurrere pro toto effectu ad causam primam, etiam recurrere pro principali; quod tamen etiam ipse cum Suarez facit, quia effectus potius attenditur ex causa principali, quam instrumentali; preter quam quòd si substantia cum est præsens, tota se ipsa, & sola efficit substantiam, vt probauimus, non est inconueniens, immo necessarium, vt cum causa prima suppleret eius defectum, totam substantiam efficiat, quia tota substantia esse debebat eius effectus.

Dices pro quarta sententia. Si semel est recurrendum ad causam primam in productione substantiæ, melius erit semper recurrere, vt vitentur miracula, & seruetur idem ordo agendi in naturalibus. Respondeo ad causam priorem tunc solum esse recurrendum, quando nobis constat deficere causas secundas, at quando substantia est præsens, nullam habemus rationem, quòd non agat, & multas habemus, quod agat, ergo tunc ad primam causam non est recurrendum, at quando substantia est absens, quia non potest dari actio indistans, nec accidentia sola sint sufficientia ad talem productionem, debemus recurrere ad causam [illegible] neque per hoc multiplicamus miracula. [illegible] miraculum intercedit, cum teneatur Deus, vt auctor naturæ, supplere defectum causæ secundæ &c. neque [illegible] idem ordo potest saluari, quia in substantijs habemus hæc duo, & quod sint actiuæ, & quòd non possunt agere [illegible] propter primum non debemus omnem productionem referre in Deum: propter secundum aliquando tenemur.

181 Arguitur secundo. Substantiæ habent accidentia, vt ipsis [illegible], ideo dicebat Aristotel. *2. de Anima*, quòd calor est quo anima agit, ergo accidentia attingunt productionem substantiæ, tanquam principium, quo substantia agit. Ad antecedens respondeo cum Scoto, *loco qui supra, §. dico ergo*, substantia habere accidentia vt agat, non ad productionem substantialem, sed accidentalem [illegible] disponendo ad ipsam substantiam, & propter hoc dicuntur [illegible] substantiæ, si quando hoc titulo appellantur, non autem quod attingant vltimum terminum substantialem, nec aliud probat auctoritas Aristotelis, nisi [illegible] quo anima digerit, alterat &c. nutrimentum, [illegible] alterationis introducitur forma substantialis.

Arguitur tertio. Si substantia se ipsa producit substantiam, ergo etiam producet omnia accidentia, contra omnes, qui fatentur accidentia esse data substantiæ ad agendum saltem dispositiuè. Sequela probatur, quia qui potest maius, potest, & minus, ergo si substantia potest producere substantiam, quæ est perfectior accidente, poterit etiam accidens. Confirmatur, quia si substantia habet principium producendi substantiam, hoc principium in aliquibus erit frustra, quia in aliquibus semper oportet recurrere ad causam superiorem, vt in viuentibus, &c. in quibus forma substantialis semper abest, & tamen operan-
182 tur per semen, &c. Ad argumentum negatur consequentia. ad probationem respondeo, quando minus continetur in maiori, qui potest maius, potest etiam minus; quando non continetur, non sequitur, at accidens non continetur in substantia, ergo non sequitur, quod producens substantiam possit producere etiam accidens. sic Leo producit Leonem, non potest producere muscam. Ad confirmationem respondeo responsione, quam dat ipse Aresius, licet eam non admittat, scilicet illud principium non esse frustra, quia in augmentatione, & nutritione immediatè producitur substantia per ipsam formam substantialem, neque obstat, quod cum sint quædam productiones partiales, videntur debere sequi productionem totius, & per consequens si productio totalis substantiæ fit à Deo, etiam partialis, hoc inquam non valet, quia in totali productione productio fit ad extra, vbi non potest substantia esse præsens, ideo concursus Dei suppletiuus suppleat [illegible] partialis in augmentatione, nutritione, &c. fit [illegible], ideo ipsa substantia non indiget Deo supplente, &c.

Arguitur quarto. Animata sunt perfectiora inanimatis, ergo si inanimata possunt producere formas substantiales, etiam animata. Negatur consequentia, quia alioquin valeret etiam hominem posse producere animam, quia est perfectior omnibus animatis, & inanimatis. non tollitur ergo perfectio animatorum per hoc, quod non possint producere substantiam, quia non sequitur hoc ex imperfectione, sed ex eo, quòd non possint esse applicata præsentialiter materiæ, sicut inanimata; at in se ipsis substantiam producunt in nutritione; quare nec in hoc exceduntur, neque per hoc sequitur animal aliud animal non generare, quia, vt diximus de homine, cum de vnione, satis est, si ipsum tales dispositiones inducat, ad quas Deus teneatur statim formam producere, vt suppleat defectum talis causæ particularis, quæ non potest aliter se ipsam communicare, sicut aliquando tenetur hunc concursum præstare, ne subuertatur ordo naturæ vniuersalis, vt verbi gratia ne detur vacuum, &c.

Per quid Agens Naturale constituatur in actu primo respectu accidentium. Quæstio Quarta.

Notandum primo accidentia quæ producuntur esse 183
in triplici differentia. Alia dicuntur actus virales, & sunt qui fiunt à potentijs viuentium, vt videre, intelligere, &c. de quibus *in libro de Anima.* Alia sunt accidentia, quæ non fiunt à potentijs vitalibus; quæ, vel emanant per veram actionem realem ab ipsis agentibus, tanquam propriæ proprietates, quæ ponunt rem in suo statu naturali, & ideo in ipsis remanent, vt calor in igne, frigus in aqua, vel transeunt in subiectum ad extra, vt calor productus in lignum. Videte Amicum *dubitat. prima art. 3. §. ex his patet.*

Notandum secundo inter nouem genera, seu Prædicamenta accidentium, solum in prædicamento qualitatis inueniri accidentia actiua; primo enim quantitas non est actiua, sed tantum proprietas ipsius materiæ, atque adeò proportionata ipsi, quæ non est actiua. Secundo Relatio nō est actiua, est enim minima entitas, ad quam nec etiam datur actio, sed tantùm resultat. Tertio, Actio non est actiua, quatenus Actio est, est enim causalitas ipsa agentis, vt infra. Quarto, Nec Passio est actiua, passio enim non differt realiter, sed sola ratione ab ipsa actione. Quinto, Nec vbi, nec Situs sunt actiua; ad summum enim vbi est conditio requisita ad actionem, quia scilicet per vbi Agens fit præsens passo; pariter Situs, qui non est, nisi modus quidam importans solam positionem corporis, quod iam acquisiuit vbi, quare nec realiter differt ab ipso vbi. Sexto nec quando, nec Habitus aliud dicunt, quam denominationem extrinsecam, vnde secundum suas rationes formales non possunt esse actiua; sed ad summum ratione entitatum, quarum sunt modi. At de hoc non loquimur, sed de ipsis accidentibus, & modis secundum suas rationes formales.

Notandum tertio, ex quatuor speciebus qualitatum, 184
quas in Prædicamento qualitatis assignauimus, non omnes esse actiuas, figura enim, quæ est quarta species, ex omnium sententia non est actiua, sed ad summum conditio, qua iuuatur agens, vt facilius vtatur instrumento. pariter in prima specie, & si sint qualitates actiuæ, vt Habitus, & Actus; attamen sunt etiam aliquæ non actiuæ, vt sanitas, & pulchritudo. In secunda specie aliquæ sunt actiuæ, vt potentiæ, quæ producunt suos actus; aliquæ non actiuæ, vt potentiæ passiuæ; sed de multis ex his potentijs dubium esse potest, an sit accidentia, quod modo non determinamus. In tertia specie etiam aliquæ sunt actiuæ, vt calor, frigus; aliquæ non, vt albedo, nigredo, &c. quare autem aliquæ sunt actiuæ, aliquæ nequaquam, solum videtur dicendum hoc esse, propter dignitatem ipsius substantiæ, quæ cum aliquibus qualitatibus indigeat ad sui conseruationem. & pulchritudinem, exposcebat, vt aliquas haberet etiam actiuas, quibus illæ producerentur. Quæstio igitur est an cum substantia producit accidentia, per se ipsam, tanquam per principium quo illa producat, an per [illegible] qualitates actiuas [illegible] quasi [illegible]

Prima Conclusio. Substantia per se ipsam [illegible] per principium principale quo, producit aliqua [illegible] tia. Probatur ratione Scoti *in 4. dist. 12. quæst. 3.* [illegible] accidentia producta necesse est deuenire ad aliquod accidens,

dens, quod ab alio accidente non sit productum, alioquin dabitur processus in infinitum, ergo deueniendum est ad aliquam substantiam, quæ immediatè produxerit tale accidens, ergo vera Conclusio.

Secunda Conclusio. Accidentia, quæ emanant tanquam proprietates, fiunt ab ipsa substantia per se ipsam. Probatur vnica ratione facilè, ista accidentia non supponunt aliquod accidens in substantia, per quod producantur, ergo producuntur immediatè per ipsam substantiam, ergo vera conclusio: ideo enim dicuntur proprietates, quia immediatè fluunt ab essentia, sic primæ qualitates respectu elementorum non supponunt aliud accidens in elementis, per quod producantur, nec in his duabus conclusionibus potest esse apparens difficultas.

185 Tertia Conclusio. Agens naturale respectu accidentium, quæ producit extra se, producit per accidentia, tanquam per principium quo principale. Est Scoti *in 4. loco citato §. Conclusio etiam ex hoc patet*, & aliorum ex antiquis; ex modernis vero Suarez *disp. 18. sect. 5.* Ruuij *tract. 4. quæst. 1.* Amici *dub. 2. art. 3. conclus. 3.* Probatur ratione Scoti. Principium principale quo est illud, in quo passum assimilatur agenti, sed accidens productum assimilatur accidenti, ergo accidens est principium principale quo.

Probatur secundo. Quoties effectus non excedit perfectionem alicuius ad ipsum concurrentis in effectione, illud est causa principalis ex dictis, sed effectus productus non excedit accidens producens, ergo dicendum esse causam principalem.

Sed contra Instabis primo: Substantia potest producere accidens, immo de facto producit, vt causa principalis *ex conclusione præcedenti*, ergo etiam accidens productum extra erit à substantia, vt à causa principali. Respondeo negando consequentiā, ideo aliqua accidentia tribuuntur substantiæ immediatè, quia nullum aliud est accidēs, quod ad ipsa concurrat, at circa accidentia, quæ producuntur extra, cum videamus aliud accidens concurrere, quod non exceditur in perfectione ab effectu, & quod possit producere ipsum effectum, existens separatum à substantia, vt Species Sacramentales, quæ inebriant, &c. rationabiliter dicendum accidens esse causam principalem respectu accidentis producti.

186 Instabis secundo. Accidens de sua natura est subordinatum substantiæ, ergo quoties operatur, operatur in virtute substantiæ, ergo vt causa instrumentalis. Concesso antecedente, distinguo primum consequens, operatur in virtute substantiæ, quasi quod accipiat influxum actualem à substantia, seu alio modo adiuuetur à substantia, & nego; operatur in virtute substantiæ, quia illam virtutem habet cum dependentia à substantia, & concedo, sed hoc non arguit causam instrumentalem, sed causam imperfectam, quare negatur secunda consequentia, nisi velimus dicere ex hac dependentia sequi esse instrumentum substantiæ latò modo, quatenus quidquid substantia habet ad operandum, potest dici eius instrumentum, quod non grauabor concedere.

Dices. Vnde habemus quod accidens non operetur in virtute substantiæ, ita vt adiuuetur, &c. Respondeo primo, quia efficit effectum, circa quem non habet indigentiam huius auxilij, cum non excedatur in perfectione. Secundo, quia sæpius operatur separatum à substantia; tunc autem non potest operari in virtute substantiæ, vt benè Scotus *in 4. locis citatis*.

Instabis tertio operari sequitur esse, ergo per illud operabitur, per quod constituitur in esse, sed agens constituitur in esse per formam substantialem, ergo per eandem operabitur principaliter. Dato antecedente, distinguo consequens, per illud operabitur radicaliter, & remotè, per quod constituitur in esse, & concedo consequentiam; habere enim hæc, & illa accidentia actiua prouenit in agente, quia habet tale esse substantiale, à quo illa dependet; operabitur proximè, & negatur consequentia. Neque hoc sequitur ex illo antecedente, sed tantùm operari, quia sequitur esse, non posse excedere perfectionem talis esse, quod habet ipsum operans, à quo omne operari originem duxit, seu proximè, seu remotè; per hoc patet ad minorem, & ad consequentiam.

Quænam sit Causalitas Causæ Efficientis.
Quæstio Quinta.

POstquam vidimus per quid agens constituatur in actu primo, sequitur vt videamus, per quid constituatur in actu secundo. Videlicet quænam sit causalitas, qua mediante agens agit, causalitas enim est, quæ constituit causam formaliter, seu in actu secundo, de hac quæstione varias opiniones habes apud Amicum *quæstio. 2.* pro nostra sententia, sit.

Vnica Conclusio. Causalitas agentis est actio. Hæc conclusio est D. Thomæ *5. Metaph. cap. 2.* Alberti 2. *Phys. tract. 2. cap. 6.* Suarez *disput. 18. sect. 10.* Conimbricens. 2. *Phys. cap. 7. quæst. 7. art. 2.* Ruuij *tract. 4 quæst. 1. nu.* & aliorum apud Amicum *quæst. 2. art. 2.* probatur primo, posito quocunque alio sine actione, non intelligitur causa in actu secundo, ergo sola actio est causalitas. consequentia patet. Antecedens probatur, vel enim hoc, quod ponitur sine actione, est aliquid præcedens, aut sequēs actionem; si præcedens, vel est principium, vel virtus causandi, vel conditio prærequisita ad agendum; si est sequens actionem, vel est effectus, vel relatio ipsa ... ad causam, sed his omnibus positis, potest non intelligi causa, in actu causans, ergo: intelligimus enim ignem ... tentem cum ... approximatum, &c. & tamen non ... actu secundo causantem. Pariter intelligimus ca... productum dicentem relationem, &c. & amplius ... non esse in actu secundo, ergo.

Probatur secundo. Causalitas est id, quo immediatè causa attingit effectum, & se ipsam illi communicat ... cum agens habet actionem, immediatè attingit effectum, omnis enim actio intrinsecè dicit terminum, & con... ter se communicat, producendo talem terminum, ... actio est causalitas. Confirmatur, quia causalitas est, quæ sola mediat inter causam, & causatum, sed sola actio ... huiusmodi; patet quia inter causam, & causatum ... sola causatio; at agens causat agendo, ergo actio, & ... satio, ergo sola mediat, ergo est causalitas.

Sed contra Instatur Primo. In materia, & forma causalitas est ipsamet informatio, quod nihil aliud dicit, quam vnam ex partibus connotando aliam, ergo etiam causalitas efficientis erit tantum agens connotando effectum. Confirmatur, quia æque effectus efficientis est actio, ... terminus actionis, & tamen causalitas respectu actionis non est nisi agens connotando ipsam actionem.

Ad Argumentū respondeo negando consequentiam, materia enim, & forma non causant, nisi tradendo se ipsas intrinsecè, ideo causalitas est ipsamet materia, & forma communicata; at efficiens efficit influendo in aliud extrinsecè, hic autem influxus prout egreditur, non est ipsum agens, ideo assignatur aliud, nempè actio. Ad Confirmationem respondeo, actionem propriè loquendo non esse effectum, sed fieri effectus, seu viam ad effectum, ideo aliud non mediat inter ipsam, & efficiens, quia efficiens dicitur tale, quia efficit effectum; quia tamen non potest effectum efficere, nisi intelligatur efficientia, ideò actio quæ est huiusmodi efficientia mediat inter efficiens, & effectum, vnde ipsa debet immediatè coniungi, alioquin daretur processus in infinitum. Addo quod etsi ponantur aliæ sententiæ de causalitate efficientis, debent tandem deuenire ad concedendum causalitatem, siue sit agere, siue connotatio effectus, siue modus intrinsecus, esse alio modo effectum efficientis, & tamen immediatè coniungi cum efficiente, sine alia causalitate, vt vitetur processus in infinitum.

Instatur secundo. Fundamentum relationis causæ ad effectum est causalitas agentis, ergo debet esse aliquid intrinsecum agenti, ergo non est actio, quæ est extrinseca. Confirmatur, nam multiplicantur actiones non multiplicatis causalitatibus, ergo non sunt idem. Confirmatur secundo, nam causalitas, vt nomen importat, debet antecedere omne causatum, sed etiam actio est causatum, ergo non est causalitas.

Ad Argumentum, negatur fundamentum rela... vt alibi diximus esse actionem ... est enim p... actio autem tantum ... conditio, seu ratio ... autem non debet esse aliquid intrinsecum. Quare ne... tur ambæ consequentiæ, immo etiam ipsum quod agens ca...

vt agens, ipsius causalitas non potest esse aliquid intrin-[illegible], efficere enim importat extra se facere, consequen-[illegible] causalitas debet esse illa extra efficientia, vnde agere vt sic præcise non importat aliquid intrinsecum agenti;
187 [illegible] verificatur etiam in actionibus immanentibus, quia [illegible] effectus in agentibus remaneant, attamen præcisè vt [illegible] sunt, extra se faciunt, quia fluit aliquid ab illis, quod [illegible] extra se mittere, licet postea vt causa passiua eundem influxum recipiant: ex quo patet agens dum de-[illegible] agens, licet mutetur, non tamen mutari in-[illegible], sed tantum extrinsece, quatenus effectus extra [illegible], est ab illo.

Ad primam confirmationem, negatur antecedens, sicut enim in generatione ver. gr. [illegible] est tantum vna causalitas totalis, quæ dicit, & productionem compositi, [illegible] vnionem eiusdem cum materia, &c. quia v-[illegible] causalitate hæc omnia efficiuntur, ita est vnica actio [illegible] possumus tamen inadæquate distinguere plures [illegible], ver. grat. formam productam, compositum, [illegible] vnionem, &c. & consequenter etiam distinguere [illegible] actiones. sed tunc erit [illegible] distinctio inadæquata, [illegible] ipsius causalitatis, quia causalitas [illegible].

[illegible] confirmationem respondeo causalitatem [illegible] causatum proprie, sic autem non est ip-[illegible] quæ est ipsa causalitas causati; ideo non est ne-[illegible] aliquid ipsam præcedens, alioquin cum [illegible] quod assignaretur, esset aliquo modo [illegible] aliud assignari ipsum præcedens, & sic [illegible].

Quomodo Causa Prima, & Secunda simul Agant.
Quæstio Sexta.

189 I[illegible] quæst. 2. diximus [illegible] causam primam, & causam [illegible] concurrere ad omnes [illegible] hic mone-[illegible], quomodo hæc causa prima concurrat cum [illegible] secunda [illegible].

188 N[illegible] primo. Deum, vt causam primam concur-[illegible] per se ipsum ad omnem actionem crea-[illegible] causa secunda, quia eò ipso, quod illa actio, est [illegible] non potest non pendere a Deo, hæc an-[illegible] influxus, quo immediate ipsam effi-[illegible] causa secunda, si enim tantum mediate, & re-[illegible] scilicet mediante causa secunda, vel fo-[illegible] ipsum conseruans, quod docet Durandus *in 2. di-[illegible] quæst. [illegible] & dist. [illegible]* vel tantum agendo per [illegible] Ferrariensis [illegible] *loco infra ci-[illegible]* [illegible] effectum productum non con-[illegible] in quantum pro-[illegible] causa secunda, ergo [illegible], qua mediante [illegible] effectum [illegible] non conseruabit, quod est [illegible] quod habemus multa [illegible] Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, &c. asserentia Deum immediate concurrere, quæ non nisi perperam aliter possent exponi, [illegible], & Ruuius existimant [illegible] erroneum [illegible] ipsos, qui plura habent circa hæc [illegible] *disput. 22. sect. 1.* Ruuius vero [illegible].

Notandum secundo, dupliciter posse intelligi Deum concurrere [illegible] vel per modum principij [illegible] imprimendo [illegible] causa secunda aliquid [illegible] vt [illegible] ipsa causa producat effectum [illegible] v. g. intelligimus calorem esse in igne, quo ignis [illegible] calorem producit, vel possumus intelligere concurrere per modum actionis, scilicet non imprimendo aliquid agenti, quod simul cum eo cogit [illegible] sed ipsum Deum [illegible] agit, simul coagere: ita vt actio causæ secundæ sit etiam ab ipso Deo. Quod solet sub alijs terminis proponi [illegible] concurrat per modum actus primi, vel per modum actus secundi: siue per modum concursus præuij, vel [illegible] simultanei.

Notandum tertio. Agentia, quantum ad præsens spectat, esse [illegible] differentia; alia dicuntur agentia na-
190 turalia, alia libera. agentia naturalia dicuntur ea quæ positis [illegible] agendum [illegible] requisitis non possunt [illegible]re, v. gr. ignis est agens naturale, quia posita materia proximè ad ipsum, quantum est ex se, necessariò agit. Agentia libera sunt illa, quæ positis omnibus necessarijs ad agendum possunt agere, & non agere ver. g. homo in cuius libertate, & potestate est, quocunque obiecto oblato, & quocunque modo, in illud ferri, vel non ferri. Igitur in præsenti quærit quæstio quomodo Deus tanquam causa prima concurrat in agendo cum causa secunda, siue sit naturalis; siue libera.

Verùm pro tota hac quæstione erit satis talia prænotasse, & à decisione abstinebis; non enim potest exactè, & pro mei sensus voto pertractari, quin incidat sermo de libertate humani arbitrij respectu diuinæ motionis, & gratiæ, quia in huiusmodi materia Physicæ præmotioni semper adhæsi; at has materias quocunque prætextu, quocunque modo etiam in Philosophia prætextu agendi de concursu causæ primæ cum secunda in quæstionem vocare, & de illis agere post Paulum Quintum omnibus interdixit Vrbanus Papa Octauus *in decreto per Congregationem Sanctæ Inquisitionis edito 1641. quod incipit. Alias sæl. record. Paulus Quintus.* Quare in Sanctam Sedem obsequiosissimus, vt par est, hanc quæstionem omninò omissam facio, ne inter disputandum, aut aliquid excideret contra prædictum decretum (quod absit à me) aut cogerer difficultates prætergredi, ne transgrederer, quod in his materijs sanctissime omnibus præscriptum est. De reliquo in manuscripto, & auctoritate, & ratione firmaui Deum semper concurrere cum causa secunda Physicè præmouendo, neque inde vllum sequi inconueniens; & præcipuè auctoritate D. Thomæ, qui verè in hoc, vt notat Ripa *in primam partem ad quæst. 19. art. 8. dub. 1. cap. 3.* fuit perpetuus, & perpetuò illum sunt secuti Thomistæ. Scio Ouiedum *in sua Philosophia contr. 10. Physica, punct. 3.* dixisse ante Bannes Thomistarum neminem fecisse mentionem prædictæ præmotionis, verùm si rem esset venatus Ouiedus, & non tantum verba illam legisset ante Bannes in Capreolo *in 2. distin. 1. quæst. 2. art. 1.* Ferrariensi *in 3. contra Gentiles cap. 70. & 89.* Caietano *1. parte quæst. 45. art. 5.* Ioanne de Neapoli, *quæst. 15. punct. 3.* & in omnibus, qui docuerunt in Cathedra Angelici Doctoris, alioquin abradendi e syllabo Thomistarum. Quòd verò aliqui Dominicanorum recentiores à communi. Schola S. Thomæ in hoc defecerint (vt inquit ipse) immò quod aliquis ipsorum præmotionem Physicam sit stomachatus (verbum est Ouiedi) cum legero, cum audiero credam, ego enim semper audiui, semper legi Patres Dominicanos pro Physica præmotione gloriose decertantes.

An detur Agens quod rem corruptam possit reproducere.
Quæstio Septima.

DIuus Augustinus *duodecimo de Ciuitate, capite decimotertio*, confutat opinionem quandam Platonis, 191
& aliorum ex antiquis Philos. qui dixerunt post annum magnum 36. millium annorum eadem omnia numero reuersura, quæ primo fuerunt. Diuum Augustinum sequuti omnes Scholastici *in quarto distinctione quadragesimatertia*, in eandem opinionem, tanquam errorem certum inuecti sunt. hoc, & similibus de trahentis omissis, quæstionem tracto cum Catholicis, & sanè philosophantibus; cum quibus sit

Prima Conclusio. Aliqua res semel corrupta potest eadem numero naturaliter reparari, atque adeò potest realiter dari reproductio. est ferè contra communem apud Conimbricenses *in 2. gen. cap. 11. quæst. 1.* & Auersam *qu. 2[illegible]. sect. 9.* qui citant D. Thom. Ferrariensem, Fonsecam, Suarez, & alios, quibus adde ex nouissimis Ouiedum *in Ph[illegible] contr. 12. punct. 5.*

Est tamen Scoti *in 4. d. 43. qu 3.* Riccardi *ibidem art. 3. qu. 1.* Antonij Andreæ *ibidem*, Ioannis de Bassolis *ibidem quæst. 2.* & aliorum ex Scotistis.

Probatur primo, non est impossibile omnes causas, quæ fuerunt in prima alicuius rei productione, iterum simul conuenire, vt aliquibus experientijs ostendunt Scotus, & Bassolis, sed illæ causæ eandem rem continent in sui virtute, ergo possunt illam iterum producere. Consequentia probatur. Quid enim est opus ad posse aliquid naturaliter producere, præter existentiam, & concursum causarum, & continentiam eius, quod est producibile.

Quod verò causæ quæ fuerunt in prima productione alicuius rei, adhuc contineant rem eandem, quamuis semel produxerint, & illa iam deuenit, patet, quia fecunditas causæ non distinguitur ab eius entitate, & hęc eadem perseuerat. Pręterea, perseuerat eadem virtus, in ordine ad effectus, quos nondum eadem causa produxit, ergo etiam in ordine ad iam productos; est enim eadem potentia, & virtus in ordine ad omnes effectus vnius rationis. Quod ideo Ouiedus acutè, vt solet, impugnat Conimbricenses, qui velle videntur causas remanere effœtas, & exhaustas peracta prima productione alicuius rei, in ordine ad eandem.

192 Probatur secundo. Non est ratio in contrarium, ergo potest. Consequentia probatur, quia vir Philosophus nihil debet denegare naturæ sine ratione. Antecedens probatur. Ratio, cui credunt omnes recentiores citati (alijs rationibus reiectis ab eisdem tanquam insufficientibus) est ista. Quia Deus, cuius est determinare causas naturales ad producendos illos effectus numericè, quos ex pluribus, sibi possibilibus, actu producunt, decreuit nunquam concurrere cum aliqua causa naturali ad reproductionem eiusdem effectus; & ratione huius Decreti Diuini, inquiunt non posse causas naturales aliquem effectum iam corruptum reproducere. Sed hæc ratio nulla est mihi. Do nullitatem. Aliqua causa naturalis, quæ potest producere plures effectus, non producit nisi *A*, *B*, *C*, quia Deus sic decreuit, & illam determinat tantùm ad *A*. *B*, *C*, ergo eadem causa nequibit naturaliter alium effectum producere? Quis hoc dicat? ergo omnia illa viuentia, quæ non generant, quia Deus, cuius est, etiam per aduersarios hoc determinare, ad nullum in particulari determinauit, nequibunt naturaliter generare? Hæc non probo. Ideò donec alia ratio occurrat, affirmo causis naturales posse eundem numero effectum reproducere, si omnes aliquando simul concurrant, quamuis Deus decreuit cum nulla causa naturali ad reproductionem concurrere. Est enim eadem omnino ratio, & paritas.

Secunda Conclusio. Causæ Naturales nunquam reproducent rem iam productam, & corruptam. Est expressa Ioannis de Bassolis §. 2. *duo*. nec cęteri pro prima Conclusione allati loquuntur, nisi de potentia, & quod detur reproductio per causas naturales non dicunt. Hæc conclusio nequit probari, nisi experientia, quæ nunquam ostendit aliquam rem reproductam eandem citra miraculum. Ideo autem non reproducit natura, quia Deus (donec alia ratio suppetat) ex occulto suæ sapientiæ hoc sibi reseruauit, & decreuit nunquam concurrere cum causa naturali ad reproductionem. Conuenientias huius Decreti afferunt aliquas Suarez, *in Metaphys. distinct. 5. sect. 9.* & Auersa *sect. citata*. Hanc autem rationem puto pro nunc sufficientem pro hac conclusione; quia posse agere causas hos, vel illos effectus ab illarum pendet natura, quod autem actu producant hos, vel illos pendet à Dei Decreto etiam per aduersarios; ideo rationem, quam ad non esse reproducere vidimus insufficientem, ad non reproducere actu, illam admittimus, cum casus sit alius.

193 Sed contra has Conclusiones Instatur Primo: Natura nunquam reproducit *ex secunda conclusione*, ergo non potest reproducere. consequentia probatur, quia frustra est potentia, quæ nunquam exit in actum. Respondeo negando consequentiam, ad probationem, non esse frustra potentiam, quæ non producit alios effectus, quos posset, si Deus illam ad illos determinaret, quia scilicet est eadem potentia quoad omnes effectus eiusdem rationis.

Instatur secundo. Natura potest reproducere, & non reproducit, quia Deus statuit, cum ea non concurrere, ergo causa patitur violentiam. Respondeo negando consequentiam, quia causa naturalis est indifferens ex se ad quoscunque effectus singulares, neque magis petit hos, quam illos; ideo quidquid Deus in hoc decretat, semper est iuxta eius naturam.

Instatur tertiò, ergo resurrectio finalis poterit esse naturalis, & resurrectiones peractę à Christo, & Sanctis eius non fuerunt miraculosæ. Consequentia probatur, quia per nos potest natura reparare eundem effectum iam corruptum. Respondeo negando consequentiam, ad probationem Dico, quod ideo dixi *in conclusione, aliqua res*, non quælibet res; ex quarum numero est reproductio hominis.

Instatur quarto, ex Aristotele *cap. de Oppositis*, à priuatione ad Habitum non datur regressus, ergo nequit natura idem corruptum reproducere. Si præcepta Aristotelis auctoritas facit ad rem (quod negat Fonseca vnus de aduersarijs *quæstione prima, sectione secunda, §. sunt qui in octauo Metaphys. capite quinto*) Respondeo Aristotelem ibi, & alijs locis, quæ ad hoc solent citari ex illo, [illegible] quiritum de facto iuxta nostram secundam Conclusionem alioquin cum Bassolis §. *ad primum*, ab Aristotele discedendum, quia rationem; non auctoritatem sequimur.

Instatur quinto. Res reproducta haberet duplicem existentiam, & duplicem durationem, ergo esset duplex non vna, ergo reproductio est impossibilis. Prima [illegible] sequentia probatur, quia duratio, & existentia non distinguuntur à re existente, & durante. Respondeo negando antecedens; haberet vnam existentiam tantum, & vnam durationem, sed bis positam correspondentem diuersis temporibus, ideo negatur prima consequentia, quia esset eadem res bis existens, & durans.

Instatur sexto. Motus sumit suam vnitatem ab vnitate temporis, sed tempus nequit idem redire, ergo neque motus, ergo saltem in successiuis nequit esse reproductio naturaliter, immò neque supernaturaliter. Respondeo motum sumere vnitatem intrinsecam à sua entitate, & partibus non interruptis, & secundum hanc negatur consequentia, quod nequeat redire: vnitatem autem extrinsecam à tempore imaginario; quòd nequeat reparari, quia illud est immobile, non facit ad rem; satis est, quod secundum suas partes reales, quæ necessariò non sunt alligatæ alicui spatio, & tempori imaginario, possit redire. Certum est enim Deum potuisse tempus reale producere, antequam, vel postquam primo creauit, consequenter [illegible] correspondens alteri puncto temporis imaginarij, ergo nullus motus, nullum tempus reale necessario est in aliqua parte determinata temporis imaginarij.

Instatur septimo, ergo posset redire idem annus, & [illegible] in vno die esse plures anni, immò omnes. Respondeo negando consequentiam, quia annus, Dies, Mensis, &c. dicunt talem motum primi mobilis, vt coexistentem [illegible] vel illis partibus temporis imaginarij, qua modo, vt dictum est, nequit tempus reale, & motus redire.

Instatur octauo. Ad pręteritum non est potentia, ergo nequit nec supernaturaliter, ne dum naturaliter reproduci res pręterita. Confirmatur maxime de tempore, de quo solet dici, Volat irreuocabile tempus. Ad argumentum respondeo, ad antecedens, ad pręteritum non esse potentiam, scilicet formaliter efficiendo, quod non pręterierit, adesse tamen materialiter, scilicet efficiendo, quod res, quæ iam extitit, iterum sit. & per hoc patet etiam ad confirmationem, quæ in hoc sensu intelligitur, nequit enim vlla causa facere, quin ego vixerim triginta annos, si triginta ab hinc annis natus sum alia argumenta faci[illegible] videri possunt apud Fonsecam, & Conimbricenses ex his

Deducitur in nostra sententia nullam esse difficultatem, quin Deus possit reproducere quacunque rem, siue permanentem, siue successiuam; si enim potest natura, multo magis Deus; est tantùm differentia, quod natura, & si possit, nunquam hoc præstat, Deus autem potest, & pręstat. Quare non est opus; quod quæstionem moueamus de Deo, cum hoc satis sequatur ex dictis de causis naturalibus. tantò magis quod argumenta, quæ ex Diui Thomæ, Ferr. Capr. Fonsec. Vasquez Complut. & alijs negantibus Deum posse reproducere res successiuas, adduci solent, in instantijs nostris allatis soluta remanēt, & facillimè ex illis soluentur. Qui vult videat apud Font. 8. *Metaph. cap. 5 quæst. 3.* & Conimb. *loco citato quæst. 3.*

Quasnam Conditiones requirant agentia ad Agendum. Quæstio Octaua.

Hanc quæstionem tractat Suarez *disput. 18. sect. 7.* Amicus *quæstio. 2. tota* [illegible] dico cum eisdem [illegible] 19
esse conditiones. Prima est, vt [illegible] ens, & pa[illegible] modo distinguantur. [illegible] autem & [illegible] debeat hæc di[illegible] dum quæ[illegible] etur, an [illegible] m. Secun[illegible] quitas inter a[illegible] enim e[illegible] non esset, sed hoc e[illegible] I[illegible] est di[illegible]

agent

[illegible] & passum, agens enim semper intendit assimilare [illegible] passum, consequenter supponit illud dissimile in eo, [illegible] assimilat, sed etiam hæc conditio in lib. de Generatione habet proprium locum, vbi quæritur, an simile [illegible] in simile.

[illegible] difficultas videtur esse circa existentiam, an scilicet sit conditio, nec ne. Suarez existimat ipsam includi in principio actiuo, eo quia, quod non existit, non potest causare. Amicus vero conditionem eam existimat, eo quod non agat, & necessario requiratur ad actionem. In re parui momenti non moror, satis nobis sit necessariam esse existentiam causæ, quia quod non est, non causat, vnde dicebat Aristoteles *quarto Metaphys. text. decimo* [illegible] *quæ non sunt, quomodo loquentur, aut intelligent, seu ambulabunt.* Confirmatur, quia non potest esse [illegible] in nihilo, nisi ab aliqua virtute actiua, sed si [illegible], nulla virtus esse potest, ergo plures alias [illegible] Auersa [illegible] *citato dubit.* 1.

[illegible] Thomistæ existimantes satis esse [illegible] immediatè ante extitere [illegible] effectus, & si tunc vere non existat, probant, quia [illegible] causatur calor, dum non est [illegible]; ex alteratione facta causatur [illegible]; sed [illegible] responsio, calorem [illegible] ad secundum viuens [illegible] tamen virtualiter in se [illegible] formaliter, si causæ formaliter [illegible] virtualiter ad tertium Dico [illegible] non causari ab alteratis, seu [illegible] agente, quod inducta, [illegible] alteratione producit ipsum [illegible].

A [illegible] reducitur Idea.
[illegible] Nona.

196 M[illegible] Thomistas & Scoti[illegible] ideæ, omnes quidem [illegible] Idea sit formaliter mente conceptum [illegible] ex intentione agentis præscri[illegible]. Conueniunt [illegible], quod idea, seu exemplar [illegible] acceptione [illegible] *forma* [illegible] formæ compositum [illegible] specificat compositum [illegible] effectus, qualis est ipsa [illegible] *mente concepta*, ad differentiam [illegible] Cetius, ad [illegible] efformet, quæ non est [illegible] intrinseca. Tertio quod dicatur [illegible] ideæ est, quod sit [illegible] faciendi, quare debet [illegible] formalis, prout mente repræsentatur. Quarto quod dicitur *ex intentione agentis*, ad differentiam [illegible], quæ [illegible], sed [illegible]. Quinto quod dicitur *præscribentis sibi finem*, ad excludendas causas naturales, quæ etsi producant sibi similia, non tamen [illegible] sunt seu habent Ideas, quia non operantur ex [illegible] præcepto. In his igitur conueniunt [illegible] quia agens per Intellectum debet [illegible], consequenter debet illud [illegible] debet habere aliquid mente conceptum [illegible] debet determinari ad agendum [illegible] quamuis [illegible] ex intentione [illegible] efficiendi effectum [illegible] operantur ex intentione tali pacto [illegible] finem adipiscendum; quamuis autem conueniunt in his, differunt tamen in assignando, cui conueniat ratio ideæ, duo enim possumus distinguere in operante per ideam, scilicet obiectum, seu rem conceptam, & conceptum, quo concipitur, verbi gratia in domificatore, qui operatur iuxta exemplar, quod mente habet de domo efficienda, possumus considerare [illegible], & obiectum, scilicet domum efficiendam hoc vel illo pacto, & secundo possumus considerare conceptum, quo concepit domum sic esse efficiendam. [illegible]

197 [illegible] de mente Diui Thomæ *prima parte quæstione decimaquinta articulo primo*, ideam esse ipsum conceptum formalem repræsentantem rem efficiendam contra Scotum *in primo distinctione trigesimaquinta, quæstione prima*, & alios apud Ruuium *tractatus de causa exemplari quæstione secunda*. Amicum *tractatus duodecimo, quæstione decimatertia articulo secundo*, idea enim est id, per quod agens per Intellectum regulatur in suis actionibus, sed non regulatur mediante obiecto ipso, cum obiectum sit quid extrinsecum, sed mediante cognitione ipsa obiecti, vnde cognitio distinguitur in speculatiuam, & practicam; cognitio autem practica, quæ dictat de opere faciendo est idea: præterquam quod effectus, qui est ideatum, debet commensurari cognitioni, & conceptui de re facienda, non rei faciendæ; nihil enim commensuratur sibi ipsi, etsi perfectè euadat similis huic conceptui, dicitur perfectum ideatum, ergo idea est huiusmodi cognitio, & conceptus, cui debet assimilari; idea namque est, cui assimilatur ideatum: verùm quidem est, quod etiam obiectum concurrit, sed tanquam connotatum, quia conceptus obiecti est conceptus, alioquin daretur conceptus formalis sine obiecto, & ideatum debet assimilari non conceptui vt sic, sed repræsentationi, seu expressioni ipsius obiecti, seu effectus producendi; in tantùm enim illa cognitio est idea, in quantum est expressiua alicuius rei iuxta illam expressionem efformandæ. Addo tamen, quod opinio Scoti est maximè probabilis, vt patebit consideranti. Attamen hæc Diui Thomæ videtur probabilior, & pati minores difficultates. Hæc sunt tantùm præsupposita ad soluendam [illegible] quæstionem; prolixior enim, & ex professo esset instituenda quæstio, si vellemus rationes hinc inde afferre, & examinare. hoc igitur supposito.

Prima Conclusio. Idea, seu exemplar non spectat ad causam materialem, nec formalem intrinsecam, nec finalem, nec efficientem. De materiali, & formali intrinseca probatur facile. Idea existens in mente artificis non est principium passiuum aliquid in se recipiens, neque est forma intrinseca [illegible], sed ad sui [illegible], ad cuius [illegible] ideatum participat formam, ergo non est causa neque materialis, neque formalis intrinseca, & si quando Diuus Thomas & alij videntur vocasse ideam formam intrinsecam, sunt loquuti in ordine ad Intellectum, cui idea inhæret tanquam forma, cum sit conceptus formalis.

Probatur de causa finali. Finis mouet voluntatem, vt bonum quoddam est, acquirendum media actione; at idea non intenditur acquiri, sed tantùm eius participatio in effectu; & quamuis idem possit esse finis, vt idea, verbi gratia domus sic, & sic construenda est finis domificationis, & eadem etiam est idea, quia ad eius instar vult domum construere, tamen diuerso modo est finis, & idea, est finis, quatenus, vt quoddam bonum apprehensum mouet potentias executiuas, mediante actu voluntatis ad illum comparandum; est autem idea, quatenus agens iam [illegible], & promptum operari, regulat, & dirigit ad hoc, vt ipsam domum fabricet, & assequatur, prout illam concepit. 198

Probatur vltimo de Causa efficiente contra Scotum *in secundo distinctione secunda quæstione secunda, & distinctione trigesimasexta, quæstione prima artic. primo*, & alios apud Amicum *quæstione decimaseptima, dub. quarta num. 5.* qui addit citari etiam D. Thom. *prima parte quæstio. 47. articulo 3.* & Caietanum *ibidem*, sed perperam, præcipuè enim Caietanum, qui dicit Ideam esse causam formalem, separatam tamen. probatur autem sic, si idea est principium effectiuum vel est principium quod, vel principium quo, non principium quod, hoc enim est solum compositum, nec principium quo, quia Idea est conceptus formalis, qui non potest agere, vt conceptus, cum sit quædam qualitas impertinens ad effectionem rei artificiosæ, non potest efficere quatenus repræsentatio rei efficiendæ, vt sic enim non dicit, nisi denominationem extrinsecam, ergo nullo modo agit.

Probatur secundo, vel agēs seclusa idea est completum in virtute agendi, vel non est completum. Si primum ergo idea non concurrit tanquam causa efficiens simul cum agente. Si secundum ergo verè influit in effectum, quia non potest aliter compleri, nisi præstando influxum, quod tamen etiam ipsi aduersarij negant. Con[illegible], quia idea dicitur determinare ipsum agentem ad [illegible] hoc efficiendum, quam illud, exhibendo exemplar, ad cuius instar operetur; sed ad hoc non requiritur vlla ratio effi-

efficientis, ergo nullo modo pertinet ad cauſam efficientem.

199 Secunda Concluſio. Idea eſt cauſa formalis, extrinſeca tamen. Hæc concluſio eſt D. Thomæ *quæſt. citata* 43. *art.* 3. Caietan. *ibidem*. Fonſecæ 1. *Metaph. cap.* 7. *quæſt.* 1. Conimbric. *cap.* 7. 2. *Phyſ. quæſt.* 4. & aliorum apud Amicum *loco citato num.* 4. Hæc concluſio indiget explicatione. Dupliciter aliquid poſſumus dicere eſſe formam rei. Primo intrinſecè, quia illud conſtituit, per modum actuantis ipſa materiam, & determinantis ipſum compoſitum in tali, vel tali ſpecie, ſicut forma ignis, quæ actuat materiam, intrinſecè componit compoſitum, & illud ponit in ſpecie ignis. Secundo poſſumus dicere aliquid formam extrinſecè, quia ſcilicet in hoc conuenit cum forma, quod licet non intrinſecè componat, & intrinſecè componendo illud collocet in certa ſpecie, tamen effectus euaſit talis ſpeciei propter illud, quia ad illius ſimilitudinem talis forma intrinſeca in materiam eſt inducta, ex qua eſt conſequuta determinatio ad tale eſſe, & hoc pacto dicit Concluſio Ideam eſſe formam extrinſecam effectus agentis per Intellectum.

Probatur primo. Idea, eſt quædam forma, ad cuius ſimilitudinem effectus eſt producendus, ergo eſt forma extrinſeca. Antecedens patet, conſequentia probatur, quia Idea eſt regula, & norma iuxta quam euadere debet effectus, ergo dat eſſe extrinſecè effectui, præbendo modum formæ intrinſecæ, ergo forma eſt extrinſeca.

Probatur ſecundo. Idea conſiſtit in quadam pura imitatione paſſiua, vt ſcilicet artifex imitetur in operando, quod mente concepit, ergo idea ſe habet, vt terminans eſſentiam effectus, tanquam exemplar illius, ergo eſt cauſa formalis extrinſeca, quia illam eſſentiam non terminat, niſi extrinſece præſtando modum, iuxta quem debet produci.

Probatur tertio. Eo modo concurrit Idea, quomodo eam comparamus ad ideatum, ſed illam comparamus, vt cauſam formalem, non efficientem, ergo. Probatur minor. Si ad Ideatum compararetur, tanquam cauſa efficiens, eſſet comparandum ideatum cum ipſo etiam agente, quod potiori ratione efficit ideatum, ſed ad cognoſcendum an ideatum euaſerit perfectum necne, comparatur tantùm cum idea, ergo Idea non comparatur, vt efficiens, ſed vt forma extrinſeca, ſeu exemplar ideati.

200 Confirmatur Concluſio: quia diſtinguimus inter veras cauſas & conditiones, quod conditiones non habent influxum, cauſæ verò habent, ſed Idea verè non influit, ergo verè non eſt cauſa efficiens.

Inſtatur primo. Id, quod complet aliquam cauſam, ſpectat ad illud genus cauſæ, ſed Idea complet efficiens per Intellectum, quia ſine Idea non intelligitur completum, ergo ſpectat ad genus cauſæ efficientis. Ad maiorem reſpondeo, id, quod complet aliquam cauſam in eodem genere, ſpectat ad idem genus, & concedo, quod complet in diuerſo genere, & nego. Sic Idea complet non in genere cauſæ efficientis præbendo influxum, ſed in genere cauſæ formalis extrinſecè reſpectu ipſius effectus; in tantùm enim complet efficiens, in quantum ipſum determinat præbendo ei exemplar, ad cuius inſtar operetur effectum; per hęc autem nulla eſt ratio reducendi Ideam ad efficiens.

Inſtatur ſecundo. Ars eſt vera cauſa efficiens, ergo etiam idea. Probatur conſequentia, quia ars non agit niſi per Ideam; eſt enim id, quod præſupponit, tanquam inſtrumentum quodammodo, quo agat. Confirmatur primo, quia id præſtat Idea in agente artificiali, quod forma naturalis in agentibus naturalibus, ſed in naturalibus eſt cauſa efficiens, ergo.

Confirmatur ſecundo *ex ſeptimo Metaphyſ. Text.* 23. vbi dicitur, domus ad extra fieri ex domo ad intra, ſcilicet ex ea, quæ eſt in mente, ergo idea eſt cauſa efficiens.

Ad Argumentum dato antecedente, quia nolo diſputare qua ratione Ars dicatur efficiens, negatur conſequentia, quia ideam, quam ſupponit artifex, ſupponit, vt ad inſtar illius operetur, non vt illa, tanquam principium, quo operetur, vt iam diximus, ideo non eſt efficiens. ad primam Confirmationem reſpondeo cum Fonſeca, & Conimbricenſ. id præſtare ideam in artefactis, quod forma in naturalibus, quantum ad hoc, quod quælibet determinat agens, &c. non quoad modum concurrendi. Ad ſecundam reſpondeo, dici Domum fieri ex Idea domus, tanquam ex cauſa formali extrinſeca, modo explicato; ſi enim ly *ex* rigoroſe ſumatur, eſt ſignum cauſæ materialis tantum nullo modo efficientis; at ſumptum late poteſt ſignificare, & cauſam formalem; ſic dicitur Homo compoſitus ex anima, quæ eſt cauſa formalis, & corpore, quod eſt cauſa materialis; & ne hoc videatur voluntarium, legatur ille contextus capitis ſeptuageſimi, & clare innoteſcet Ariſtotelem ſub genere cauſæ formalis ponere ideam, quamob id vocat, *Quod quid erat eſſe*, more formarum. Hic Noto quod Ariſtoteles *illo text. capite ſeptimo*, non poteſt loqui de arte proprie loquendo, quia Ars per ipſum eſt principium factiuum, igitur non poteſt illam appellare, *quod quid erat eſſe*, quod tantum formæ competit, loquitur ergo de Idea, quæ ad effectum comparatur vt forma.

Dices. ergo datur quintum Genus cauſæ, ſcilicet Idea, quæ eſt forma extrinſeca. Reſpondeo negando conſequentiã, quia quando inter genera cauſarum ponitur genus cauſæ formalis, comprehenditur etiam idea, nam cauſa formalis eſt quid genericum ad omnem formam intrinſecam, & extrinſecam, & importat dare eſſe formaliter determinando effectum ad tale eſſe, quod genus deinde diuiditur tanquam in ſpecies, in dare eſſe formaliter intrinſecè, & formaliter extrinſecè effectui.

Dices ſecundo. In quo conſiſtit cauſalitas huius cauſæ exemplaris. Reſpondeo in hoc, quod paſſiuè imitetur ab artifice; illa enim paſſiua imitatio ideæ in effectu producto, eſt cauſalitas huius cauſæ formalis; ſicut cauſa formalis intrinſeca habet ſuam cauſalitatem per informationem ipſam, ita cauſa formalis extrinſeca proportionaliter, hæc autem informatio in forma extrinſeca, ſeu in cauſa exemplari, non eſt aliud, niſi quod effectus ei ſimilis fiat, quod eſt dicere imitationem paſſiuam. Qui plura vult videat auctores citatos. De hoc toto hoc Tractatu ſatis.

Tractatus Sextus. Qui eſt de Cauſa Finali.

Ex quatuor generibus cauſarum aſſignat[illegible] Tractatus iam explicauimus Cauſam Materialem, Formalem, & Efficientem, ſupereſt adhuc cauſa finis, quæ iure merito vltimo loco ſeruata eſt, quia finis ſemper eſt vltimus in executione, licet primus in intentione. Circa hanc cauſam primo videretur quærendum quid ſit finis, & quotuplex; quia tamen de hoc ſufficienter egimus in [illegible]gicis cum de Fine Dialecticæ, nunc ea mitto faciens primo quæro.

Vtrum Finis ſit vera Cauſa Phyſica.

Quæſtio Prima.

Vnica Concluſio. Finis eſt cauſa realis, & Phyſica. Eſt contra Stoicos, & antiquos, & ex modernis contra Hurtadum *diſtinctione decimatertia de Anima ſectione quinta*, qui vult cauſam finalem eſſe veram cauſam realem, non tamen Phyſicam, ſed moralem. Eſt [illegible] noſtra Concluſio communis omnium Theologorum, & Philoſophorum. 2[illegible]

Probatur primo auctoritate Ariſtotelis, qui *Text.* [illegible] quærens de cauſis realibus, & Phyſicis cuiuſque effectus Phyſici quatuor enumerat, inter quas finem collocat, ergo ſentit Ariſtoteles finem eſſe veram cauſam Phyſicam. Idem patet *ex* 5. *Meth. cap.* 2.

Probatur ſecundo ratione. Illud eſt cauſa Phyſica realis, quod realiter influit in effectum [illegible] enim [illegible] Phyſicum, prout contradiſtinguitur ab agente tantum moraliter per imputationem, ſed finis realiter [illegible] effectum, ergo eſt cauſa realis Phyſica. Minor probatur Finis vt finalizans non intelligitur [illegible] fectus, nec effectus [illegible] finis realiter influit in effectum.

Confirmatur, quia ex cognitione finis [illegible] ipſum cognoſcimus, ideo Ariſtoteles *Hic* [illegible]

veras causas, ex quibus scientia obiecti comparatur, enumerat finem, ergo finis est vera causa realis Physica, scire enim est rem per causam cognoscere realem in essendo.

Probatur tertio contra Hurradum, qui ideo negat finem esse veram causam Physicam, quia tantùm causat motione intentionali, scilicet quatenus ex apprehensione obiecti mouentur potentiæ ad Physicè producendum effectum, ideo etiam quæ non sunt, nec esse possunt, habent rationem finis. Sic autem probatur. Sic causare tantùm motione intentionali, impediret, quin finis esset causa Physica, tolleret etiam, quin esset causa realis, sed hoc est falsum etiam per ipsum Hurtadum, ergo etiam est falsum tolli esse causam Physicam. Minor probatur. Finem esse causam Physicam aliud non importatur, nisi esse id, cuius gratia agens operatur Physicè, vt benè Fonseca *lib. 5 cap. [illegible] quæst. [illegible] o. sect. 4.* sed etiam finem esse causam realem aliud non significatur nisi esse id, à quo agens mouetur ad operandum realiter ergo non enim esse physicum [illegible] formaliter, prout importat influxum in genere causæ [illegible], vt ad 1. sic enim certum est, finem non causare [illegible] prout dicit influxum in suo genere in effectum, qui ab ipso realiter pendet, nec ei tantùm per impositionem tribuitur.

203 Pro [illegible] argumentorum solutione aduertēdum, [illegible] en [illegible] posse sumi strictè, & latè. Sumptum strictè [illegible] solam actionem agentis, quod à se procedit [illegible]; quod ideo est necesse existat realiter, quia realiter [illegible] effectus, & dicitur motio, & influxus simpliciter [illegible] vero latè significat concursum cuiusque causæ in [illegible] te. Quare influxus est explicandus iuxta naturam causæ, cuius est influxus; ideo cum finis sit causa tantum, vt id cuius gratia agens operatur, tunc dicitur aliquid realiter influere [illegible] finis, cum agens realiter operatur gratia illius, & quia operari gratia alterius non [illegible] cognitionem obiecti, cuius gratia operatur, ideo non est necesse, vt finis existat realiter, sed tantum [illegible] huc in Intellectu, ideo quod non est existens realiter, potest vt finis realiter operari, quia hæc operatio [illegible] consistit in esse id, cuius gratia propter quod dicitur [illegible] ad differentiam veri influxus causæ efficientis; & ideo idem, vt apprehensum potest esse [illegible] sui ipsius realiter producti, quia agens potest [illegible] acquirendi realiter id, quod tantum apprehenditur in Intellectu. adhuc tamen

Obiicitur [illegible]. Principium, & Finis opponuntur, sed [illegible] est [illegible], ergo Finis non est causa. Distinguo [illegible] principium, & Finis, sunt [illegible] *Finis* [illegible] opponuntur, & concedo, [illegible], quod mouet agens ad operandum [illegible] causa, quatenus est id, à quo mouetur [illegible] ad operandum, [illegible] hoc pacto habet rationem principij.

Obiicitur secundo. Si finis esset causa realis, ab illo realiter penderet effectus, sed hoc est absurdum, quia aliquid reale non potest pendere a non reali, sicut multoties est [illegible] ergo finis non est causa realis. Nego minorem, ad probationem respondeo, aliquid reale non posse pendere a non reali in genere causæ efficientis, bene in genere causæ finalis, quia finis non est causa nisi quatenus est id cuius gratia agens operatur. at ab aliquo ficto, & imaginario potest esse motiuum ad reale aliquid operandum.

Dices [illegible] posse pendere a non reali, saltem illud non reale non erit causa realis. Quomodo enim potest quod non est reale, esse causa realis? pro responsione huius instantiæ sit sequens quæstio.

Per quid Finis constituatur in actu Primo ad Causandum.
Quæstio Secunda.

204 PRo præsentis Questionis Decisione Notandum primo [illegible] quatuor nos posse distinguere. Primo bonitatem [illegible]. Secundo cognitionem, qua cognoscitur illa bonitas. Tertio existentiam obiectiuam, seu intellectualem, seu intentionalem, seu, vt vocant, diminutam, quam illa bonitas habet ex cognitione in Intellectu. Quarto existentiam simpliciter, seu realem, quam finis habet extra Intellectum ex actione agentis, illum vt plurimum producentis. quærit igitur quæstio, per quod ex istis quatuor finis censeatur constitutus in actu primo, seu quodnam sit principium, per quod finalizat.

Notandum secundo bonum diuidi in honestum, delectabile, & vtile, ita Philosophus 8. *Ethic. cap. 2.* & alibi sæpè communiter receptus. Bonum honestum est id, quod consentaneum est naturæ, vel quatenus rationali, vt pati propter Deum: & vocatur virtus; vel congruit naturæ, vt naturæ, sicut sanitas, Pulchritudo, &c. & dicitur Bonum Naturæ. Bonum delectabile est illud, quod acquisitum, aptum est delectationem afferre; quod aliquando est distinctum a bono honesto, vt vitia, peccata aliqua, &c. Bonum denique vtile est id, quod ad bonum honestum, vel delectabile, conducit, & huiusmodi sunt omnia media ad finem, & dicitur bonum denominatione extrinseca à bono honesto, vel delectabili, ad quod ordinatur, vt medium. Ita D. Thomas 1. *parte quæst. 5. art. 6* His notatis.

Prima sententia est, finem causare quatenus est quid appetibile, siue sit bonum, siue malum. Assignatur Scoto *in 1. dist. 1. quæst. 4.* & *in 2. dist. 43. quæst. 2.* re vera tamen *in 1.* non inueni huiusmodi doctrinam Scoti, & *in 2.* videtur loqui dubitatiuè. Assignatur etiam Ochamo *in 3. quæst. 13. dub. 3.* & cęteris Nominalibus.

Secunda sententia est Solum bonum, vt bonum esse principium, quo finis causat. Est communis Aristotelis *hic tex. [illegible] 5. Metaph. cap. 2. [illegible] Ethic. cap. [illegible].* & alibi D. Thomæ 1. 2 *quæst. 1. art. 1 in corpore, quæst. 8. art. 1.* & aliorum apud Amicum *quæst. 5 num. 4.* Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui volunt hanc bonitatem debere esse realem quoad essentiam, & existentiam Alij vero volunt satis esse, quod sit bonum verè, vel apparens, scilicet existimata bonitas, ita D. Thom. *loco citato quæst. illa 8.* est communis. Quidam vero [illegible] veram & realem bonitatem quoad essentiam semper finalizare, licet aliquando sit tantum bonum apparens; quod finalizat, quia vera bonitas applicatur obiecto, quod verè non est bonum, & illa bonitas realis quoad essentiam, non quoad existentiam, quia existit tantum in intellectu apprehensa in obiecto non bono, [illegible] a [illegible] ad causandum, ita Suarez *disput. 23. sect. 5. num. 15.* pro nostra sententia sit

Prima Conclusio. Malum, vt malum non constituit finem in actu primo, est contra primam sententiam. Est tamen Aristotelis *hic text. 31.* vbi inquit: *Quædam autem causa sunt vt finis, & bonum cæterorum.* & alibi *locis citatis*, in quibus omnibus innuit Aristoteles finem, & bonum conuerti, ergo. 205

Probatur secundo ratione, per id constituitur in actu primo finalizandi, per quod allicitur voluntas ad operandum, sed non allicitur a malo, vt malum est, ergo: Maior patet. minor probatur. Quælibet res abhorret sibi malum, ergo voluntas non potest allici a malo, quatenus malum est. Confirmatur ratione D. Thomæ, quia voluntas est quidam appetitus rationalis, & consequenter est quædam inclinatio in aliquod; omnis autem inclinatio est in sibi conueniens, ergo voluntas non inclinatur, nisi in sibi bonum, ergo vera Conclusio.

Sed contra Instatur primo. Multi peccant ex certa malitia, & quædam peccata sunt, in quibus nulla potest apparere ratio boni ver. gr. cultus idolorum, odium Dei, &c. ergo tunc volunt malum in quantum malum, ergo falsa Conclusio. Respondeo peccare ex malitia non importare intentionem voluntatis in malum, vt malum, sed solum malum, in quod tendit, cognosci ab operante, & tamen ratione alicuius boni illud velle; quod verum est etiam in omnibus peccatis semper aliquam rationem boni apprehendi; sic in cultu idolorum existimatur bonum ver. gr. fugere tormenta, inurere hanc notam Christianis, &c. in odio Dei ver. g. apprehenditur bonum esse posse ex sua libertate etiam ipsum Deum odio habere; & mille aliæ rationes boni, quas quislibet experietur in quocunque peccato, quod est maximè aduertendum propter solutionem plurium argumentorum, quæ breuitatis gratia, & quia eodem fundamento nituntur, omitto recensere.

Instatur secundo eadem est potentia contrariorum, sic visus tendit in album, & in nigrum, sed bonum, & malum sunt contraria, ergo pertinent ad voluntatem, ergo voluntas potest tendere in malum, vt malum est. Respondeo, eandem esse potentiam contrariorum, sed diuerso modo; si enim contraria spectent, vt quid conueniens potentiæ, vtiquè positiue in vtrunque tendit; sic quia album, & nigrum sunt sub obiecto potentię visiuæ, in vtrunque ten- 206

dit poſitiuè; ſi verò alterum ſit conueniens, aliud diſconueniens, non eodem modo tendit in vtrumque, ſed in conueniens per proſequutionem, in diſconueniens per fugam; quia igitur bonum eſt conueniens voluntati, tendit in illud proſequutione, & amore, ſeu volitione illud deſiderando, &c. in malum vero, quod eſt diſconueniens tendit fuga, ſeu nolitione nolendo illud, ſed fugiendo, ſicut Intellectus circa verum fertur per aſſenſum, circa falſum per diſſenſum.

Secunda Concluſio. Finis non conſtituitur in actu primo per bonitatem realem quoad eſſentiam, & exiſtētiam. Eſt contra primum modum ſecundæ ſententiæ, ſed conformis Ariſtoteli *text.* 31. vbi inquit: *interſit autem nihil bonum ipſum an apparens dicatur: & alijs locis citatis*, bonum autem apparens non habet exiſtentiam realem, ſed tantùm intentionalem; patet hęc concluſio quotidie mille experientijs, ſępe enim adhibemus media ad conſequendum aliquem finem, qui nondum exiſtit, ſed per applicationem illorum mediorum eſt ponendus à parte rei, ergo nō requiritur exiſtentia realis bonitatis ad finalizandum.

Tertia Concluſio. Finis non conſtituitur in actu primo per bonitatem ſemper realem, realitate eſſentiæ. Eſt contra tertium modum ſecundæ ſententiæ, quem præter Suarez ſequitur Ruuius *Tract. de cauſa Finali quæſt.* 5. *num.* 45. & Amicus *quæſt.* 5. *dub.* 2. *art.* 2.

Probatur primo: bonum, quod mouet voluntatem, ſæpè eſt tantùm apparens, vt etiam ipſi aduerſarij fatentur, cum Ariſtotele innumeris locis, ergo vera Cōcluſio. Probatur conſequentia, à bonitate dicitur bonum, ergo vbi bonum tantùm apparens, etiam tantùm bonitas apparēs, ergo non ſemper finis mouet per veram bonitatem.

207 Dices cum Suarez, & ſequentibus, ideo dicitur bonum apparens, non quia ſit bonitas apparens, ſed quia voluntas mouetur à vera bonitate, applicata tamen obiecto, quod verè non eſt bonum, ideò dicitur apparens bonum, quare deceptio eſt in applicatione veræ bonitatis ad id, quod non eſt bonum.

Sed contra hanc Doctrinam arguo ex ipſorum principijs. bonitas non eſt aliud ex Suarez *diſp.* 10. *ſect.* 1. *num.* 12. quam quædam conuenientia entis ad rationem, vel naturam rei, cui dicitur res aliqua bona; ſed hæc conuenientia non eſt aliquid reale additum obiecto, quod dicitur bonum; ſed tantùm dicit mutuam connexionem vnius ad aliud, tanquam illi proportionatum ex eodem Suarez paulo infra ex Doctrina Caietani, ergo non dabitur bonitas realis, quæ applicetur obiecto, quod de ſe, non ſit bonum. Probatur conſequentia: quia quando apprehendimus vt bonum, quod non eſt bonum, non applicamus aliquod obiectum vere bonum, à quo moueamur; ſed bonitas vera ſemper connotat verum, & bonum obiectum, vt ipſemet fatetur, ergo non mouemur à vera bonitate reali realitate eſſentiæ, ſed tantum ab apparente bonitate. ex quo

Probatur ſecundo Concluſio. Bonum dicit conuenientiam rei cum eo, cui dicitur bona, ſed in bono apparenti eſt tantum apparens conuenientia, ergo tantùm apparens bonitas; ergo non ſemper finis mouet vera bonitate. Confirmatur, cum mouetur voluntas, mouetur quia Intellectus proponit conueniens illud obiectum, ergo ſi ibi eſſet vera bonitas, diceret conuenientiam talis obiecti, multoties non eſt talis conuenientia, ergo nec vera bonitas.

208 Probatur tertio voluntatem moueri à vera bonitate. eſt moueri ab honeſtate, vel iucunditate, vel vtilitate obiecti, ſed cum obiectum eſt tantùm apparens bonum, eſt tātum exiſtimata honeſtas, vel iucunditas, vel vtilitas, ergo non mouetur à vera bonitate ſecundum eſſentiam. Confirmatur, quia dicitur bonum apparens ex Suarez, & ſectatoribus, quia malè applicatur bonitas, ergo ibi verè non eſt bonitas, ſed tantum applicata, quod eſt dicere, ficta; ſed ab illa mouetur voluntas, ergo finis non cauſat per veram bonitatem realem.

Dices ex Suarez, cum quis mouetur ad furandum, vt inde efficiat eleemoſynam, mouetur ab honeſtate eleemoſynæ, quæ eſt vera bonitas, & ſic de alijs; & tamen furtum propter eleemoſynam eſt tantum apparenter bonum, ergo in bono apparenti finis cauſat ſecundum veram bonitatem. Reſpondeo, cum quis furatur propter eleemoſynam, mouetur quidem ab actu eleemoſynæ, qui tamen actus, cum poſſit eſſe honeſtus, ſi fiat hic, & nunc, & ex rebus proprijs, &c. & poſſit eſſe non honeſtus, ſi aliter fiat, ideo tunc non mouetur a vera bonitate actus eleemoſynæ, quia tunc ſolum eſt actus honeſtus, cum fit ex re propria, ſed ab honeſtate tantum apparenti apprehenſa in actu faciendi eleemoſynam ex re aliena, & ſic de alijs. Addo pro multorum argumentorum ſolutione ad experiendum, an finis cauſet ſecundum veram bonitatem, cōſiderandum ſtatim, an id quod eſt finis cum omnibus illis circumſtantijs, cum quibus mouet, ſit conueniens nec ne. Si non ſit conueniens, nunquam eſt vera bonitas, ſed tantùm apparens, & hoc accidit quoties bonum eſt tantum apparens, vt patebit conſideranti, in quocunque caſu; ſic in furto propter eleemoſynam.

Quarta Concluſio. Finis conſtituitur in actu primo ad cauſandum per bonitatem, vel realem, vel apparentem, ſcilicet exiſtimatam. Eſt Ariſtotelis *hic text.* 31. *interſit autem nihil, bonum ipſum, an apparens bonum dicatur.* 3. *Ethic. cap.* 2. *non quod ipſum eſt bonum, ſed apparens, ſed nihil refert.* 5. *Metaph. cap.* 2. *nihil autem differt bonum id, an tantum apparens dicatur*, & alijs locis. eſt expreſſa D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 8. *art.* 1. *in corpore*. Fonſecæ 5. *Metaph. cap.* 2. *quæſt.* 11. *ſect.* 4 Conimbr. *cap.* 7. *huius* 2. *quæſt.* 21. *ar.* 3. *§. ad poſteriorem*. Noſtri Caraffæ *in* 1. 2. *D. Thom. diſp.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 18. & aliorum.

Probatur primo ab excluſione cęterarum opinionum finis enim ex dictis, eſt vera cauſa, & cauſat ſecundum bonitatem, non realem, realitate exiſtentiæ, nec ſemper realitate eſſentię, ergo ſaltem bonitate apparenti, alioquin nulla bonitate cauſaret.

Probatur ſecundo. Illa bonitas eſt ſufficiens principium, quo finis cauſet; quæ eſt ſufficiens mouere voluntatem ad operandum. huiuſmodi eſt bonitas, ſiue vera, ſiue apparens tantùm, ergo. Maior patet, quia cauſalitas cauſæ finalis, vt videbimus, conſiſtit in hac motione. Minor probatur quia bonitas, vt ſic, quæ eſt ratio formalis obiecti voluntatis, abſtrahit à vera, vel apparente bonitate, ergo quælibet erit ſufficiens principium, &c.

Confirmatur. Voluntas non fertur niſi in bonum, quod tale exiſtimatur ab Intellectu, ſed intellectus poteſt falli in iudicando ibi eſſe veram bonitatem, & talem bonitatem offerre voluntati, ergo tunc mouebitur tantùm ab apparente bonitate. ergo finis poteſt cauſare per bonitatem, vel veram, vel apparentem. Modò hic reſtat ſoluendum argumentum allatum in calce quæſtionis pręcedentis huc remiſſum. Quomodo, ſi finis non eſt cauſa per veram bonitatem realem, tamen dicatur cauſa realis.

Reſpondeo igitur cum Fonſeca *loco citato quæſt.* 10. *ſect.* 3. finem verè eſſe cauſam realem, quia ſecundum eſſe reale, quod apprehenditur ab Intellectu eſt id, cuius gratia agens operatur, & quia finis non cauſat per realem influxum, ſed tantùm mouendo voluntatem, quæ motio, vt diximus, æquè poteſt ſaluari in bonitate vera, vel apparente; ideo ens, & bonum tantùm apprehenſum poteſt eſſe cauſa effectus realis, quia poteſt mouere agēs ad eius gratia efficiendum effectum realem, quod non poteſt ſaluari in ceteris cauſis, quia cauſant realiter, ſe ipſas communicando effectui; quod autem non eſt quid reale, non poteſt ſe communicare ad conſtituendum effectum realem.

Quinta Concluſio. Quodlibet bonum aſſignatum *Notab.* 2 poteſt eſſe cauſa finalis. De honeſto, & delectabili non eſt dubium, quia amantur propter ſe ipſa, & ipſorum gratia media eliguntur; difficultas eſſe poteſt de bono vtili, quia vtile dicitur bonum denominatione extrinſeca à bono honeſto, ſeu delectabili ad quod conducit; vnde non videtur poſſe participare rationem finis, ſed tantùm medij. Probatur tamen primo auctoritate D. Th. 1. 2. *q.* 12. *art* 2. *in corpore*, vbi dicit, quod licet motus, *quo itur de A. in C, per B. C, ſit finis vltimus, qui intenditur, tamen B, eſt finis, & terminus licet non vltimus*. expreſſius hoc habet 3. *contra gentiles cap.* 2. & 2. *Phyſ. lect.* 5. hinc

Probo ratione bonum vtile poſſe eſſe finem. Finis eſt id, cuius gratia aliquid operatur, ſed bonum vtile, ſeu medium, quod idem eſt, poteſt eſſe id, quod moueat ad aliquid aliud efficiendum, ergo. Sic medicina propter ſanitatē mouet ad multa præparatoria præbenda. Neque fundamentum aduerſariorum aliud probat, quia bonum vtile eſt bonum in ordine ad aliud, ideo non eſſe vltimum finem, quod vltro concedimus. Nec
inte-

[illegible] intendit Aristoteles 5. *Metaph. cap.* 2. dum dicit, omnia [illegible] intercedunt inter finem, & mouens, media esse fini[illegible], scilicet, vt vltimi finis. Est contra Suarez *disput.* 23. [illegible] *num.* 5. vbi affert plurima loca Aristotelis: verum [illegible] optime soluuntur, si dicatur intelligi de fine vltimo, & totali, ad quem subordinatione quadam omnia media conducunt, licèt vnum medium sit finis alterius.

211 Sexta Conclusio. Finis constituitur in actu primo finalizandi per bonitatem aliquo modo propriam operantis. est Aristotelis 8. *Ethicor. cap.* 2. vbi habet: *videtur autem quisque id amare quod bonum sibi est: esse simpliciter quidem [illegible] ipsum bonum, vnicuique autem id, quod vnicuique est bonum*. hæc Aristoteles ibi, & fusius *eodem lib. cap.* 5.

Probatur ratione. Finis non causat, nisi vt bonum [illegible], sed esse bonum dicit conuenientiam cum appetente, ergo causat quatenus bonum est appetenti; ergo debet esse aliquo modo bonum proprium, alioquin non esset appetenti bonum.

Confirmatur primo, quia id, quod mouet appetitum, [illegible] vel non. Si primum ergo causat [illegible] aliquo modo ei propriam. Si secundum [illegible] potest mouere, quia non mouetur, vt diximus [illegible], quod autem non est bonum sibi, est respectu [illegible] esse bonum.

Confirmatur secundo, quia quoties operamur, mouemur, vt experientia patet, ab aliquo, quod existimamus [illegible] aliquo modo propria.

Dices: [illegible] in hoc differt ab amore concupiscentiæ, quod amore amicitiæ amamus quod est bonum [illegible]; amore concupiscentiæ, quod est bonum nobis. [illegible] Beati amant Deum propter ipsum Deum, non propter se ipsos, ergo finis non semper finalizat per bonitatem [illegible] propriam. D. [illegible] antecedente, distinguo [illegible] non semper finalizat per bonitatem propriam [illegible] in proprium commodum, & concedo consequentiam, hoc enim est tantum in amore concupiscentiæ, [illegible] per bonitatem propriam, scilicet sibi [illegible], & consentaneam, & negatur consequentia, nec [illegible] proprietas bonitatis requiritur, nisi quod sit [illegible] conueniens, siue postea illud conueniens cadat in commodum alterius, siue proprium, ideo dictum est bonum debere aliquo modo esse proprium, vnde etiam Beati, licet [illegible] propter se ipsum, attamen ille actus est bonum [illegible] quia illis conueniens sic Deum amare. Aliqui quærunt, an præter [illegible] quod finalizat, sit conditio [illegible] finalizandi [illegible] quæstio nullius [illegible] videatur Amicus *quæst.* 5. *Dub* 4. *tota*. & Auersam [illegible] *quæst.* 1. [illegible] 3.

Quomodo Cognitio concurrat ad Constituendum finem in actu primo. Quæstio Tertia.

212 Supponendum [illegible] non posse ferri in obiectum non [illegible] ex communi consensu Doctorum; experientia ipsa, [illegible] voluntas nunquam prosequitur, vel fugit obiectum nisi sufficienter propositum ab Intellectu, & ratione; quia voluntas est potentia cæca, non potest igitur agere [illegible] ferri in obiectum amore, vel odio, nisi [illegible] obiectum; præterquam quod esse appetitum rationalem non naturalem pariter requirit, vt non feratur in obiectum, nisi mediante cognitione [illegible] hoc in quam supposito, & consequenter supposito finem non posse [illegible] nisi sit præcognitus iuxta commune axioma *nihil volitum nisi præcognitum*, & illud D. Augustini 3. *de Trinitate cap.* [illegible] 2. *inuisa amare possumus, incognita nequaquam*. Quæritur quomodo ad finem concurrat [illegible].

Prima Conclusio. Ad hoc vt finis finalizet, debet esse præcognitus cognitione intellectiua. est Aristotelis 3. *de Anima text.* [illegible] vbi distinguit voluntatem ab appetitu, quod illa sit in ratione, hæc verò in his, quæ ratione carent. Est etiam expressa D. Thomæ 1. *parte quæst.* 80. *art.* 2. *in corpore*, & *ad primam* 1. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. *in corpore*, & *quæst.* [illegible] *art.* 2. Caietani *in vtroque loco*. Suarez *disput.* 23. *sect.* 7 *num.* 8. Ruuij *tract.* 5. *quæst.* 4. Amici *quæst.* 5. *dub* 5. [illegible] & aliorum. Probatur ratione, quam affert Aristoteles, & est D. Thomæ *quæst. illa* 80. *citata*. Appetitus distinguuntur ab obiectis, sed obiectum voluntatis est appetibile apprehensum per rationem, ad differentiam appetitus sensitiui, cuius obiectum est appetibile apprehensum per sensum, ergo finis debet esse cognitus cognitione intellectiua.

Probatur secundo cognitio sensitiua æquè est in brutis, ac in homine, sed in brutis non est propria ratio finis, vt infra, ergo ad constituendum finem in actu non est sufficiens cognitio sensitiua, ergo intellectiua. Confirmatur, quia propter hoc vocatur appetitus rationalis.

Obijcies primo cum D. Thom. *quæst illa* 80. esse apprehensum per intellectum, vel per sensum, est quid accidentale, ergo non potest ponere tantam distinctionem inter appetitum, & voluntatem, quod apprehensum per sensum tantùm non possit mouere ipsam voluntatem. Respondeo cum eodem D. Thoma negando antecedens, esse enim apprehensum per Intellectum est quid per se competens appetibili comparato ad voluntatem, & esse apprehensum per sensum est quid per se competens appetibili comparato ad appetitum sensitiuum. 213

Obijcies secundo experientia patet voluntatem sæpè moueri ab appetitu sensitiuo sine vlla notitia intellectiua, cum aliqua vehemens passio insurgit. Respondeo negando nullam notitiam intellectiuam intercedere, sicut & benè negat Caietanus *locis citatis quæst.* 77. & *quæst.* 9. sed solum ex illo bono sensu apprehenso indirectè mouetur voluntas, quatenus ex phantasmate propter vehementem passionem alterato, & malè affecto, ex quo pendet intellectus in operari, trahitur quodammodo iudicium intellectus, ad iudicandum conueniens, quod re vera non est conueniens, ex quo iudicio mouetur voluntas ad illud prosequendum; videatur Caietanus *quæst. illa* 77. *citata in principio artic.* 2. & Fonseca 9. *Metaph. cap* 2. *quæst.* 6. *sect.* 4. qui optimè hanc doctrinam explicat. Nec video cur pro contraria parte citetur ab Amico, cum omnino illam impugnet ibi §. *sunt autem*. & per hæc patet etiam ad auctoritatem D. Thomæ 1. 2. *quæst.* 1[illegible]. *art.* 3. vbi dicit, voluntatem moueri etiam a bono apprehenso per sensum, scilicet indirectè, non directè; ideo enim dicit ibi, quod si nulla vis rationis superest propter passionem, nec etiam est motus voluntatis; sed tunc homines se habent ad modum brutorum. Legatur ibi D. Thom. & constabit quomodo Sanctus Doctor semper requirat rationem ad motum voluntatis.

Secunda Conclusio. Cognitio necessaria ad finem constituendum causam finalem in actu primo debet esse iudicatiua, & practica. est Aristotelis 3. *de Anima cap.* 7. vbi loquens de Anima, quatenus aliquid prosequitur, vel fugit dicit: *atque cum bonum, aut malum esse dicit affirmando, aut negando tunc fugit, aut prosequitur*: est etiam Diui Thomæ 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 1. & *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 3. expresse Suarez *num.* 9. Amici *dub.* 6. *art.* 3. & aliorum. Citatur in cōtrarium Scotus *in* [illegible] *dist.* 6. *quæst.* 1. *ad* 3. sed ille tota illa quæst. videtur tantùm velle voluntatem posse moueri voluntate complacentiæ ab obiecto simpliciter apprehenso, non autem voluntate efficaci operante propter finem, de qua nostra Conclusio procedit. Videre ipsum. 214

Probatur primo quoad vtranque partem. Finis mouet appetitum ad sui prosequutionem, ergo vera conclusio. Probatur cōsequentia non potest mouere nisi vt bonum proponatur ex dictis, ergo Intellectus debet primo iudicare esse bonum, nec potest vt bonum abstractè, sed quatenus hic, & nunc determinatè est bonum sibi hoc præstare, ergo debet practicè iudicare.

Probatur secundo. Finis est id, cuius gratia aliquid fit, ergo cognitio, quæ proponit finem, illum proponit simul iudicans aliquid efficiendum esse, eius acquirendi gratia, ergo cognitio practica.

Probatur tertio, quia ad saluādum iudicium practicum sufficit si sit cognitio dictans aliquid efficiendum, licet tunc eodem actu non dictet modum efficiendi, sed cognitio proponens obiectum voluntati, illud proponit, vt assequatur, ergo est cognitio practica; & si postea alio actu deliberet de medijs ad illud acquirendum: intercedit enim hic ordo, vt quilibet potest experientia experiri in se ipso, vt primo proposito obiecto conuenienti ab Intellectu illud velit: secundo inuestiget de medijs, & consultet. Tertio eligat media. Quarto deueniat ad actum executionis. hæc ratio est maximè probatiua.

Obijcies primo. Quælibet cognitio est sufficiens ad osten- 215

ostendendum obiectum voluntati, ergo non requiritur cognitio iudicatiua, & practica. Confirmatur, quia ex pura apprehensione obiecti multoties lætamur, vel tristamur, ergo sola cognitio apprehensiua est sufficiens. Ad Argumentum respondeo ad antecedens, quamlibet cognitionem esse sufficientem ad ostendendum obiectum voluntati, sed non esse sufficientem ad illam mouendam, nisi vel formaliter, & explicitè sit iudicatiua illud obiectum bonum appetenti, vel saltem sit iudicatiua virtualiter, illud esse bonum, licet expresè non affirmet bonum. Ad confirmationem respondeo semper intercedere aliquod iudicium saltem virtuale, ideò enim aliquando terrentur, aliquando verò homines letantur, quia diuerso modo Intellectus repræsentat obiectum nunc conueniẽs, nunc disconueniens.

Obijcies secundo. Multi operantur ex habitu, sine vllo iudicio, ergo. & confirmatur ex pueris, & amentibus, qui carent iudicio, & tamen habent suos fines. Ad Argumentum respondeo, fuisse aliquando iudicium formale, vel virtuale de operibus, quæ ex habitu efficiuntur; & hoc satis est, non enim est necesse, vt actu, & semper intellectus conseruet repræsentatum obiectum voluntati, sed satis est, si semel sufficienter repræsentet, ita vt mota voluntas ad illud deinde prosequendum, vel fugiendum progrediatur, licet expresè de illo non cogitet intellectus. Ad Confirmationem respondeo, in pueris, & amentibus esse iudicandum, quod operentur propter finem ex proportione iudicij, si nullo iudicio valeant, operabuntur more brutorum; neq; facit negotium dari motus primo primos, in quibus videtur nullum intercedere iudicium, intercedit enim, sed sine deliberatione.

216 Tertia Conclusio. Cognitio requisita ad hoc, vt finis finalizet, est tantùm conditio sine qua non, non autem principium. Hęc conclusio dicitur contra Soncinnatem, Holchot, Gregorium, Paludanum, & alios apud Ruuium *loco infra citando*, & Amicum *tract.* 13. *quæst.* 5. *dub.* 7. Est tamen conformis D. Thom. 1. *parte quæst.* 82. *art.* 3. *in corpore*, citatur etiam in alijs locis à Ruuio, quem ipse sequitur *tract. de Causa finali quæst.* 5. *num.* 41. illis tamen locis non habetur quid expressius. Est Ferrar. 1. *contra Gentiles cap.* 44. §. *sciendum secundo*. Caiet. 1. 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *in responsione ad primum*. Pererij *lib.* 8. *cap.* 4. Ouiedi, Auersæ, & aliorum tùm veterum, tùm recentiorum, & Noster Carafa eam vocat conditionem intrinsecam, & insupplebilem à Deo 1. 2. *quæst.* 1. *disput.* 4. *num.* 15.

Probatur primo ratione Caietani. Ratio appetibilis, & ratio finis est eadem, at ratio, cur aliquid appetatur non est esse in anima, seu esse cognitum, sed esse reale ipsius appetibilis, ergo cognitio non est principium, ergo tantùm conditio sine qua non. Confirmatur, quia appetitus illud appetit, per quod potest satiari, sed non satiatur per esse cognitum obiecti, sed per esse reale, ergo.

Probatur secundo. Finis est primum in intentione, vltimum in executione, ergo illud tantùm erit finis in intentione, mouens, seu alliciens appetitum, quod per proportionata media vltimo acquiritur ab appetitu, sed hoc est tantùm esse reale ipsius finis, ergo cognitio non est principium, sed tantùm conditio. Confirmatur nam finis secundum id causat, secundum quod est bonum appetenti, conueniens, &c. ex dictis, sed est bonum tantùm secundum esse reale; & esse cognitum est tantùm medium, quo cognoscitur bonum, seu quo offertur voluntati bonum, ergo tantùm esse reale est principium finis, & cognitio, conditio sine qua non, sicut de approximatione agentis ad passum, per cognitionem enim quodammodo obiectũ approximatur voluntati.

217 Sed contra obijcitur primo ex Auerroe 12. *Metaphys. comment.* 36. vbi dicitur, *forma Balnei, in quantum est in anima, est agens desiderium, & motum; secundum autem quod est extra animam, est finis motus*. Respondeo cum Caietano *loco citato*, ly *in quantum*, non importare principium causandi, seu finalizandi, sed explicare, finem non causare, nisi sit in intentione, quod est verum, non autem determinat quomodo concurrat esse cognitum, immo videtur nobis [illegible]ere, vt notat Pererius, dum subiungit, formam [illegible] secundum esse, quod habet extra animam, scilicet esse reale, formali rationem finis motus. Videtur autem per hunc locum benè probari obiectum cognitum effectiuè concurrere ad actum voluntatis, sicut & multa alia argumenta afferuntur ab aduersarijs; sed non est hic locus, solum quærimus, an cognitio habeat rationem principij finalizandi, an sit tantùm conditio sine qua non.

Obijcies secundo ex auctoritate Diui Thomæ à nobis concessa. cognitio distinguit obiecta appetitus sensitiui, & intellectiui, ergo pertinet ad rationem formalem obiecti, quia tantùm obiecta potentias distinguunt. Confirmatur, nam diuersæ cognitiones causant diuersos actus, [illegible] enim cognitus, vt absens causat desiderium; vt præsens gaudium; vt absolutè amorem. Confirmatur secundo ex visione Dei clara, & obscura diuersus amor causatur, ergo cognitio finis non est tantùm mera conditio.

Ad Argumentum pro responsione Notandum, cognitionem posse sumi dupliciter. Primo formaliter, quatenus cognitio est, seu quatenus clara, obscura, &c. quod solet dici ex parte subiecti. Secundo applicatiuè, seu ex parte obiecti, scilicet quatenus applicat diuersa obiecta, seu diuersas rationes formales eiusdem obiecti voluntati; hoc notato, respondeo, cognitionem applicatiuè sumptam variare appetitus, non autem formaliter: quando dicit ergo pertinet ad rationem formalem obiecti, nega consequentia, quia non distinguit per se primo, sed [illegible] vt applicans diuersa obiecta; & ideo est pura conditio, & in hoc sensu intelliguntur omnes auctoritates D. Thomæ si quãdo dixit, ex cognitione oriri variationem finis, & & per hæc patet ad vtranque confirmationem, ex cognitione enim oritur illa actuum diuersitas, sed ex cognitione applicatiuè, quatenus applicatur voluntati diuersa ratio formalis obiecti: quæ doctrina est maximè notanda pro multorum argumentorum solutione. videte Suarez, *disput.* 23. *sect.* 8. *num.* 11. *& sequentibus*.

Obijcies tertio existentia causæ, ex dictis, non est mera conditio, sed pertinet ad principium formale causæ, sed causa finalis non habet nisi existentiam in intentione, seu in cognitione, ergo non est mera conditio. Respondeo transeat maior (de qua vide quæ supra dixi *tract. praeced. quæst. septima*) distinguo minorem, non habet existentiam in actu exercito nisi in intentione, concedo minorem, non habet existentiam realem in actu signato [illegible] in apprehensione, quatenus finis apprehenditur secundum esse reale posse existere, & acquiri, siue sit esse reale possibile verum, siue apparenter tantùm, & nego minorem, quare negatur consequentia, finis enim causat [illegible] dum esse reale apprehensum, quod includit etiam existentiam realem apprehensam, & existentia illa in apprehensione est tantùm conditio sine qua non: hæc est enim differentia inter causam finalem, & cæteras propter diuersos modos causandi, quòd illę requirunt existentiam realem in actu exercito, causa finalis tantùm in actu signato aliam responsionẽ satis acutam dat Ouiedo *Phys. controuers.* 11. *punct.* 2. quam non affero breuitatis gratia, cum iam data soluat adæquatè argumentum.

De Causalitate Causæ Finalis. Quæstio Quarta.

VArias opiniones de causalitate finis, & varios modos eam explicandi colligunt Suarez *in Metaph. disp.* 23. *sect.* 4. Conimbr. *disp.* 25. *cap.* 27. 1. *Phys. quæst.* 21. Ruuius *de Causa Finali quæst.* 3. diffusius vero Amicus *tract.* [illegible] *quæst.* 4. & Auersa *quæst.* 13. *citata sectio.* 5. pro nostra sententia.

Notandum primo aliud esse operari formaliter propter finem; & aliud operationem esse effectum causæ finalis. operari enim propter finem formaliter importat agentem moueri à fine, quem cognoscat, & propter illum operari. quod vt *quæst. sequenti* habet locum solum in creatura intellectiua; operationem autem esse effectum finis dicit tantum esse factum propter aliud; quare hæc duo sunt separari; sic ignis comburens non agit propter aliquendo propter finem, quia ipse finem non cognoscit nec se ipso ad illum mouetur, est tamen combustio effectus alicuius finis, quia ad aliquem finem ordinatur [illegible] rem à natura. sumitur hæc doctrina à D. Thoma 1. 2. [illegible] 1. *art.* 2. *in corpore*.

Notandum secundo eò ipso quod finis concept[illegible] uet voluntatem ad sui prosequutionem, eff[illegible] nis esse omnia, quæ adhibentur ad conse[illegible] siue sint actus ipsius voluntatis [illegible] diorum, Consultatio, siue sint actus [illegible]

[illegible], dum peragitur consequutio finis, vt [illegible] Fonseca *lib. 5. cap. 2. sect.* 2. & Amicus *loco citato* [illegible] 2. quare in explicanda causalitate finis debemus [illegible] quo mediante dicatur causa actu ad omnes [illegible] effectus, & ipsos causet; causalitas enim [illegible] inter causam, & effectum.

[illegible] Conclusio. Causalitas finis non consistit in hoc [illegible], quod alliciatur voluntas ad operandum, seu, vt [illegible] in motione metaphorica. Censetur hæc [illegible] contra sententiam magis communem Philosophorum, & Theologorum dicentium finem causare [illegible] metaphorice, & explicant hunc motum dici [illegible] quia est tantum a fine, per modum attra[illegible] alliciendi [illegible] voluntatem [illegible] a vera præsupposita [illegible] ad differentiam [illegible] efficientis, qui [illegible] quam doctrinam dicunt desumptam [illegible] *de Generatione text.* 55. vbi loquens Ari[illegible], quæ est finis Medici, & ægroti, dicit [illegible]

219 [illegible] Prima [illegible] motio metaphorica non [illegible] ergo non est causalitas ipsius. C[illegible], quia per causalitatem effectus pen[illegible] fieri effectus. Antecedens [illegible] causæ finalis sunt omnes actus [illegible] quæ ordinantur ad consequi[illegible] effectus vnitatis in genere causæ [illegible] [illegible]catio de modo eam ac[illegible] eiusdem, & [illegible] at mo[illegible] entis est tantum in vo[illegible] effectus eliciendus imperan[illegible] finis. Confirmatur, [illegible] circa id, quod propter ipsam [illegible] id, quod ipsa effe[illegible], quæ [illegible], ergo [illegible] sed circa volunta[illegible].

[illegible] causalitas non potest poni, quin [illegible] sed [illegible] causa fine [illegible] ergo non est causalitas. Mi[illegible] volun[illegible] medi[illegible] per intelle[illegible] quod sit in continua[illegible] in se experiri, sed omnes illæ [illegible] vere aliquis mouetur [illegible] *loco citato de Generatione* [illegible] z t, & [illegible] finis, nec li[illegible] voluntati

[illegible], quia causa & [illegible] non potest esse [illegible] aliter, ergo non est [illegible] est cau[illegible].

220 Pr[illegible] nihil medi[illegible] metaphoricam, & [illegible] aliquid medi[illegible], ergo non est causalitas. Minor probatur [illegible] causa [illegible] de medijs, [illegible].

Sed [illegible] Suarez *num.* [illegible] exter[illegible] distinctus ab actu interno [illegible] ti[illegible] & non quid [illegible] tamen [illegible], qua [illegible] vult finem, vult etiam execu[illegible] & [illegible] scribere vult scriptionem, [illegible] effectus, [illegible] nihil mediat. Sed

Contra, [illegible] scriptio, & omnes actus externi physice [illegible] effectus finis, ergo habent, vt sic aliquam cau[illegible] non motionem metaphoricam, quia etiam per [illegible] Suarez inter hos effectus physice sumptos, & illam [illegible] aliquid mediat, ergo. Quare ipse Amicus vi[illegible] Suarez parum subsistere ipsi impu[illegible] respondet *dub.* 2. *nu.* 14. finem habere causalitatem [illegible] respectu actuum externorum, & causalita[illegible] tantum præsupponi, quia etiam ipsi actus externi fiunt immediate propter finem, optima doctrina, ex qua infero meum intentum, ergo motio metaphorica non est causalitas, quia inter ipsam, & actus externos aliquid mediat.

Secunda Conclusio. Causalitas finis in hoc consistit, vt eius gratia aliquid fiat. Hæc doctrina nedum est contra communem sensum Philosophorum, immo etiam conformis Aristoteli *hic text.* 31. vbi explicans causam finalem formaliter, dicit *esse id, cuius gratia cætera fiunt*, ergo causalitas finis per Aristotelem est quod aliquid fiat eius gratia, ex definitione enim causarum, causalitates cognoscuntur, vt bene Fonseca, sic informatio est causalitas formæ, quia forma est id, quod materiam actuat, & actuando componit compositum, & sic de cęteris, cum igitur per Aristotelem finis sit id, cuius gratia cętera operamur, eius causalitas in hoc consistet, quod eius causa aliquid fiat. est etiam conformis D. Thom. 1. *contra Gentiles, cap.* 75. *ratione* 5. vbi dicit, causalitatem finis in hoc cõsistere, *quod propter ipsum alia desiderentur*, quod idem est, ac eius gratia cętera fiant, seu applicentur. sequitur Ferrar. *ibidem*. Caiet. 2. 2. *quæst.* 17. *art.* 5 §. *ad euidentiam huius*. Fonseca 5. *Metaphys. quæst.* 10. *sect.* 4. *cap.* 2 & Conimbric. *loco citato*; Noster Carafa, 1. 2. *quæst.* 1. *disput.* 6. *num.* 13. Amicus *loco citato dub.* 1. *conclus.* 1. huius sententiæ meminit, & Auersa *sect.* 5. *citata*. immo ipse Suarez eam admittit saltem respectu Dei, *disput. citata, sect.* 9. *num.* 9. vbi dicit, causalitatem finalem respectu effectuum Dei ad extra in hoc consistere, *quod omnia sint ordinata ad eius bonitatem, & propter ipsam communicat se.* ex qua Doctrina,

Argumentor ad hominem, & erit prima probatio nostræ conclusionis. Causalitas finis respectu Dei non est motio metaphorica, sed quod gratia alterius aliquid efficiet, ergo causalitas finis simpliciter consistit in hoc, quòd eius gratia aliquid efficiatur. probatur consequentia, quia gratia alterius reperitur in quocumque effectu causæ finalis, ergo si respectu effectuum Dei est sufficiens causalitas, cur non respectu cæterorum? 221

Dices in Deo non potest dari vera motio metaphorica, quia vere eius voluntas moueatur, benè respectu voluntatis creatæ. Sed contra, quidquid sit de hoc, ad summum sequitur non dari causalitatem finalem respectuum effectuum agentis per intellectum creati, nisi eius voluntas alliciatur ad operandum, quod vltro concedo, sed nego in hoc præcise consistere causalitatem finalem, propter rationes adductas in *conclusione*.

Probatur secundo statim ac aliquid gratia alterius fit, habetur causa finalis actu, ergo in hoc consistit eius causalitas. Consequentia probatur, quia per causalitatem tantùm ponitur causa in actu. Antecedens etiam probatur, finis enim, vt nomen sonat importat ad ipsum aliquid motum, hoc autem habetur cum aliquid fit alterius causa, seu propter aliud, ergo. Confirmatur, quia principium, quo finis finalizat est bonitas, quatenus ab ipsa mouetur voluntas ad aliquid operãdum propter ipsam bonitatem, tanquam finem, ergo tunc finis finalizat, cum eius gratia aliquid operatur, ergo in hoc cõsistit eius causalitas, quod aliquid eius gratia operetur.

Sed contra instabis primo ex eo quod aliquid gratia alterius fiat, nihil ponitur in causa, ergo non est causalitas. Probatur consequentia, quia causalitas dicit aliquid in causa, quod prius non erat. Confirmatur, quia sic sequitur omnem terminum motus esse causam finalem eiusdem, & omne obiectum causam finalem actuum, quod est falsum. ad argumentum concesso antecedente, negatur consequentia, quia ad causalitatem causæ finalis satis est, si dicat aliquam denominationem extrinsecam, vt diximus de causa efficiente *tract. præcedenti quæst.* 5. ex eo enim quod aliquid fit in ordine ad aliud, per hanc solam extrinsecam denominationem, quod gratia ipsius aliquid efficiatur, ponitur causa finalis actu, quæ prius erat tantùm potentia. ad confirmationem respondeo concedendo totum, si vnum fiat propter aliud, licet aliquando non dicantur effectus finales, eò quod, qui illa efficit immediatè non operetur propriè propter finem, cum illum non cognoscat, nec ad illum ordinet, hoc tamen non tollit, quin sint effectus finis, vt statim dicam.

Instabis secundo stante hac sentẽtia etiam effectus causarum naturalium, qui fiunt propter aliud, essent effectus causæ finalis, ergo non solum homo agit propter finem. 222

Re-

Respondeo negando consequentiam, aliud enim est agere propter finem; aliud effectum habere causam finalem, vt dixi *Notab.* 1. licet enim agentia naturalia forsan, quod videbitur *quæstione sequenti*, non agant propter finem, quia illum non cognoscunt, nec ad illum ordinant suos effectus, attamen effectus sunt ab aliqua causa finali, cuius gratia fiunt, sic ordinati ab ipso auctore naturæ. ex quo

Sequitur (quod est admodum aduertendum) motionem illam metaphoricam in agente nec ponere, nec tollere finalitatem respectu effectuum, sed solum facere, quod agens creatum immediatè illos producens, dicatur agere propter finem, si sic alliciatur, & moueatur. Si verò non moueatur, non dicatur propriè agere propter finem.

Instabis tertio. Finis finalizat ex dictis, quatenus quoddam bonum, quia voluntas non mouetur ad operandum, nisi ab aliquo sibi bono, ergo in motione voluntatis consistit causalitas finis.

Negatur consequentia, solum sequitur nihil fieri gratia alterius tanquam finis, nisi sit aliquod bonum, propter quod aliqua voluntas moueatur, vt gratia alterius vnum efficiatur, non autem in hac motione consistit causalitas, sed in hoc, quod gratia illius boni aliud efficiatur.

Quibus conueniat agere propter finem.
Quæstio Quinta.

223 PRima Conclusio. Deus operatur ad extra propter finem. Hæc conclusio sumitur primo ex Scriptura sacra *prouerb.* 18. *vniuersa propter se ipsum operatus est, Deus.* & *ad Ephes.* 1. *qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*, & plurimis alijs locis, vbi aperte innuitur causa finalis.

Probatur secundo ratione. Illud agens dicitur operari propter finem, quod vnum ordinat ad aliud, & efficit propter aliud cognoscendo finem, propter quem efficit, & ad quem illud ordinat sed Deus est huiusmodi, ergo. Maior est D. Thom. 1. 2. *quæst* 1. *artic.* 2. & *quæstio.* 6. *art.* 2. Minor probatur, quia, vel operationes Dei sunt factæ casu, & hoc non, vel propter aliquem finem, & si sic, vel ab ipso cognitum, & habeo intentum, vel ab alio, à quo illæ actiones in finem dirigantur, quod est absurdum, ergo.

Confirmatur primo, quia omnes actiones rerum naturalium sunt effectus finales, non respectu naturalium agẽtium, quæ finem non cognoscunt, & consequenter illas ordinare non possunt in finem, ergo respectu Dei illas ordinantis, vt docet D. Thom. *quæst.* 6. *illa citata*, ergo Deus agit propter finem.

Confirmatur secundo actiones Dei ita se habent, vt fiãt gratia alterius, ergo habent causam finalem, ergo Deus agit propter finem, adde quod si hoc conuenit creaturæ rationali proprijssimè, ergo multo magis ipsi Deo. Est conclusio de Fide, quia alioquin tolleretur Prouidentia Diuina; quæ est destinatio rerum in finem per proportionata media, ideo dicitur *ad Rom.* 8. *quæ sunt, à Deo ordinata sunt.*

224 Contra hanc conclusionem solum potest obijci, Deus non habet aliquid creatum in se, vt fides docet, ergo non habet aliquam causam finalem, ergo non operatur propter finem. ob hanc difficultatem reperiuntur apud Theologos varij modi explicandi, qua ratione Deus operetur propter finem, vt est videre apud Amicum *quæst.* 6. *dub.* 1. *tota.*

Respondeo cum D. Thoma 1. *contra Gentiles cap.* 86. & 87. & Ferrariensi *ibidem*, Deum operari propter finem, quem cognoscit, & ad quem ordinat effectus finales, non quia finis moueat voluntatem diuinam ad operandum, quia eadem omnino entitas inuariata, est voluntas, actus volendi, sua bonitas, &c. nec vllo modo mouetur, sed finis est tantùm ratio volendi cætera, quod non dicit aliquam imperfectionem in Deo, sed solum Deum absque vlla motione velle vnum propter aliud, ita vt si Deus esset capax motionis, ab illo moueretur ad aliud volendum, quod est dicere esse veram causam finalem in effectibus Dei, non in Deo efficiente, vnde ad argumentum in forma, concesso antecedente, & prima consequentia, negatur secunda, quia magis pater agere propter finem, quam agentis voluntatem moueri à fine, quia finis potest esse tantùm ratio volendi sine vlla motione; quamuis hanc rationem volendi ob nostrum modum intelligendi perfectum, difficiliter queamus explicare sine motione, vt rectè Ferrar. *cap.* 87. ex quo patet quam benè po[...] mus causalitatem finalem non in motione, sed in esse id, cuius gratia aliud fit, quia in Deo effectus habent v[...] causam finalem, non tantum est aliqua motio.

Alia argumenta possunt obijci, attamen hac obs[...] tione, & distinctione D. Thomæ omnia soluuntu[...] pendere à fine, esse causatam à fine, esse posterius [...] verificantur in operante propter finem vere moue[...] ipsum operans, non autem in eo, in quo finis est [...] ratio volendi vnum propter aliud. plura habet [...] *loco citato*, sed excedunt limites Philosophiæ, & *in* [...] *tract. de Volunt.* habebis optimè explicata.

Secunda Conclusio. Angeli agunt propter fine[...] p[...] batur ex 9. *Daniele* vbi dicitur de Angelo Gabriele, [...] *vt docerem te*, ergo aduentus Angeli Gabrielis fi[...] quam ad finem ordinatus, vt doceret Danielem [...] Angeli agunt propter finem.

Secundo probatur. Angeli sunt intellectuales, [...] fectiores hominibus, sed homines agunt propter [...] vt *conclusione sequenti* dicetur, ergo etiam Angeli [...] firmatur, quia Angeli præsident ad animarum gu[...] tionem, sed hæc gubernatio est dirigere anima[...] prium finem per proportionata media, ergo A[...] propter finem.

Tertia Conclusio. Homo agit propter finem [...] tur primo auctoritate Aristotelis 2. *Phys. tex.* 49. vb[...] *sunt autem propter aliquid, & quæcunque ab Intellect[...] tur, & quæcunque a natura*, & est communis omni[...] losophorum, & Theologorum cum D. Thoma, 1. 2 [...] 1. *art.* 1.

Probatur secundo, quia vel est sermo de actibu[...] homo liberè exercet, vel de illis, quos quasi natura[...] de liberis, ad illos eliciendos se ipso determinat, er[...] pter aliquid se determinat potius ad hunc, quam [...] actum eliciendum, ergo illos operatur propter fi[...] sit sermo de actibus, quos elicit non omnino libe[...] quasi naturaliter, etiam probatur, huiusmodi act[...] quem finem tendunt, vbicunque enim est causa e[...] est etiam finalis, vt docet Philosophus 3. *Metaph. te*[...] 1. *de Generatione tex.* 51. ergo agunt propter [...]

Dices [...] actu [...] homo n[...] terrentia [...] subita passio peruertit iudicium, vt in primis [...] quia verè caret iudicio, vt in pueris, amentibus, [...] tibus, &c. ergo homo non semper agit propter [...] spondeo dupliciter ab aliquo posse agi propter fine[...] mo directiuè, & formaliter cognoscendo ipsum [...] applicando media ad illum consequendum. Secu[...] rectè, & materialiter; videlicet non cognoscen[...] finem, neque applicando medium propter [...] ex se, sed tantùm efficiendo actum ab alio determi[...] propter talem finem, ad quem actum [...] spondeo igitur, vel in huiusmodi actibus, de qu[...] cedit instantia, est libertas aliqua, ita vt se ipsis [...] terminent, de quo non est hic locus disputandi [...] est aliqua libertas; si primo modo, efficiuntur pr[...] nem directiuè. si secundo modo, directè

Quarta Conclusio, Bruta agunt propter fine[...] tum tantùm materialiter, non formaliter. quod [...] gant propter finem, est Aristotelis 2. *Phys. text.* [...] mæ 1. 2. *quæst.* 1. & 6. *art.* 2. & alibi, est communis [...] micum *quæst.* 6. *dub.* 3. & Auersam *quæst.* [...] *citata*, [...] probatur vnica ratione. Bruta cognoscunt obie[...] propter illa aliqua operantur, vt patet in oue fu[...] lupum, ergo operantur propter finem; quod et[...] scant tantùm materialiter probatur, quia non cogn[...] finem, vt habentem proportionem cum talibus & [...] medijs, ad quem illa dirigantur, quod est co[...] nem formaliter ex D. Thoma *quæst.* 6. *citata*, se[...] præsentiam t[...] is obiecti, phantasia r[...] [...], vel [...] cumstantijs illud repræsentat, & æstim[...]tiua na[...] dam instinctu iudicat illud prosequẽdum, vel f[...] quod iudicium naturaliter sequitur appetitus [...] lem finem, quem [...] liter vt finem n[...] ab agente superiore ad illum dirigitur. Qu[...] cet cognoscant obiectum, tamen nõ a[...] nisi directè, quia non liberè se determin[...] cognoscunt illum bonum, vt *quod*, qu[...] cog[...]

[illegible] ſuis [illegible] pria natura, ſed tantùm vt *quo*, [illegible] appetitus ad hoc, vel illud fa- [illegible] moueretur niſi eſſet bonum.

[illegible] Concluſio. Agentia naturalia agunt propter [illegible] agens naturale, prout diſtinguitur ab [illegible] eſt Ariſtotelis 2. *Phyſ. à tex.* 75. [illegible] *quæſt.* 1. *art.* 2. 3. *contra Gentiles cap.* 2. Sua- [illegible] & Amici *quæſt.* 10. 6. *dub* 5. qui commu- [illegible] exceptis aliquibus ex antiquis, qui [illegible] euenire dicebant, & ex recentioribus Gabrie- [illegible] *quæſt.* 1. Auerſa *ſect. citata* dicit, hanc conclu- [illegible] D. Thomę, Suarez, & alijs; verùm mi- [illegible] in verbis tantùm, & quod re vera ſint pro [illegible], ideo illos citaui. Probatur ratione Ariſto- [illegible] effectus naturales, vel fiunt propter aliquem [illegible], & fortuna; non caſu, & fortuna, quæ enim [illegible] non ſemper, vel ſæpius eodem modo ſucce- [illegible] agentium naturalium ergo propter aliquem [illegible] concluſio. alias rationes habet Ariſtote- les. Verum [illegible], cum agentia naturalia careant [illegible] non agere propter finem, niſi di- [illegible]. Quare licet effectus propriiſſimè [illegible] gratia alterius, in quo po- [illegible] tamen agentia non [illegible] propter finem, vt diximus de [illegible], vt finem, neque ad illum di- [illegible] ab ipſo Deo, ſeu intelligen- [illegible] *contra Gentiles cap.* 24. ad [illegible] finis.

Tractatus Septimus. Qui eſt de Comparatione Cauſarum.

MVlta [illegible] ſumantur, mul [illegible], ideo poſt Tractatio- [illegible] ſequitur, vt etiam tra- [illegible] poſſunt controuerti de cauſis [illegible] ſit igitur ſeptimus Tractatus de Cō- [illegible] arum.

Vtrum Cauſæ ſint ſibi Inuicem Cauſæ.

Quæſtio Prima.

227 NOtandum [illegible], dupliciter in præſenti nos poſſe [illegible] cauſæ. Primo materialiter pro re, quæ [illegible], ver. gr. pro igne, pro calore, &c. Secundo formaliter [illegible] cauſat, ver. gr. pro igne, prout actu [illegible], & vtroque modo eſt difficultas, an [illegible] cauſæ.

[illegible] ſecundo quæſtionem, poſſe eſſe primo, an [illegible] in eodem genere cauſæ, re- [illegible] eiuſdem rationis [illegible], ver. g. deambulatio pro- [illegible] in genere cauſæ efficientis, an etiam ſani- [illegible] producere deambulationem pariter in genere cauſæ efficientis. Secundo poſſe eſſe quæſtionem in di- [illegible] genere, pariter reſpectu eiuſdem rationis formalis, verbi gratia materia eſt cauſa ſubiectiua formæ, an etiam forma in genere alterius cauſæ, nempe formalis poſſit cau ſare materiam, ita vt ad inuicem dependeant tanquam [illegible]

Notandum tertio, quod etiam diximus *in Logicis tract.* 3. *in poſtprædicamentis cap. de priori* dari quoddam genus prioritatis, quod vocatur ſecundum naturam, & [illegible] inter ea, ex Ariſtotele 5. *Metaphyſ. cap.* 11. quæ [illegible] ſe habent, vt vnum pendeat ab alio, non è contra, qua prioritate quælibet cauſa dicitur prior ſuo effectu, quia eſſe poteſt ſine effectu, non è contra; vnde dicit Philoſophus in hac prioritate non dari conuertendi conſequentiam, immò aliqui exiſtimant apud Amicum *in Logica tract.* 18. *quæſt.* [illegible] *dub.* 6. hoc genus prioritatis reperiri tantum inter cauſam, & effectum, ideo dicunt appellatum ſecundum naturam, quia natura eſt principium motus, & hæc prioritas ſemper inuoluit aliquam cauſalitatem.

228 Prima Concluſio. Cauſæ non ſunt ſibi inuicem cauſæ, nec in eodem, nec in diuerſo genere, reſpectu propriarum [illegible], ſeu virtutis cauſandi. Probatur ratione vni- [illegible] Cauſa, vt cauſet ſupponitur in ſuo eſſe, per quod [illegible] non poteſt hoc eſſe recipere à ſuo effectu, ergo cauſæ non ſunt inuicem cauſæ. Antecedens patet, prima conſequentia probatur, quia quod eſt poſterius, non poteſt dare eſſe priori, à quo pendet. Secunda item probatur, effectus non poteſt dare eſſe cauſæ, ergo non eſt cauſa reſpectu illius, ergo non ſunt inuicem cauſæ.

Confirmatur primo, confirmatione item vniuerſali. Cauſari ſecūdum virtutem cauſatiuam eſt poni extra ſuas cauſas, quoad illam virtutem, ergo cauſæ non poſſunt eſſe inuicem cauſæ, quoad virtutem cauſatiuā. Probatur conſequentia, cauſa *A*, cauſauit effectum *B*, vtique per virtutem exiſtentem extra ſuas cauſas, ergo effectus cauſaret quod iam eſt cauſatum, ergo non poſſunt eſſe inuicem cauſæ.

Confirmatur ſecundo: idem ſecundum idem eſſet prius, & poſterius; daretur conuertendi conſequentia in vera prioritate ſecundum naturam, & multa alia abſurda, quæ enumerant Amicus *tract.* 14. *quæſt.* 3. *art.* 3. *nu.* 19. & Hurtadus *in Phyſ. diſput.* 8. *ſect.* 8.

Sed contra inſtabis primo, entitas formæ cauſatur à materia, de cuius potentia educitur, & entitas materiæ à forma, quia ſine forma eſſe non poteſt, ergo materia, & forma ſunt inuicem cauſæ, ſaltem in diuerſo genere reſpectu entitatum, & virtutis cauſatiuæ. Confirmatur, ſanitas eſt cauſa finalis deambulationis, deambulatio cauſa efficiens ſanitatis. Reſpondeo formam cauſari à materia, at materiam tantùm pendere à forma, vt à conditione ſine qua non, vt diximus, non quia ſuam exiſtentiam recipiat ab illa, ſed quia ipſa eſt talis naturæ, vt ſemper det exiſtentiam formæ, ſicut paſſiones reſpectu naturarum, vnde pendet in poſteriori ſigno naturæ, quia eſt huiuſmodi entitas, vt ipſa poſita, debeat poni, & forma: quo pacto ſe habent etiam accidentia, reſpectu ſubſtantiæ, quare negatur conſequentia. Ad Confirmationem reſpondeo, deambulationem cauſare ſanitatem ſecundum eſſe reale, cauſari vero ſecundum eſſe intentionale ab eadem, quod non eſt abſurdum, vt *ſequenti concluſione*, quia ſic optime ſaluatur, quod entitas cauſæ, ſecundum quam cauſat præſupponatur ad effectum, & non fiat ab illo.

Sed contra reſponſionem ad argumentum poteſt inſtari, materia pendet in ſuo eſſe, tanquam à conditione ſine qua non, ſed omnis conditio ſine qua non, & conſequens eſt aliquo modo cauſa, ergo ſunt inuicem cauſæ. Confirmatur ratio, cur negemus hanc mutuam cauſalitatem eſt, quia ad cauſandum effectum præſupponitur virtus cauſæ, ideo non poteſt illa virtus cauſari ab eodem effectu, ſed forma non poteſt ſupponere virtutem cauſæ, quia hęc virtus eſſe non poteſt ſine forma, ergo forma eſt cauſa materiæ. Reſpondeo, materiam pendere in ſuo eſſe à forma, ſed non pro illo ſigno, in quo eſt cauſa formæ, ſed in poſteriori ſigno, quia primo eſt materiam eſſe, quam formam cauſari, ſicut prius eſt materiam eſſe, quam agens agere, ſine quo tamen forma eſſe non poteſt, vnde ex eò quòd omnis conditio eſt aliquomodo cauſa, tantùm ſequitur cauſare materiam ſecundum diuerſam rationem, quam ab illa cauſetur, quia cauſatur ab eius entitate ſimpliciter exiſtente, illam autem aliquo modo cauſat, quatenus iam exiſtentem conſeruat, quod vltrò concedimus, quia non offendimus in hoc, quod effectus, vt efficitur, ſupponat virtutem cauſæ, & tamen eandem cauſet. 229

Per hoc patet ad confirmationem, formam ſupponere virtutem cauſæ, neque illam cauſare; cum dicitur, non poteſt eſſe ſine forma, concedimus in duratione temporis, tamen poteſt eſſe ſine illa in duratione naturæ, vt ita dicam, in qua illam cauſat, quia in illa intelligimus materiam, non formam.

Quæ doctrina eſt maximè notanda, quia multa poſſunt obiici, quæ habeant mutuam dependentiam, & conſequēter mutuam cauſalitatem, re vera tamen alterum ipſorum, ſi eſt cauſa, non cauſabitur ſecundum entitatem, ſeu cauſandi virtutem abſolute, ſed ſolum pendebit ab illo in eſſe iam producto, & in diuerſo ſigno, vt materia à forma, atq; adeo non erit mutua cauſatio reſpectu eiuſdem, quod tantum dicit Concluſio.

Secunda Concluſio. Aliquæ cauſæ poſſunt eſſe inuicem cauſæ in eodem, vel in diuerſo genere cauſæ, reſpectu diuerſæ rationis formalis. Probatur primo, quia reſpectu diuerſæ rationis formalis non obuiat difficultas, quod idem eſſet prius, & poſterius reſpectu eiuſdem; ſeu quod cauſa ſupponatur ab effectu, atque adeo non poſſit ab eodem 230

dem produci, seu causari; quia cum sumitur respectu diuersæ rationis formalis, seu perfectionis, benè intelligimus causam ver. gr. *A*, causare effectum *B*, postea effectum *B*, causare aliquid in causa *A*, quod tamen non supponebatur causatum, cum causa *A* exercuit suam causalitatem in *B*.

Probatur secundo. Discurrendo per omnes causas, materia enim, & forma sunt inuicem causæ, hoc pacto. quia forma in sua entitate causatur à materia, & materia iam causata conseruatur a forma. Item forma, & finis sunt inuicem causæ, compositum enim est finis formæ secundum esse intentionale, forma est causa formalis secundum esse reale. Materia pariter, & Finis sunt inuicem causæ, sic forma secundum esse intentionale est finis materiæ, materia est causa formæ in esse reali. Efficiens etiam, & finis sunt inuicem causæ, finis enim secundum esse intentionale mouet agens ad agendum, at efficiens causat finem in esse reali. Non fit comparatio efficientis neque cum materia, neque cum forma, quia forma est id, quod efficitur, materia ex qua efficitur, consequenter materia supponitur ab efficiente, & forma supponit efficiens; neque facilè est assignare, in quo efficiens sit causa materiæ, & forma efficientis, & propterea dixi in conclusione *aliquæ causæ*, indefinitè, non *omnes causæ*, quæ doctrina est D. Thomæ 5. *Metaphys. text.* 30. §. *dicit quod etiam contingit*.

Instabis ex prima Conclusione. Causæ non possunt esse inuicem causæ respectu eiusdem, ergo malè dicimus formam, & finem, item materiam, & finem esse inuicem causas. Probatur consequentia, quia esset respectu eiusdem rationis, eadem enim entitas formæ esset effectus finis, & causa eiusdem, ergo.

Respondeo negando consequentiam, ad probationem respondeo, esse respectu diuersorum; materia enim est effectus finis secundum esse intentionale, finis, est autem causa respectu eiusdem, sed in esse reali; est prius, & posterius, dependens, & independens respectu diuersorum, quod non implicat ex dictis cum vera ratione causæ, neque sequitur aliquid causare se ipsum, quia materia causatur à fine, & causat eundem, sed non secundum illud esse intentionale, secundum quod fuit eius effectus, sed secundùm esse reale, sicut diximus de causa efficiente.

231 Instabis secundo. Efficiens respectu materiæ, & formæ pendet in sua actione ab illis, non enim potest agere, nisi sit subiectum, circa quod agat, quod est materia; neque potest agere, nisi producat aliquem terminum, qui est forma, ergo materia, & forma sunt causa respectu efficientis, ergo omnes causæ sunt ad inuicem causæ. pro responsione sit

Tertia Conclusio. Causæ formaliter sumptæ, seu quoad causalitates non sunt inuicem causæ. Est contra Suarez *disp.* 2. *sect.* 2. *num* 9. Rubium, *tract.* 8. 2. *Phys. nu.* 10. Amicum, *loco citato, num.* 33. & deinceps; est tamen cum Conimbricensibus 2. *Phys. cap.* 7. *quæst.* *art.* 2. Probatur primo auctoritate Aristotelis *text.* 30. & 5. *Metaph. ca.* 2. vbi dicens, aliquas causas esse sibi inuicem causas, solum enumerat efficientem, & finem.

Probatur secundo, quia causæ constituuntur causæ per causalitatem, ergo non sunt ad inuicem causæ quoad causalitatem. Probatur consequentia, quia causa, vt causa per causalitatem constituta est prior natura effectu, ergo non potest recipere suam causalitatem ab illo, alioquin secundum causalitatem esset causa, & causatum, quod adeo improbauimus.

Probatur tertio. Causalitas materiæ, ex dictis, est sustentare formam, formæ vero informare materiam, efficientis est actio; finis esse id, cuius gratia aliquid fit; sed neque materia dat informationem formæ, neque actionem efficienti, neque fini, esse cuius gratia, & c neque forma, vel efficiens, vel finis, si comparentur cum materia ipsa, & inter se, vt patebit discurrenti, dant suas causalitates, ergo.

Verum quidem est connexionem habere ad inuicem, quia cum causa formaliter dicat effectum, & hunc dicere non possit, nisi etiam cæteræ causæ concurrant, vtique non possumus intelligere causalitatem vnius sine causalitate alterius, non tamen causalitas vnius est ab alia causa, nisi sit quæstio de nomine. & illa omnes [illegible] causari. per hæc patet ad propositam difficultatem.

Contra hanc conclusionem dices ex [illegible] *citato*. finis est causa efficientis quoad causalitatem, ergo mala conclusio. Dato antecedente [illegible] est causalitas efficientis, est effectus finis, negatur consequentia, quia causalitas finis non est postea effectus efficientis, esse enim quod fit gratia alterius, in quo [illegible] causalitas finis, non habetur per ipsum efficiens, sed [illegible] so fine; est quidem ab efficiente actio ipsa, sed quod gratia alterius, est a fine; & patet, quia idem actus elee[illegible] synæ verbi grat. potest esse propter hunc, vel illum [illegible] iuxta cuius variationem variatur causalitas ipsius [illegible] men non variatur efficiens, ergo causalitas [illegible] ter, non est ab efficiente, sed a fine.

An idem Effectus esse possit à pluribus causis Effi[illegible] totalibus, totaliter concurrentibus. Quæstio Secun[illegible]

Certum est fere apud omnes eundem numero [illegible] vet. grat. eundem ignem numero posse esse [illegible] bus causis absolutè in diuerso genere, sic idem [illegible] ducitur a materia in genere causæ materialis, à [illegible] genere causæ formalis, à fine in genere causæ [illegible] ab alio igne in genere causæ efficientis, sicut et [illegible] est eundem numero effectum (excepta causa [illegible] formali) posse esse à pluribus causis in eodem gener[illegible] uersi tamen ordinis, vel eiusdem ordinis subordi[illegible] particulariter concurrentibus, sic causa prima, & sec[illegible] diuersi ordinis in eodem genere efficientis p[illegible] eundem numero effectum, sic Intellectus, & spe[illegible] telligibilis in eodem genere efficientis, & in eodem [illegible] ne, subordinatè tamen, & partialiter producunt e[illegible] numero Intellectionem. Quare tota difficultas est [illegible] plures causæ totales efficientes eiusdem ordinis, [illegible] ordinatæ ad inuicem, concurrere possint totaliter a[illegible] dem numero effectum, an verbi grat. ignis *A*, & [illegible] qui sunt causæ totales, completæ, quælibet de se su[illegible] producere ignem *C*, possint simul concurrere ad [illegible] productionem, ita vt quælibet sit causa totalis respe[illegible] lius, & eodem modo concurrat, ac si sola produxisse[illegible]

In hac quæstione distinguendum est de duplici [illegible] tia, iuxta quam potest esse quæstio. Primo enim pote[illegible] se, an de potentia naturali, seu ordinaria, huiusmod[illegible] [illegible] explicato concurrere possint ad eundem n[illegible] effectum. Secundo si permanenter, seu de potentia absoluta, & quia, si de potentia absoluta negabitur tal[illegible] cursus, non erit opus quæstionem texere de potentia [illegible] dinaria; quæ enim non possunt fieri per potentiam [illegible] lutam, multò minus possunt de potentia ordinaria, [illegible] primo quæro an de potentia absoluta possint, nec [illegible]

Prima opinio est affirmatiua, duo agentia total[illegible] ter, concurrere ad eundem numero effectum. ita Ca[illegible] 1. *parte quæst.* 82. *art.* 3. §. *circa hanc conclusionem* [illegible] 5. *Metaph. cap.* 20. *quæst.* 15. [illegible] 2. Suarez [illegible] 4. Rubius 2. *Phys. tract.* 7. *quæst.* 1. §. 2. *opinio* Am[illegible] 14. *quæst.* 7. *dub.* 3. *art.* 6. *num* 42. Auersa *quæst.* 16. [illegible] alij apud istos, est enim fere communis apud recenti[illegible]

Secunda opinio est negatiua D. Thomæ, 1. *parte* [illegible] 52. *art.* 3. *in corpore*, 3. *parte quæst.* 82. *art.* *ad secun[illegible]* 5. *Metaph. lect.* 2 § *posuit quædam*. & quoniam om[illegible] loca ab aliquibus incredulis possent cum aliqua [illegible] explicari de potentia ordinaria legatur *in* [illegible] *sent.* *dist.* 37. *quæst.* 3. *art.* 3. vbi expressè dicit, esse impossibi[illegible] rationes quas assignat, procedunt de potentia [illegible] Ex Thomistis D. Thomam sequuntur *Caietanus* [illegible] *quæst.* 67. *art.* 6. §. *ad penultimum dicendum*, qui loco [illegible] contradicere ijs, quæ docuerat 1. *parte loco alleg.* [illegible] contraria sententia. Ferrar. 3. *contra Gentiles capit* [illegible] *considerandum* 2. qui hanc opinionem censet Ari[illegible] 2. *Phys. text.* 30. & 5. *Metaph cap.* 2. Est Themistij, [illegible] 11. Est etiam Scoti *in* 2. *dist.* 1. *quæst.* [illegible] §. *ad quæstionem* [illegible] *tur*, quem sequuntur Scotistæ & alij quos citat A[illegible] *art.* 3. inter quos ex recentioribus [illegible] censet Vasque[illegible] [illegible] 1 *disput.* 24. *cap.* 4. & ipse etiam eam prob[illegible] existimat *art.* 7. & nos eandem sequimur. [illegible]

Prima Conclusio. Nec de potentia [illegible] duo agentia [illegible] ctum, [illegible]

quæ manifestam inuoluunt repugnantiam, nec alio fundamento nituntur aduersarij, nisi quod non appareat vlla implicantia pro parte affirmatiua.

Probatur igitur. Primo ratione D. Thomæ *in 1. Sententiarum loco qui supra*, implicat aliquid esse simul in potentia, & actu, respectu eiusdem perfectionis, quia esset, & non esset; quod per nullam potentiam conuenire potest eidem rei secundo idem; sed hoc sequeretur ex sententia aduersariorum, ergo. Probatur sequela, Agens ver.gr. perfectum, & totale *A*, reducit effectum ad actum perfectum, in quo potest esse, ergo si etiam agens totale *B*, ad eundem effectum numero concurrit, supponit illum in potentia ad esse iam receptum ab Agēte *A*, ergo simul esset in potentia, & in actu respectu eiusdem. Respondent Aduersarij: Agens totale *B*, non supponere effectum productum ab agente *A*, sed simul concurrere, ita vt nec in prioritate naturæ vnum prius agat, quam aliud, sed simul eundem effectum producere, qui totus est ab vna, ac ab alia causa, & adæquatus vtrique, quia vtraque egit secundum suam totam virtutem.

Sed contra, si hæc responsio subsisteret, vel non producerent eundem effectum numero, ac produxissent, si sola egissent; vel concurrunt vt partialia, vtrunque est contra ipsos, ergo nulla responsio. Probatur sequela, sit ver.gra. effectus producendus vt sex, cum duo agentia totalia vt sex, singula communicant effectui virtutem, vt tria, vel vlterius procedunt in communicatione, vel non. Si primum ergo effectus euadet perfectus supra sex, ergo non erit idem numero. Si non procedunt vlterius in communicatione, ergo non agunt quantum agerent, si sola egissent, ergo sunt agentia partialia.

Probatur secundo, implicat aliquid recipere sexdecim gradus perfectionis, & non fieri perfectum nisi vt octo, quia alij octo gradus essent perfectionis, quia supponitur recipi sexdecim gradus perfectionis, & non essent perfectionis, quia non perficerent subiectum quod supponimus aptum ab illis perfici, sed hoc sequitur per aduersarios, ergo. Probatur sequela, duo agentia vt octo, si agunt quantum agerent, si sola egissent, ab vtroque procedunt octo gradus, qui recipiuntur in effectu, & tamen effectus, per aduersarios, non euadit, nisi vt octo. Respondent effectum non euadere, vt sexdecim, quia virtus causarum, & agentium, licet augeatur extensiuè, non tamen intensiuè.

234 Sed contra, etsi non sit augmentum nisi extensiuum respectu causarum, tamen respectu effectus est, ac si esset intensiuum, quia aduersarij nequeunt effugere vnum ex his duobus, si enim agentia quando sola agerent, tunc producerent octo gradus, igitur hic octo gradus vel producuntur quando simul concurrunt, vel non. Si primo in effectum recipiuntur, octo bis ductum, sexdecim conficit, ergo effectus intensiuè euadere debet vt sexdecim, si non producunt, ergo non concurrunt, vt causæ totales totaliter.

Probatur tertio ratione Scoti *loco citato*, quæ coincidit cum illa, quam affert Ferrarien pariter *loco citato*. implicat idem esse essentialiter dependens ab aliquo, & non dependens essentialiter, & hoc per quancunque potentiam, quia versamur in contradictorijs, quæ nunquam verificari possunt simul, sed hoc sequitur per opinionem aduersariorum, ergo Probatur sequela, effectus enim *C*, vel esset essentialiter dependens ab agente *A*, vel non. Si primum ergo esset dependens essentialiter, & non dependens, dependens vtique, quia hoc concedunt, & non dependens, quia ipso circumscripto adhuc posset esse, quod nequit stare cum essentiali dependentia. Si dicant non dependere essentialiter, ergo effectus nullam habebit causam, à qua essentialiter dependeat. Probatur hæc consequentia, non pendebit essentialiter ab Agente *A*, quia ipso ablato adhuc poterit esse, neque etiam pendebit ab agente *B*, quia etiam ipso circumscripto poterit esse, ergo à nullo. Dupliciter respondent. Primo negando a nullo dependere, quia pendet ab vtroque; neque quod quolibet ipsorum ablato existat effectus, tollit dependentiam, vt patet de calore producto ab Agente *A*, si succedat Agens *B*, poterit calor conseruari, & si tollatur Agens *A*, licet calor ab illo dependeat, quia tunc cessat dependentia.

235 Sed contra, quia dependentia essentialis dicitur illa, cum effectus non esset positus, si non fuisset posita illa causa: at in casu, quem attulimus, & si hæc, vel illa causa non esset posita, adhuc esset positus effectus, ergo non pendebat essentialiter; & quod afferunt de calore, non est contra nos; non enim dicimus ea pendere essentialiter, quæ necessariò tollantur, si tollatur causa, quia multa sunt, quæ producta non petunt conseruari, & tamen essentialiter dependent à propria causa, & multa, quæ petunt conseruari, possunt conseruari ab alio, vt ponit exemplum, sed dicimus ea pendere essentialiter, quæ non fuissent, si non fuisset causa.

Respondent secundo de potentia absoluta posse aliquē effectum non pendere essentialiter ab aliqua causa. Sed contra, quia potentia absoluta non immutat naturas rerū, sed operatur supra naturam, sed si effectus esset modo naturali productus dependisset essentialiter ab aliqua causa, ergo potentia absoluta non potest tollere hanc dependentiam.

Probatur quarto implicat multiplicari actiones numero, & non effectus, per quamcunque potentiam, quia actio est effectus in fieri, effectus autem in fieri non distinguitur à se ipso in facto esse, nisi secundùm diuersum statum, ideo qualis est res in fieri talis est in facto esse, sed hoc sequitur, per aduersarios, ergo. Probatur sequela, duo agentia totalia duas actiones requirunt, vt etiam aduersarij cōcedūt, ergo si eundem numero effectum producunt, multiplicantur actiones non multiplicatis effectibus. Respondent esse duas actiones, quia sunt duo influxus numero, & quia duo agentia numero non subordinata per propriā causalitatem debent causare, & à duabus actionibus numero distinctis posse esse eundem effectum numero, quia non indiuiduantur à termino, & quia sunt modi ipsius, & non implicat duos modos recipi in eodē effectu numero.

Sed contra, quia non saluant quomodo res in fieri non adæquet se ipsam in facto esse, & quomodo in fieri possit esse diuersa numero, in facto esse eadem; quod enim dicunt non indiuiduari, &c. non facit casum, quià à quocunque indiuiduetur, non tollitur, quin sit effectus in fieri, quem probauimus implicare, non adæquare se ipsum in facto esse: immo propter hoc nos dicemus, falsum assumi, actionem à diuersis principijs indiuiduari, non effectum, cum non distinguatur à se ipso in fieri, quod est actio: neque de multiplicitate modorum addit negocium, non enim est implicantia, quia non possit idem recipere duos modos, sed quia non potest res esse plurificata in fieri, non in facto esse. Quod si dicant eundem numero effectum esse à quatuor causalitatibus numero distinctis respectu quatuor causarum naturaliter concurrentium, vnde non implicare eundem effectum numero esse à pluribus actionibus numero distinctis, Respōdeo se adæquare effectum in fieri, & in facto esse; sicut enim in fieri cōcurrunt quatuor causalitates in diuersis generibus, ita in facto esse quodammodo quadruplex est effectus, saltem formaliter, sicut etiam causalitates tantùm formaliter sunt distinctæ. est enim effectus materiæ, formæ, efficientis, & Finalis iuxta diuersas formalitates. 236

Probatur quinto: implicat causam minus perfectam producere perfectiorem effectum causa perfectiori, si vtraque agat secundum totam suam virtutem; quia sic perfectior ageret secundum totam suam virtutem, quia sic supponitur; & nō ageret, quia minus perfectum effectum producit, quam causa minus perfecta; sed hoc sequitur per aduersarios, ergo. Probatur sequela, duæ causæ totales vt duo, applicatæ ad eundem numero effectum, sunt virtutis vt quatuor, & nō producunt effectum, nisi vt duo; & agens vt tria, quod est minoris virtutis, si applicetur ad passum efficiet effectum vt tria, ergo agens perfectius agēdo secundum totam suam virtutem efficiet effectum, minus perfectum, quam agens imperfectius, quod diximus implicare. Respondet Ruuius qui etiam affert argumen. *numer*. 88. non implicare, si illa maior virtus sit ex duabus causis totalibus, simul applicatis, quia hoc non est aliud, quam efficere, vt eis distinctus effectus non correspondeat, sed tantùm adæquatus, quia ille effectus est adæquatus vtrique.

Sed contra, quia per ipsum implicat, aliquam causam non producere effectum adæquatum, si Deus concurrat, cum tota virtute ipsius causæ, sed in casu nostro illa maior virtus agit secundùm se totam, vt supponimus, & Deus concurrit cum tota illa, ergo implicat non producere adæ- 237

quatum effectum toti virtuti, & per consequens perfectiorem, quam efficiat causa imperfectior.

Probatur vltimo. Si duas causas totales totaliter concurrere ad eundem numero effectum esset possibile supernaturaliter, esset etiam naturaliter; hoc non concedunt aduersarij, ergo; probatur sequela. applicentur naturaliter, vt fieri potest, duo luminosa æqualia eidem medio, si nulla est implicantia illa producere eundem numero effectum, si agant secundùm totam suam virtutē: quodlibet ipsorum aget secundum totam suam virtutem, quia vnum non impedit aliud, cum non sint contraria, & Deus tenetur cum tota virtute concurrere, vt auctor naturæ, quia natura cuiuslibet agentis petit producere effectum, vbi non est implicantia, sibi adæquatum ergo naturaliter idem effectus numero poterit esse à plurib. causis totalib.

Hinc existimo, qui defendunt hāc possibilitatem supernaturaliter, difficiliter posse eam negare naturaliter; quia si applicatio est possibilis naturaliter, vt videtur esse, & ex eo quod duo agentia agant tota sua virtute, non augetur effectus intensiuè, & est adæquatus vtriq; quodlibet aget quantum potest, & Deus tenetur concurrere, vt diximus, nec vnum agens impedit, quin aliud agat secundùm totam suam virtutem, consequēter euadet naturaliter idem effectus numero, quod tamen ferè omnes negant. vidit hoc ex aduersarijs etiam Ouiedo, *Phys. controuers. 7. puncto* 7. quod ideò soluens disparitatem assignatam ab Arriaga aliam conatur adducere.

238 Sed contra Instatur primo non est implicantia eundem numero effectum iam existentem iterum produci noua alia actione, vt patet de Corpore Christi, ergo etiam in prima productione poterit duabus actionibus totalibus produci. Cōfirmatur, quia sicut effectus adæquatur vna actione, ita corpus vno loco, at idem corpus poterit vbicari in diuersis locis, ergo etiam idem effectus produci duabus actionibus totalibus. Ad argumentum respondeo negando consequentiam, est enim dispar ratio, quia cū duo agentia concurrunt ad eundem numero effectum est duplex fieri in duplici actione, & duplex virtus, seu influxus, & vnicus effectus, vnde nō est adæquatio actionis ad effectū. at quando idem effectus reduplicatur, actio, & effectus adæquantur; sicut enim est idem effectus formaliter, sed diuersus virtualiter, ac si in diuersis locis esset vere diuersus, ita etiam est duplex actio virtualiter, & vna, & eadem formaliter, quia idem influxus replicatur in qualibet productione, ideò potest idem effectus pluribus actionibus totalibus reduplicari, non potest autem idem numero effici à pluribus causis totalibus, propter implicantias allatas, quæ locum non habent in reduplicatione.

Ad Confirmationem respondeo concessa maiori, distinguo minorem, idem corpus numero, sed reduplicatum potest vbicari diuersis locis, concedo, non reduplicatum, & nego, ergo idem effectus poterit produci duabus causis totalibus, negatur consequentia, quia tunc non est effectus reduplicatus, sed vnus, & idem numero virtualiter, & formaliter a duplici influxu totali distincto, realiter productus, quorum quislibet nō est reduplicatio alterius, sed nouus influxus, & distinctus ab alio realiter.

Instatur secundo, applicentur eidem passo duo agentia totalia, potentia producere totum effectum, cuius est capax passum, vel neutrum aget, vel ambo. primum dici non debet, quia cum sint agentia necessaria, positis dispositionibus necessariò agent; ergo ambo agent, ergo eundem numero effectum, quia vtrunque est causa sufficiens, & totalis illius. Confirmatur, quia si vnum ex illis agentibus applicetur post productionem, poterit effectum conseruare, ergo, & producere. Respondeo cum Ferrariensi, quod si passum non est capax duplicis effectus, ambo agent eundem, tanquam agentia partialia, neque agent secundùm totam suam virtutem, quia cum tota neque Deus concurret propter defectum capacitatis ex parte passi. Legatur Ferrariensis *loco citato in principio quæstionis*, vbi multa habet pro solutione diuersarum obiectionum.

Ad Confirmationem respondeo, negatur consequentia, quia in conseruatione non concurrunt implicantiæ allatæ, quia conseruatio non est nouus influxus in esse ipsius effectus, vt in productione à duabus causis totalibus; sed quasi extrinseca manutentio, ne à contrarijs obruatur, & pereat.

239 Instatur tertio: sint duo agentia libera, quæ velint agere secundùm totam suam virtutem, circa subiectum tantùm capax influxus æqualis cuilibet ipsorum diuisim, Deus tenetur concurrere pariter ad totam virtutem illorum, ergo erit idem effectus numero ab vtroque. Negatur consequētia, quia & si velint ita concurrere, cum tamen simul produxerint tantam virtutem, quantæ est capax subiectum, & effectus producendus, cogentur sistere, nec vlterius progredi in productione, non propter defectum propriæ virtutis, sed effectus qui non est capax maioris influxus, & sic concurrent, vt duo agentia partialia. Addo quòd si hæc ratio valeret, probaret naturaliter.

Secunda Conclusio. Idem effectus numero non potest esse à duabus causis totalibus totaliter concurrentibus naturaliter. hæc conclusio sequitur necessariò ex dictis, [illegible] enim effici non possunt supernaturaliter, & de potentia absoluta, multò minus naturaliter, & de potentia ordinaria. Censetur contra Caietanum *loco citato*. Med. *3. p[illegible] quæst. 3. artic. 6. ad tertium*, & alios apud Amicum *artic.* [illegible] *num.* 7. qui forsan magis ad veritatem accedunt supposito, vt supponunt, & nostri, & ipsorum aduersarij, quod nulla sit implicantia, & quod naturaliter applicari possunt duo agentia totalia ad idem passum, vt innuimus.

An idem Effectus numero esse possit à pluribus causis totalibus Diuisim. Quæstio Tertia.

POstquam vidimus duas causas totales non posse concurrere simul ad eundem numero effectum, quæritur quæstio, an saltem possint concurrere disiunctim, quod est dicere, an Calor *A*, qui est productus ab igne *B*, esset idem calor numero productus ab igne *C*, si ad idem passum fuisset applicatus.

In hac quæstione tres solent assignari sententiæ. Prima affirmat plura agentia posse producere eundem numero effectum naturaliter, si disiunctim sumatur. Ita Scotus *in secundo distinctione secunda, quæst. secunda, & in 4. distinctione 42. quæst. 1. & tertia*, & alij apud Suarez *disp. 26 sectione quinta num. 11.* & Ruuium, *secundo Physic. tract. 8. quæst. secunda*, quem ipsi sequuntur, ex quo patet aliud esse loqui de causis totalibus simul sumptis, & aliud de ijsdē sumptis disiunctim; quia si sumantur disiunctim, non occurrunt illæ implicantiæ quæstione præcedenti allatæ, ideo Scotus ibi negatiuam partem sustinuit, hic sustinet affirmatiuam.

Secunda sententia asserit naturaliter non posse, posse quidem supernaturaliter. tribuitur D. Thomæ *quodlib. 5 quæst. 5. art. 8.* Antonio Andreę *5. Metaph. quæst. 1.* & aliis ex Antiquis, ex modernis Fonsecæ *lib. 5. cap. 2. quæst. 14 sect. 4* Pererio *lib. 8. cap. 15.* & alijs apud Amicum *quæst. 7 dub. 2. art.* [illegible] *§. Tertia opinio*, quos ipse sequitur *conclus. 3. artic. 3.* quoad causas vniuocas. citatur etiam Sotus *in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 3.* verum Sotus solum dicit naturaliter esse impossibile eundem numero effectum reproduci, de quo non quærimus, sicut etiam Diuus Thomas, & Pererius nullam faciunt distinctionem, sed tantùm absolute negant posse fieri.

Tertia sententia negatiua, & naturaliter, & supernaturaliter. tribuit Amicus *Arist. 5. Metaph. cap. 2. & 2. Phys. text. 30.* Auerroi *7. Metaphys. text. 3.* Masio *2. Phys. tract. de Causis sectio. 5. quæst. 3. conclus. 3.* quam etiam existimo Soti *loco citato, §. ad aliud vero*, vbi dicit: *Si Deus faceret, vt aliud semen esset causa dispositionum in corpore verbi grat. Pauli, & ei eadem anima infunderetur, esset miraculum, & addit, immò fortasse non esset ille homo idem Paulus*, igitur secundum Sotum nec supernaturaliter idem effectus numero potest esse à pluribus causis disiunctim, pro nostra sententia.

Notandum est effectum aliquem posse fieri à pluribus causis disiunctim sumptis dupliciter intelligi posse. Primo an effectus, qui fit ab aliqua causa vniuoca, possit etiam fieri ab alia causa vniuoca eiusdem speciei, verbi gratia, an Petrus productus à Paulo, potuisset idem numero à Ioanne. Secundo potest intelligi an effectus, qui fit à causa vniuoca possit fieri à sola æquiuoca, in cuius virtute continetur, verbi gratia, an calor *A*, productus ab igne, potuisset produci idem numero à Sole, [illegible] virtute continetur. Hæc est autem differentia inter causam vniuocam, & æquiuocam, quod causa vniuoca continet effectum formaliter, scilicet formaliter [illegible] talis,

[illegible] euadit effectus: æquiuoca continet tantùm [illegible], & eminenter, scilicet habet virtutem producendi [illegible] effectus, non tamen euadunt ei similes formaliter, quia eminentiam quodam modo se habet ad illos, [illegible] continet secundum formam, sed secundum virtutem, & ideo euadunt similes virtuti tantum causatiuæ, vt diximus *Tractatu de Causa effic quæst.* 2. In vtroque sensu est resoluenda difficultas.

Prima Conclusio. Idem effectus numero cuiuscunque causæ creatæ (exceptis actibus vitalibus, de quibus suo loco) potest produci à Deo causa æquiuoca eminentissima, & vniuersalissima. Probatur primo, Deus potest reproducere quemcunque effectum numero corruptum, ergo potest etiam quemcunque producere. Antecedens supra probatum est *quæst.* [illegible] *tract.* 5. Consequentia probatur, quia magis est, aliquid postquam per receptionem esse quodammodo exhausit potentiam, in cuius virtute continebatur, iterum recipere idem esse, quam dum continetur in virtute propriæ causæ, produci secundum illud esse, quod nondum recepit, ergo si Deus potest in reproductionem, potest etiam in productionem.

Confirmatur, quia causa creata potest effectum producere, non tamen omnem reproducere, ergo si Deus potest reproducere eundem numero effectum, potest etiam producere.

242 Probatur secundo, effectus fit talis numero, seu indiuiduatur per aliquid reale, sed omne reale potest produci à Deo, aliàs quia potentia infinita non extenderetur ad [illegible] quod est producibile, ergo omnis effectus numero potest produci à Deo.

Confirmatur. Si quid obstaret, esset quia agens creatum numero distinguitur à Deo, sed hoc non obstat, quia idem esse numero virtute est in Deo, qui est causa vniuersalissima, & eminentissima, & consequenter potest producere eundem effectum numero; continere enim virtute aliquid numero denotat posse id numero producere; sicut continere virtute aliquid specie denotat posse illud in specie producere.

Probatur tertio. Multa producuntur immediatè ab ipso Deo, quæ [illegible] cum non excedant limites rei naturalis, in virtute alicuius causæ naturalis continentur, propter quod dicuntur supernaturalia tantùm quoad modum, vt [illegible] naturales, &c. & tamen fuerunt à Deo producta, ergo Deus potest reproducere eundem effectũ numero [illegible] quod dicitur creatum.

Secunda Conclusio. Idem effectus numero productus à causa *A*, verbi gratia, non potest produci à causa *B*, [illegible] supernaturaliter, siue sit causa vniuoca, siue æquiuoca. [illegible], & secundam sententiam. [illegible] de causa vniuoca, & æquiuoca, [illegible] vtraque procedunt rationes.

Probatur primo auctoritate Diui Thomæ, *loco citato*, [illegible] *into*, [illegible] habet, *cum semen Patris sit agens* [illegible], *eundem produci numero filium si alius sit Pater, quia semen est de substantia Patris*, at [illegible] *impossibile* [illegible] simpliciter, ergo secundùm Diuum Thomam, nec per potentiam absolutam idem numero effectum potest fieri a pluribus causis disiunctim sumptis, de his enim loquitur D. Thom. ibi.

Dices Diuum Thomam negare possibilitatém naturaliter, seu de potentia ordinaria, non supernaturaliter, & de potentia absoluta. Sed contra, ait enim Sanctus Doctor, *impossibile esse nasci eundem filium, siue sit alia mater, quæ præbet materiam, siue alius Pater*; sed fieri eundem numero effectum si sit alia materia, est impossibile simpliciter per quamcunque potentiam; dum ergo pari modo negat possibilitatem respectu agentis, ac respectu materiæ, sicut respectu materiæ negat possibilitatem simpliciter, ita respectu agentis. Confirmatur hæc responsio, eodem enim modo, hic dicit impossibile, dum loquitur de causis disiunctim, ac de eisdem vnitim sumptis. *in* [illegible] *st.* 37. *quæst.* 3. *art.* 3. quæstione pręcedenti allata, sed tunc iuxta Ferrariensem loquebatur de impossibili simpliciter, ergo etiam hic.

243 Probatur secundo, idem effectus numero productus à causa *A*. non continetur formaliter, vel eminenter in virtute alicuius causæ, siue vniuocæ, siue ęquiuocæ, ergo non potest ab alia causa produci. Consequentia patet, quia illud tantum potest produci, quod virtute continetur; ab actu enim primo fit transitus ad actum secundum. Antecedens probatur, non continetur idem influxus numero, ergo neque effectus. Consequentia patet, quia effectus dicitur idem numero, etiam ratione influxus. Antecedens probatur. Influxus commensuratur agenti, cuius est influxus, sed Causa *A*, numero distinguitur a quacunque alia causa, ergo etiam influxus; ergo non continetur in alijs causis, quæ in ipsarum virtute, & influxu distinguuntur numero à causa *A*.

Confirmatur, vel Agens intrinsecè communicat effectui aliquid, vel non. Si primum, hòc, quod communicat Agens *A*, est numero distinctum ab eo, quod communicatur ab agente *B*, ergo non potest esse idem effectus ab vtroque. Si dicatur non communicare aliquid, ergo non est vera causa realis, sed se habet vt quid penitus extrinsecum, nihil influens, &c vt Locus, Tempus, &c. quod nemo dicit.

Probatur tertio. Actio agentis *A*, non potest esse ab agente *B*, siue sit causa vniuoca, siue æquiuoca, ergo neq; effectus. Antecedens est aduersariorum Suarez, Ruuij, Amici, &c. consequentia probatur, quia actio est effectus in fieri qui non distinguitur à se ipso in facto esse, nisi vt imperfectum à perfecto, ergo si non potest in fieri esse à pluribus causis, neque in facto esse.

Respondent, maximè Amicus esse disparem rationem, quia effectus est realiter distinctus à causa, ideo potest à duabus produci, & actio est modus agentis, consequenter includit rem modificatam, ideo cum entitas vnius rei sit numero distincta ab alia, non potest eadem actio esse à duabus 244

Sed contra, quia actio est potius modus termini, cum sit fieri ipsius, & saltem est magis intrinseca termino, quã agenti, nec agens modificatur intrinsecè, cum per hoc agat, quod extra se mittit influxum; vnde, vt diximus, tantum denominatione extrinseca illud denominat. Nec responsio Suarez magis subsistit, quod videlicet si hoc esset, nec de potentia absoluta vnus effectus, ab alia causa esse posset, quia hoc dicit nostra conclusio. Nec quod addit Ruuius, effectum non indiuiduari ab actione, sicut non indiuiduatur ab agente, magis terret, quia hoc etiam asserimus, concurrere etiam agens ad indiuiduationem, vt *in Met.* diffusius discutietur.

Probatur quarto. Deus continet virtutem omnium causarum, vnde cum causat aliquem effectum, causat eadem virtute numero siue formaliter, siue virtualiter, contenta in causa, vt docet ipse Amicus, non sic autem quælibet causa continet virtutem numeralem aliarum causarum, ergo non potest eundem numero effectum producere. 245

Confirmatur ex multis rationibus *quæstione pręcedenti*, quæ hîc etiam habent locum, vt patebit discurrenti, & ex multis quas affert Amicus *num.* 17 *vsq; ad* 32. ad probandum naturaliter hoc esse impossibile, quæ tamen si vim habent, habent ad probandum supernaturaliter, vt benè aduertit Suarez *loco citato num.* 1.

Contra hanc Conclusionem potest instari omnibus rationibus, quibus probatur naturaliter esse possibile, & primo arguitur. In specie Leonis est vis producendi quodlibet indiuiduum Leoninum, ergo etiam in quolibet indiuiduo est hæc vis. Probatur consequentia, quia in quolibet indiuiduo est tota vis speciei Leonis. Confirmatur primo, quia idem numero potest corrumpi à pluribus, ergo etiam generari. Confirmatur secundo, quia idem specie potest generari à rebus diuersæ speciei, vt animalia, quæ nascuntur ex putri, & ex semine, ergo idem numero à pluribus numero distinctis.

Ad argumentum. distinguo antecedens. in specie Leonis, vt sic præcisè, est vis generandi, &c. concedo, quatenus ad omnia indiuidua indifferenter potest contrahi, & diuersos numero Leones iuxta ipsorum diuersitatem producere, & nego, quare negatur consequentia, fit enim transitus à specie, vt sic, quo sensu procedit Antecedens, ad speciem contractè in consequente, nec illa probatio aliud probat, nisi esse totam speciem, sed contractè, quo sensu ei non conuenit producere omnia indiuidua, &c.

Ad primam confirmationem, negatur consequentia, quia ad destruendum satis est, si aliquod ex essentialibus auferatur, ad quod non requiritur identitas aliqua nume-

rica, immò etiam à distinctis genere, ne dum numero potest aliquid corrumpi.

Ad secundam Confirmationem, multi negant huiusmodi animalia esse eiusdem speciei; quidquid sit de hoc, respondeo, si sint eiusdem speciei, etiam agentia erunt eiusdem speciei saltem virtualiter, si non formaliter, quia virtute erit illa species, quam dicit aliud agens formaliter, at nulla causa numero est formaliter, vel virtualiter talis effectus numero, vt dixi.

246 Arguitur secundo, duo motus locales numero distincti, immò etiam specie possunt terminare ad eundem numero locum, ergo etiam idem effectus numero à duabus causis numero distinctis. Confirmatur primo, quia quocunque modo homo pereat, eadem numero forma cadaueris producitur, ergo idem numero effectus à causis distinctis numero. Confirmatur secundo quia idem numero effectus potest à pluribus conseruari; ergo etiam produci.

Ad Argumentum, quidquid sit de Antecedente, negatur consequentia, quia motus non producunt locum, sed tantùm acquirunt; at causæ producunt realiter effectum. Ad Confirmationem respondeo, causas inferentes mortem non esse productiuas formæ cadaueris, sed producitur ex dispositionibus in materia, quare negatur consequentia. Ad secundam confirmationem negatur consequentia, est enim dispar ratio, vt dixi *quæstione precedenti*, §. *ad confirmationem*. sicut etiam ipse Suarez dat manum *num*. 27. saltem in causis vniuocis, quarum vna conseruat effectum alterius.

Arguitur tertio si vnus numero effectus determinaret sibi vnam causam numero, vtique etiam plures numero determinarent plures numero causas; sed hoc est falsum, quia vna numero causa plures effectus numero producit, ergo. Confirmatur, quia non apparet cur plures effectus eiusdem numero causæ distinguantur numero, si ab agente etiam pendent in propria entitate. Ad argumentum, Nego sequelam, quia vnus effectus non haurit totam virtutem causæ, at vnica causa totalis adæquat totum effectum, & eius esse exhaurit. Ad Confirmationem Respondeo, distingui etiam propter distinctam materiam, & formam, & etiam propter distinctum numero influxum, licet enim sit idem agens, attamen diuerso influxu numero producit hunc, vel illum effectum.

Tertia Conclusio. Idem effectus numero non potest esse naturaliter à pluribus causis totalibus, disiunctim sumptim. Conclusio non indiget probatione, supposita Conclusione precedenti, quod non possit supernaturaliter.

Quæres, cur si idem agens potest producere plures effectus numero, potius hunc, quam illum producat. Respondeo prouenire ex Dei voluntate concurrentis ad hunc, non ad illum, neque hoc est indignum Philosopho, vt benè aduertit Suarez *num*. 4. & Fonseca *cap*. 2. *quæst*. 14. *sect*. 3. §. *atque hoc modo*, cum nulla alia ratio potest reddi, vt est in casu nostro, in omni sententia, immò est consentaneum Diuinæ Prouidentiæ.

Soluuntur aliqua Dubia circa hunc Tractatum.
Quæstio Quarta.

247 DVbitatur primo, Quodnam Genus Causæ sit perfectius. Respondeo iuxta varias comparationes, quas de illis facere possumus. vel enim comparamus causas extrinsecas cum intrinsecis, vel extrinsecas inter se, vel inter se intrinsecas.

Quoad primam Comparationem Respondeo, perfectiores esse extrinsecas, quia sunt quid completum, & vt completæ causant; intrinsecæ causant per modum partium incompletarum; quæstio enim procedit de causis non entitatiuè, sed in ratione causandi.

Quoad secundam comparationem Respondeo, causam efficientem in vno sensu dici perfectiorem finali, in alio imperfectiorem. dicitur perfectior quatenus semper est quid reale, realiter influens, &c. dicitur imperfectior, quatenus Finis est primum mouens, & sine ipso efficiens non operatur, quo sensu dicitur causa causarum.

Quò verò ad tertiam Comparationem Respondeo, formam esse perfectiorem materia, quia causat per modum actus perfectiui, &c. Materia verò per modum potentiæ perfectibilis, &c. est autem perfectior actus quacunque potentia.

Dubitatur secundo. An omnis causa sit perfectior suo effectu. Respondeo cum Conimbricensibus *cap*. 7. *quæst*. 5. vel comparatur effectus formaliter cum causa, vel in entitate. Si primo modo nullum est dubium perfectiorem esse causam, quæ dicit independentiam vt sic, & dat esse effectui, quam effectum, qui dependet à causa, & ab illa recipit esse. Si vero comparetur secundo modo.

Respondeo primo effectum causæ materialis, & formalis esse perfectiorem propria causa, quia quælibet ipsarum dicit tantùm vnam partem effectus, at effectus dicit vtramque simul, scilicet materiam, & formam, vnde includit aliquam entitatem, quam non includunt materia, & Forma, si disiunctim sumatur.

Respondeo secundo, Effectum causæ finalis modo esse perfectiorem, modò imperfectiorem, & ratio est, quia agens liberum aliquando potest ordinare id, quod est perfectius ad id, quod est imperfectius, vt si quis paupertatem profiteatur ob vanam gloriam, aliquando est imperfectior, vt homo operans propter Dei gloriam, propriam salutem, &c.

Respondeo tertio effectus causæ efficientis modò esse perfectiores, modò imperfectiores, modò æquales. Si enim causa sit instrumentalis, effectus sunt perfectiores quàm instrumentum agit in virtute causæ principalis. Si verò sit causa principalis, sed vniuoca, sunt æquè perfecti, ideò enim dicitur vniuoca, quia sibi similem effectum producit; si autem sit æquiuoca, sunt imperfectiores, quia causa æquiuoca est illa, quæ effectum, vt alias diximus, continet eminentiori modo, atque adeo est perfectior effectu, quem producit, quia effectus nunquam adæquat totam virtutem causæ. Ex quibus omnibus.

Respondeo quarto. Nullum effectum esse nobiliorem omnibus suis causis. & ratio est, quia omne esse, quod habet vtique accepit à suis causis, ergo continetur in earum virtute; ergo non habet, per quid excedat illarum perfectionem, ergo non est illis perfectior.

Dubitatur tertio. An omnis causa sit prior suo effectu. Pro responsione recolenda sunt, quæ diximus *Notab. in quæst*. 1. *huius Tract. & alibi* sparsim, nempè causam tripliciter sumi posse. Primo pro re, quæ causat, & dicitur sumpta materialiter, seu specificatiuè. Secundo pro eadem formaliter, seu in actu secundo, vt actu causat. Tertio pro relatione, quæ consurgit inter ipsam, & effectum. Recolendum est etiam duplicem esse prioritatem; aliam temporis, vt vnum prius durat, quam aliud; aliam Naturæ, cum vnum pendet ab alio, non è contra. his in mentem reuocatis iuxta varias acceptiones causarum, & prioritatis respondendum est.

Respondeo igitur primo. Materiam in primo sensu non esse priorem tempore omni suo effectu. Patet, quia naturaliter non potest esse sine aliqua forma, est tamen prior aliquo, quia seclusa forma, accepta in prima rerum productione, semper præexistit cuicunque alij effectui, cum sit incorruptibilis; est tamen prius natura, quia esse sui effectus pendet ab illa, non è contra. In secundo vero sensu est simul tempore cum suo effectu, licet, & cæteræ omnes causæ, quia esse causam formaliter est per ipsam causalitatem, quæ sine effectu actuali esse non potest, est tamen prior natura, quia omnis effectus pendet à causa, non è contra; & hoc in omni causa, sicut & in tertio sensu omnis causa cum suo effectu sunt simul tempore, & natura, quia talis est conditio Relatiuorum, vt diximus *in Logica*.

Respondeo secundo. Formam in primo sensu non esse priorem tempore, suo effectu, quia pendet in esse, & conseruari à materia, in qua cum est, est effectus, est tamen prior natura propter rationem allatam.

Quod si dicas formam non prius esse, quam inhærere, ergo non est prior natura suo effectu, negatur consequentia, esse enim prius natura, non prius *in quo* dicit, sed tantùm *à quo*, sic est in proposito, quod effectus pendet ab ipsa forma, non è contra.

Respondeo tertio. Causam finalem in primo [illegible] secundum esse reale, aliquando esse priorem tempore suo effectu, vt cum quis operatur, vt sibi [illegible] quod, quod iam habet esse, aliquando esse posteriorem

q[illegible]

[illegible] medicinam propter sanitatem, at secundum esse [illegible] nale, quod tantum requiritur a fine, vt finis est, est [illegible] prior tempore, ne dum natura.

[illegible] ondeo quarto. Causam efficientem in primo sen[illegible] posse esse, & priorem suo effectu, quia ipsa nullam ha[illegible] xionem necessariam cum illo, sic Petrus præexi[illegible]tit Paulo [illegible], & etiam posse esse [illegible] tempore, & tan[illegible] priorem natura [illegible] sic essentiæ, & passiones, si realiter [illegible] ab essentijs, in eodem enim tempore sunt, atta[illegible] ab illis [illegible] contra. ex his

[illegible] Aristotelem multoties dixisse causam, & [illegible] esse; aliquando [illegible] causam esse prio[illegible]. Respondeo primo loco, & similibus es[illegible] de Causa sumpta [illegible] modo. Secundo [illegible] intelligendum de prioritate naturæ sumpta [illegible] primo, tum in secundo sensu.

250 [illegible] quarto. An idem possit esse causa contra[illegible]. Respondeo. agentia [illegible] non posse effice[illegible] quæ sunt determinata ad vnum, [illegible] ad agendum requisita agunt, si desit [illegible], quod si aliquando contrarios effectus [illegible] re, nunquam [illegible] agens, respectu [illegible]

[illegible] libera possunt efficere effectus [illegible] ad agendum requisitis [illegible], & non agere, cum habeant indifferentiam non solum quoad [illegible], sed etiam quoad specifica[illegible] idem obiectum amare, & odio habe[illegible]re. [illegible] *disp. 26. sect. 6.* & Amicus ex ipso [illegible]

[illegible] An Physicus demonstret per om[illegible] hucusque explicatas. Respon[illegible] considerare, & per [illegible], vt tradit ipse Aristoteles, [illegible] de Generatione [illegible] conueniunt, de[illegible], propter quid res [illegible] causæ, ad quam li[illegible] reducere, vt etiam notat Di[illegible] *hic*, & Toletus, quia tunc tantùm putamus [illegible] causas cognoscimus. Verum quidem [illegible] Toletus *in primo Physicor. capite primo, quæst. tertia, §. ad quartum*, non semper singulas conclu[illegible] quatuor genera causarum probari, atta[illegible] tunc habetur, cum omnes cau[illegible] cognoscuntur, vt docet *quæstione quarta* [illegible] *opinio*. Multa alia [illegible] ex D. Thoma *text. 71. & sequentibus*, sed dicta [illegible]. Qui vult videat ipsum, nos huic Tractatui fi[illegible]us, ne nimium demoremur in hoc secundo Libro

Tractatus Vltimus. Qui est de Casu, & Fortuna.

VLtimus superest Tractatus, vt absoluamus omnia, quæ [illegible] circa secundum Librum, erit igitur de Casu, & Fortuna [illegible] etiam de Fato disseri solet. Duabus [illegible] quæstionibus omnia in vnum colligam, quæ magis requiri videbuntur, vt aliqualis cognitio de illis habeatur; non enim tantum [illegible] nobis est, vt diutius in ipsis [illegible] permittatur: sed alij magis necessaria, & difficilia cæteri Libri Physicorum nos expectant, & inuitant.

Quid sit Casus, & Fortuna, & vtrum Dentur. Quæstio Prima.

DIsseruerat Aristoteles *capite tertio*, de Causis, quæ ad Physicum spectant cognoscendis, & quoniam multa
251 dicuntur fieri à Casu, & Fortuna, ideo *cap. 4. text. 40. vsque ad 68.* de illis disputat.

Varias acceptiones Casus, & Fortunę affert Amicus *tract.* [illegible] *quæst. 6.* ex antiquorum sententia, quorum aliqui dicebant esse Numen quoddam Diuinum gubernans res humanas, efficiens eorum, quorum rationes nos latent, quod vt Deam cęcam colebant. Alij esse quandam causam occultam: alij vero nomen Fortunænon conuenire causę alicui, sed ipsi effectui. Aristoteles autem *text. 51.* definit Fortunã dicens, ***Fortunam esse causam per accidens in hisce, quæ per electionem alicuius gratia fiunt.*** Quare secundum Aristotelem communiter receptum ad constituendam Fortunam requiritur primo, vt sit causa per accidens, scilicet effectui per se coniungatur aliquis effectus non intentus, verbi gratia fossioni terræ adiungitur inuentio thesauri, quantum ad hanc conditionem dicitur effectus fortuitus à Fortuna. Secundo, vt operans operetur propter finem. Tertio ex electione, scilicet cognoscat finem, propter quem operatur, & eligat propter illum operari. Quarto, vt sit effectus, qui raro ex illa causa contingat, quam conditionem ponit *text. 48.* & quoniam operari propter finem dupliciter contingit, vt diximus in superioribus. Primo materialiter, non cognoscendo finem, vt finem; & naturaliter tendendo in illum ex naturali quadam inclinatione, sine vlla cognitione. Secundo formaliter cognoscendo finem, & liberè operando propter illum, in hoc ponit Aristoteles differentiam Casus, & Fortunæ, *capite sexto* tali pacto, quod dicatur Fortuna solum quando est agens propter finem formaliter, & accidit effectus, non intentus; ita dicitur Casus fortuitus inuentio thesauri: Casus autem dicatur, quoties accidit effectus causæ non operantis propter finem formaliter, vt si cadat tegula, & occidat hominem, dicetur effectus casualis, & probat Aristoteles hanc differentiam ex communi modo loquendi, quo solùm homines solemus appellare fortunatos, aut infortunatos, non autem bestias, aut inanimata.

Igitur licet ex hac differentia definire casum, sicut & fortuna definitur, sed cum exclusione ly *ex electione*, di- 252
cendo, *Casus est causa per accidens in his, quæ sola ratione materiali operantur propter finem, raroque contingunt*, quibus positis.

Vnica Conclusio. In sensu explicato datur Casus, & Fortuna. Probatur facilè, dantur causæ operantes propter finem materialiter, & dantur causæ operantes formaliter etiam propter finem, sed harum effectibus coniunguntur multoties effectus, qui raro contingunt præter intentionem, &c. patet in exemplis allatis, ergo datur Casus, & Fortuna.

Est tamen aduertendum cum D. Thom. *1. parte quæst. 116. art. 1. in corpore*, quod, & si detur Fortuna, & Casus respectu aliquorum effectuum, vt explicauimus, attamen illos effectus dici fortuitos, & casuales tantum in ordine ad causas secundas, præter quarum intentionem accidunt, non respectu causæ primæ, scilicet Dei, respectu cuius nihil potest accidere præter eius intentionem, sed omnia sunt præuisa, & ab eius Prouidentia ordinata, & ipse facit, vt illi effectui per se intento à causa secunda, adiungatur alius effectus, quem illa nec præuidit, nec intendit.

Quid sit Fatum, & an detur. Quæstio Secunda.

FAtum opponitur Fortunæ, & Casui, & si Fortuna, &
Casus important contingentiam aliquorum effectuũ, 253
Fatum importat infallibilem euentum alicuius rei; & causa, à qua prouenit huiusmodi certus effectus, dicitur Fatum, circa quod an sit, & in quo consistat, videlicet à quo habeatur infallibitas effectuum; varios modos illud explicandi apud antiquos affert Ruuius *2. Phys. cap. 6. quæst. 2.* quos omnes, vt contrarios Fidei Catholicæ refutat, redarguit, & impugnat.

Quare cum effectus certò, & infallibiliter eueniant, prout Deus ordinauit sua prouidentia euenturos, & pręuidit tali tempore, circumstantijs, &c. futuros, possumus definire Fatum dicendo. ***Fatum est infallibilis ordo, & dispositio causarum à Deo facta, omnibus agentibus, siue liberis, siue naturalibus ad hoc, vt certò, & infallibiliter suos effectus producant, quos postea prævidet futuros.*** ex quo

Patere potest ad quæsitum fieri solitum de Fato, an sit mobile, cum enim omnia, quæ Deus ordinauit, & pręuidit futura, aliter esse non possint, vtique Fatum est immobile, neque per hoc facit contra causas naturales impedibiles, vel liberas, quia concursus Dei, & eius ordinatio est iuxta naturam causarum, quæ agunt. sed hoc, de quo alibi, pertinet ad Theologos.

Patere potest secundo an Fatum sit vnum, vel plura; si enim sit sermo de ipsa dispositione, & coordinatione, ratione cuius infallibiliter sequitur effectus, est vnicum, quia est Dei: si verò sit sermo de ipsis causis dispositis, &c. sicut varij sunt effectus, qui variam dispositionem causarum petunt, etiam plura sunt Fata.

Licet autem in hoc sensu admittatur, & contineat veritatem Catholicam, vt tradit D. Thom. *quæst. citata art.* 1. *&* 2. attamen abstinendum est ab vsu huius nominis, *Fatum*, ne videamur cũ Hæreticis, vel Gentilibus cõmunicare; sicut à multis alijs vocabulis solet abstinere Ecclesia, hac ratione, ne cum illis, vel in vocabulis conueniat; ideo dicebat D. Augustinus 5. *de Ciuitate Dei capite* 1. *Quæ si propter ea quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem, vel potestatem Fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat.* Qui plura vult de Fato videat D. Augustinum *loco citato, & cap.* 8. *&* 9. *eiusdem Libri* D. Thomam 1. *parte quæst. citata tota*, à quo omnia sumpserunt Ruuius 2. *Physicor. cap.* 6. *quæst.* 2. & Amicus *quæst.* 8 *tract. citati*, ad quos vos mitto, si exactiorem cognitionem vultis tum de Fato, tum de Casu, & Fortuna, sicut etiam ad Pererium *toto lib. nono*, sed præcipuè *capite octauo, &* 9. vbi aliqua argumenta soluit, quæ maximè conducent ad Fortunæ, & Casus intelligentiam. Interim me transfero ad explanationem Tertij Libri. Benedictus Deus.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES In Tertium Physicorum.

TERTII LIBRI SVMMA.

IN Secundo Libro determinauit Aristoteles de quo tractat Philosophus Naturalis, & omnia eius principia explicauit per quas causas demonstret, &c. in hoc tertio Libro incipit agere de accidentibus, quæ corpori naturali competunt quælibet enim scientia tradere debet principia, affectiones, & passiones proprij obiecti, vt de illo cognitio haberi possit & quoniam inter omnes affectiones, & passiones corporis Naturalis præcipua est Motus, ideo hic liber instituitur de Motu cum autem motus enumeretur inter continua, & continuum soleat dici Infinitum, ideo agit etiam de Infinito ad tradendam exactam cognitionem motus: quare hic Liber diuiditur prima sui diuisione in tres partes, in prima vsque ad textum tertiũ (est quidem igitur) ponit quasi proœmium eorum, quæ acturus est, tum in hoc tertio Libro, tum in aliquibus ex sequentibus, & affert rationem, quare de his acturus sit. In secunda vsque ad text. 24. *exclusiuè (quoniam autem) agit de motu. In* 3. *parte determinat de Infinito. Secunda pars diuiditur in alias duas partes. In prima vsque ad text.* 6. *(diviso autem) præmittit quædam ad inuestigandam definitionem motus. In secunda affert, & explicat definitionem motus Similiter tertia pars diuiditur in alias duas partes. In prima, quæ est à tex. illo* 24. *ad* 31. *(esse autem) ostendit pertinere ad Philosophum naturalem determinare de Infinito, & affert circa hoc placita antiquorum. In secunda verò vsque ad finem aperit quid ipse sentiat de Infinito. Nos hunc Librum tribus Tractatibus expendemus. Primus erit de motu. Secundus de quantitate. Tertius de Infinito.*

Tractatus Primus. Qui est de Motu.

Quid sit motus. Quæstio Prima.

254 VIderetur primo inuestigandum, an detur Motus, deinde quærendum, quid sit iuxta commune dictum, frustra de aliqua re moueri quæsitum, quid sit, nisi primo sciatur an sit, præcipuè cum quæsitum procedat de *quid sit rei*, attamen cum versemur in re certissima, cuiusmodi est motum dari, dum quotidie experientia constat multa mobilia moueri, & omnes consentiant vno excepto Zenone apud Aristotelem 6. *Phys. text.* 79. cuius rationes alibi examinabo; ideo hoc supposito, circa quæsitum *quid sit*, respondeo cum definitione Aristotelis tradita *text.* 6.

Motus *est actus eius, quod est in potentia, secundum quod huiusmodi est*: quam definitionem aliqui, vt eam clariorem reddant, afferunt sub his verbis. *Motus est actus entis in potentia, quatenus est in potentia.*

Dicitur primo. *Actus*, & quia actus potest significare quidquid aliud actuat, siue sit forma substantialis, siue accidentalis, siue perfecta, siue imperfecta, ponitur in hac definitione loco generis, quod per cæteras deinde particulas coarctatur ad standum pro motu.

Dicitur secundo *entis*. Non sumitur Ens in hac definitione transcendentaliter, seu in vi nominis, sed verbaliter, & in vi participij, vt diximus *Prologomeno secundo*, & idem sonat, quod existens, & quia hoc participium ab aliquo regi debet, vt docent Grammatici, ideo subintelligitur mobile, & facit talem sensum, est actus *mobilis existentis*.

Dicitur tertio *in potentia*, quia motus ita actuat mobile, vt relinquat in potẽtia passiua ad ipsam formam, ad quam est motus, sic augmentatio est actus entis in potentia, quia augmentatio ita actuat id, quod augetur, vt ponat in potentia ad recipiendam illam formam, secundum quam augetur.

255 Dicitur quarto. *Quatenus in potentia*, quia motus actuat potentiam, vt est talis potentia, quia eam ordinat, & constituit essentialiter ad actum vlteriorem, non destruendo, quin sit potentia; sic generatio est actus seminis, quatenus est potentia animal, quia illud ordinat essentialiter ad recipiendum actum animalis, ad differentiam aliorum actuum imperfectorum, qui sunt actus potentiam habentis, sed non quatenus habent potentiam ad aliud; quia illam potentiam non actuant; ver. gr. calor remissus, vt quatuor est actus calefactiui existentis in potentia ad vlteriores gradus, sed non quatenus in potentia, quia calor, vt quatuor non actuat illam potẽtiam ad vlteriores gradus. patet hunc esse sensum verborum Aristotelis, quia vt docet Zabarella *hic* esse actum tali pacto, soli motui competit; cæteri enim actus, quia non sunt via essentialiter ad alium actum, non actuant potentiam ad illum actum, ideò non sunt actus potentiæ, quatenus potentia. Ita explicat hanc definitionem ipse Zabarella, quem existimo præ omnibus percepisse germanum sensum Aristotelis in hoc textu.

Contra hanc definitionem aliqua, sed pauci momenti obijciuntur apud Ruuium *quæst.* 1. *in* 3. *Physicor.* possunt videri apud ipsum. Circa definitionem Motus aliter sensit Hurtadus *in Phys. disp* 11. *sect.* 1.

Quot sint species Motus, & an tradita definitio conueniat omnibus, & quomodo. Quæstio secunda.

NOtandum Aristotelem multoties sumere nomen Motus, & mutationis latè, & indifferenter pro omni specie motus, sic 5. *Phys. text.* 7. vt *ibidem* notauit Diuus Thomas. & Toletus *quæst.* 1. *in* 5. *Physic.* § *pro resolutione*, & nos etiam in in sequenti diuisione sumemus motum eadem generali acceptione. hoc posito. Prima motus Diuisio est in motum instantaneum, & motum successiuum. Motus instantaneus est, qui non habet [illegible] partes, sed est totus simul in eodem instanti, sine sit [illegible]bilis, vt illuminatio instantanea, siue indiui[illegible], vt generatio hominis. & magis propriè vocatur [illegible], [illegible] sum vocat Aristoteles *eodem* 5. *Physic.* & habet [illegible] 256

[illegible]mam, siue diuisibilem, siue indiuisibilem iuxta na[illegible] ipsius motus; ex termino enim sumitur diuersitas [illegible]us, vt infra. Motus successiuus est, qui plures habet, ne du[illegible] partes, sed dicit vnam partem post aliam, & talis d[illegible]t terminum semper diuisibilem, vt adnotauit Ruuius *5. Phys. cap. 1. quæst. vnica num. 9.*

Secundo Motus instantaneus diuiditur in generatio[illegible] & corruptionem, vel enim hoc motu fit transitus ad [illegible], v. g. hominis ad esse eiusdem, & dicitur Generatio, vel fit transitus ab esse ad non esse, & dicitur corruptio. Pariter motus successiuus, qui proprijssimè dicitur motus, diuiditur in augmentum, & decrementum, alterationem, & lationem, seu motum localem; vel enim hoc motu subiectum acquirit quantitatem maiorem, vel minorem, si primum dicitur moueri motu augmentatio[illegible], si secundum decretione, vel acquirit qualitatem, & dicitur moueri motu alteratiuo, vel acquirit locũ, seu vbi, & dicitur moueri motu locali, seu latione. ad cetera autẽ prædicamenta non datur motus per se, sed ad summum [illegible], vt bene explicat Toletus *5. Phys. tex. 18.* vbi etiam [illegible] rationem, cur motus quantitatis duplici nomine [illegible], non qualitatis, & vbi; quia videlicet [illegible] contrarietatis ambit omnes contrarietates dabiles in quantitate, nempe maius, & minus; non sic in qualitate, & vbi, in quibus diuersæ species sunt, quæ omnes du[illegible] determinato comprehendi non possunt, si[illegible] contrarietas quantitatis ex quo fit

257 Prima Conclusio. Sex sunt species motus, Generatio, Corruptio, Augmentatio, Decretio, Alteratio, Motus Localis, seu Latio. patet Conclusio ex discursu facto. patet etiam auctoritate Aristotelis *cap. de speciebus motus in post prædicamentis hic text. 7. & in 5. citato*, vbi assignatis tribus speciebus Motus, in quas magis immediatè diuiditur [illegible] speciem, scilicet motum, in tres species [illegible]. Textus est clarus; neque in dubium [illegible] vertitur. solum posse difficultatem facere opinio [illegible] apud Ruuium *loco citato num. 8.* qui existimant non dari motum per se ad quantitatem, sed tantum [illegible] resultantiam, sicut in Relatione, seu ad aliquid, [illegible] hoc ad Libr. de Generatione transmittendum [illegible] ad quos spectat controuertere, an generatio substantiæ, quæ fit in nutritione, distinguatur à motu, quo acquiritur quantitas.

Aduertendum est autem prædictam diuisionem Motus non esse in species atomas, seu vltimas, sed potius medias, quodlibet enim ex membris assignatis alias sub se habet species. iuxta diuersitatem formarum, ad quas terminant, ex quibus, vt infra dicetur, sumitur specificatio Motus: quare prędicta diuisio est in species magis notas, non autem tales, quæ magis proximè diuidant diuisum, nempè motum, qui afferri in membra proximiora posset, vt eam attulimus prima diuisione.

Secunda Conclusio. Definitio Motus competit omnibus speciebus assignatis. Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui postquam motum definiuit, definitionem explicat per omnes species enumeratas. huic Conclusioni subscribunt D. Thom. *hic lect. 17. & in 5. text. 7. citato* in principio quæstionis, & alij apud Ruuium, quos ipse sequitur *tract. 1. de Motu, hic quæst. 2. num. 18.*

Probatur secundo ratione. omnia, quæ producuntur, per motus enumeratos, vtique habent fieri, & factum esse, nihil enim esse potest, nisi fiat, ergo vera Conclusio. Consequentia probatur, omne fieri est actus mobilis existentis in potentia ad illud, quod fit, & quatenus est in potentia ad illud; quia ita actuat illam, ut potentiam, vt illam non tollat, sed essentialiter ordinet ad aliud, sed hæc est definitio motus ab Arist. tradita, ergo vera Conclusio.

Sed contra Instabis Primo ex Pererio *lib. 13. quæstio. 5.*
258 *dub. 9.* & Conimbricensibus *hic quæst. 1. art. 1.* Motus instantaneus non habet partes post partes, sed est totus simul, forma enim hominis tota simul producitur, ergo non est actus entis in potentia, prout in potentia, scilicet partim actuans subiectum, partim relinquens in potentia, ad vlteriorem gradum. Dato Antecedente, negatur consequentia, id enim quod motum instantaneum terminat, habet fieri, quod saltem natura præcedit rem in facto esse, & actuat potentiam, quam ordinat, vt talis est. & hoc sufficit; perperam enim explicant, ly *entis in potentia, vt in potentia* non enim intelligitur, quòd motus constituat subiectum, partim in actu, secundùm aliquem gradum formæ, partim in potentia, secundùm alios gradus, sed tantùm quod sit actus essentialiter imperfectus actuans potentiam illam, quam ordinat ad proprium actum, &c. modo explicato in definitione.

Instabis secundo. Motus est actus ad aliquam perfectionem inducendam in subiectum, sed corruptio tendit ad non esse, ergo non comprehenditur in definitione motus. Negatur antecedens, motus enim est via ad terminum, quare naturam termini induit; & quia terminorum alij sunt priuatiui, alij positiui, ideò non omnis motus ordinat ad perfectionem. videantur Conimbricenses *loco citato, art. 2. ad 2.* ex quo omnes conueniunt motum non dici vniuocè de priuatiuis, & positiuis, sed tantùm analogicè. An verò de Positiuis motus dicatur vniuocè, non omnes conueniunt. pro quo sit.

Tertia Conclusio. De motibus positiuis motus dicitur vniuocè. Est D. Thomæ *in 1. dist. 11. quæst. 4. art. 1. ad 2.* & *in 2. dist. 2. quæst. 1. art. 1. ad 3.* Ruuij *hic cap. 3. quæst. 3. nu. 22.* & aliorum contra Pererium *lib. 13. cap. 5. dub. 1.* Probatur. Illa Definitio conuenit vniuocè pluribus, quibus vniuocè conuenit res per definitionem significata, sic est in proposito, ergo. Minor probatur. Esse actum entis in potentia, vt in potentia æquè conuenit omnibus motibus positiuis, nec vni per ordinem ad alium; omnes enim formaliter sunt accidens, nec vna mutatio dicitur talis per dependentiam ab alia, non enim alteratio, & augmentum dicuntur motus in ordine ad generationem, neque è contra, ergo. 259

Instat primo Pererius ex Aristotele *hic text. 4.* Motus non est aliud præter res, quæ mouentur, sed his non est quid vniuocum communiter, ergo motus non est quid vniuocum ad omnes species motus. Minor patet ex eodem Aristotele id enim quod mutatur, aut in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in Loco mutatur, quibus nihil est commune. Cofirmatur, quia motus est actus imperfectus, cuiusmodi non potest esse aliquod genus vniuocum ad species. Ad argumentum Respondeo cum D. Thoma *Lect. 1. hic § ostendit*, Aristotelem nihil aliud velle, nisi motum non constituere aliquod Ens perfectum, quod sit nouum prædicamentum, vel genus ad ea prædicamenta, ad quæ datur motus; quia prædicamentis nihil est commune quoad entitatem, sed reduci ad ea prędicamenta, vt imperfectum ad perfectum, per hoc tamen non tollitur, quin in aliquo modo se habendi possint conuenire, qui modus sit quid vniuocum respectu illorum, sicut conueniunt in fundare relationes.

Ad Confirmationem respondeo, motum non dici genus perfectum respectu suarum specierum, cum sit actus essentialiter imperfectus, vt benè assumit aduersarius, sed dici genus, quia illa ratio imperfecta, cum vniuocè conueniat pluribus, quæ vt species differunt, à nobis concipitur ad modum cuiusdam generis.

Sed contra responsionem argumẽti instabis ex eodem Pererio, hic modus, qui est motus specificatur à termino ad quem, sed hic terminus differt prædicamento ex Aristotele, ergo & motus; sed quæ differunt prædicamento, nihil commune habere possunt vniuocum, ergo motus non est quid vniuocum ad omnes motus. Optima instantia, sed eius responsio non potest patere, nisi prius agatur de specificatione motus, & distinctione à termino.

Instat secundo idem Pererius ex Aristotele *8. Phys. text. 77.* & *78.* motus localis est perfectior cæteris motibus, ergo motus non dicitur vniuocè ad omnes motus. Negatur consequentia, quia licet secundum suum esse speciale motus localis sit perfectior propter rationes alibi assignandas, attamen in definitione motus æquè conueniunt patet à simili in homine, & Leone respectu animalis, quod vniuocè dicitur de vtroque, licet homo sit perfectior.

An Successio, & Continuitas sit de Essentia Motus. Quæstio Tertia.

Quærit hæc quæstio tantùm de Motu propriè sumpto, scilicet, vt distinguitur à mutatione, seu vt constituit tertia species ab Aristotele *5. Phys.* seu pro motu, quem nos in prima diuisione appellamus motum successiuum, de qua sunt tres sententiæ. 260

Prima est Fonsecæ *5. Metaphys. cap. 13. quæst. 8. sect. 3. §. huic*

huic obiectioni, & tertia assertio. Quibus locis docet tùm successionem, tùm continuitatem esse proprietatem in secundo modo.

Secunda Sententia est Pererij *lib. 14. cap. 8. §. & fortassis circa medium*, & Conimbricensium *cap. 2. quæst. 2. art. 2. &* 3. qui docent successionem esse de essentia motus, continuitatem autem ejus passionem; quamuis Perertus videatur hæsitare de Continuitate, & paulo infra vtranque sententiã quasi innuere, dum de ea concludit sub disiunctione, vel de essentia motus esse, vel ex ea necessario fluere; & forsan concordat ijs, quæ paulo supra docuerat §. *è contrario*; vbi vtranque probabilem dixerat.

Tertia Sententia est Toleti *cap. 3. text. 23. quæst. 1. §. 2. conclusio*. Qui docet successionem esse de essentia motus, & licet de diuisibilitate explicitè non agat, videtur tamen de vtraque idem sentire, quia indifferenter successionem, vel diuisibilitatem eam nominat, vt est videre §. *Tertio aduerte*, vbi distinguit quatuor species diuisibilitatis, quas possumus in motu distinguere; deinde §. *Tertia est*. Diuisibilitatem propriam motus vocat successionem, & illam successionem vocat diuisibilitatem §. *Quarto Aduerte*. pro nostra sententia.

261 Notandum ex eodem Toleto § *allegato tertio aduerte*, quatuor species diuisibilitatis nos posse distinguere spectantes ad motum. Prima dicitur diuisibilitas subiecti, quæ in hoc est posita, quod cum motus recipiatur in subiecto diuisibili, & extenso, extenditur iuxta illius extensionem. Secunda diuisibilitas dicitur spatij, sed melius forsan termini, & est latitudo, seu extensio, quam dicit Terminus, qui per motum producitur. Tertia est diuisibilitas iuxta moram, & consistit in quantitate Temporis, quo fit motus; an fiat vna hora, an duabus, &c. Vltima est extensio acquisitionis, qua successiuè diuersi termini acquiruntur, ver. grat. motu calefactionis acquiritur calor. Prima Diuisibilitas est extensio, qua calefactio, cum sit quoddam accidens recipitur extensè iuxta extensionem subiecti. Secunda est, quam dicit calor acquisitus, qui diuersas habet partes. Tertia est quod hic calor sit acquisitus in medietate horæ. Quarta est extensio ipsius calefactionis, quatenus ipsa successiuè, secundum diuersas sui partes, successiuè fluentes, fuit via ad diuersos gradus caloris, & de hac vltima tantùm est quæstio, ceteræ enim extrinsecæ sunt motui. Prima quidem, & secunda, quia etiam in motu instantaneo esse possunt, vt si lumen in instanti producatur, illa productio recipitur in aere, subiecto extenso, vtique extenditur ad ipsius extensionem, ecce primam diuisibilitatem, item lumen est qualitas diuisibilis intensiuè, & ecce secundam diuisibilitatem. Tertia autem diuisibilitas est extrinseca, quia motus, idem qui nunc fit, in vna hora, quia velocior, alia vice fiet duabus horis, quia tardior, vt de se patet. his Notatis

Prima Conclusio. Successio est de essentia motus. Probatur primo ratione Toleti optima; vel motus habet suũ esse totum simul, vel successiuum. Si secundum ergo motus est essentialiter successiuus. Si primum ergo cum motus fiat successiuè, extrinsecè recipiet aliquid, quod omnino repugnat propriæ essentiæ.

Confirmat hanc eandem rationem, quia passio fluit à principijs intrinsecis rei, cuius est passio, sed res permanens, & tota simul non potest esse principium successionis, idem enim est dicere, successionem esse à re permanente, ac esse à re non successiua, cum permanens æquipolleat non successiuo, ergo si motus est successiuus, intrinsecè est successiuus, & non extrinsecè tanquam per passionem.

262 Probatur secundo. Motus successiuus essentialiter distinguitur ab instantaneo, sed non potest distingui, nisi per successionem, ergo successio est de eius essentia; res enim essentialiter distinguuntur per essentialia. Minor probatur, si distingueretur per aliquid aliud, vtique successione seclusa per intellectum, vel ablata per diuinam potentiam, possemus intelligere motum successiuum, sed hoc est implicantia, ergo. probatur implicantia. successio motus importat vnam partem fluere post aliam, ergo vel successione ablata vna pars fluit post aliam, vel non. Si primum hæc est successio, ergo successione remota adhuc est successio, quod implicat. si dicatur secundum ergo ille motus nõ est amplius successiuus ergo a primo ad vltimũ *ly successiuum* est de essentia motus, quod intendimus.

Secunda Conclusio. Continuitas est de essentia motus successiui. Probatur, sine continuitate non potest e[...] motus successiuus, ergo vera Conclusio. Antecede[ns] probatur, vel potest assignari pars motus, in quo non po[s]sint assignari aliæ partes, vel non potest. Si potest, [ergo] motus non pertinet ad genus infinitorum, contra tota[m] Philosophiam, & contra rationes infra afferendas. Si non potest, ergo continuitas est de essentia motus; in hoc enim consistit continuum, scilicet plures habere partes, termino communi copulatas.

Confirmatur. Quæcunque pars motus assignata, e[st] essentialiter successiua, vt probauimus, ergo continua. Probatur consequẽtia, successio essentialiter dicit p[artem] post partem, ergo continuitatem earundem partium, [a]quin ablata continuitate nõ poterit esse pars post parte[m] nisi interposita aliqua mora, ergo motus qui fit h[odie] [&] crastina poterit dici vnus motus successiuus, quod est [fal]sissimum. Probatur consequentia, dum enim interp[osi]tio moræ non tollit vnitatem motus successiui; q[uod] mora sit huius, vel illius quantitatis est per accide[ns] [ad] vnitatem ipsam.

Respondent Conimbricenses ad hanc rationem [...] *secundum*, ablata continuitate motum adhuc habere [par]tem post partem, non discretas, seu separatas ad inu[icem] quia perenniter fluunt, nulla interposita quiete, neq[ue] continuas positiuè, sed tantum negatiuè, ita vt illæ p[artes] neque dicantur diuisæ, neque continuæ. Responsio [im]perceptibilis, vel enim hæc continuitas negatiua t[ollit ter]minum communem partium, per quam partes dicu[ntur] continuatæ, vel non tollit. Si tollit, ergo aliqua quie[s in]tercedit, & sic argumentum est in vigore. Si non to[llit, er]go adhuc sunt continuæ.

Sed contra primam Conclusionem. Instatur pr[imo ex] Fonseca *sect. 7. citata §. quid autem*. Successio alic[uius] est successio, ergo si successio esset intrinseca motu[i esset] successio sui ipsius. Respondeo successionem esse [intrin]secam motui successiuo, vt differentiam essentialis c[ontra]hentem motum ad speciem motus successiui, neque [hoc] esse absurdum, sicut, & rationalitas, est rationalitas h[omi]nis rationalis contrahens animal ad standum pro h[omi]ne: non enim significatur his propositionibus differe[n]tias denominare se ipsas, sed id, cuius sunt differe[ntiæ es]sentiales, sic successio non est successio ipsius su[c]ces[sionis] sed ipsius motus successiui, cuius ipsa est pars essentia[lis, &] rationalitas est rationalitas non sui ipsius, sed hominis [cu]ius est differentia, & pars essentialis.

Instatur secundo, ex eodem contra secundam Conc[lu]sionem, si continuitas esset de essentia motus, motu[s per]tineret ad prædicamentum quantitatis, vt ipsius spe[cies]. Respondeo, de hoc infra, vbi forsan motum, quatenu[s con]tinuum speciem quantitatis constituemus, vt multi c[onsti]tuunt, quod si non, saltem argumento satisfaciemu[s].

Instatur tertio, *ex 5. Metaphys. cap. 15.* Motu[s est] quantus per accidens, ergo non est essentialiter cõ[tinuus] quia omne continuum essentialiter est quantum. Co[nfir]matur, nam continuitas, & successio conuenit per al[iud] motui, vel quia scilicet versatur inter duos terminos p[osi]tiuos, vel propter contrarietatem, ergo non est conti[nuus] nec successiuus per se, & consequenter essentialiter[. Ad] argumentum respondeo. dici quantum per accidens [quoad] ad diuisibilitatem subiecti, quod si proprio loco i[...] gabimus speciem quantitatis; etiam hac ratione p[otest] responderi, dici quantum per accidens. Ad Confir[matio]nem Dico, & si omnia, quæ ibi enumerantur, sint in m[otu] successiuo, non per hoc tamen tolli, quin continu[itas] conueniat per se, quia eo ipso, quòd est motus succe[ssiuus] dicit hanc continuitatem, vt diximus. Aliter posset [...]ri ex Auersa *quæst.* 26. sed patet ex dictis quid respon[den]dum.

Vnde Motus sumat speciem. Quæstio Quarta.

QVærit quæstio de vnitate specifica, non gene[rica] quia de Generica certum est multipl[...] plicationem C[...]atum in quib[...] quos datur motus ex Aristotel. *text.* 3[...].5. *P*[...] quatuor tantum, vt diximus *quæst.* 2. [...] per se terminant motum, idem [...] neque de hoc est dissentio apud [...]tores, sed t[...]

[illegible] de vnitate specifica, de qua agit Aristoteles *loco super citato*, & Comment. *ibidem*. Toletus *eodem 5. Phys. cap.4. quæst.2.* Conimbricenses *quæst.1.* Pererius *lib. 9. cap.* [illegible] Ruuius *cap.4 quæst.1.* Hurtadus *in Phys. quæst. 9.* [illegible] 8. pro nostra sententia.

[illegible] primo, Quinque esse in proposito, de quibus dubitari potest, An ab illis sit metienda vnitas specifica motus, [illegible] principium agendi, modum, quo agit, [illegible], in quod agit, terminum, à quo incipit motus, & terminum, ad quem terminat, ver. grat. calefactio est motus, dubium est, an sit talis speciei, quia calor calefaciens, vel quia calefaciat educendo calorem ex subiecto, vel quia [illegible] calefactionis sit manus, vel pes, &c. vel quia [illegible] tanquam à termino, à quo, à frigore, [illegible], quia terminet ad calorem.

Notandum secundo, ex Toleto *loco citato §. aduertendum ergo*, & Ruuio *§. primum ex his*. terminum ad quem [illegible] posse, quatenus terminat motum. Primo materialiter. Secundo formaliter. Primo modo consideratur [illegible] quoad suam materialem entitatem, [illegible] quæ acquiritur. Secundo modo consideratur [illegible] quo respicit terminum à quo, seu, vt loquitur Ruuius, [illegible] modum, quo producitur, ver. grat. dum [illegible] in medio per ignem qui ascendit, & [illegible] descendit, est quidem idem terminus materialiter, [illegible] entitas, &c. non tamen formaliter, [illegible] habet rationem sursum, respectu alterius [illegible] forsan innuit Aristoteles *text. 32* dicens. [illegible] differre à recto specie, propter [illegible] modum, quo locus idem acquiritur. [illegible]

265 Prima Conclusio. Motus sumit speciem à termino ad quem [illegible]. Patet sensus conclusionis ex præcedenti [illegible]. Est Aristotelis *loco citato text 31. & 3*[illegible] D.Tho. [illegible] *m*, & 1 *parte quæst.23. art.1. ad tertium*, vbi [illegible] *non accipit speciem à termino a quo, sed à termino* [illegible] *quem, ad dealbationem enim nihil refert vtrũ qui dealbatur fuerit niger, vel rubeus.* Est etiam Scoti *quæst. 3. in 5. Phys.* [illegible] apud Conimbricenses, & Ruuium [illegible]. Est tamen contra Albertum de Saxonia, Burleum, & [illegible], vt refert idem Ruuius *ibidem num. 24.* & Tolet. §. *Circa hanc difficultatem.*

Probatur primo. Non sumitur vnitas specifica à subiecto, [illegible] à principio, non à termino a quo, non à modo agendi [illegible] non à termino ad quem materialiter, ergo à termino ad quem formaliter. Consequentia patet, quia [illegible] est [illegible], de quibus posset dubitari [illegible]. Antecedens probatur. Non [illegible] à subiecto, eadem enim manus potest calefieri, & [illegible], & tamen calefactio, & frigefactio [illegible] specie. non à principio, idem enim calor. & liquefacit & indurat, & duæ calefactiones, quarum alia est a Sole, [illegible] non differunt specie: non à termino à quo, si [illegible] duæ manus [illegible], quarum vna erat nigra, altera [illegible] dicentur duæ dealbationes differre specie & tamen [illegible] à quo differunt specie; ideo dicebat Aristoteles *text.* [illegible] dealbationes eiusdem speciei esse: non à modo agendi tantum, non enim apparet in modo agendi, quo modo differunt dealbatio, & denigratio, & tamen specie differunt: non à termino ad quem materialiter [illegible] eadem forma albedinis fiat in instanti, quæ posset fieri successiue, erit eadem specie quoad entitatem, & tamen [illegible] differrent specie; ergo remanet, vt sumatur [illegible] termino ad quem formaliter.

266 Probatur secundo. Ab illo debet sumi species motus, a quo sumitur nomen, & definitio, sed hæc sumuntur à termino [illegible], Aristotele *text.4 & 48. eiusdem 5.* calefactio enim dicitur à calore, qui est terminus ad quem calefactionis, & dealbatio ab albedine, quæ est terminus ad quem dealbationis, & si dealbatio, & calefactio definiantur, definientur per albedinem illa; per calorem ista, ergo à termino ad quem sumitur species motus. Remanet [illegible] argumenta in contrarium, quæ vtique multa sunt, nec prætereunda.

Instatur primo. Motus intrinsecè versatur inter terminum a quo, & terminum ad quem, ex *text. num. 7. motus est e quopiam in quippiam*, ergo non est maior ratio cur sumatur specificatio à termino à quo, vel a termino ad quē. Respondeo negando consequentiam, non enim omnia, quæ requiruntur intrinsecè ad aliquid, dant illi speciem, cum aliqua quæ intrinsecè concurrunt, ad plura concurrere possint, sic est in casu nostro, cum enim terminus a quo solum requiratur tanquam id, vnde discedit motus, idem terminus potest reperiri in pluribus motibus, non sic in termino ad quem, quia motus est eius fieri, & via, & hæc est vera ratio disparitatis.

Instatur secundo. Quantitas tripalmaris fiat bipalmaris, est diminutio, si vero palmaris fiat bipalmaris, est augmentatio, qui motus specie differunt, sed terminus ad quē est idem, nempè quantitas bipalmaris, ergo à termino ad quem non sumitur specificatio.

Confirmatur. In motibus localibus ad eundem aerem, quorum alius sit deorsum, alius desursum, differrent specie, & tamen idem terminus ad quem.

Confirmatur secundo. Nam motus circularis, & rectus differunt specie, & tamen multoties habent eundem terminum. Nec dissimile est, quod solet efferri de motu violento, & naturali, qui differunt specie, & tamen eundem terminum habere possunt, & multa alia, quæ similia objici possent, ergo diuersitas specifica non sumitur à termino ad quem.

Ad Argumentum distinguo minorem, est idem terminus materialiter, concedo, formaliter, & nego. Quantitas 267
enim bipalmaris comparata ad tripalmarem habet rationem minoris, ad palmarem verò habet rationem maioris; ideo formaliter est multiplex, & per idem patet etiam ad confirmationes, idem enim Locus respectu vnius motus habet rationem loci sursum, respectu verò alterius rationem deorsum. Sic idem Locus diuerso modo se habet comparatus ad motus circularem, & ad rectum. Quæ responsio potest etiam deseruire, si eadem forma acquireretur per motum successiuum, & instantaneum, esset enim diuersus terminus formaliter ratione modi, quo fit; licet non materialiter, & sic de similibus, vbi diligenter aduertendum, & solum modum, & solam specificationem termini, qui producitur sufficere ad distinguendum motum, quia ex vtraque coalescit vna formalitas termini, & sic licet eadem forma specie producatur successiuè, quæ posset etiam instantaneè, est motus diuersus specie, quia formaliter terminus non est idem ratione modi: & si diuersæ formæ specie producantur per eundem modum, est motus distinctus specie, quia diuersitas formæ constituit diuersam formalitatem termini, ex quo etiam soluuntur rationes Auersæ, quas innuimus *in calce quæst. præcedentis ex quæst. 26.*

Ad id, quod afferebatur, idem terminus acquiritur motu violento, & naturali, qui differunt specie, placet responsio Toleti *loco cit. §. ad vlt.* esse differentiam specificã, sed accidentalem, quia hæc differentia sumitur ratione principij passiui, cui, si ille motus est conformis, dicitur naturalis, si non, violentus, quod est per accidens ad rationem motus; eadem enim entitas motus omnino est, siue principium passiuum illum recipiat iuxta naturalem inclinationem, vel non.

Instatur tertio. Cum sit motus ex albo in viride, & ex albo in rubrum, specie differunt, & tamen terminus formalis est idem, quia tum viride, tum rubrum comparatur 268
ad album, tanquam nigrum, vt docet Aristoteles, *5. Phys. text. 6. & 52.* ergo motus non sumit speciem à termino ad quem. Pro responsione supponendum est, colores medios differre à coloribus extremis specie, vt docet ferè vniuersa schola Theolog: & Philosof: apud Pererium *loco citato §. altera opinio*, quo supposito, Respondeo esse motus specie distinctos, quia termini ad quos specie differunt, & quando dicitur, Aristotelem dixisse tùm viride, tùm rubrum, se habere vt nigrum respectu albi, respondeo hoc dixisse, quia motus est inter contraria, & cum contrarium albi sit nigrum, dum fit motus ex albo in fuscum, vel viride, vel rubrum, &c. fit quatenus participant, seu habent conuenientiam aliquam cum nigro, ratione cuius dicuntur habere contrarietatem cum albo; non tamen reuera rubrum, viride, &c. sunt nigra, atque adeo eiusdem speciei, ideo dixit Aristoteles *illo text.* se habere quodammodo cõtraria ipsa media ad extrema, per quam particulam *quodammodo*, quæ est diminuens, quasi innuit non esse vera contraria, cuius sensus videtur etiam *Diui Thomæ in illo text.6. §. manifestat.* Nec aliud vult Aristoteles *7. Phys. text.5.* dum dicit, eum motum esse idem specie,

cie, qui est ab eodem in idem, scilicet cum motus sit inter contraria, necesse est eundem esse terminum ad quem, sic dum fit motus à nigro in album, & à fusco in album, est idem terminus à quo, quia quoad contrarietatem ad album conueniunt fuscum, & nigrum.

Instatur quarto. Motus ab albo in nigrum per fuscum, & ab albo etiam in nigrum per viride, essent idem specie, quia eundem habent terminum ad quem, sed hoc est falsum, ergo. Respondeo si illi motus comparentur ad terminum vltimum, nempè nigrum, esse eiusdem speciei, quia per accidens est, quod fiant medio viridi, vel fusco, &c. si autem comparentur ad ipsum viride, vel fuscum, quæ primò acquiruntur, hoc pacto possunt dici differre speciè; simpliciter autem dicuntur eiusdem speciei, quia attenditur terminus vltimatus, vt docet Toletus §. *sed aduerte*. Quare negatur minor, simpliciter loquendo.

Vnde sumatur Vnitas Numerica Motus. Quæstio Quinta.

269 VNica Conclusio. Ad vnitatem numericam motus requiritur vnitas numerica termini ad quem, mobilis, Temporis, & Motoris. Probatur primo ex Aristotele, *text.* 35. qui ad vnitatem numeralem motus idem mobile, idem tempus, & eandem formam requirit, & si non facit mentionem de Motore, ideò omittit, quia differt vsque *ad l.* 7. *&* 8. vbi ex professo acturus est de motore, vt affirmant Conimbricenses 5. *Phys. cap.* 4. *quæst.* 5. *art.* 2. §. *in hac disceptatione, in fine*, immò supra *art.* 1. *in calce*, afferunt loca Aristotelis expressè exigentis vnitatem numeralem motoris, ad vnitatem motus.

Probatur secundo ratione. Quodlibet horum, quod desit, non est idem numero motus, ergo ab omnibus istis pendet eius vnitas numeralis. Consequentia patet. Antecedens probatur. Motus est quoddam fieri formæ, ergo si diuersa numero sit forma, diuersum erit fieri, ergo motus etiam diuersus. Rursus eadem forma numero non potest esse in diuersis subiectis numero, ergo neque fieri formæ: idem enim subiectum est formæ in fieri, & in facto esse; quoties igitur variatur numero subiectum, variatur fieri, ergo motus. Quod requiratur vnitas temporis, scilicet quod fiat tempore non interrupto (& in hoc tantùm sensu dicitur requiri vnitas temporis, quod signanter dico, quia soluentur multa argumenta, quæ fiunt de tempore, quod non possit dare vnitarem, &c.) etiam patet, si enim tempus interrumpatur, & mobile aliqua morula quiescat, non est amplius motus præcedens coniunctus sequenti, consequenter non efficiunt vnum numero motum. pariter idem numero effectus non potest esse à pluribus agentibus, vt diximus, ergo requiritur etiam vnitas agentis, seu mouentis, ergo verum antecedens.

270 Sed contra Instatur primo. Si aliquod animal è turri deijciatur, & in medio moriatur, variatur mobile, & tamen est vnus numero motus non interruptus, non enim in aëre potest quiescere, ergo ad vnitatem motus non requiritur vnitas mobilis. Antecedens probatur, quia diuersum compositum est animal viuum, ac mortuum. Confirmatur ex Aristotele *text.* 23. vbi dicit, eundem numero motum illum, quo musicus tangit primam, & vltimam chordam, & tamen est diuersum mobile. Ad argumentum respondeo, subiectum motus esse materiam, vt infra *in Libro de Generatione*, & sic non variatur mobilè, quod erat subiectum motus, cum eadem materia perseueret, & consequenter non est mirum, si sit idem motus. Ad Confirmationem respondeo cum Conimbricensibus, cum moueantur fides Citharę duplicem motum intercedere, alium ipsius manus, quæ ab anima mouetur, alium chordæ, quæ mouetur à manu. Respectu igitur manus dixit Aristoteles esse eundem numero motum, non respectu fidium, cum sint diuersa mobilia, quæ mouentur, vt benè assumit argumentum.

Instatur secundo. Vnus est numero motus, quo mouetur arbor, cuius vna pars est viridis, altera sicca, & tamen duo mobilia, ergo ad vnitatem non requiritur vnitas mobilis. Solent respondere esse duos motus contiguos, sicut & mobilia, licet videantur tantùm vnus, quia sensus nequit discernere contiguitatem à continuitate. Verum hoc videtur inintelligibile, vt docet etiam Toletus, §. *ad* 5. quòd aliqua pars hominis, quæ vita est destituta, attamen adhuc membrum corporis humani faciat distinct[...] continuum à reliquo corpore, quare melius vide[...]dicendum cum ipso Toleto, omnes illas partes arbor[...] siccæ, siue virides sint, dùm non sunt disiunctæ, cont[...]re vnum continuum, & ideo vnum numero mou[...], quia vnum mobile; & si vim faciant in verbis A[...] res diuersarum specierum non continuari, Respondet Toletus, & benè, intelligi de rebus diuersæ omnin[o] speciei, & quæ sint ad inuicem disiunctæ, non sic aute[m] est in casu nostro, nam illæ partes arboris continuantu[r in] materia, in quantitate, &c. Patet hoc non esse contra Ari[s]totelem, si enim ipse vellet, illa solum, quæ sunt e[iu]sdem speciei esse vnum continuum, non distinxit vnitate[m con]tinui ab vnitate indifferentiæ in forma, quod tamen [...] 5. *Metaph. cap.* 6. Patet etiam ratione, nam ex sola c[on]tiguitate, non sequitur, quòd moto vno, moueatur aliud, vt sensu experimur; at mota parte viridi arb[oris] mouetur & sicca, ergo non sunt tantùm contiguæ, [sed] continuæ.

Instatur tertio in alteratione, & in quolibet motu s[uc]cessiuo acquiruntur diuersæ partes formæ, ergo non [po]test esse vnus numero terminus. Confirmatur ex m[otu] frigore in calorem, vbi sunt duo termini frigus am[issum], & calor productus, & tamen vnus numero motus, [ergo] ad vnitatem motus non requiritur vnitas termini.

Negatur consequentia, quia omnes illæ partes, cum vna immediatè alteri continuetur, constituunt vnu[m nu]mero continuum, neq; aliud potest inferre argume[ntum] nisi illam formam constare ex pluribus partibus, q[uod] [...]tro concedimus, quia debet proportionari motui, [...] ipso quòd est successiuus dicit plures partes. Veru[m] [...]dem est, quod sunt plura continua in potentia, qu[...] set motus interruptus, plura continua fuissent, cu[m] d[e] essentia continui sit plures partes habere, sed non [inter]ruptas. Ad Confirmationem Respondeo, duos e[sse] [mo]tus, alterum positiuum, quo producitur calor, alte[rum] priuatiuum, quo corrumpitur frigus.

Instatur quarto. Ascensus, & Descensus lapidis [...] sursum proijcitur, & descendit, differunt specie in t[ermi]no, & consequenter numero, & tamen est vnus mot[us nu]mero, ergo ad vnitatem numeralem Motus non re[quiri]tur vnitas termini. Dato Antecedente, negatur c[onse]quentia, qui[a] discontinuantur ascensus, & descensu[s ...] nulla intercedat quies, quod magis infra patebit qu[...] *vltima in* 8. *Physicorum*.

Vnde sumatur Contrarietas Motus. Quæstio Sexta.

COntrarietatem Motus explicat Aristoteles *in* 5. *P[hy]sicor. sæpius citato cap.* 5. *tex.* 46. *&* *sequentibus*. [...] quos Aduertendum est, dupliciter nos posse consid[erare] motus, vt in eis assignemus contrarietatem. Prim[o com]parando ipsos motus ad inuicem, & hoc, vel in eodem [ge]nere, ver. gr. duas alterationes; vel in diuerso, ver. [...] augmentum, vel alterationem. Secundo compa[rando] motum ad quietem, & hoc, vel ad quietem in termi[no a] *quo*, v. grat. comparando motum ex albedine in n[igredi]nem, ad quietem, quam habet mobile in illa albedine [...] comparando ad quietem in termino *ad quem*. sci[licet com]parando motum ex albedine in nigredinem ad quie[tem,] quam mobile habet in illa nigredine, cum est acqui[sita;] de his omnibus resoluenda est quæstio, de qua sit.

Prima Conclusio. Motus diuersi generis non sunt [con]trarij. Probatur, quia vt alias diximus, contraria [sunt] quæ sub eodem genere ab eodem subiecto se inuice[m ex]pellunt, ergo motus, qui collocantur, seu reducunt[ur in] diuersa genera, non sunt contrarij.

Probatur secundò auctoritate Aristotelis *text.* 48. [...] quam enim enumerauit diuersas combinationes [qui]bus motus, vt contrario, possent comparari, concludit. *[...] igitur is, quo ad contraria peragitur, & is quo ad contr[aria] ex contrarijs itur*. Igitur ad contrarietatem motu[s re]ritur contrarietas terminorum, *a quibus*, & *ad quo[s ...] tem ad quos*, sed termini, qui acquiruntur, & ab[...] motibus ad quantitatem, ad qualitatem, ad [...] contrarij, non enim sunt contraria ipsa vbi, ad al[...] nigredine. &c. vel ad quantitatē bipeda[...] g[...] neq; motus illi sunt contrarij; vnde rel[...] trarietas reperiatur solum in motibus eiusdem g[eneris].

Secunda Conclusio. Illi motus dicuntur contrarij in eodem genere, quorum termini *ad quos* sunt contrarij. Hæc Conclusio est ipsius Aristotelis *textu mox allegato*. Probatur primo Contrarietatem motus metiri non possumus, nisi ab ipsis terminis, cum essentialiter pendeat ab ipsis, sed non est petenda à terminis *à quibus*, ergo à terminis *ad quos*. Minor probatur. Quia si detur motus ab albo in nigrum, & ab albo in rubrum, dicuntur motus contrarij, & tamen termini *à quibus* non sunt contrarij: item si detur motus ab albo in rubrum, & à nigro in rubrum, non sunt motus contrarij, & tamen termini *à quibus* sunt contrarij, ergo contrarietas non est petenda à terminis *à quibus*.

272 Probatur secundo. Quia motus sumit, vt diximus, suam vnitatem, essentiam, &c. à termino *ad quem*: item motus est fieri termini *ad quem*, illi igitur motus dicentur contrarij, quorum termini *ad quos* sunt contrarij. Probatur consequentia, quia ab eodem habetur essentia, vnitas, contrarietas rei, &c. nec fieri vnius formæ potest non esse contrarium fieri alterius, dum formæ, quæ fiunt, sunt contrariæ, & inuicem se expellunt ab eodem subiecto: an vero motus genere sit vera contrarietas motus, omnes conueniunt in alteratione intercedere veram cõtrarietatem; calor enim, & frigus verè contrariantur, & consequenter calefactio & frigefactio. De ceteris verò sunt diuersi sensus, si non sint contrarij, saltem erunt disparati, cum simul esse non possint in eodem subiecto.

Tertia Conclusio. Quilibet motus est contrarius quieti, quæ habetur in termino *à quo*, non autem *ad quem*. Est Aristotelis *text.* 4. vbi dicit: *et quidem motui, qui est ex hoc in contrarium oppositam esse eam quietem, quæ est in hoc*: & loquens de quiete in termino *ad quem* ait: *ei namque, quo est à morbo itur in sanitatem, contrarium esse fines egreditur ratiemis*

Probatur etiam ratione. Quia quies in termino *à quo*, est possessio illius formæ, motus ab illo termino, est abiectio eiusdem formæ, sed abiectio, & possessio eiusdem contrarium, aut quasi priuatio rei, & esse eiusdem rei; ergo quies talis pars est contraria motui. Secunda etiam pars probatur, quia motus in ordine ad terminum *ad quem*, est acquisitio eiusdem termini, ergo non est contrarius quieti in eodem termino; fieri enim rei non est contrarium esse rei, cum sit perfectio ad ipsum, vt docet ipsemet Aristoteles.

Addit autem *in text.* 54. non solum quietem opponi motui, sed etiam quietes inter se, ita vt, si motus duos statuamus contrarios, ver. grat. motum à calore in frigus, & à frigore in calorem, etiam ipsa quies, quæ est in frigore dicenda est contraria quieti, quæ est in calore. Quæ doctrina (pace Aristotelis sit dictum) vniuersaliter non placet, cum enim termini *à quibus* sunt idem specie in duobus motibus contrarijs, ver. grat. ab albo in nigrum, ab albo in fuscum non video cur quietes terminorum *à quibus*, qui sunt omnino idem specie, debeant dici contrariæ, motus enim dicuntur contrarij, non ratione terminorum *à quibus* sed *ad quos*, & quietes dicuntur contrariæ motibus non ratione terminorum, sed quia sunt illarum priuatiui, vnde si eiusdem formæ sunt priuatiui, quare illæ quietes sunt contrariæ, præcipuè cum illi motus priuatiui, nec etiã ipsi sint contrarij. Addit etiam *text.* 53. non omnem quietem in termino à quo opponi cuicunq; motui, sed ei motui, qui est ab ea forma ad contrariam; v. gr. quies in albedine non opponitur cuicunque motui, sed motui determinato, videlicet illi, qui est ab ipsa albedine, in contrarium, & benè dicit, quia eatenus opponitur quies motui, quatenus est eius priuatio, at non cuiuscunque motus est priuatio cuiuscunque formæ; Sed solum is, qui est ab illa forma.

Quomodo Motus distinguatur à termino ad quem.
Quæstio Septima.

237 IN hac quæstione tres inuenio sententias. Prima docet motum sola ratione differre à termino; si enim consideretur eadem forma, ver. grat. calor vt qualitas quædam permanens in subiecto; dicitur terminus ad quem; si vero consideretur vt est quædam forma fluens, & de nouo successiuè, secundum sui partes ingrediens passum, dicitur motus. Ita loquuntur Pererius *lib.* 13. *quæst. vltima*. Toletus *hic cap.* 3. *quæstio.* 3. tribuitur Conimbricensibus, *hic cap.* 2. *quæst.* 3. *art.* 2. re vera tamen si benè expendantur, quæ ipsi docent §. *posterior pars* in explicatione distinctionis formalis secundo modo acceptæ, qua docent distingui motum à termino, videntur tantùm negare distinctionem realem rigorosam. Hanc eandem sententiam tenent non pauci alij apud Ruuium *hic cap.* 3. *quæst.* 4.

Secunda sententia est Nostri Aresij 1. *de Generatione disput.* 15. *quæst.* 37. *sect.* 3. qui dicit motum posse sumi dupliciter, adæquatè, & inadæquatè. Sumptum adæquatè significare non solum terminum ad quem, sed etiam terminum à quo, & subiectum ipsum, quia motus est essentialiter transitus subiecti à termino à quo, ad terminum ad quem. Sumptum inadæquatè identificari cum termino ad quem. Primo modo sumptum dicit distingui sicut totum ab aliqua sui parte, scilicet vt includens ab incluso. Secundo modo sumptum distingui tantùm formaliter, seu ratione, hoc enim innuit *sect.* 4. §. *dicendum est igitur*. Quare in hoc secundo sensu non discrepat Aresius à prima sententia.

Tertia sententia docet motum distingui à termino, tanquam modum ipsius, hanc docent Suarez *in Metaphysic. disput.* 49. *sectio.* 2. *num.* 5. Hurtadus *in Phys. disp.* 11. *sect.* 2. Ruuius, *loco citato num.* 26. & alij multi apud ipsum, cum quibus existimo, & Conimbricenses sentire, & cum hac sententia etiam nos sentimus, ideo sit.

Vnica Conclusio. Motus distinguitur modaliter à termino. Probatur primo ea, quæ sola ratione distinguuntur non possunt ad inuicem separari, sed recedente motu permanet terminus, ergo non distinguuntur sola ratione, ergo modaliter. Consequentia patet, si enim non distinguitur ratione, remanet vt distinguatur modaliter, de distinctione enim reali non est sermo, quia certum est, non posse habere locum, inter motum, & terminum. Antecedens patet ex Metaphysica in signis distinctionis rationis. Respondet Pererius, & Toletus negando antecedens, & afferunt multa exempla de aliquibus quæ sola ratione distinguuntur, & tamen vnum potest esse sine alio, ver. grat. quantitas, & Figura, Relatio, & Fundamentum, sed petunt principium, quia idem sentit tertia sententia de distinctione quantitatis à figura, & Relationis à termino, & quando Pererius assumit, non posse motum esse sine forma, neque formam, vt est fiens sine motu, non esse ad rem; quæstio enim procedit de motu, & termino ad quem, & in hoc sensu procedit nostra probatio; forma autem fiens, vt ita dicam, non est terminus ad quem, sed in facto esse, quæ vtique esse potest sine motu, vnde ratio est in suo robore.

Nec responsio Aresij infringit nostram rationem, re- 274
spondet enim iuxta datam distinctionem, ideò motum non posse esse sine termino; sed è contra, quia motus includit etiam terminum à quo, si adæquatè sumatur, sicut materia potest esse sine composito, licet non compositum sine forma, quæ responsio, vt dicebamus, non vrget, motus enim comparatur ad terminum ad quem, vt quoddam fieri ipsius, sine quo esse potest terminus, quia postquam est factus, cessat fieri ipsius, & in hoc nos nitimur distingui modaliter, quia vnum esse potest sine alio.

Probatur secundo. Motus est actus entis in potentia, vt in potentia, ergo vera conclusio. Probatur consequentia, quia idem non potest ordinare subiectum essentialiter ad se ipsum, nec actuare illam potentiam adhuc relinquendo potentiam ad se ipsum, hæc enim implicant, eò enim ipso quod est actuata, implicat actuabilem esse; sed motus est actus talis, vt diximus, qui actuat potentiam eandem, actuabilem per formam; ad quam necessariò ordinat subiectum, ergo motus debet distingui à forma. Respondebunt forsan posse eandem formam secundum diuersam rationem hæc præstare, scilicet consideratam vt est influxus, & est permanens. Sed contra, per quod

Probatur tertio. Non potest hic motus esse actus entis &c. nisi illum concipiamus actuare subiectum, qua actuatione mediante ordinatur ad formam, sed quacunque actuatione concepta in forma ad subiectum, est concipere formam permanentem, quo modo nec per aduersarios habet rationem motus, ergo motus est distinctus modaliter, & non tantùm ratione, a termino ad quem.

Probatur quarto. Etiam per aduersarios diuerso modo se habet terminus ad quem, per motum, ac se habeat sine motu, ergo per aliquid; nam idem manens idem, semper

est

eſt idem, ſed non poteſt oriri hęc diuerſitas ab aliquo realiter diſtincto, ergo ſaltem modaliter. Confirmatur, nam fieri rei importat diuerſum modum eſſendi rei, ac poſtquam eſt facta; motus eſt huiuſmodi fieri, ergo.

275 Sed contra inſtatur primo, in quo maximam vim faciunt aduerſarij. Si motus eſſet diſtinctus à termino, cum ſit quid reale, produceretur vtique alio motu, & ille alius motus etiam produceretur, & vtique alio motu, & ſic in infinitum, ergo motus non eſt diſtinctus. Confirmatur ex Toleto, quia ſi eſt quid diſtinctum, vel in eodem inſtanti cum termino, vel in diuerſo fit, quidquid dicatur eſt abſurdum, ergo. Ad argumentum negatur ſequela maioris, quia cum motus ſit tantùm modus vt fieri termini, non debet fieri per aliud fieri, & in tantùm dicitur fieri, in quantum fit ipſe terminus ad quem, cuius eſt fieri; generatio enim non fit per aliam generationem, vt diximus *libro 2. tract. 3. quæſt. 2.* Ad Confirmationem reſpondeo, eſſe in eodem inſtanti temporis, prius tamen natura eſt motus, quia prius eſt rem fieri, quam eſſe, nec aliud eſt motus, quam fieri rei, neque hoc eſt vllum abſurdum, immò neceſſarium, cum fieri rei non poſſit eſſe, ſine re, quæ fit.

Inſtatur ſecundo ex Peretio, vel terminus ad quem, & motus, ſi differunt, differunt numero, vel ſpecie. Non numero, quia duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto; nec ſpecie, quia ſunt producta per idem numero principium, agens, &c. ergo non differunt realiter. Reſpondeo, ſi propriè loqui velimus, cum modus non habeat propriam entitatem, ſed tantùm ſit quædam affectio, non differre, nec numero, nec ſpecie, ſed eſt eademmet res, quæ diuerſo modo ſe habet: ſi autem loquamur de motu, quatenus eſt quædam entitas modalis, eo pacto, quo entitas competit modis, differre numero. Ad inſtantiam reſpondeo, illud axioma eſſe verum de accidentibus omnino diſtinctis, & habentibus veram entitatem, non autem de duobus, quæ in tantùm dici poſſunt duo, quatenus vnum eſt modus alterius, vt fieri ipſius, ſine quo eſſet poteſt, poſtquam eſt productum, & cum quo neceſſariò in eodem tempore eſſe debet, quia fieri eſſe non poteſt, ſine re, quæ fit.

276 Inſtatur tertio ex eodem. Ita ſe habet potentia calefactiua ignis ad calefactionem, ſicut calor, qui eſt in igne, ad calorem productum, ergo ſecundum mutatam proportionem, ſicut ſe habet potentia calefactiua ad calorem qui eſt in igne, ita calefactio ad calorem, qui eſt productus, ſed potentia calefactiua non differt re à calore, qui eſt in igne, ergo neque calefactio differt re, a calore, qui producitur. Negatur antecedens, potentia enim calefactiua ad calefactionem ſe habet, vt cauſa ad ſui cauſalitatem, calor autem, qui eſt in igne ad calorem productum ſe habet vt cauſa ad effectum. Quare negatur conſequentia, preterquam quod ſi commutatio valeret, ſequeretur nec ratione motum diſtingui à termino, quia potentia calefactiua, & calor nec ratione diſtinguuntur.

Inſtatur quarto ex Areſio *ſect. 3. citata* §. *preterea probatur*. ſi motus eſſet diſtinctus, ſequeretur rem moueri ante motum, & poſt motum, hoc implicat, ergo. Probatur ſequela, quia tranſacto motu res tranſit ad quietem, & ante motum à quiete tranſit ad motum, ſed motus non eſt aliud, quam tranſitus, ergo poſtquam concipimus motum eſſe finitum, adhuc res moueretur; quia tunc tranſit ad quietem. Reſpondeo, quòd ſi quid valet, valet etiam contra ipſum, nam ſi eſt verum quod aſſumit, tranſacto motu rem tranſire ad quietem, & quòd hoc importet motum poſt finitum motum, ſiue motus diſtinguatur, ſiue non diſtinguatur, tranſacto motu, res tranſibit ad quietem, hic tranſitus non poteſt eſſe ſine motu, ergo tranſacto motu res mouebitur, eſt autem implicantia rem moueri tranſacto motu, ſiue motus diſtinguatur, ſiue non, & quælibet reſponſio quod dabit ad hanc inſtantiam, erit etiam pro nobis, vt expendenti patebit. Quare ad argumentum reſpondeo, negando ſequelam; ad probationem Dico, tranſacto motu non tranſire à motu ad quietem, ſed eſſe in quiete, quia motus eſt acquiſitio huius quietis, ſeu tranſitus ad quietem.

Inſtatur quinto ex eodem, §. *quarto probatur*. Motus eſt inceptio termini, ergo ſi diſtinguitur à termino, terminus incipit per aliquid à ſe diuerſum. Dato Antecedente, diſtinguo conſequens, incipit per aliquid à ſe verè diuerſum, & nego conſequentiam, diuerſum modaliter concedo conſequentiam, & quando dicit, ſi diuerſus eſt m[...] liter, ipſe motus inciperet, & non terminus, iam reſpon[...] mus in reſponſione ad primum quomodo & motus, & [...] per motum fiant, & incipiant.

Inſtatur ſexto ex Ariſtotele alibi allato, qui dixit motu[m] non eſſe aliud preter ipſas res, & ſi dicamus, non eſſe aliu[d] realiter, benè modaliter, inſtat Areſius, multa ſunt, quæ [...] ſtinguuntur modaliter, & conſtituunt predicamenta [...] ſtincta, ſed Ariſtoteles hoc dixit, vt doceret motum n[on] conſtituere diſtinctum prędicamentum, ergo cenſuit [...] nus diſtingui, quam modaliter. Reſpondeo primo ſi [...] ſcurſus Areſij verus eſſet, ſequeretur motum, nec r[...] diſtingui à termino, quia hoc dixit Ariſtoteles per A[...] ſium, vt doceret non conſtituere diſtinctum prędica[men]tum, ſed multa prædicamenta diſtinguuntur tantùm ra[tio]ne, ergo ne conſtituatur diſtinctum prędicamentum, [...] nus quam ratione debet diſtingui, quod tamen eſt f[...] etiam per ipſos aduerſarios. Reſpondeo igitur ad [...] textum, ſicut reſpondi *quæſt. 2.* Ad inſtantiam Dico, q[...] tum ad diſtinctionem modalem ſatis eſſet ad conſti[...] dum prędicamentum, tamen propter rationes ibi a[...] tas non conſtituit, ſicut & in opinione aduerſario[rum] quoad diſtinctionem rationis à termino habetur [...] ratio conſtituendi prædicamentum diſtinctum, [...] conſtituatur propter alias rationes, imperfectionis [...] completionis, &c.

Alia loca Ariſtotelis affert Pererius §. *ſed refutat[...]* quæ omnia dicendum, Ariſtotelem non loqui [...] præciſè, ſecundum rationem motus, ſed impropriè d[...] mino ipſo motus, quod tenetur dicere & Pereri[us] enim textus non poſſunt habere locum in motu, [...] ne diſtinguitur à termino, ſed vt patebit conſideran[...] tùm impropriè, vt ſumitur pro ipſo termino contra[...] cto à motu, ſiue ratione, ſiue modaliter diſtinguatur, [...] maximè eſt aduertendum, quia alioquin non cateren[...] qua vi.

Modò reliquum eſt, vt ſoluamus argumentum ex [...] 2. huc remiſſum, quomodo motus ſit quid vniuo[cum] omnes ſpecies motus poſitiui, dum non realiter di[ſtingui]tur à termino, & ab illo ſpecificatur, & termini n[on con]ueniunt in aliquo vniuoco. Reſpondeo igitur, [...] tus ſpecificentur ex terminis, nec ab illis diſtingu[...] ita videantur prædicamento differre, attamen q[...] ctiuè tantùm ſunt in prædicamento, ei non repu[gn]at [...] pacto habere conceptum communem, afficiendi eo[dem] modo ſubiectum; nec aliud ſignificatur dum dicitu[r mo]tus eſſe quid commune ad omnes ſpecies, quam om[nia] quatuor prędicamenta, ad quæ ſunt motus, conu[...] modo, quo producũtur, motus enim eſt fieri termino[rum] ad quos datur motus, vt diximus.

Quomodo Motus diſtinguatur ab Actione, & Paſſione.
Quæſtio Octaua.

QVæritur de diſtinctione motus ab actione, & P[aſſio]ne, quæ vtique diſtinctio non poteſt adamuſſi[m ...] ctari, niſi primo aliqua cognitio prębeatur de diff[eren]tia inter actionem ipſam, & paſſionem, qua de cau[ſa ...] qui hic ſolẽt miſcere varias, & multas quæſtiones de [...] que; nos quoniam ea, quæ firmabimus de diſtincti[one] motus ab actione, & paſſione, ſubſiſtent quæcunque [opi]nio ſit vera, de ipſarum eſſentia, & diſtinctione, ideo [tan]tùm contenti erimus opiniones afferre ad conferen[dum] tantum lucis, quantum ſufficit ad deciſionem noſtræ [quæ]ſtionis, abſque eo quod inſtituamus diſputationes ad [...] Tractatum, immò & Librum minimè ſpectantes.

Prima opinio iuxta Suarez *diſp. 48. ſect. 1.* eſt Sco[ti] *diſtinct. 33. quæſt. 1. in principio*, qui præmiſſa diui[ſio]ne relationis in intrinſecus aduenientem, & aduenien[tem ex]trinſecus, vt *in Logicis tract. 3.* diximus, docet acti[onem] eſſe relationem extrinſecus aduenientem agentis a[d paſ]ſum, paſſionem verò eſſe relationem extrinſecus ad[uenien]tem patientis ad agens. Quare, iuxta hanc ſenten[tiam] Scoti, actio, & paſſio realiter diſtinguuntur, quia [...] di relationes realiter diſtinguuntur. Quæ [...] ceptis Scotiſtis, ab omnibus impugnatur, teſte [...] *lib. 1. de Generatione diſp. 5. quæſt. 38. ſect. 1*

Secunda opinio eſt quaſi communis apud [...] reſium *ſect. 3.* actionem conſtitui ex abſoluto, & R[...]

[illegible] relatiuum aliqui volunt esse relatiuum prędicamentale [illegible] transcendentale, quod est magis commune: & ab[illegible] alij volunt esse motum ipsum, ex quo tanquam ex [illegible], & rela[illegible]ne tanquam ex formali constituatur [illegible]; quod impugnatur a Suarez *sect.* 1. *num.* 13. Hurtado *in Phys. disp.* [illegible] *sect.* 3. & Aresio *sect.* 3. alij verò, & est [illegible] omnium [illegible]entiorum dicunt constitui ex absoluto, & [illegible]ne, neque explicant quid sit hoc absolutum, so[illegible] dicunt [illegible]nem esse dependentiam effectus ab agente [illegible] transcendentalem relationem ad ipsum agẽs. Ita Suarez *loco [illegible]tato num.* 15 *& deinceps*, qua de causa dicit [illegible] distingui actionem à passione; eadem enim dependen[illegible] & emanatio formæ quatenus recipitur [illegible] dicitur passio, quatenus egreditur ab agente, & [illegible] dicitur actio, cui sententiæ con[illegible] *[illegible] tat. de Motu quæstione septima, num.* 4[illegible] qui docet magis expresse, quam Suarez, quod [illegible], quia [illegible] respiciant essentialiter termi[illegible] formales diuerso modo cõ[illegible] respicit, vt egredientem ab agente [illegible] consistit eius formalitas; passio [illegible] impressum in passo, [illegible] ponitur eius formalitas. Toletus [illegible] *[illegible]sione* 2. Conimbric. *cap.* 3. *quæst.* [illegible] *art.* 2. § [illegible] *p[illegible]ciat[illegible]*, videlicet [illegible] dicere actionem [illegible] passionem [illegible], & probant hi Auct[illegible] Aristotele [illegible] *textus [illegible] tertio*, vbi habet: *omnino autem neque [illegible] idem est ac disciplina, neque actio idem [illegible] sed motus cui hæc [illegible] hu[illegible] ab hoc ratione est diuersum.*

279 [illegible] *citata, sect.* 4. q[illegible] con[illegible] secunda opinione [illegible] quod Actio sit ex [illegible] quædam dependentia ef[illegible] terminus ad quem re[illegible] est [illegible]tiens & [illegible] passio; ideo [illegible] actionem [illegible] formalitatem [illegible], per quam e[illegible] dependentiam, [illegible], vnde concludit a[illegible] non [illegible] distingui; qu[illegible] diuersi conce[illegible] *quæst.* 4. *sect.* [illegible] §. *Dico* 3. In qua, [illegible] de actione, in[illegible] de actione, & passione [illegible] pluribus [illegible] solito.

[illegible] Opinio est Hurtadi [illegible] *disp. citata sect.* 4. §. [illegible] 38. qui [illegible] nec [illegible] distingui ad inuicem [illegible] duæ formali[illegible] ex parte obiecti, quia [illegible] sine passione, nec passio sine actione [illegible] formalitatem tribuen[illegible] agenti & patienti, propter di[illegible] ad effectum, vnde [illegible] *passio, passio est actio*, non autem *agens est patiens* [illegible] significatum non solum [illegible] actionem, & passionem, sed [illegible] eandem [illegible]nationem, quod est falsum. Quare [illegible] sententiam, hi termini actio, & passio [illegible] formalitatum, sed tantum [illegible]. Qui modus expli[illegible] recentiorum [illegible], sed [illegible] explicandi, & in [illegible] mutua concessione, *actio est passio, passio est actio*, quod certè non concedunt [illegible], formaliter loquendo; sed non est [illegible] euincere, verum [illegible] sententias referre. Omitto recensere, quod sentiunt [illegible], & [illegible], scilicet [illegible] effectum, a quo denominatur agens, po[illegible] Suarez, & Aresium, cum enim hæc sen[illegible] afferamus hęc [illegible] de essentia, & distinctione [illegible], & passionis, quibus positis accedo ad proposi[illegible] distinctione motus ab actione, & pas[illegible].

280 [illegible]. Motus ratione ratiocinata distin[illegible] ab actione, & passione. Hæc Conclusio est Toleti, Conimbricensium, & Ruuij *locis citatis*, & secundum se totam, est contra Hurtadum *sectione tertia* §. *vigesimotertio*. Aresium *quæstione quadragesima citata, sectione secunda*, §. *Dico quarto*. Ouiedum *Physicor. controuersia duodecima, punct. sexto*, est etiam contra Suarez in hoc, quòd dicitur distingui motus ratione ratiocinata à passione; ipse enim *disput.* 49. *sect.* 2. *num.* 13. vult motum, & passionem tantùm appellatione distingui. Probatur primo auctoritate D. Thomæ *tex.* 22. §. *respondet ad tertium* vbi dicit, *ex hoc autem apparet quod cum motus abstrahat à ratione actionis, & passionis, non continetur in prędicamento actionis, & passionis*, vt quidam dixerunt, ergo si per D. Thomam motus non includitur in ratione actionis, & passionis, distinguitur ratione ratiocinata; nõ enim per ipsum distinguitur realiter, vt docuit *eodem text.* neq; potest dici distingui sola ratione ratiocinante, quia quæ sic distinguuntur, includuntur vnum in ratione alterius. Eiusdem sententiæ teste Ruuio *num.* 48. sunt omnes antiqui interpretes.

Probatur secundo ratione. Motus non distinguitur realiter ab actione, & passione, ergo ratione; sed non ratione ratiocinante, ergo ratiocinata. Vltima consequentia patet, quia non est aliud genus distinctionis. Antecedens probatur, quia si distinguitur realiter, vel vt res à re, & hoc non; alioquin possent separari, quod nec per diuinam potentiam fieri potest; vel vt res, & modus, sed neque hoc dici potest, quia quæ sic se habent, saltem vnum esse potest alio pereunte, sed sumpta calefactione, pereunte motu, perit actio, & passio, & e contra, ergo non se habent vt res, & modus, nisi abutamur nominibus; & aliter explicetur natura modi, contra vsum scholæ huc vsque receptum. remanet igitur quòd distinguatur ratione; sed quod neque ratione ratiocinante, probatur, quia alia est definitio motus, alia actionis, & passionis; Quæ vero diuersa definitione definiuntur, maiore distinctione distinguuntur, quam rationis ratiocinantis, ergo vera Conclusio.

Probatur tertio. In omni opinione, vel motus includit actionem, & passionem, vel non includit; si non includit, ergo distinguitur realiter, ergo possunt separari, quod in nulla sententia dicetur. Si includit, vel ita includit, vt ratio ipsius sit ratio actionis, & passionis, & si sic, ergo est per se in prædicamento actionis, vel passionis, cum qua conuenit in omnimoda ratione contra communem sensum Philosophorum; vel ita includit, vt ipsius ratio sit diuersa à ratione actionis, & passionis, & si sic; quod necessario est dicendum, ergo distinguitur ab vtraque ratione ratiocinata. 281

Confirmatur ex Aristotele millies dicente motum esse in illo genere, cuius est terminus, at terminus est in diuerso prædicamento ab actione, & passione, ergo etiam motus, ergo motus saltem ratione ratiocinata distinguetur ab vtraque.

Sed contra Instabis primo iuxta doctrinam Hurtadi, diuersitas solius denominationis est sufficiens ad ponendam distinctionem prædicamentorum, ergo etiam erit sufficiens ad hoc, vt motus non sit in prędicamento actionis, vel passionis, & si minore distinctione, quam rationis ratiocinatæ distinguatur. Concesso antecedente, negatur consequentia, quia illa diuersa denominatio dicit distinctionem rationis ratiocinatæ; quia alius est conceptus vnius, ac alterius, licet sit eiusdem omnino actus, & est fundamentum à parte rei talis distinctionis, non enim intellectus fingit eundem actum esse ab agente, & recipi in alio, sed re ipsa independenter ab Intellectu, hæc habet à parte rei.

Instabis secundo. Motus est ratio formalis potentiæ actiuæ, & passiuę, sed potentiæ actiuæ est ratio, passiuæ passio, ergo motus non distinguitur nec formaliter ab actione, & passione. Confirmatur, quia mouere est formaliter agere, & moueri, est formaliter pati, ergo motus est actio: & passio formaliter. Ad argumentum negatur antecedens, & si quando dixit Aristoteles motus est actus agentis, & patientis, non intelligitur formaliter, sed materialiter, seu, realiter. Quia actio includitur intrinsecè, & etiam passio in motu; & quia actio formaliter est actus agentis, & passio patientis, ideo dicit etiam esse motum, qui eas includit. Immo [illegible] dicere, cum Aristoteles egerit de agente, & [illegible] 282

te, ex subiecto, quòd tantùm cognouit, cuius actio intrinsecè dicit motum, ideò vocasse motum actu agentis; & efficiens per motum definiuisse, tanquam per id, quod identificabatur cum actione, licet formaliter non sint idem.

Ad Confirmationem, negatur antecedens, mouere enim formaliter dicit ab vno termino ad alium transferre, agere verò tantum extra se facere, sic moueri, dicit transitum ab vno termino ad alium; pati verò formaliter loquendo tantùm aliquid recipere, vt infra magis patebit.

Instatur tertio. Moueri est aliter se habere nunc, quam antea, hoc per passionem fit, ergo moueri formaliter est pati. Confirmatur *Ex 5. Physicor. text.* 1. vbi Aristoteles probat ad actionem, & passionem non dari motum, quia ad motum non datur motus, ergo motus formaliter est actio, & passio. Ad argumentum concessa maiori, distinguo minorem, per passionem habetur materialiter aliter se haberi, & concedo, formaliter nego, quia formalitas passionis consistit in impressione effectus ab agente. Ad Confirmationem Respondeo, ad hoc, vt argumentum Aristotel. benè procedat, sufficere identitatem realem, vt discurrenti patebit.

283 Instatur quarto. Motus formaliter est ab aliquo, & in aliquo, hoc competit actioni, & passioni, ergo motus est actio, & passio formaliter. Confirmatur, quia non potest motus concipi adæquatè, & completè secundum suam rationem formalem nisi concipiatur actio, & passio, & per ipsum Suarez saltem passio, ergo non distinguitur formaliter. Ad argumentum, negatur maior, motus enim materialiter est ab aliquo, & in aliquo, non autem formaliter. Formaliter tantùm importat transitum ab vno statu ad alium, nihil dicendo de esse *in alio, & ab alio*, licet materialiter hæc etiam includat, vt statim latius patebit. Ad Confirmationem concedo, non posse adæquatè concipi motus, nisi concipiatur actio, & passio, sed per hoc non tollitur distinctio rationis ratiocinatæ, quæ saluatur etiam per conceptus tantùm inadæquatos eiusdem rei, sicut ratione ratiocinat. distinguuntur in Petro rationale, & animal, licet adæquatè rationale dicat animal; immo nec actio distingueretur formaliter à passione, quia si adæquatè concipiatur actio, concipietur, & passio; si vero per ly *adequatè* intelligatur præcisa ratio motus, negatur, quod non concipiatur adæquatè, vt motus est, absque conceptione actionis, & passionis. quia vt motus est, formaliter non requirit, vt aliud concipiatur.

Modò pro perfecta intelligẽtia eorum, quæ dicta sunt, explicandum remanet quodnam sit sufficiens fundamentum ad distinguendum motum ratione ratiocinata ab actione, & passione.

Pro responsione Dico in eodem actu materialiter sumpto tria nos posse spectare, verbi gratia in calefactione. Primo possumus spectare veluti egressum caloris ab agente, quem dicit calefactio, per calefactionem enim calor quasi egreditur ab igne. Secundo receptionem eiusdem caloris in manu verbi gratia, quæ fit calida; non enim potest esse calefactio, nisi producatur calor, nec potest produci calor, quin recipiatur in aliquo subiecto, vnde calefactio includit receptionem caloris in re, quæ fit calida. Tertio possumus considerare, quatenus per calefactionem fit transitus à non esse caloris ad esse ipsius, seu quatenus per ipsam tanquam per fieri caloris manus constituitur essentialiter ordinata ad recipiendum calorem, tanquam actum eius perfectum. Primo modo dicitur actio. Secundo Passio. Tertio motus. ex quibus

284 Patet primo benè distingui ratione ratiocinata, quia in conceptu vnius non clauditur conceptus alterius: egressio enim effectus ab agente, quæ est actio, non dicit formaliter impressionem eiusdem in passo, quæ est formaliter passio, neque egressio, & receptio formaliter, sunt via, per quam subiectum ordinatur ad actum perfectum.

Patet secundo, hæc tria, licet dicant respectum ad eundem terminum, ver. grat. calorem, tamen diuerso modo, actio enim illum respicit vt egredientem à calore; passio vt receptum in passo; motus vt id, ad quod ordinat subiectum, & ad quod est via, & fieri.

Patet tertio. Motum formaliter non pertinere ad prędicamentum actionis & passionis, quia quæ spectant ad prędicamenta debent esse rationes formaliter completę, vt suppono *ex Logica*; at motus cum sit via essenti[...] imperfecta, per quam tanquam ad actum perfectu[...] biectum ordinatur, vt dictum est, semper inuol[...], & cit essentialiter imperfectionem, ideò reducitur ad prędicamentum actus, ad quem ordinat subiectum. Vide[...] Riuius *hic quæst. 7. num. 50.* qui omnia perfectè expl[...] immò enucleat, & licet fundamentum assignatum vide[...]tur solum procedere in secunda opinione, non erit ta[...] difficile assignare, & in cęteris. Nobis satis sit assig[...] in secunda, quæ est magis communis, & recepta.

An Motus sit in Mobili, & quomodo ab eo distinguatur *Quæstio Nona.*

CIrca primam partem quæstionis sit prima Conc[...] Motus est in Mobili. nomine mobilis intelligitur [...] sum subiectum, quod mouetur. Probatur vnica rat[...] In mobili est forma, quæ per motum acquiritur, erg[...] Motus. Antecedens patet; in augmentatione enim [...] titas est in eo, quod augetur; pariter in altẽratione [...] tas in eo, quod alteratur, & idem etiam de vbi, qu[...] quiritur per motum Localem, de quo infra. Consequ[...] tia probatur, quia motus ex dictis est fieri formæ [...] potest autem in diuerso subiecto esse fieri, ac sit fo[...] facto esse.

Licet autem in nostra Conclusione omnes conue[...] quoad augmentum, & alterationem, tamen quoad [...] tum localem non defuerunt apud Conimbricenses [...] *quæst. 2. art.* 1. & Riuium *de Motu hic quæst. 5.* qui ex[...] rent alium terminum non acquiri per motum loca[...] quam locum extrinsecum, & consequenter in isto i[...] re motum, à quo denominabatur extrinsecè [...] le, quod talem loci circumscriptionem acquirebat [...] istis

Arguitur ex Aristotele 8. *Phys. tex. 59.* vbi dicit, m[...] localem esse perfectiorem, quia per illum nullam [...] acquirit mobile, ideo minus est in potentia, quam [...] ris; & auctoritate D. Thomæ 1. *parte quæst.* 1[...] 1. *art.* 3 dicit, motum localem esse perfectiorem, quia per [...] mobile non est in potentia ad aliquod intrinsecum, [...] tantum extrinsecum, scilicet ad locum, ergo per A[...] & D. Thomam motus localis non est in mobili. Re[...] deo Aristotelem, & D. Thomam ita esse loquutos, [...] per motum localem non acquiritur aliqua forma [...] ta, & realiter distincta, sed tantùm quidam modus, [...] strà, includens essentialiter ordinem ad aliquod spatiu[...] & quando dixit Aristotel. *lib. 5. tex.* 10. ad relationem [...] dari motum, est intelligendus de relatione prędica[...] tali. Et patet sensum Aristotelis circa motum localem [...] huiusmodi, nam pręter quam quòd vniuersaliter dicit [...] 9. omnem motum esse actum mobilis, quatenus mob[...] apertè de motu locali *lib. 5. text.* 18. dicit, motum loc[...] terminari ad ipsum *Vbi*, sicut alteratio ad qualitate[...] augmentum ad quantitatem, *Vbi* autem est intrinsec[...] mobili, & hoc est terminus, qui per motum primo ac[...]ritur; quia tamen naturaliter non potest dari motus, [...] in loco, ideò semper pręter *Vbi*, acquiritur locus e[...] extrinsecus, ratione cuius solet dici motum localem [...]minati ad locum; re vera tamen est tantùm term[...] trinsecus, & secundarius, primarius autem est *vbi* quod mobile fit pręsens loco extrinseco. Videantur [...] nimbricenses, & Riuius *locis citatis.*

Circa secundam partem quæstionis sit secunda Co[...]sio. Motus distinguitur realiter à mobili. Est Coni[...] *cap. 2. quæstio. 3. §. veniamus nunc, &c.* quidquid dicat R[...]uius *quæst. 4. num.* 30. & probatur, quia motus est fier[...] mæ, & modus ipsius, sed forma realiter differt à subie[...] nec idem modus duo distincta modificare potest, [...] etiam motus realiter differt à mobili, excipe tamen, [...]nè excipiunt Conimbric. lationem, quia cum per [...] tantùm producatur modus mobilis, fieri ipsius non po[...] distingui realiter ab ipso mobili.

Dices. Ergo motus saltem per Dei potẽti[...] pote[...] parari à mobili. Respondeo, si non repugnet [...] mæ, cuius est fieri, quod fiat ex ali[...]

Pro complement[...] perfectæ tractatio[...] [...]reretur, quomodo distinguantur Motu[...] & M[...] spondeo ex Doctrina, quam tradidimu[...] *quæ[...]* hæc sufficiant circa totum hunc Tractatum.

Tractatus Secundus. Qui est de Quantitate.

QVia motus est de genere continuorum, & Continui affectiones sūt finitum, & infinitum, ideò postquam egimus de Motu, agendum esset cum Aristotele *text. 24.* de Infinito, vt perfectiorem cognitionem traderemus ipsius Motus; at quoniam principem locum inter continua, quibus finitum, vel infinitum competunt, sibi vendicat Quantitas, de qua etiam ad Physicum spectat tractare, idcirco priusquam quæstiones moueamus de Infinito, præsentem Tractatum instituimus de Quantitate.

In quo consistat Essentia Quantitatis. Quæstio Prima.

287 VAtias diuisiones Quantitatis attulimus *in Logicis in explicatione capitis de Quantitate quæstio. prima*, ibi poterunt videri. Hic tantùm agitur de Quantitate continua, cuius definitionem assignat Aristoteles *5. Metaph. cap 13.* his verbis: *Quantum dicitur, quod in insita diuisibile, quorum vtrunque, aut singula, vnum quid, & quod quid apta sunt esse* scilicet quantum, quod tale dicitur à Quantitate, esse illud, quod continet plures partes, ita in ipsis est diuisione, vt quælibet ipsarum aliquid totum esse possit, &c. Circa hanc definitionem plura affert Suarez *in Metaphys. disput. 11. sect. prima*. Nos hic non immorabimur, cum præcipuè, non nisi solutis multis quæstionibus, quæ de Quantitate agitari solent, colligi possit, an posita definitio sit bene assignata, nec ne; & in quo sensu sit explicanda, vt rectè censeatur tradita. Sed primo quærimus, in quo consistat essentia Quantitatis. Pro cuius resolutione.

Notandum cum sit maximè difficile essentias rerum immediatè cognoscere, nos debere ex effectibus formalibus primarijs, qui de ipsis cognoscuntur, eas inuestigare, quod etiam in Quantitate obseruandum est, cum autem multa sint, quæ de re aliqua Quantitate affecta colligimus, primo enim res quanta habet rationem mensuræ actiuæ, et passiuæ, sic per vlnam solemus mensurare pannum sericum, & eadem vlna potest per aliam mensuram mensurari, &c. Secundo res quantitate affecta habet diuisibilitatem, quia quælibet res quanta diuidi potest, vt de se patet. Tertio habet partes extra partes, & solet dici habere extraitatem partium; seu extensionem, sic in corpore brachium est extra collum, collum extra thoracem. Quarto habet vim occupatiuam loci, ita vt, vbi est vna pars, alia esse non possit, & singulis partibus ipsius, singulæ partes loci correspondeant; quod sub alijs terminis solet dici, habere impenetrabilitatem; vbi enim est manus dextera, sinistra esse non potest; cum igitur hæc omnia experiamur in re quanta, nec facilè pateat quisnam sit effectus primarius ipsius, & Doctores in varias sententias abierint, vt est videre apud Suarez *sectione 4.* de his omnibus dubitari potest, in quo consistat essentia Quantitatis.

288 Vnica Conclusio. Essentia Quantitatis consistit in esse formam accidētalem dantem impenetrabilitatem in actu primo, seu exigentiam impenetrabilitatis.

Pro Conclusionis intelligentia Notandum, duplicem extensionem posse assignari, aliam, quæ dicitur extensio entitatiua, aliam quæ appellatur situalis. Entitatiua est, quæ dicit vnam partem non esse aliam, & vnam partem alteri coniungi mediatè, alteri immediatè. Verbi gratia per extensionem entitatiuam pars materiæ capitis, non est pars materiæ colli, & pars capitis coniungitur immediatè parti, quæ est in collo, mediatè parti, quæ est in thorace, &c. Quæ extensio solet etiam dici in ordine ad se. Extensio verò situalis est illa, per quam diuersis partibus subiecti, diuersæ etiam partes loci, seu situs correspondeant, ita vt sic stantibus illis partibus, partes alius subiecti quantitate affecti ibidem esse non possint, sicut ver. gratia sunt partes corporis Petri de facto, qui ita occupat partem loci per manum sinistram, vt in eodem loco alia pars quanta esse non possit, &c. dicit igitur conclusio, essentiam quantitatis esse in hoc, quòd dicat formam, quæ de natura sua exigit hanc extensionem situalem, seu impenetrabilitatem in eodem loco.

Probatur Conclusio primo. Cętera omnia, quæ diximus *in Notab.* posse controuerti, an constituāt essentiam quantitatis nullo pacto constituunt, ergo in hac exigentia collocari debet. Consequentia patet, quia non apparet in quonam alio debeat constitui. Antecedens probatur. Essentia quantitatis non consistit in ratione mensuræ, neque actiuæ, neq; passiuæ; posse enim mensurare, & posse mensurari prouenit ex eo quòd habet extensionem partium; non consistit in diuisibilitate; etenim etiam diuisibilitas supponit extensionem, vnde potius extensio esset constituenda; non consistit in extreitate partium, quia materia præcisa quantitate habet partes extra partes; non in extensione occupatiua loci actuali, de fide enim habemus Corpus Christi esse in qualibet parte minima Hostiæ, ita vt vna pars Hostiæ non correspondeat parti corporis, ergo verum antecedens.

Probatur secundo. Naturaliter loquendo duæ partes quantitate affectæ esse non possunt in eodem loco, vt experientia demonstrat, ideò enim serra scindendo excludit partes ligni, quia simul esse nō possunt in eodem loco, sed hoc esse non potest nisi ratione quantitatis, quæ hoc exigat, ergo in hoc consistit essentia quantitatis. Minor probatur, non potest tribui materiæ, & formæ; quia ambę esse possunt in eodem loco, vt in quolibet composito apparet, immò simul esse possunt cum tot accidentibus, ergo non est cur etiam duæ partes eiusdem compositi simul esse non possint; non potest tribui ipsis accidentibus, accidentia enim præcisè non se excludunt ab eodem loco, vt apparet de pluribus accidentibus inhærentibus in eadē parte subiecti, ergo ratione quantitatis erit impenetrabilitas. 289

Probatur tertio, per hanc exigentiam quantitas distinguitur essentialiter ab omni alia re, ergo etiam constituitur. Consequentia probatur, quia idem est distinctiuum, ac constitutiuum. Antecedens probatur, quia per hanc distinguitur quantitas à re spirituali; hæc enim non petit occupare locum; plures enim legiones Angelorum esse possunt in eodem loco; distinguitur etiam à materia, forma, & accidētibus cęteris, quia hęc non expellunt ab eodē loco aliud corpus, vt ratione pręcedēti probauimus, ergo.

Confirmatur primo, quia omnes proprietates, quæ assignantur quantitati, ab hac exigentia emanant, ergo hæc est essentia; ab essentia enim fluunt proprietates. Antecedens probatur, quia enim exigit impenetrabilitatem, actu requirit esse extensam, esse diuisibilem, & posse habere rationem mensuræ, ergo.

Confirmatur secundo, quia seclusa fide De Eucharistia, cogeremur essentiam quantitatis collocare in actuali impenetrabilitate, vt omnes Philosophi Gentiles fecerunt, ergo fide docti posse esse quantitatem, sine actuali impenetrabilitate rationabiliter dicimus esse in exigentia huius impenetrabilitatis.

Sed contra Instatur primo eodē modo se habet exigentia impenetrabilitatis ad quantitatem, ac potentia ridendi ad hominem, sed in potentia ridendi nō consistit essentia hominis, ergo neque in exigentia impenetrabilitatis consistit essentia quantitatis. Negatur maior, quia potentia ridendi emanat à rationabilitate, quæ est essentia hominis, ideo est tantum passio; at exigentia impenetrabilitatis est constitutiuum subiecti quanti, nec subiectum quātum alium effectum supponit, à quo oriatur hæc exigentia, ideò hæc est essentia quantitatis; si autem assumeretur paritas inter potentiam ad ridendum, & ad impenetrabilitatem procederet argumentum, quia potētia ad impenetrabilitatem est passio fluens ab exigentia, quia enim actu exigit occupare locum, nascitur; vt possit illum occupare. 290

Instatur secundo, posita penetrabilitate partium adhuc remanet quantitas extensa localiter, ergo extensio, & impenetrabilitas non sunt idem, ergo melius erit explicare eius essentiam per hanc extensionem. Supposito antecedente vero, prima consequentia sequitur. Secunda probatur, quia satius est explicare essentias rerum per id, quod habent, quam per quod exigunt habere. Antecedens probatur, quia si inuicem penetrentur duo palmi quantitatis, erunt extensi in loco palmari. Negatur antecedens. Ad probationem distinguo, erunt extensi, in quo sunt penetrati, & nego; sunt enim penetrati, quatenus exigebant locum bipalmarem, & in hoc non sunt extensi: erunt extensi quoad illas partes, secundum quas non sunt penetrati concedo; vt enim argumentum procederet, necesse esset, vt partes primi palmi essent inuicem penetratæ, & partes etiam secundi inuicem

penetratæ, poſtea omnes partes vtriuſque palmi ſingillatim penetratæ ad inuicem vlterius penetrarentur, & adhuc remanerent extenſæ. Quare negantur ambæ conſequentiæ.

291 Inſtatur tertio. Exigentia extenſionis localis, ſeu impenetrabilitatis conuenit alteri à quantitate, ergo non eſt eius eſſentia. Conſequentia patet, quia vbicunque eſt eſſentia rei, eſt etiam ipſa res. Antecedens probatur, quia materia etiam exigit extenſionem localem. Si dicatur ad antecedens extenſionem localem conuenire mediatè materiæ, non immediatè, ſcilicet mediante quantitate, quatenus ipſa exigit, vt proprietatem quantitatem, & quantitas hanc extenſionem.

Contra, quia prius eſt materiam eſſe extenſam localiter, quàm habere quantitatem, ergo extenſio localis in materia non eſt à quantitate. Ad argumentum admiſſa illa reſponſione antecedentis, ad replicam diſtinguo antecedens, prius eſt materiam eſſe extenſam localiter impenetrabiliter negatur, penetrabiliter ſcilicet habere partes in diuerſis partibus loci, ita tamen vt non expellat aliam rem concedo, & eadem diſtinctione diſtinguo conſequens, effectus enim quantitatis eſt, ſituatio localis cum expulſione, ſeu incompoſſibilitate alterius corporis, non extenſio ſimpliciter. ex dictis.

Deducitur primo. Materiam habere partes entitatiuas ſubſtantiales, quæ vnum totum ſubſtantiale integrent independenter à quantitate; & poteſt vocari compoſitio integralis, ſubſtantialis, ad differentiam integralis accidentalis inter partes accidentales; ſi enim materia habet entitatem à ſe ipſa, immò ſaltem in priori natura prius eſt quam quantitas, cum ſit ſubiectum quantitatis, & quid ſubſtantiale, dicendum eſt ſuas partes non habere à quantitate, quæ eſt poſterior. Addo quod ſicut quantitas ſupponit materiam vt ſubiectum inhæſionis, ita quælibet pars quantitatis, partem materiæ. videatur Suarez *diſput. vndecima, ſectione quarta, numero quarto, vſque ad duodecimo*. Hurtadus *in Metaphyſic. diſputatio. 13. ſect. 4.*

Deducitur ſecundo contra Suarez *ſectione ſecunda, numero vigeſimo, & ſectione quarta, num. 6.* materiam à ſe non ſolum habere partes entitatiuas, ſed etiam habere eas à ſe, loco diſtinctas, & ita illas exigere natura ſua, nec à quantitate aliud recipere, niſi impenetrabilitatem; ſi enim materia habet partes independenter, à quantitate, quia eſt eius ſubiectum, quod ſaltem natura ſupponitur prius, & conſequenter partes quantitatis, partes ſubiecti debent ſupponere, quod afficiunt, cum ſecundùm partes illud afficiant, eadem ratione etiam diuerſis locis eas debent ſupponere; alioquin cum prius ſit natura formam eſſe, quàm intelligi effectum formalem, vt alibi diximus, ſi materiam habere partes in diuerſis locis, eſſet effectus formalis quantitatis, prius eſſet, quantitatem inhærere materiæ, quàm materiam recipere diuerſas loci ſituationes, iuxta diuerſitatem ſuarum partium; in illo igitur priori, partes quantitatis, vel erunt in diuerſis locis, vel non: ſi ſic, ergo etiam partes ſubiecti, quia quantitas cum ſit accidens eſſe non poteſt ſine ſubiecto, & conſequenter, cum nondum intelligatur effectus formalis quantitatis, eſſe in diuerſis locis non erit à quantitate. Si ſecundum ergo partes quantitatis naturaliter erunt penetratæ. Addo quod ſic vitantur multæ difficultates penè inſolubiles.

292 Deducitur tertio. Si Deus priuaret materiam quantitate, vt poſſe facere non eſt dubium, cum ſint res omninò diſtinctæ, materiam non confluxuram ad punctum, vt veteres Thomiſtæ dixerunt, ſed retenturam omnes ſui partes, immò in eodem loco, quo cum quantitate habebat, licet non eodem modo, ſcilicet impenetrabiliter, nulla enim videtur ratio conuincens de hoc confluxu, vt benè Suarez *num. 22.* verum quidem eſt, quòd tunc non remaneret phyſicè mobilis, nec diuiſibilis, ideò enim res phyſicè eſt mobilis ab alio, quia vnum corpus non poteſt obſtare impetui, quo aliud fertur in locum, vbi eſt, & eodem modo eſt etiam diuiſibilis, quia corpus diuidit corpus aliud expellendo, vt docet Hurtadus *loco citato* §. 48. & ablata quantitate nulla eſſet reſiſtentia; ideò & ſi poſſet moueri & diuidi, vt ita dicam metaphyſicè, vel à Deo, vel ab Angelo, qui non mouent, nec diuidunt per impulſum, non tamen phyſicè.

Deducitur quarto. Et ſi materia cum quantitate, & cæteris accidentibus ſint eodem loco, non tamen eſſe ibi, per idem *Vbi* quia cum ſit modus rei, debet multiplic[illegible] multiplicationem rerum, ſed materia, quantitas, & cæt[illegible] accidentia ſunt res diſtinctæ, conſequenter diſtincta *Vbi* habere debent; vnumquodque enim eſt præſens per p[illegible] priam entitatem.

Deducitur quinto. Et ſi Deus poteſt facere, vt corpu[s] quantum aliud non expellat, ſed ſimul ſint in eod[em] [illegible] vt fides docet in Euchariſtia, non tamen poteſt facere, v[t] non petat de Natura ſua eſſe in loco extenſo, ſeu non h[a]beat exigentiam, ſi relinquatur in ſui natura, ad oc[cu]pandum locum, quia hic eſt effectus eſſentialis ipſi[us] quantitatis, qui non poteſt non eſſe in corpore quan[do]dum ibi eſt quantitas.

Deducitur ſexto. Melius explicari eſſentiam qua[nti]tatis dicendo, dicere exigentiam impenetrabil[itatis] quam potentiam, ſeu aptitudinem ad occupand[um lo]cum, ſeu etiam exigentiam potentiæ ad occupand[um], quia quantitas natura ſua ſemper actualiter occup[at], quòd benè explicatur dicendo, exigere occupationem n[a]turaliter; at dicendo, exigere aptitudinem, ſeu habere potentiam, &c. videtur innui non ſemper actualiter d[e]bere occupare, ſed poſſe occupare, ſicut exigentia pote[n]tiæ ridendi non dicit, niſi hominem debere habe[re po]tentiam ad ridendum, non autem actu ſemper debe[re ri]dere, in quo eſt diuerſitas inter riſum reſpectu homin[is] [illegible] impenetrabilitatem reſpectu quantitatis, quod actu [illegible] ſus non eſt proprietas hominis, ſed accidens tertio [illegible] at impenetrabilitas actualis eſt proprietas quarto [illegible] quantitatis.

An Quantitas diſtinguatur realiter à Subſtantia. Quæſtio Secunda.

PRima Sententia docet quantitatem non eſſe acci[dens] realiter diſtinctum, ſed eſſe eandemmet entitatem [illegible] quatenus habet partes extra partes, ſitu diſiunctas, & [di]uerſis locis ponibiles, vnde dicunt tot quantitates e[ſſe in] quolibet compoſito, quot entitates habentes huiuſ[modi] partes. Tribuitur à Suarez *diſput. 11. ſect. 2* & à Pere[rio] *lib. 10. cap. 2.* Aphrodiſæo, & Nominalibus, præcipue O[c]chamo *in 4. quæſt. 4. & quodlibeto 4. quæſt 29. vſque ad* [illegible] *& quodlibet. 7. quæſtio. 25. & in Tract. de Corpore Chr[iſti] cap. 17. & in Logica cap. de Quantitate*, & alijs.

Secunda Sententia dicit quantitatem eſſe accidens re[a]liter diſtinctum. Eſt communis Ariſtotelis *1. Phyſ. tex[t.]* [illegible] *& 7. Metaph. tex. 8. & 2. de Anima text. 65. & alibi.* D[iui] Thomæ *3. parte quæſt. 77. art. 2. in 4. diſt. 12. quæſt. prima, art. primo.* Scoti item *in 4. diſtinct. 2. & in 2. diſtinctio[ne]* [illegible] *quæſt. 9.* Durandi, & aliorum apud Suarez *loco citato, nu[m.]* 7. cum qua ſit.

Vnica Concluſio. Quantitas diſtinguitur realiter à ſu[b]ſtantia, & qualitatibus. Probatur pluribus rationibus a[pud] Pererium, & Suarez *locis citatis*; ego omiſſis omnibu[s ra]tionibus naturalibus, quarum nullam exiſtimo, cum [Pe]rerio *cap. 2. §. nos autem*, poſſe conuincere, vna, vel al[tera] tantùm ratione Theologica probo concluſionem; in [hac] enim quæſtione multum deferre debemus rationib. T[heo]logicis, quia ſola fide docti ſumus, poſſe dari corpus qua[n]tùm, non extenſum localiter.

Probatur autem primo ſic. Vel impenetrabilitas [ori]tur ab extreitate partium ſubſtantiæ, vel qualitatum, [non] ſubſtantiæ, quia in Hoſtia habemus impenetrabilita[tem] hoſtiæ ſine vlla ſubſtantia extenſa; non qualitatum, [illegible] enim omnes ſunt impenetrabiles; & ſi ſic, quomodo [ad in]uicem penetrantur? & penetrabantur ante conſecrat[io]nem cum ſubſtantia? vel aliqua tantùm; & ſi ſic, non [eſt] maior ratio de vna, ac de altera, præter quam quod e[a]dem ratio quoad penetrationem, cum ſubſtantia panis [an]te conſecrationem.

Quod ſi dicant, impenetrabilitatem prouenire ab extr[emi]tate partium materiæ, vnde qualitates ſunt extenſæ, pe[r] hanc extenſionem materiæ; & facta conſecratione debe[r]ent ſimul penetrari omnes qualitates, at miraculosè co[n]ſeruari, ne ſe penetrent: ſed hoc eſt multiplicar[e mira]cula ſine neceſſitate. Verùm, & hæc ratio pote[ſt] [illegible] & cæteræ omnes, quæ poſſunt afferri, ſi ben[e] [illegible] pr[illegible]

pend[illegible]tur absque vlla iniuria fidei; vnde existimo opinionem contrariam esse valdè probabilem; pręcipuè, si [illegible]cat parui fieri auctoritas Aristotel. & ferè totius scholæ Theologorum, qui conueniunt dari hanc quantitatem realiter distinctam.

294 In contrarium argui potest primo. Nulla est necessitas ponendi quantitatem distinctam, ergo non est ponenda. Consequentia patet, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate. Antecedens probatur, quia remota quantitate, quam nos dicimus, adhuc materia habet partes extra partes, immò situ distinctas, sed hoc est effectus quantitatis, ergo nulla est quantitas distincta, &c. Negatur antecedens. Ad probationem Dico, effectum quantitatis esse partes collocari in situ distitas, ita tamen, vt inuicem non possint penetrari, quod non habetur nisi per quantitatem; remoto enim hoc accidente, & si partes [illegible] remaneant in eodem loco, possunt tamen penetrari, [illegible] tamen diuisibilitate, & exigentia quantitatis [illegible] differentiam substantiæ spiritualis.

Arguitur secundo: potest Deus à substantia tollere omne accidens realiter distinctum, nulla facta mutatione [illegible] quantitas est realiter distincta, tollatur à Deo, [illegible] substantia retinet partes eodem loco, quo prius habebat, vel non. Si primum, ergo hoc non erat per quantitatem realiter distinctam. Si secundum, hoc esse [illegible] sine mutatione, contra suppositionem factam Deum posse auferre omne accidens sine vlla mutatione.

Respondeo Deum posse tollere omne accidens, nulla facta mutatione essentiali, verum est, non autem accidentali, [illegible] extrinseca, vt ita dicam, dum enim Homo [illegible] albus, mutatur, & tamen albedo est accidens. Quare Dico ablata quantitate remansuras partes eodem [illegible] non est effectus quantitatis, sed esse impenetrabiles [illegible], quod tunc non habebunt [illegible] diceres, non remansuras eodem loco, [illegible] probatum contra [illegible], quia intelligimus posse auferre omne accidens [illegible] facta mutatione [illegible] accidentalis; alioquin [illegible] Christi, quod non habet hanc extensionem [illegible] quod dici non potest.

Arguitur tertio. Substantia per se ipsam est susceptiua contrariorum, *ex capite de substantia*, ergo non debet [illegible]. Facilis responsio, est susceptiua vt [illegible] concedo, vt [illegible] nego.

An Quantitas habeat Partes actu distinctas.
Quæstio Tertia.

295 NOtandum ante omnia partes, quæ sunt in quantitate, alias esse æquales, alias proportionales. Æquales dicuntur partes, quæ ad inuicem comparatæ vna est extra aliam, & simul sumptæ eodem modo se habent ad totum, verbi gratia, si palmus diuidatur in duos semipalmos, si semipalmi ad inuicem comparentur, sunt partes æquales, quia vna non continetur in alia, & eodem modo se habent ad totum palmum; Quæ partes solent etiam dici non communicantes; quia vna non communicat in entitate alterius. Partes verò proportionales dicuntur illæ, quæ proportione seruata inter se, includuntur in aliquo toto, ita vt quælibet ipsarum proportione minoritatis in illo sit, verbi gratia, si diuidas illum palmo in semipalmos, quilibet semipalmus comparatus ad totum, dicitur pars proportionalis, quia in palmo continuabatur, & ab illo secundum proportionem excedebatur, ita vt si adhuc ille semipalmus diuidatur, quælibet medietas comparata ad primum palmum, minor euadat, quam semipalmus: & hæ partes dicuntur etiam communicantes, quia vna communicat de entitate alterius, in qua includebatur, sic semipalmus communicat entitatem palmi, in quo includebatur, &c. Hi termini ab alijs alio modo explicantur, vt est videre apud Toletum, *capite sexto, textu quinquagesimonono. §. in magnitudine enim finita.* Hoc notato, & supposito quodlibet continuum posse diuidi in infinitum, si fiat diuisio per partes proportionales; si enim fiat diuisio per partes æquales, certum est, non posse diuidi in infinitum, diuiso enim palmo in duos semipalmos, qui totum palmi adæquant, non potest amplius palmus diuidi in partes æquales, sed tantùm quilibet semipalmus in alias partes æquales, vel inæquales &c. vt docuit Aristoteles *hic text. quinquagesimonono.* hoc igitur supposito, in hac quæstione, quæ inter difficillimas perdifficilis solet existimari, tres possunt esse sententiæ.

Prima Sententia erit, si dicatur, in Continuo non esse huiusmodi partes, secundùm quas diuidatur in infinitum, sed continuum componi ex minimis partibus, ad 296
quas cum ventum erit, nulla amplius diuisio erit possibilis, sed ibi esse sistendum, verbi gratia, si palmus constet ex centum minimis, facta diuisione vsque ad vigesimũ, ad trigesimum, vlterius est diuisibilis, sed cum in centum erit diuisus, non erunt amplius partes, in quas diuidatur. Quæ sententia dupliciter posset intelligi. Primo. Continuum componi ex minimis partibus; quæ licet essent diuisibiles, tamen actu amplius non possent diuidi, quæ partes ob id dicuntur indiuisibilia secundùm quid, seu atomi. Ad quem modum dicendi deuenire cogerentur Anaxagoras, & Illi, qui apud Toletum *capite secundo, primi Physicor.* ponebant continuum constare ex his minimis. Secundo potest intelligi, vt continuum componatur ex veris indiuisibilibus Mathematicis punctis, lineis, &c. & tali pacto sunt loquuti Stoici, cum Zenone, & alijs, contra quos arguit Aristoteles, *sexto Physicor. in principio*, quam sententiam non desunt ex modernis, qui eam defendant, vt refert idem Toletus *6. Physicor. quæst. 1. §. Dubio quodam.*

Secunda sententia est, etsi continuum possit diuidi in Infinitum, tamen non habere partes actu, sed tantùm potentia, quatenus in eas in infinitum potest diuidi. tribuitur Auerroi, Simplicio, Alexandro, & alijs, ex modernis sequitur Peretius *libro decimo, capite nono, ad tertium.*

Tertia Sententia est, partes in continuo esse actu distinctas, [illegible] Diuo Thomæ *in Libro de æternitate Mundi*, Ariminen. *in primo distinctione vigesima quarta quæstione prima, articulo primo.* Ochamo, & alijs ex antiquis, ex modernis modò videtur eam admittere, modò negare Toletus *Libro sexto, loco citato*; attamen *§. ex his facilè soluitur*, expresse eam admittit: sequitur etiam Ruuius *lib. 3. quæst. septima tract. secundo, num. 74.* ex nostris Pasqualigus. his positis.

Prima Conclusio. Continuum non componitur ex 297
minimis, siue sint indiuisibilia simpliciter, siue secundum quid.

Probatur primo. Si continuum constaret ex indiuisibilibus, sequeretur mobile velocius, & tardius eodem tempore idem spatium pertransire, hoc est falsum, ergo falsitas experientia patet, sequela maioris probatur. Sit spatium *B* constans ex decem diuisibilibus, mobile velocius non potest conficere ad minus vnum indiuisibile spatij, tunc quæro, vel illo tempore, quo à mobili velociori confectum est illud indiuisibile, mobile tardius confecit aliquid spatij vel non, si non, ergo non est motum. Si sic, ergo & ipsum vnum indiuisibile confecit, ergo par spatium.

Dicent, dum mobile tardius confecit vnum indiuisibile, velocius confecit duo. Contra, quia seruata proportione, si dum duo conficiuntur à mobili velociori, vnum conficitur a mobili tardiori, ergo dum vnum conficitur à velociori, medietas vnius conficietur à tardiori, ergo diuisibile erit ipsum indiuisibile.

Dicent secundo, hoc esse verum de indiuisibilibus simpliciter, non autem secundùm quid. Sed contra, quia si debet seruari proportio motus, dato discursu facto, dum vnum ex his indiuisibilibus conficitur a mobili velociori, medietas coficietur à tardiori, sistat ibi, nec vlterius progrediatur mobile tardius, non potest non dici confecisse vnam partem spatij, quæ pars vtique potuisset in minori tempore confici à mobili velociori, quod, dum conficeretur, potuisset medietas illius medietatis, in hoc minori tempore confectæ à velociori, confici à tardiori; & sic in infinitum, ergo illud primum indiuisibile perperam dicetur indiuisibile, cum in tot partes distinctas possit experientia motus comprobari. 298

Dicent tertio hoc esse verum, sed aliud esse dicere illud indiuisibile distinctas habere partes, aliud in illas posse diuidi. Primum sequitur, non secundum ex nostris demonstrationibus. Sed Contra, est enim inintelligibile, quod illud indiuisibile tot habeat partes distinctas, quæ metiantur distinctis, immò diuisis motibus, & tamen in illas diuidi non possit. Confirmatur, quia est eadem ratio de Motu, & de Spatio, si igitur pars motus, quo confecta est illa medietas, potest diuidi ab alijs partibus, cur non pars spatij?

Dicent quarto pro vltimo refugio, omnia benè sequi, si constet spatium ex finitis indiuisibilibus; at re vera, constat ex infinitis, vnde nunquam est assignare, quod conficitur à velociori, ita vt medietas conficiatur à tardiori. Sed Contra, quia vel vnum punctum aliud non contineret, vel alia puncta contineret in infinitum. Si primum recurrit argumentum, dum illud conficitur, &c. Si secundum recurrit alia difficultas, cur non sit potius pars diuisibilis, &c.

Probatur secundo. Alia demonstratione. Sequeretur si continuum constat ex indiuisibilibus multoties aliquod continuum non posse diuidi in duas partes æquales, hoc est falsum, vt experientia probat, ergo. Probatur sequela. sit continuum ex imparibus, ver gr. ex nouem punctis, vel quintus diuidetur, & sic non constabit ex indiuisibilibus, vel diuisio non erit in partes æquales. dicere autem quod huiusmodi continua nō possint diuidi, vel quod quintum indiuisibile debeat perire, &c. videntur gratis dicta. Hæc ratio est contra vtrunque modum ponendi indiuisibilia. Alia plura contra hanc sententiam, insolubilia habentur apud Aristotelem *in 6. Physic. in principio*, & Expositores *ibidem*; præcipuè apud Toletum *quæst. 1. citata, & in principio sexti*.

299 Secunda Conclusio. Quantitas non habet partes tantùm in potentia. Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui 5. *cap.* 13. dicit, quantitatem diuidi in ea, quæ insunt, sed palmus dum diuiditur, fit diuisio in semipalmos, sed hi sunt distincti actu, ergo etiam ante diuisionem, quia diuisio est facta in partes, quæ inerant.

Dicent forsan, Continuum diuidi in ea, quæ insunt potentia. Contra, quia si sic, nunquam partes inessent, non enim insunt ante diuisionem, per aduersarios, sed neque facta diuisione, quia tunc non est amplius ipsum totum, cui possint inesse, ergo nunquam inerunt, vt igitur insint, debent inesse, antequam totum diuidatur. Confirmatur responsio, habere enim aliquid potentia, est sensus, quòd possit dari tempus, quo illud habeatur, hoc autem est falsum; vel enim hoc tempus est ante diuisionem, & si sic, malè dicitur habere partes potentia, vel post diuisionem, quod vtiq; falsissimum est, quod enim non est, nec aliquid habere potest, tunc autem non est totum.

Probatur secundo, facta diuisione quælibet pars est distincta ab alia, ergo etiam ante diuisionem. Probatur consequentia, pars per id distinguitur, per quod constituitur, constituitur per propriam entitatem, & Hecceitatem, ergo per illam etiam distinguitur; sed hanc Hecceitatem non accipit per diuisionem, ergo ante diuisionem illam habebat, ergo si post diuisionem, est distincta, etiam ante. Minor probatur. Diuisio non est generatio alicuius entis, sed tantùm segregatio eorum, quæ erant vnita, ergo partes non accipiunt propriam entitatem per diuisionem.

Cōfirmatur primo ad actualem distinctionem satis est, si possit dici, hoc non est illud, sed ante diuisionem, signata vna parte palmi valet, hæc pars non est illa, ergo sunt distinctæ actu.

Confirmatur secundo. Illa pars post diuisionem actu est distincta, quæ ante diuisionem fuit signata, ergo si post diuisionem est distincta, ergo etiam ante, cum fuit signata.

Confirmatur tertio, eodem modo vera est hæc propositio, hæc pars palmi non est illa, ante & post diuisionem, ergo eodem modo comparantur ad inuicem, sed post diuisionem sunt actu distinctæ, ergo etiam ante.

300 Probatur tertio, totum, & partes sunt correlatiua, ergo in quantitate dantur partes actu. Antecedens patet, consequentia probatur. Correlatiua eodem modo se respiciunt, ita vt si vnum est tantùm potentia, & aliud; si vnum actu, & aliud; & ratio est, quia sunt simul natura, sed quantitas est totum actu, & non potentia, ergo etiam debet habere partes actu, & non tantum potentia. Confirmatur, quia etiam in illis, quæ sunt indiuisibilia, vt concipiamus habere rationem totius, necesse est, vt concipiamus aliqua, quæ se habeant, vt partes, ergo ad constituendum totum actu, requiruntur partes actu, ergo si quantitas est totum actu, debet habere partes actu.

Probatur quarto. Partes Continui sunt talis naturæ, per omnes vt diuisæ rationem totius participent, ergo vt sic non sunt partes, ergo erunt partes, vt indiuisæ alioquin nunquam erunt partes, ergo quantitas habet partes actu distinctas.

Confirmatur. Quia tunc sunt partes actu, cum componunt, sed componunt ante diuisionem, ergo ante diuisionem sunt partes actu.

Confirmatur secundo. Anima separata dicitur pars tantùm in potentia, & tunc solum cum est vnita dicitur pars actu, ergo à pari.

Probatur quinto. Quia præter has omnes difficultates, & alias innumeras, isti auctores patiuntur etiam fere omnes illas, propter quas non admittunt partes actu [illegible]stinctas, vt quislibet videre poterit, si contra hanc sententiam applicauerit argumenta, quæ contra nostram afferentur.

Tertia Conclusio. Quantitas habet partes actu di[illegible]ctas. hanc conclusionem probant directè omnes [illegible]nes contra secundam, vnde non est, cur alias ration[illegible] feramus. solum remanent soluenda argumenta in [illegible]trarium, quæ quidem difficillima sunt.

Arguitur igitur primo: partes sunt actu distinctæ, e[illegible] continuum constat ex indiuisibilibus. Probatur C[illegible]quentia. si enim sunt omnes distinctæ, separet Deu[illegible]nes, quælibet ipsarum est indiuisibilis, alioquin non [illegible] facta omnimoda diuisio iuxta omnes partes distinct[illegible]go continuum constat ex indiuisibilibus. hoc argu[illegible] premuntur etiam auctores secundæ sententiæ si e[illegible] continuum est diuisibile in infinitum, diuidat Deus [illegible]dùm omnes partes, secundùm quas est in potentia, & [illegible] eadem difficultas. Nego igitur consequentiam. ad [illegible]bationem Dico, cum quælibet pars continui sit talis n[illegible]ræ, vt diuisa semper remaneat totum, Deus non potest [illegible]cere omnimodam diuisionem, vnde possumus dicere Deum posse omnem partem separare distributiuè, sed [illegible] collectiuè; neque hoc offendit Dei potentiam, quæ n[illegible] potest mutare essentialia rerum, ita vt adhuc remane[illegible] eędem res.

Sed Contra Instatur. Deus cognoscit omnes has p[illegible]tes actu, sumatur igitur vna ex illis à Deo cognitis, vel est diuisibilis, vel indiuisibilis. Si secundum, habetur [illegible]tentum continuum fieri ex indiuisibilibus. Si primum, ergo Deus non cognoscit eam secundum omnem sui [illegible]stinctionem; quòd si dicatur iterum poterit instari, [illegible] non cognoscit, quia non potest? & hoc non est dicend[illegible] cum sit scientia infinita, omnia ambiens, igitur debui[illegible]gnouisse secundum omnem sui entitatem; consequen[illegible] indiuisibilem, alioquin non perfectè cognouisset.

Pro huius, & aliorum argumentorum resolutione [illegible]tandum: cum dicitur, continuum posse diuidi in infini[illegible] & infinitas partes actu habere, non intelligi, quasi qu[illegible] sint omnes partes æquales non communicantes, sed [illegible] partes proportionales communicantes inuicem incl[illegible] secundùm minoritatem, ita vt pars *A*, sit maior parte [illegible] à qua distinguitur, quia illam includebat, ex quo sequi[illegible] vt dum fit diuisio, semper fiat in minores, minores, [illegible] hoc Notato

Respondeo, Deum non posse videre rem aliter quam fit, secundùm entitatem, alioquin falleretur, videt ig[illegible] partes distinctas cum tamen non sint distinctæ adæqu[illegible] sed sint proportionales inuicem inclusæ, non potest vi[illegible]re hanc partem *A*, distinctam, quin eam videat con[illegible]re infinitas alias partes, & verè videt illam partem di[illegible]ctè, quia entitas illius, vt ab omnibus alijs distincta, [illegible] talis pars, alias partes continere debet, & sic de cet[illegible] nec vnquam potest Deus ad hoc deuenire, vt videat [illegible] partem distinctam, indiuisibilem, quia entitas vni[illegible]que partis, cum sit etiam essentialiter totum, alias [illegible] continet.

Arguitur secundo. Si omnes partes sunt [illegible] ergo non sunt amplius distin[illegible]uibiles, erg[illegible] biles. Probatur sequela, si enim datur om[illegible] ctio, exhauritur potentia ad vlteriorem di[illegible]

C[illegible]

Consequentia probatur, quia ita diuiduntur secundum quod distinguuntur, si igitur datur pars, quæ amplius non distinguitur, ergo neque diuisibilis, ergo erunt partes indiuisibiles. Dato Antecedente, & sequela, negatur consequentia, esse enim indistinguibile à duplici capite esse potest. Primo, quia iam sit distinctum. Secũdum, quia non habeat partes: esse igitur omnes partes actu distinctas facit, vt non sint amplius distinguibiles, sed ex hoc non sequitur, vt non possint diuidi; si autem indistinguibilitas esset, quia careret partibus, vtique non essent diuisibiles, & sic patet ad probationem consequentiæ, sicut enim distinguuntur, ita diuiduntur, quælibet est actu distincta à quacunque, quia tamen nunquam est ita distincta ab alia, quin alias contineat ex dictis, ideò nunquam potest dari omnimoda diuisio, neque ita assignari vna pars ab alia distincta, quin etiam alias contineat, à quibus distinguatur secundum minoritatem semper. Quod argumentum valet etiam contra aduersarios. vt patebit applicanti.

Arguitur tertio. Continuum est aliquid vnum. ergo ei repugnat distinctio actualis partium, quæ vnitatem tollit. Negatur consequentia. ad probationem Dico, distinctionem actualem non tollere vnitatem, sed tantùm simplicitatem; quia tamen continuum est vnum ex genere compositorum, ideo dicit multiplicitatem partium, licet non multitudinem, quia multitudo repugnat vnitati; partes autem in continuo sunt vnitę, immò eò ipso quod est vnũ, non simplex, sed compositum, requirit actu partes, vnde potest ... quam infringitur nostra Conclusio.

303 Arguitur quarto. Si partes sunt actu in continuo, cum quodlibet compositum sit diuisibile in infinitum, haberet infinitas partes actu; quod si sic, sequitur primo constitui magnitudinem infinitam sequitur secundo contra experientiam ipsum eiusdem magnitudinis esse lignum palmare, & semipalmare.

Probatur sequela, quia vtrunque haberet partes actu infinitas, ex partibus autem ... magnitudinem totius. Sequeretur tertio, quod nos obijciebamus contra primam sententiam, idem spatium confici eodem tempore à mobili velociori, & tardiori, probatur, quia quæcunque datur ab ipsis consumatur, semper habet partes actu infinitas. Quarto sequeretur, constitui numerum infinitum, contra communiorem sensum, ergo dicendum, non esse partes actu infinitas, & consequenter nec esse actu distinctas.

Respondeo concedendo maiorem, vt infra, sed negando omnes sequelas minoris. Prima quidem, quia & si sint partes actu infinitæ, attamen sunt partes proportionales, & communicantes inuicem inclusæ, ideò non efficiunt molem infinitam; si autem essent omnes æquales vni certæ efficerent, patet, si diuidatur palmus in decem partes, illæ partes occupant spatium vnius palmi, quia sunt proportionales, & in palmo inclusæ: si autem essent omnes æquales ipsi palmo, ita vt vna esset extra aliam, maius per decuplum spatium occuparent, & sic de ceteris; ita si partes infinitæ essent non communicantes, constituerent molem infinitam, non autem de facto, quia sunt proportionales.

304 Secunda sequela etiam eadem ratione negatur, quia etsi quælibet pars constet ex partibus actu infinitis, attamen, quia in palmo diuisio fit secundum partes proportionales, semper minores & minores, attamen maiores illis minoribus, in quas diuidetur semipalmus, ideò non sunt eiusdem magnitudinis: ex partibus enim tantum æqualibus vni certæ metimur quantitatem magnitudinis: at quia palmus est pars æqualis vni certæ parti maiori, quã semipalmus, ideo est maioris extensionis.

Tertia sequela etiam pariter negatur, innixi eadem ratione, licet enim pars, quæ transitur eodem tempore à mobili tardiori, habeat partes infinitas, quia tamen hæ partes secundùm maiorem minoritatem sunt diuisibiles, quàm spatium decursum à mobili velociori, ideò non est confectum æquale spatium. Ad quartam autem sequelam patebit infra, cum quæretur, an possit dari infinitum. Interim videatur Toletus *hic quæst. 6. §. ad secundum* & Ruuius *loco citato quæst. 7. num. 74.*

Arguitur quinto. Per nos si essent infinitæ partes æquales, non communicantes, esset moles infinita, sed sic est iuxta nostram doctrinam, ergo. Minor probatur, diuiso palmo in duos semipalmos, illæ partes sunt æquales, iterum semipalmus potest diuidi in duas partes æquales, & sic de illis alijs partibus in suas æquales, ergo dantur partes æquales in infinitum. Negatur minor, ad probationem respondeo, sunt infinitæ partes æquales, si attendatur totalis diuisio, & communicatio, & concedo, & hoc probat instantia; sunt infinitæ partes omnes æquales vni certæ, & nego, quia prima diuisio partium æqualium, & si sint æquales inter se, non tamen palmo, qui in ipsas est diuisus: & si partes, in quas est diuisus semipalmus sint inter se æquales, non tamen semipalmo, &c. atque adeò non sequitur molem constitui infinitam, quia omnes sunt communicantes in primo diuiso, &c. vt supra.

Arguitur sexto. Sequeretur motum nunquam finiri, nec tempus, nec spatium; quacunque enim parte assignata, illa habẽt partes in infinitum, igitur omnes sunt consumandæ, se quacunque consumata, adhuc infinitæ remanent consumandæ, ergo nunquam finiretur.

Respondeo hoc benè sequi, si essent partes æquales, at cum sint communicantes, vna peracta, infinitæ sunt peractæ, quæ in illa includebantur, licet enim partes non se penetrent, nulla tamen est assignabilis, quæ alias infinitas non contineat, & sic peracta vna parte motus, sicut ex parte motus sunt peractæ infinitæ partes, ita ex parte spatij: motus enim, tempus, & spatium sibi correspondent, vt docet Aristoteles *6. Phys. text. 18.* at si partes non essent inclusæ, vna peracta, non esset peracta alia, & illa peracta, non esset peracta alia sequens, & sic in infinitum, ideò nunquam finirentur, vt benè dicit argumentum, & hoc pro multorum argumentorum solutione est maximè aduertendum; aliud enim est, partes infinitas esse æquales vni certæ, & aliud esse tantùm proportionales, vt patere potest ex solutione tot argumentorum hac distinctione solutorum.

Arguitur septimo ex perfecto sphærico, quod tangit planum in puncto, & si per totum planum rotetur, semper tangit in puncto, ergo planum constat ex punctis patet consequentia, quia rotam lineam transcurrit, semper tangendo in puncto, ergo in linea non sunt nisi puncta. Verùm hoc argumentum non potest solui, nisi quæstione sequenti, vbi, si negabimus huiusmodi indiuisibilia realia, erit dicendum, quomodo sphæricum tangat planum.

Arguitur octauo ex Aristotele *text. 65.* vbi videtur dicere continuum habere partes tantùm in potentia, sed dicendum Aristotelem loquutum esse de potentia quoad diuisionem, non quoad distinctionem, quæ solutio adhibenda est ad alia loca, si quæ similia afferantur; alioquin sibi contradixisset, cum in definitione continui, vt vidimus, & alibi, ponat in illo partes actu. ex dictis

Deducitur primo. Cum continuum sit diuisibile in infinitum, & habeat partes actu distinctas, nos debere etiam asserere has esse actu infinitas, si enim essent finitæ, cum omnis distinctio, quæ ibi haberi potest, actu habeatur, nec diuisio possit dari, nisi in ea, quæ sunt distincta, diuisio etiã esset finita; quare non benè sibi constat Toletus admittẽs has partes actu distinctas, & Continuum posse diuidi in infinitum, deinde negans has esse infinitas. 306

Deducitur secundo. Cum quælibet pars sit actu distincta per propriam Hecceitatem, etiam esse determinatam, vnde infinitę partes continui sunt actu determinatæ; quia tamen quælibet pars ita est determinata per propriam entitatem, vt alias, & alias in infinitum contineat, ideò nunquam potest dari aliqua determinata, quæ sit simpliciter prima vel vltima, respectu totius diuisi, quia quæcunque assignata determinata, in alias diuidi potest etiam determinatas. potest tamen vna pars dici prima, vel vltima respectu aliarum partium, verbi grat. pars *B.* palmi est pars determinata, quia per propriam entitatem determinatur ad esse partem *B*, ita vt, si minuatur, vel augeatur, non sit amplius pars *B*, non est tamen pars simpliciter prima vel vltima, quia etiam illa potest diuidi in alias partes ver. gr. *C. D.* quæ etiam erunt determinatæ, &c. potest tamen dici prima vel vltima respectu partium, in quas fuit diuisus palmus.

Aduerto tamen, quòd cum pars ver. grat. *B.* quæ primo erat pars palmi determinata per propriam entitatem, postea separata diuiditur, non remanet amplius eadem pars quæ primo determinata, sed alię partes determinatæ emergunt, à quibus non distinguitur vt pars, sed vt totum ab vna sui parte; vt totum enim fuit in illas diuisa. Hæc sunt

dicta

dicta de hac quæstione, quæ & si etiam in nostra sententia habeat difficultates adeò arduas, vt vidimus, ad quas vix potest responderi, quia tamen contraria laborat difficultatibus omnino insolubilibus, merito ei debet preferri, præcipuè acciti auctoritate Aristotelis, qui *Lib. de Lineis insecabilibus* dixit *imbecillis, & ignari ingenij esse, opinionem aliquam, quam euidens ratio persuadeat, propterea deserere, quod alicui argumento non possit plenè satisfieri.*

An in Quantitate dentur Indiuisibilia Realia. Quæstio Quarta.

307 ET si communis sensus Philosophorum cum Aristotele, vt vidimus, sit quantitatem non constare ex indiuisibilibus, magna tamen controuersia est, an saltem dentur indiuisibilia præter partes, quas diximus actu esse distinctas. Hanc quæstionem tractat Aristoteles *in 6.* Pro cuius decisione.

Notandum primo, iuxta triplicem extensionem, quam de Quantitate possumus excogitare, triplex genus indiuisibilium mathematicorum circumferri in scholis. Primo enim corpus extenditur secundùm longitudinem, & secundùm hanc datur punctus, qui solet definiri, cuius pars nulla est, quia est omnino indiuisibilis. Secundo extenditur corpus secundùm latitudinem, & secundum hanc extensionem datur linea, quæ est longitudo sine latitudine. Tertio extenditur secundùm profunditatem, & secũdum hanc datur superficies, quæ est latitudo cum longitudine sine profunditate. Ipsa autem trina dimensio competit tantùm ipsi corpori, quod etiam solidum solet dici, est enim corpus longum, latum, & profundum, vt sensu percipitur.

Notandum secundo. Duo esse munera, ad quæ obeunda dici possent huiusmodi indiuisibilia inuenta. Primo ad vniendam vnam partem cum alia. Secundo ad terminandum ipsum Continuum; & hinc ortum habuit distinctio indiuisibilium, in Continuantia, & terminantia. Punctus continuans dicitur, qui intercedit inter duas partes lineę, quæ simul vniuntur ad vnam continuam lineam construendam.

Linea Continuans est, quæ intercedit inter duas partes superficiei, quę vnam continuam superficiem constituunt. Superficies continuans est quæ intercedit inter duas partes corporis secundùm profunditatem, & vniuntur ad continuum corpus componendum. Punctus terminans est, qui terminat lineam, ne vlterius protendatur secundùm longitudinem. Linea terminans, quæ terminat superficiem, ne vlterius protendatur secundùm Latitudinem. Superficies verò terminans terminat corpus, ne in profunditate vlterius procedat. his Notatis.

308 Prima sententia admittit indiuisibilia realia. Est multorum apud nostrum Pat. Aresium *quæst. 23. sect. 1.* & apud Suarez *disp. 4[illegible] sect. 5.* verum quidem est, auctores huius sententiæ in varios modos dicendi abijsse. Alij enim omnia indiuisibilia iam enumerata, realia ponunt. Alij tantùm terminantia. Alij tantùm superficiem. Alij omnia indiuisibilia in superficie, non autem in medijs corporibus. Alij tandem ponunt indiuisibilia omnia, negant tamen esse entitates realiter distinctas, sed tantùm quosdam modos.

Secunda sententia negat omnia indiuisibilia realia tùm continuantia, tùm terminantia. Est Ochami *de Eucharistia capite primo & secundo, & quodlibeto primo quæstione nona.* Durandi *in secundo distinct. secunda quæst. quarta* Gregorij *in secundo pariter distinct. secunda quæst. secunda art. primo*, & totius scholæ Nominalium, si verum dicit Hurtadus *disput. 15. in Phys. §. 11.* hanc tuetur multis, & efficacissimis rationibus Aresius, *loco citato a sect. 3. vsque ad finem quæst.* cum qua sit.

Prima Conclusio. Non dantur indiuisibilia continuantia, quæ sint entia realia. Probatur primo si darentur huiusmodi indiuisibilia, tolleretur extensio quantitatis, hoc est absurdum, ergo. Absurdum patet, quia aliter sensus demonstrat. sequela probatur. Per aduersarios indiuisibilia non occupant locum, alioquin ex indiuisibilibus continuum fieret maius, ergo vbi quantitas, ibi pars aliqua Lineæ, & si à nobis non possit assignari: modò, at melius percipiatur vis rationis, supponamus esse lineam constantem ex decem partibus *A. B. C. D.* &c. Punctus vniens *A* cum *B* est vbi sunt partes, ergo vbi est *A*, sed *B* vni[illegible] est vbi punctus, ergo vbi est *A*. Rursus alius punctus vniens *B* cum *C* est vbi partes, ergo vbi est *B*; sed vbi [illegible] punctus, est etiam alia pars *C*, ergo *C* vbi est *B*, sed *B* e[illegible] vbi *A*, ergo *A B.* & *C.* erunt in eodem loco, & quod dicitur de istis partibus, valet etiam in ceteris, ergo o[illegible] partes erunt in eodem loco, ergo tolletur extensio per hæc indiuisibilia: hunc discursum applica ad lineas respectu partium superficiei, & ad superficies respectu partium corporis, quia eadem est ratio de omnibus his indiuisibilibus.

Sed posset dici non futuram partem *B*, vbi est pars *A* quia punctus est in loco vtriusque partis. Sed Contra, quia vel est secundùm se totum in vtroque loco, vel secundùm partem. Si sic, ergo habet partes, ergo non est indiuisibilis. Si primum perperam dicitur, quòd res materialis naturaliter possit esse in duobus locis distinctis, ergo redeunt eędem difficultates, quòd omnes partes sint in eodem loco.

Probatur secundo positis huiusmodi indiuisibilibus [illegible] queretur eandem omnino partem simul habere duo contraria in eodem gradu, hoc est absurdum, ergo. M[illegible] patet, sequela probatur; sit lignum, cuius medietas sit [illegible]lida vt sex, alia medietas frigida vt sex: modò tùm ca[illegible] tum frigus terminantur proprio indiuisibili, quod c[illegible]spondet indiuisibili continuanti partes subiecti, quod [illegible]cundùm vnam medietatem est frigidum, secundùm a[illegible] calidum, & quasi illi inhæret; ergo illud subiectum se[illegible]dùm eãdem partem est calidum vt sex, & frigidum v[illegible] Probatur consequentia. vbi est punctus continuan[illegible] p[illegible]res subiecti, est etiam aliqua pars subiecti, quia indi[illegible]lia non sunt occupatiua loci, sed illi parti correspondet [illegible] diuisibili caloris, & frigoris, quæ etiam ipsa sunt vbi c[illegible] & frigus, ergo calor, & frigus secundùm eandem inte[illegible]sionem sunt in eadem parte subiecti.

Ad hoc argumentum sunt variæ responsiones a[illegible] Suarez *num. 59.* Quibus reiectis, respondet ipse, adm[illegible] in eodem continuo duobus contrarijs, tunc tantùm v[illegible] ipsorum fore intrinsecè terminatum, aliud verò neq[illegible]quam, sed tantùm extrinsecè, & ideo nunquam duo c[illegible]traria futura in eadem parte subiecti; si autem quær[illegible]cur potius istud, quam illud intrinsece terminetur, res[illegible]det *num. 45.* hoc prouenire ab efficiente, quod po[illegible] efficacius attingere terminum huius qualitatis, quam [illegible]ducit, quod non potuit efficiens alterius qualitatis, & p[illegible] quam ille terminus est productus formaliter resistit, & [illegible]pedit, ne aliud efficiens introducat suum terminum, [illegible] docet *num. 65.* hæc responsio posset multis rationibus redargui, vna tamen, vel altera satis erit.

Sed contra primo, non potest dari quantitas na[illegible]ter, nisi intrinsecè terminata, vt ipsemet docet *num. 41.* [illegible]go idem dicenudm de qualitatibus, ergo verè frigus & calor terminabuntur intrinsecè. Prima Consequen[illegible] probatur. Sicut quantitas naturaliter, & per se req[illegible] terminari, & continuari per indiuisibilia, ita qualita[illegible] & vt ipse habet *num. 51. & 52.* Secunda consequentia se[illegible]tur manifestè ex prima.

Contra secundo per punctum, & cętera indiuisib[illegible] non occupatur maior locus, sed vbi punctus, ibi etiam v[illegible]tima pars, &c. siue ponatur, quòd tam frigus, quàm c[illegible] terminentur per proprium indiuisibile, siue quòd tan[illegible] vnum eorum, adhuc sequitur subiectum secundùm su[illegible]rem habere illa duo contraria, ergo nulla responsio S[illegible]rez. probatur sequela, ita se habẽt materia, qualitates, [illegible] cum quantitate, vt pars correspondeat parti, & indiu[illegible]le indiuisibili, vt ipse habet *num. 42.* ergo vltima pars v[illegible] frigoris non terminati intrinsecè correspondet vl[illegible] parti subiecti, sed vbi est illa vltima pars, est punctus, [illegible] vbi punctus correspondet, punctus caloris intrinsece [illegible]minati, vtique cum aliqua parte caloris, quia vbi pun[illegible] ibi etiam pars, ergo eidem parti correspondet calor, & [illegible]gus, &c. est optima instantia, stante doctrina Suare[illegible] A[illegible] idem argumentum alias responsiones affert Hurtad[illegible] 22. sed illę partim sunt allatæ a Suarez *num.* [illegible]. & [illegible] partim euidenter demonstrant sui inefficac[illegible] est cur illas h[illegible] afferamus, dum vim argu[illegible] [illegible] fringunt.

Probatur terti[illegible] Conclusio. [illegible] vel sunt realiter distincta, vt Suarez, vel [illegible]

ter, vt docet Ruuius, si primum quare vt duæ partes intelligantur extensæ, debent intelligi huic tertio vnitæ, & non possunt immediatè inter se? Si secundum, quomodo idem modus potest duas partes omninò distinctas modificare? præter quam quòd non videtur, quomodo res omnino indiuisibilis possit esse modus rei diuisibilis.

311 Secunda Conclusio. Non dantur indiuisibilia terminantia, quæ sint entia realia. Probatur primo ratione deducta ex responsione Suarez ad secundam rationem præcedentis conclusionis. potest dari qualitas terminata sine huiusmodi indiuisibilibus, ergo etiam quantitas, ergo non dantur hæc indiuisibilia. Antecedens est ipsius Suarez, dum concedit in casu allato vnum ex illis contrarijs non habiturum terminum, &c. Prima consequentia etiam est ipsius, quia eadem est ratio de qualitate, & quantitate. Secunda probatur, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed ablatis his indiuisibilibus quantitas remanet terminata, ergo nulla necessitas cur ponantur.

Dices, tunc fore quantitatem terminatam extrinsecè, seu negatiuè, scilicet per negationem vlterioris extensionis, sicut ipse Suarez, *num.* 41. concedit futuram, si Deus tolleret huiusmodi indiuisibilia, hoc tamen non est iuxta ordinem naturæ. Sed Contra, quia si naturaliter requireret huiusmodi terminos, nullus daretur casus naturalis, quo aliter esse potest. sed stante paritate rationis de qualitate, & quantitate, qualitas naturaliter potest esse sine his terminis, vt patet de instantia allata præcedenti Conclusione de frigore, & calore, de pariete cuius medietas sit alba, medietas nigra, de ligno viridi, & sicco, quæ omnia naturaliter accidunt, ergo etiam quantitas hoc poterit naturaliter. Addo quod dicere quantitatem naturaliter requirere hos terminos, gratis dicitur, & potius, vt sustineātur auctoritates Aristotelis, quem ipsi censent huius fuisse sententiæ. de quo infra.

312 Probatur secundo positis his indiuisibilibus, non habetur finis propter quem sunt introducta, ergo non sunt ponenda. Consequentia patet, frustrato enim fine alicuius rei, non est cur illa res ponatur, cum præcipuè multæ aliæ sint rationes, non debere dari. Antecedens probatur. Indiuisibilia terminatiua sunt inuenta, vt euitetur in continuo prima, & vltima pars, quæ sunt termini, &c. quas non est assignare, cum continuum sit diuisibile in infinitum, sed his positis non tollitur difficultas ergo. Minor probatur. Quia vel vbi est punctus terminatiuus Lineæ est pars lineæ, vel non. Si non, ergo punctus occupat locum contra naturam indiuisibilium. Si primum cum ibi esse non possint omnes partes, vtique vna tantum erit, & hæc vltima, ergo non saluatur difficultas.

Probatur tertio, sumamus superficiem, vel partes, in quas potest diuidi secundum latitudinem, sunt partes continui, vel non: si sunt, ergo superficies non est aliquid indiuisibile reale secundùm entitatem, &c. Probatur, quia est intelligibile, quòd superficies sit quid distinctum à continuo diuersæ naturæ, &c. & tamen constet essentialiter ex partibus continui, &c. si non sunt partes continui, ergo erit composita ex lineis, & cum eadem sit ratio lineæ quoad longitudinem, linea constabit ex punctis, sed superficies, & Linea terminatiua non est diuersæ rationis à continuatiua, ergo indiuisibilia non erunt ad vniendas partes continui, sed partes indiuisibiles ipsorum indiuisibilium, quod nemo dicit.

Confirmatur. Quia est intelligibile, quod eadem omnino entitas realis, nempè planum, secundùm vnam rationem considerata, nempè profunditatem sit indiuisibile, secundùm aliam nempè latitudinem, seu longitudinem sit diuisibile; vel enim superficies (& quod de superficie dicitur, die seruata proportione de linea) est entitas distincta diuersæ rationis, naturæ, &c. à partibus quantitatis, vel non. si non, ergo malè introducitur in continuo. si est, quocunque modo sumatur, siue secundùm profunditatem, siue secundùm latitudinem, semper debet retinere eandem rationem indiuisibilis. Ecce in quot difficultates impingunt auctores horum indiuisibilium. Qui plura desiderat circa vtranque conclusionem legat Aresium vbique virum eximij ingenij.

313 Tertia Conclusio. Dantur hæc indiuisibilia terminantia secundùm intellectum, quæ aliud non sunt, nisi negationes vlterioris extensionis primæ, & vltimæ partis assignabilis ab exteriori. hęc conclusio indiget explicatione. possumus enim considerare tripliciter palmum, ver. grat. vlterius non extendi.

Primo secundum longitudinem. Secundo in latitudine. Tertio secundùm profunditatem. negatio igitur vlterioris longitudinis est punctus, negatio extentionis secundum latitudinem est Linea, negatio vero vlterioris extensionis secundum profunditatem est superficies.

Dices. ergo continuum terminatur per negationes, terminatur enim per hæc indiuisibilia, quæ per nos sunt meræ negationes. Respondeo Continuum terminari per primam, & vltimam partem assignabilem, non ab intrinseco, quia quacunque assignata, alia proximior assignari potest propter diuisibilitatem in infinitum, sed assignabilem ab extrinseco, ver. gr. palmus est terminatus per hanc partem, vltra quam alia non est assignabilis; huiusmodi autem indiuisibilia, quæ per nos sunt negationes, tantùm deseruiunt ad explicandas has primas, & vltimas partes ab extrinseco assignabiles, quatenus enim vltima pars ab extrinseco assignabilis vlterius non extenditur in longitudine, dicitur punctus; quatenus non extenditur vlterius in latitudine, dicitur Linea, quatenus verò vlterius non extenditur in profunditate, dicitur superficies. Ex solutione argumentorum melius patebit.

Arguunt primo ex auctoritate Aristotelis in multis locis, & aliorum Philosophorum ponentium hæc indiuisibilia, ergo dantur realiter indiuisibilia. Confirmatur, quia Mathematici agunt de Lineis, punctis, & superficiebus, &c. ergo sunt entia realia, alioquin Mathematica esset scientia imaginaria. Ad argumentum respondeo primo, cum aliquibus Aristotelem fuisse loquutum ad mentem antiquorum. Secundo respondeo cum Aresio, Aristotelem intellexisse de indiuisibilibus sensu explicato, scilicet per opus Intellectus, vt benè probant aliqua loca ipsius Aristotelis. quæ ad hunc sensum affert, inter quæ maximè elucet textus quem habet *capite secundo de incessu animalium*: *Indiuisibilium nullam esse substantiam*. scilicet entitatem, etenim non esse substantiam non erat dubium, cum sint in quantitate, & ad eius constitutionem pertineant, res autem vnius prædicamenti non potest spectare ad constitutionem alterius. Addo tamen, quòd et si aliquis locus esset Aristotelis, qui in nostro sensu non posset explicari, non grauarer illum negare, potuit enim, & ipse Aristoteles errare, immò in multis errauit, non solum in ijs, quæ postea veritas fidei falsa demõstrauit, sed etiam in alijs lumine naturali falsitatis conuictis, vt docet Aresius *in Proleg. quæst. 3. de Aristotele sect. 2. §. accedit fides nostra*, &c. & Tassonus sæpè *in suis quæsitis*. Si igitur tot rationes euertunt indiuisibilia realia, cur ea ponemus, & si Aristoteles ita sensetit? Ad Confirmationem respondeo, quia Mathematicorum est considerare, ea, quæ conueniunt quantitati secundùm omnem sui rationem, & alia conueniunt ei, quatenus longa, abstrahendo à latitudine; alia quatenus lata, abstrahendo à profunditate, ideò vt aptius conficeret suas demonstrationes, finxerunt huiusmodi nomina. Lege Aresium *sectio. illa* 6. & non pœnitebit. 314

Arguunt secundo perfectum sphæricum tangit in puncto, ergo datur punctus. Antecedens probatur, quia si non tangit in puncto, non esset perfectè sphæricum, haberet enim partem, secundùm quam adæquaret planum, & consequenter vna pars magis distaret à centro, quam alia, quod est contra naturam perfecti sphærici, quod secundùm omnes sui partes æquè distat à centro. Respondeo primo cum Hurtado *loco citato* §. 26. hoc argumentum, si probat, probat sphæricum constare ex indiuisibilibus; rotetur enim sphæricum, tanget semper planum, & semper in puncto, ergo post punctum, in quo nunc tangit, est alius punctus, in quo statim tanget. &c. vnde & si Hurtadus admittat indiuisibilia realia, existimat nullam vim esse faciendam in hoc argumento apud negantes cõtinuum constare ex indiuisibilibus. Scio ad hanc rationem variè responderi à Toleto *quæst. 1. in 6. Physicorum* à Conimbricens. *quæst. 1. cap. 10.* & Ruuio, sed non est huius loci hoc expendere. Lepidè quidem ludit Aresius *sect. 5.* circa horum responsiones. potest videri. Respondeo secundo non dari perfectum sphæricum, nec posse dari, & ratio est, quia tangens debet adæquari in quo tangit, & cum tangat planum, debet habere, partem planam, si autem esset perfectum sphæricum, nullam haberet partem pla- 315

planam, quia omnes partes debent æquè distare à centro, consequenter non posset tangere, vnde dicere perfectum sphæricum, & tamen tangere est dicere implicantiam.

Dices. eadem est difficultas de duobus corporibus, se tangentibus tantùm secundum superficiem, ergo redit argumentum. Respondeo, duo corpora se tangere secundùm vltimam partem assignabilem ab extrinseco, scilicet secundùm illam partem, vltra quam alia non est dabilis, & si illa sit in alias diuisibilis: quod alij dicunt se tangere in vltima parte per modum totius, quatenus inter illam, & planum aliud corpus non mediat, licet illa sit quoddam totum, in alias diuisibile: alij dicunt tangere in parte diuisibili indiuisibiliter, scilicet in parte proportionali, quæ in alias in infinitum potest diuidi.

316 Et pro intelligentia illius axiomatis *sphæricum tangere in puncto*. Aduertatur, duplicem esse contactum, Adæquatum, cum duo corpora se tangentia omnino habent partes correspondentes, vt duo plana; & inadæquatum, cum duo corpora propter oppositas figuras, non sic habent partes, vt planum, & sphæricum, quia igitur planum, & sphæricum se tangunt tactu inadæquato, in quo non se adæquant dicitur sphæricum tangere in puncto.

Dices contra nostram responsionem, Deus videt in quo sphæricum tangit planum, sed si non tangit in puncto non poterit determinatè hoc videre, ergo. Respondeo Deum non posse videre, nisi sphæricum tangere in parte, quæ simul est totum, quia in alias in infinitum est diuisibilis, nec aliter videre potest rem, quam sit in sui essentia, vt alibi diximus, quod etiam innuit Hurtadus §. 19. Per hæc remanet solutum argumentum septimum ex quæstione precedenti huc remissum, de tactu sphærici in plano.

Dices secundo. Contra eandem responsionem, quam diximus non posse dari perfectum sphæricum. Corpora cœlestia sunt perfecta sphærica, alioquin inter corpus vnius, & alterius daretur vacuum. Responsio patebit, *in lib. de Cœlo*, vbi dicemus, vel Cœlos esse fluidos, vel aliqua corpuscula replere illud vacuum, sicut inter Cœlum Empyreum quadratum, & primum mobile.

Arguunt tertio. Continua sunt ex Aristotele, quæ habent extrema simul, sed hoc non potest verificari de partibus, ergo de indiuisibilibus.

Respondeo primo. Si argumentum valeret, probaret etiam partes esse simul, quia vt alias diximus, vbi indiuisibilia, ibi etiam partes.

Respondeo secundo illa esse continua, quæ ita continuantur ad inuicem, quod nullum corpus intermediet, sint eiusdem naturæ, & ad vnam figuram simul conficiendam coadunata, ad quæ explicanda Aristotel. attulit illud axioma, continua esse, quorum extrema sunt simul, quæ aliter se habent sunt contigua.

317 Arguunt quarto. Si tollantur indiuisibilia, tolleretur actio vniformiter difformis. Respondeo negando consequentiam, quia si huiusmodi actio in hoc consistit, vt nō æquè omnes partes suscipiant actionem agentis, cum partes sint in infinitum diuisibiles, quæ magis sunt propinquę in infinitum, magis etiam recipiunt actionem agentis. Addo si argumentum probaret, probaret etiam contra ponentes indiuisibilia; ex ipsis enim non prouenit, quòd vna pars magis, vel minus distet ab agente.

Arguunt quinto, per nos non datur vnio, ergo saltem indiuisibilia, quæ partes continui simul vniant. Dato Antecedente negatur consequentia, quia continuum non est vnum per informationem, sed vnum integrale habens plures partes extra partes, ad quod non requiritur nec vnio, quæ sit modus, nec aliquod indiuisibile; sed sufficit si vna pars homogenea sit indistans ab alia ad vnam figuram constituendam.

Arguunt sexto. Generationes substantiales fiunt in instanti, ergo in quantitate continua successiua, qualis est tempus, dantur instantia, ergo indiuisibilia in quantitate continua permanente: quod enim est instans in tempore, est indiuisibile in quantitate permanente. Ad antecedens respondeo, fiunt generationes in instanti reali, nego antecedens, quia hæc instantia non dantur in tempore, vt dicetur *lib. sequenti*, in instanti ab extrinseco signabili, scilicet antea non erat hęc generatio, modò est, concedo; ideò autem dicuntur fieri in instanti, quia non fiunt per partes, sed simul quoad totum suum esse. videantur alia argumenta apud Aresium, sed hæc sunt principaliora; è quorum solutione & cętera soluentur.

Pro complemento huius Tractatus Aduerto hæc omnia, quæ diximus de quantitate continua permanente, esse etiam cum proportione applicanda ad quantitatem successiuam, Tempus, & Motum, in quibus non sunt danda vlla indiuisibilia, nisi per intellectum ab extrinseco assignabilia, etenim & ipsa sunt diuisibilia in infinitum, & quacunque parte assignata alia, & alia assignari potest, si darentur, easdem difficultates pateremur, ac in quantitate permanente, vt videbit quisquis illas voluerit applicare. Immò hoc sequitur stante doctrina Aristotel. planum, Motum, & Tempus sibi correspondere. Hactenus de re difficillima, de qua possumus concludere verbis Hurtadi §. 28. *Quò plus huic rei operam impenderis, plus eris defatigatum, infinitæ enim partes syncategorematicè dolorem tibi parient syncategorematicè infinitum.*

Tractatus Tertius. Qui est de Infinito.

Sequitur, vt agamus de Infinito, de quo multa possent disputari, quia tamen aliqua tractantur in Theologia cum D. Thoma, prima, parte quæst. 14. aliqua ad nihil seruiunt quod sciantur, ideò breuitatis memor duas tantum quæstiones instituam de hoc Tractatu.

Quid sit Infinitum, & quot modis sumatur. *Quæstio Prima.*

Text. 62. Aristoteles reiecta quadam definitione Infiniti tradita ab antiquis, addit propriam dicens, *Infinitum esse, cuius semper est aliquid extra*, scilicet infinitum dici illud, à quo quæcunque partes accipiantur, aliæ, & aliæ restant accipiendæ in infinitum, ita vt nunquam perueniatur ad vltimam, vltra quam non sit aliam accipere.

Hæc definitio, vt notat Iauellus *hic Tract. de Infinito cap. 2.* est tradita tantùm de Infinito quantitatiuo, at tamen potest cuicunque infinito in proprio genere accommodari, illud enim erit infinitum in aliquo genere, a quo quibuscunque partibus acceptis in illo genere, (siue propriè dicantur partes, siue non,) aliæ, & aliæ restant in infinitum: immò potest etiam accommodari ipsi Deo, in quo licet non sint partes vllæ, tamen quacunque perfectione Dei assignata semper alia, & alia in infinitum potest assignari, ita vt nunquam exhauriatur eius per[illegible] sicque erit definitio complectens omnia [illegible] mox afferenda. Quoad diuisionem Infiniti, primo diuiditur infinitum in Infinitum absolutè, seu simpliciter, & secundùm quid, seu in determinato genere. Primo modo infinitus est solùm ipse Deus, continens quidquid perfectionis potest esse. Secundo modo sunt infinita, quæ secundùm aliquam tantùm perfectionem habent [illegible] in Infinitum.

Secundo Infinitum secundùm quid diuiditur in Infinitum actu, seu categorematicum, & in infinitum potentia seu syncategorematicum. Primo modo esset infinitus numerus hominum, si daretur, actu dicens infinitos homines. Secundo modo est quælibet quantitas, quæ potest diuidi in infinitum in plura, non tamen actu habet plura, vt plura, sed tantùm potentia.

Tertio Infinitum tùm categorematicum, tùm syncategorematicum diuiditur in infinitum secundum intensionem, & secundùm extensionem. Secundum intensionem primo modo esset qualitas habens actu infinitos gradus æquales vni certo. Secundùm intensionem secundo modo est quælibet qualitas, in qua possumus in infinitum diuidere ipsius gradus. Secundùm extensionem verò primo modo esset quantitas infinitè extensa, carens termino. Secundo modo est quantitas finitè extensa, quæ tamen in infinitum potest diuidi.

Quarto Infinitum secundùm extensionem tum categorematicum, tùm syncategorematicum diuiditur [illegible] extensionem continuam, & discretam: extensio c[illegible] categorematica esset si daretur superficies. exp[illegible] termino; sincategorematica verò est quælibet [illegible] de facto [illegible] extensio discreta categore[illegible] rus actu dicens infinitas res, syncategorematica [illegible] quilibet numerus de facto, cui potest a[illegible] & [illegible] infinitum.

Qu[illegible]

Quarto. Diuiditur Infinitum syncategorematicum secundum extensionem tùm discretam, tùm continuam in [illegible] permanens, & successiuum. Primo modo est [illegible], & numerus actu existentes, quorum exempla [illegible] paulo supra. Secundo modo extensio successiua [illegible] est Tempus, & Motus; dicunt enim plures partes successiuas in infinitum diuisibiles: extensio discreta successiua sunt cogitationes Beatorum, quæ nunquam deficient, & numerum conficiunt. sed non sunt omnes [illegible].

Tot [illegible] modis potest sumi infinitum, de quibus omnibus [illegible] est par difficultas, an possit dari à parte rei; quia de [illegible] simpliciter, & de syncategorematico nullus dubitat, [illegible] in vtroque dedimus exempla, quæ de facto [illegible] à parte rei [illegible] itur difficultas remanet de infinito [illegible]; ideo quæro

An possit dari Infinitum Categorematicum.
Quæstio Secunda.

320 De hac [illegible] duo possunt assignari sententiæ. Prima [illegible] posse dari infinitum actu. Ita O[illegible] *in* [illegible] *5. quæst. vnica. ibidem* Almainus Grego[illegible] *quæst.* 4. Pererius *lib. 13. cap. vltimo §. quin*[illegible] apud Hurtadum *in Phys. disp. 13. sect. 3.* [illegible] *sect. 2 præcedenti*. Plures alios citat [illegible].

Secunda sententia [illegible] negatiua, non posse dari infinitum [illegible] D. Thomæ 1. *parte quæstio. 7. art. 3. &* 4. [illegible] *quodlibet. 9. art.* [illegible] *quodlibet. 12. ar.* 2 [illegible] *dist.* 43. Durandi *ibidem quæst.* [illegible] *dist. 1. quæst. 3* & [illegible] quos sequitur Ru[illegible] *quæst. 3* & censetur communis. Conim[illegible] *quæst.* [illegible] vtramque probabilem existimant, [illegible] præferendam. Alios aucto[illegible], quos ipse sequitur.

[illegible] sententiæ [illegible], cum [illegible] solent adhiberi, vt cognita [illegible] vel [illegible], meum [illegible] melius pos[illegible].

Prima sententia posse dari infinitum categorematicum [illegible], seu numerum actu infinitum. Probatur [illegible] possibilia, vel sunt finita, vel infinita. Si finita, ergo Deus non est omnipotens. Probatur consequentia, quia [illegible] omnipotentiæ Dei, sunt possibilia, [illegible] potentia Dei erit finita; si infinita, [illegible] numerum infinitum, ergo ratione [illegible] in infinitum.

Confirmatur, quia Deus sua scientia videt infinita possibilia [illegible] potest producere, quia non est minus potens potentia Dei, quàm cognitio ipsius. Solent negare [illegible] quia Deus videt possibilia categorematicè ex parte actus, quia vnico actu omnia simul videt, sed syncategorematicè ex parte obiecti, quia illa videt futura successiuè.

Sed contra, quia aliud est loqui in ordine ad existentiã, aliud videre possibilitatem, in eodem signo, & pro illo signo videt omnia possibilia, ergo categorematicè etiam ex parte obiecti; præterquàm quod, quidquid sit de Dei scientia [illegible] est Deus illa videret tantùm syncategorematicè, attamen ve[illegible] ipsis omnia actu, vnum numero infinitum constituunt, vel non. Si primum, ergo non repugnat ratione numeri [illegible] modo. Si secundum ergo sunt finita, & redit absurdum, quod supra. existimo argumentum insolubile.

321 Probatur secundo. Infinitum Categorematicum, & syncategorematicum non differunt ratione numeri; vtrumque enim dicit numerum infinitum entium, sed tantùm differunt ratione entium actualium, quia vnum dicit omnia in actu, aliud partim in actu, partim in potentia, sed infinitum syncategorematicum est de facto, ergo etiam categorematicum, quantum ad rationem numeri esse potest.

Probatur tertio, quia in Materia de facto sunt infinitæ negationes, ergo non implicat dari numerum infinitum. Antecedens probatur, [illegible] sunt actu negationes, quot ibi esse possunt, & [illegible] sunt formæ, sed istæ sunt infinitæ. Consequentia patet, quia istæ negationes constituunt numerum infinitum, quæ sunt infinitæ; ergo infinitum actu.

Posset dici esse finitas in infinitum. sed Contra, quia vel negationes infinitarum formarum, quas materia habere potest, sunt actu, vel non. si non, ergo ibi sunt formæ, esse enim, & non esse rei ab eodem subiecto simul abesse non potest. si sunt actu, ergo non sunt finitæ in infinitum, sed re vera infinitæ; illud enim dicitur finitum in infinitum, quod partim est actu, partim in potentia, vt docet Aristoteles *hic* exemplo ludorum agonalium, ergo si omnes negationes sunt actu, sunt infinitæ.

Si dicatur, estò non repugnet ex parte numeri, repugnare per secundam rationem secundæ sententiæ infra afferendam, ratione loci. Contra, quia saltem poterit esse numerus infinitus rerum spiritualium, quæ non requirunt locum, quod sensit Iandunus *quæst. 11. huius 3.* apud Toletum *quæst. 6. §. circa tertium.*

Probatur quarto, quia non debemus aliquid denegare Dei omnipotentiæ sine euidenti repugnantia, sed hæ rationes videntur insolubiles, & si quæ repugnantia in hac parte apparet, etiam vrget in contraria, vt bene deducunt Hurtadus, & noster P. Pasqualigus, ergo dicendum posse dari infinitum actu.

Posse autem dari infinitum Categorematicum tùm in extensione, tùm in intensione, sic potest probari. Si non potest dari huiusmodi infinitum in quantitate, & qualitate, ergo vel quantitas, & qualitas non est in infinitum extensibilis, & intensibilis, vel Deus se ipsum non comprehendit, vtrunque est absurdum, ergo. probatur absurditas quoad primam partem, quia etiam negantes dari infinitum actu, concedunt tamen quantitatem nunquam posse extendi, & qualitatem (quibusdam exceptis) nunquã posse intendi, quin magis, & magis in infinitũ possint. Quoad secundum autem non est absurdum, sed etiam hæreticum, quia Dei scientia est infinita, ideò sui comprehẽsiua. Quare solum restat probanda sequela maioris. probo autem sic. accipiamus quantitatem extensam vt viginti (quod dico de quantitate applica qualitati in intensione) vel vlterius potest extendi, vel non. si non, habeo intentam absurditatem, quantitatem non esse extensibilem in infinitum, si potest, assignetur quantum potest, & illud erit terminus, vltra quem non erit extensibilis, vnde recurrit absurditas. si dicatur ita posse extendi, vt quacunque parte assignata, possit & alias, & alias habere in infinitum; modò sic. vel Deus cognoscit quantum potest, vel non cognoscit. Si cognoscit, vel infinitè extensibilem, vel finitè. Si finitè, ergo habet terminum. Si infinitè, ergo datur de possibili quantitas infinitè extensibilis. Si non cognoscit, ergo non comprehendit se ipsum, quod erat secundum absurdum. 322

Dicent cognoscere quantitatem esse extensibilem finitè in infinitum, sed Contra, quia nullum est effugium: vel enim Deus simul cognoscit totum augmentum, quod potest habere quantitas, vel non. Si non, ergo non comprehendit se ipsum; si cognoscit, ergo vel finitum, vel infinitum, & redit idem omnino argumentum.

Confirmatur, quia aliquid esse cognoscibile finitè in infinitum, seu syncategorematicè est nunquam ita posse cognosci, quoad plures, & plures partes, quin aliquæ remaneant cognoscendæ in infinitum, sed hoc non est admittendum in Deo, alioquin non comprehenderet se ipsum, ergo, vel dicendum cognoscere quantitatem finitè extensibilem, quod Aduersarij huius sententiæ negant, vel cognoscere extensibilem infinitè, per quod habetur intentum dari posse infinitum actu. Hæ rationes efficacissimè probant, vt quisque potest videre.

Secunda sententia non posse dari infinitum actu secundum multitudinem. Probatur primo Producat Deus infinitos homines, tunc Deus incipiat singillatim enumerare, vel omnes ita enumerabuntur, vt nullus supersit, vel vt aliquis. Si nullus, ergo non erant infiniti contra hypothesin. Si aliquis, de illo rursus quæro, an illo enumerato alius supersit, &c. & sic in infinitum, ergo erit numerus innumerabilis etiam per Dei potentiam, quod inuoluit falsitatem, quia non est maior Dei potentia ad posse illum producere, ac ad posse numerare, & si tenentur dicere non posse en[illegible] alioquin non esset infinitum, tenentur fateri hoc infinitum esse impossibile. 323

Quod si respondeant posse numerare distributiuè, non collectiuè, reddant rationem quare [illegible] collectiuè producere, ita vt illius producti [illegible]

sue-

fuerit, & non possit totum collectiuè enumerare.

Confirmatur, quia videtur intelligibile aliquid esse infinitum, & tamen actu finito productum, infinitum enim, vt docet Philosophus, non potest pertransiri, quia nunquã est assignare finem ipsius, alioquin esset finitum; dicere igitur infinitum actu esse productum, est dicere esse infinitum, quia sic supponitur, & non esse infinitum, quia potuit pertransiri totum.

Quod si dicant non posse pertransiri distributiuè, benè collectiuè. Contra, quia maius est pertransire illud collectiuè, & totum simul, vt de se patet, quàm distributiuè, & singillatim, ergo si non potest distributiuè, nec poterit collectiuè.

Dicent non posse pertransiri distributiuè, benè collectiuè, quia distributio dicit vnum post aliud, si autem posset pertransiri deueniretur ad vltimum, & sic non esset infinitum; at collectio dicit totum simul, quod non dicit nec primum, nec vltimum. Contra, quia tota illa collectione producta, vel potest Deus alias vnitates addere, vel non. Si potest, ergo erat finita, sicut si distributiuè fuisset producta, esset finita, quia aliæ vnitates poterant produci, atque adeò quælibet illarum vnitatum, quæ istam collectionem conficiebant, habebant rationem vltimi, sicut si Deus simul producat viginti homines, postea addat alium, quislibet ex numero viginti habent rationem vltimi. Si dicant non posse alias vnitates addere, ergo pariter quælibet illarum vnitarum comparata ad alias habet rationem vltimæ, vltra quam Deus aliud non potest. Quare ratio adhuc est in robore, quod si actu pertransitur, non sit infinitum.

324 Probatur secundo. Si posset dari infinitum actu in multitudine, sequeretur prædicata magis vniuersalia minus patere, quàm minus vniuersalia, hoc implicat, ergo. Minor patet. sequela maioris probatur. productis infinitis hominibus, vel sunt infiniti etiam, vt entia sunt, vel non. Si primum dicatur: Contra, quia effectus infinitus adæquat infinitam Dei potentiam secundum illam rationem, sed Deus adhuc potest alia, & alia entia producere, ergo non sunt infinita in ratione entis. Si dicatur secundum, ergo habeo intentam sequelam, quia esse hominis dicitur de Infinitis, esse entis de finitis.

Probatur tertio. Implicat vnum infinitum esse maius altero, hoc sequeretur in illa sententia, ergo. Implicantia probatur. Infinitum est, quod caret fine, sed carere fine importat omnem maioritatem, ergo implicat quod est infinitum habere maius. illa sequela probatur. productis infinitis hominibus, in quolibet homine sunt quamplurimi capilli, vel infinitum capillorum est maius infinito hominum, vel non. si sic habeo intentum, vnum infinitum esse maius altero. si secundum Contra, quia hoc est imperceptibile, quod in quolibet homine sint plures capilli, & tamen cum euadunt infiniti, homines æquentur capillis; infinitudo enim hominum non tollit vel vnum capillum, si igitur centum hominibus productis magis, & magis crescit numerus capillorum, ita etiam infinitis hominibus productis magis, & magis crescet infinitudo Capillorum.

Solent ad similia argumenta aduersarij respondere primo vnum infinitum non esse maius alio, nec minus, quia hæc prędicata conueniunt tantùm quantitati finitæ. Ita Conimbricenses. sed Contra, vt benè dicit Durandus, *num.* 17. Quod continet aliquid cum alio addito, est plus quàm si non haberet illud additum, nec appositum est intelligibile.

325 Respondet secundo Noster Pasqualigus acutissimè quidem vnum infinitum posse esse maius alio, non formaliter, quatenus caret vltima parte, quia in hoc omnia infinita sunt æqualia, sed materialiter, quatenus continet aliqua finita. Sed Contra, Infinitum, quod plura finita continet magis elongatur à posse habere finem, ergo, si infinitum potest habere plura finita, quam aliud, est maius formaliter, non tantùm materialiter. Probatur consequentia, quia non posse habere finem pertinet ad formalitatem infiniti, sed additio, quæ fit magis, impossibilitat infinitum ad posse habere finem, ergo pertinet ad rationem formalem.

Respondet tertio idem Pasqualigus, non posse esse maius vnum infinitum alio intensiuè, benè extensiuè. sed Contra, quia hæc extensio in numero aliud esse non potest, quam illa multitudo plurium, non enim est aliqua intensio, quoad gradus perfectionis; hæc enim non est [illegible] rem in infinita multitudine, sed multitudo plurium e[illegible] tensio numeri; ergo si est maius alio in extensione [illegible] etiam in intensione. Confirmantur omnes istæ [illegible] nes. sicut ternarij in numero finito sunt partes quaterna[illegible] rij, ita in numero infinito, neque hoc negant aduer[illegible] modò vel ternarij, sunt partes quaternarij infiniti, q[illegible] nus carent vltima parte, vel non. Si primum er[illegible] tum formaliter est maius alio. Probatur conseq[illegible] quia quaternarius, vt carens fine, scilicet, vt infi[illegible] maliter, habet tanquam sui partem ternarium, e[illegible] formaliter carentem fine; sed omne totum est ma[illegible] parte, ergo si, vt carens fine, est totum, & ternarius v[illegible] rens fine est pars, infinitum formaliter est maiu[illegible] nito formaliter; si dicant secundum ternarium [illegible] partem, vt carentem fine, quaternarij infiniti, er[illegible] quaternarius est infinitus contra hypothesim, p[illegible] consequentia, quia ex numeris finitis non potest coal[illegible] re multitudo infinita, vt & ipsi concedunt. videatur [illegible] tus *hic quæst. 6. citata*, qui egregiè hanc partem [illegible]

Non posse autem dari infinitum categorema[illegible] cundum extensionem continuam, seu quantitatem [illegible] nuam infinitam.

Probatur primo ratione ab omnibus adducta. [illegible] hantur duæ Lineæ ab eodem puncto in diuersas [illegible] quo magis protrahuntur, eo magis distant, vt doce[illegible] thematici, ergo si protrahantur in infinitum, in [illegible] distabunt ad inuicem, ergo erit spatium interie[illegible] nitum, sed illud spatium clauditur duabus illis lin[illegible] erit infinitum, quia per illud infinite distant l[illegible] erit infinitum, quia habet terminos, ergo erit, & n[illegible] infinitum, quod implicat. Hac ratione perbene [illegible] etiam Auersa *quæst. 24. sect. 6. §. prima sit.*

Respondet Hurtadus §. 38. adducendo eande[illegible] cultatem in scientia Dei; vel enim Deus videt ill[illegible] posse protrahi in infinitum, includẽdo spatium in[illegible] vel non. non potest dici secundum, quia si illæ lin[illegible] protrahi possunt, non est cur Deus hoc non videa[illegible] tia infinita. si videt, ergo eadem difficultas [illegible] vnd[illegible] Deum videre illas lineas, non esse terminos illius [illegible] quia in parte sunt sine fine protractæ. Sed Cont[illegible] vis argumenti consistit non quoad longitudine[illegible] quod vtique est infinitum, [illegible] lineæ i[illegible]d cla[illegible] sed de latitudine secundum qu[illegible] illud spatium i[illegible] tè distant, & tantum in latitudine [illegible]d claudunt. Q[illegible] autem sit eadem difficultas in scientia Dei, nihil [illegible] solutionem difficultatis quoad productionem; [illegible] igitur in vtraque, & in scientia, & in productione, fo[illegible] enim auctores contrariæ sententiæ, sicut negant posse lineas infinitas produci, negabunt etiam posse vide[illegible] addo quòd, & si in contraria sententia sit eadem d[illegible] tas, vt verè est, & diximus §. *posse autem dari*, non [illegible] per hoc remanet soluta in hac sententia.

Probatur secundo. Sequeretur quantitatem e[illegible] uisibilem, consequens est falsum, ergo & Antecede[illegible] sitas probatur, quia de intrinseca ratione quantita[illegible] posse diuidi vsque in infinitum. Sequela probatur [illegible] ducat Deus superficiem infinitè extensam, vtique [illegible] etiam producere locum infinitum, quia quanta est e[illegible] sio quantitatis, tanta, & Loci, cum inuicem sibi co[illegible] deant, hoc posito, sic argumentor. Maiorem loc[illegible] cupant partes quantitatis diuisæ, quam simul vnitæ [illegible] producta quantitate infinitæ extensa non esset Loc[illegible] posset occupari à partibus diuisis, ergo non posset [illegible] Minor probatur, quia non potest dari locus maio[illegible] to, sed infinitus occupabatur a partibus, cum erant v[illegible] ergo si separentur, non erit locus, qui occupetur [illegible] etiam probatur; ad hoc enim, vt partes hom[illegible]ogen[illegible] diuisæ requiritur, vt inter eas aliquod corpus inter[illegible] alioquin nunquam intelligentur separatæ; ergo ve[illegible] ior. nam requiritur locus, quem primo vni[illegible] occup[illegible] & insuper requiritur locus, qui occupetur a co[illegible] interiecto.

Responderi posset, quod esset indiuisibil[illegible] per [illegible] (Qua responsione etiam solent [illegible] tum D. Th[illegible], quod illa qu[illegible] non esse [illegible] tra naturam corporis phys[illegible] sed Contra [illegible] per accidens, quòd non posset esse al[illegible] Locum [illegible] quia est adæquata Dei potentia quod produ[illegible]

[illegible] per accidens, quod Deus non possit produ[illegible] ad intra, sed per se, quia est adæqua[illegible] ad intra, ergo etiam est per se quā[illegible] posse diuidi. Probatur Consequentia, quia [illegible] per se requirit locum, ergo si per se implicat da[illegible] etiam per se quantitatem diuidi

328 [illegible] posse dari Infinitum Categorematicum [illegible] qualitatem infinitè intensam. [illegible] primo, sequeretur motum posse fieri in instan[illegible], ergo [illegible] patet, dicere enim mo[illegible] dicere partem post partem, dicere verò instans est [illegible] partes simul. Sequela probatur, quo maior [illegible] sursum res mouetur, si igitur leuitas [illegible] in infinitum mouebitur, sed nihil est ci[illegible] in instanti mouebitur.

[illegible] Conimbricenses *ad* [illegible], & Hurtadus §. 39. [illegible] vt moueatur in instanti, quia hoc impli[illegible] oportet partem post partem; at in [illegible] simul in omnibus partibus loci, [illegible] quanta velocitate se [illegible], vt [illegible] assignata alia [illegible] posset assignari. Sed Contra [illegible] est implicantia, quam intendo, dari [illegible] intensam, ex qua sequatur motum [illegible]. Contra secundo, quia sicut qua[illegible] naturaliter, vt Deus con[illegible] actiua requirit na[illegible], quod si hoc impli[illegible] qualitatem infinitè inten[illegible].

[illegible] posse Deum com[illegible], ergo. Probatur [illegible] quantitatem infinitè inten[illegible] infinitè [illegible]. Minor proba[illegible] eo minus Deus [illegible] infi[illegible] etur; [illegible] Deum infi[illegible].

329 [illegible] per [illegible] viso[illegible], vt Deus compre[illegible] formalitates. Sed [illegible] qui est [illegible] visio, eò [illegible] sunt enim correlatiua, er[illegible] infinitum [illegible] vi[illegible] Beati infinite [illegible] quod est [illegible] formalitates.

Multæ [illegible] sententia non de[illegible] videre, quid aucto[illegible]; [illegible] hæ, quas [illegible] sint adeo efficaces pro vtraque parte, [illegible] responsiones [illegible] vsque excogitatæ sint [illegible] ad solutionem, vt ex hactenus [illegible] quæstione percipi potest. ideo

[illegible] quæstionis cum nihil intersit, quid quisque sentiat. Respondeo vtraq; sententia premi difficultatibus insolubilibus; neque quoad vsque veræ responsiones occurrant, pro aliqua ipsarum esse resoluendam, melius est enim infirmitatem ingenij humani fateri, quam vni ipsarum adhærendo difficultatibus postea iactatos, solis verbis remigantes facile submergi; nec mirum hic nos deficere præter solitum, deficit intellectus finitus, sed in cognitione infiniti, quando placuerit Deo infinito, qui omnem infinitudinem exhaurit, non erit difficile Intellectum etiam finitum infinitum penetrare. Addo quòd si Ouiedus vir satis acutus ita se gessit non semel, vt *controuers. Physicor.* 2. *punct.* 3. de velocitate motus violenti, & naturalis, nullam iacturam sui æstimans, relinquendo dubium indecisum propter multas difficultates, quæ sibi videntur in omni sententia emergere, cur ego redarguar, dum agitur de re omnium calculis difficillima?

Solùm remanet soluendum argumentum, *ex quæstione tertia, Tractat. præceden.* huc remissum, quod si partes sunt actu distinctæ in continuo, cum hoc sit diuisibile in infinitum, essent infinitæ, & consequenter daretur infinitum actu in multitudine. Respondeo concessa sequela, negando consequentiam, quia de essentia numeri est dicere vnitates ita discretas ad inuicem, vt vna in alia non includatur, alioquin idem pluries sumeretur in enumeratione; at partes infinitæ, in quas continuum est distinctum, & diuidi potest, sunt proportionales inuicem inclusæ, consequenter nequeunt numerum constituere, quia enumerata, verbi gratia parte *A*, aliæ partes, quæ enumerandæ essent, iam sumptæ fuerunt in parte *A*, quæ ex eis conflabat, vnde nequeunt iterum sumi, & cum illa numerum conficere. Quare est implicantia dicere partes proportionales, & dicere numerum proprie. Si verò sermo sit de partibus æqualibus, in quas varijs diuisionibus potest Continuum diuidi, nunquam euadet infinita multitudo, vt expendenti patebit. Ad hoc argumentum respondent Toletus, & Rubius *locis citatis Tract. præceden.* sed non soluunt, faciunt enim vim, quòd numerus requirat actualem diuisionem vnitatum, quæ nunquam accidit in continuo; non soluunt, inquam, quia etsi assumptum esset verum, attamen saltem in potentia esset numerus infinitus, si partes proportionales distinctæ sunt aptæ ad constituendum numerum, consequenter nulla esset implicantia, dari numerum infinitum, quod tamen ipsi negant, at in nostra doctrina, & statuimus partes infinitas actu distinctas, & quod non per hoc ponatur numerum infinitum, licet ex [illegible] causis hunc non implicare [illegible] in hac quæstione, dum existimamus vtranque partem [illegible]. Ab hac Doctrina videtur non dissentire Auersa dum *quæstione* 22. *sectio.* 7. §. *Dico secundo* vult, partes Continui esse actu infinitas, & tamen *sect.* [illegible] §. *Dico secundo*, negat esse dicendas infinitas Categorematice, quia (inquit §. *hinc in forma*) *non sunt in tali statu, vt constituant multitudinem simpliciter infinitam*. Quæ, an in modo loquendi cohæreant, videat Lector. Et hæc sint Dicta pro complemento huius tertij Libri, in quo facilioris methodi causa discussimus etiam omnia, quæ solent disputare Aristotel. expositores in quinto, & sexto Physicorum. 330

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES in Quartum Physicorum.

QVARTI LIBRI SVMMA.

Postquam Aristoteles explicauit in tertio Libro naturam Motus, & Infiniti, quod competebat motui, quatenus est quoddam Continuum, explicat in quarto ea, quæ extrinsecè competunt: quædam autem competunt motui ratione mobilis, vt scilicet fiat in loco, &c. quædam ratione sui, quòd fiat in tempore, tempus enim est mensura motus: de vtroque agit in hoc Libro, quare diuiditur in duas partes principales. In prima, quæ est vsque ad textum 87. exclusiuè (consequens autem) agitur de Loco. In secunda, quæ est ab illo textu vsque ad finem Libri agitur de Tempore, & quoniam antiqui ponebant dari vacuum, & illud Locum, &c. ideo etiam hoc discutitur in prima parte; vnde illa prima pars subdiuiditur in duas alias partes, in prima vsque ad textum 58. exclusiuè (eodem autem modo) agit de Loco [illegible] In secunda agit de Vacuo. Nos duobus Tractatibus omnia comprehendemus. Primus erit de Loco, & Vacuo. [illegible]dus de Tempore.

Tractatus Primus. Qui est de Loco.

Quid sit Locus propriè Dictus. Quæstio Prima.

331 VArij fuerunt sensus circa Loci naturam, vt est videre apud Aristotelem *hic*, & Expositores, Toletum *quæst.* 3. Conimbricenses *cap.* 5. *quæst.* 1. Pererium *lib.* 11. & alios, omnes autem sequuntur, & defendunt definitionem traditam ab Aristotele *text.* 42. excepto Hurtado *disp.* 14. *de Loco, sect.* 1. qui Aristotelis definitionem impugnat. Est igitur Locus secundum Aristotel. *Superficies vltima corporis continentis immobiliter.*

Dicitur primo Locus *Superficies*, scilicet vltima pars assignabilis ab extrinseco, secundum latitudinem, & Longitudinem, indiuisibilis secundum profunditatem corporis, quod aliud continet, quam concipimus terminare ipsum corpus, ideò dixit Aristoteles *terminum.*

Dicitur secundo *vltima*, vel secundum vulgatam translationem textus *prima*, quia duplex est locus, vnus proprius, seu immediatus. Alius improprius, seu mediatus, & remotus. Verbi grat. Locus proprius Petri est vltima Superficies aeris ambientis Petrum; quia illa tantùm Petrum immediatè ambit. Locus improprius dicitur Cęlum, quia mediante aere Cœlum Petrum ambit, dicitur igitur vltima, seu prima, quia hic definitur Locus proprius.

Dicitur tertio. *Corporis*, quia Superficies, quæ locus statuitur, nunquam existit mathematicè sine corpore, sed est terminus corporis, quod aliud continet, & vt talis terminus habet rationem Loci, cum enim datur motus ad Locum; non datur tantùm ad superficiem mathematicè, sed physicè, quatenus est terminus profunditatis corporis continentis, & mediante illo vnum corpus continet, ambit, & circumscribit aliud.

Dicitur quarto *Continentis*, quia Locus debet continere locatum, quare inter locum, & Locatum, debet esse æqualitas non dimensionis; quia superficies est tantum longa, & lata, non autem profunda ad modum Locati, sed debet esse æqualitas continentiæ, quòd Locus totam profunditatem alterius corporis contineat, & circumscribat.

332 Dicitur vltimo *Immobiliter*, seu *immobilis*, in qua particula multùm desudant expositores, vt est videre apud Pererium *cap.* 2. Primo quia videmus Turri existenti immobili, moueri superficiem aeris ambientis, flante vento, perperam igitur dicitur debere esse immobilis. Secundo quia dum Nauis ad cursum fluuij mouetur, vtique mutat Locum, & tamen non mutat superficiem, sed æquè mouetur etiam superficies: dicitur igitur immobilis (omnibus expositoribus omissis) quia Locus formaliter, quatenus est Locus continens locatum non indiget moueri ad motum Locati. immò non potest moueri; non enim Locus est sola superficies corporis continentis, vt docet D. Thomas, *hic text.* 42. sed superficies, vt dicens distantiam talem ad Polos Cœli; vt sic autem, & si aer circa Turrim moueatur; & si eadem superficies aquæ circa Cymbam eadem maneat, semper tamen Locus est immobilis, quia vt dicēs distantiam talem semper manet circa Turrim, & non manet circa Nauim; neque quòd sit mobilis, quatenus est superficies terminans profunditatem corporis locantis, quidquam officit, quia dicitur immobilis formaliter, vt Locus, scilicet vt continens locatum, non debet moueri ad motum illius, quia mobile debet de vno loco transire ad alium, quod vtique esse non posset, si locus esset mobilis. Huius sententiæ mihi videtur & Auersa *quæstion.* 27. *sect.* 3. §. *& quidem.*

333 Contra hanc Doctrinam multa dicit Pererius *cap.* 2. §. *Hac D. Thom.* Quare ipse includit *cap.* 3. hic non definiri omnem Locum, sed Locum tātùm Corporum simplicium, qui cum semper eandem differentiam retineat, meritò dicitur immobilis; at de ratione Loci vt sic, dicit tantùm esse, vt aliud contineat; addit tamen multoties Locum sumi impropriè pro illa distantia ad Polos Cœli. Verùm non video quomodo possit hæc doctrina subsistere, dùm enim Cymba eadem vnda fertur ad aliam partem fluuij, peto à Pererio, vel mutauit locum, vel non. Si primum ergo non in sola superficie consistit, quia eadem ambitur. Si non, est inintelligibile, cur magis distet ab alia Cymba, quam primo, &c. non enim potest dici mutasse impropriè, pro situ, &c. vel passiuè; loquor enim propriè, neque ipsa immobilis persistit; sed verè mota est, præterquam quod si immobilitas non requiritur, non erit, cur aqua existens in vase, nō sit in loco, ambitur enim, &c. propter enim immobilitatem, quam dicit vas ad motum aquæ, negat Aristoteles vas esse locum *tex.* 41. ideò dicebat, Nauis, quæ mouebatur cum flumine potius erat tanquam in vase, quàm in Loco.

Quare ad tollendam omnem difficultatem, quam facit Pererius aduersus doctrinam traditam ex D. Thoma de Loci immobilitate, dicerem, ad conseruandam identitatem Loci, non requiri eandem numero superficiem neque requiri diuersam, sed satis esse, esse aliquam superficiem, cum eadem distantia ad Polos, vnde ratio Loci consistit in superficie connotando distantiam, quæ respo... videtur innui a Tolet. *hic quæst.* 5. §. *ad hoc respondent* ... test hæc Doctrina probari, quia si modo existens l... sub superficie aeris, succederet superficies aquæ di... in eodem loco, & tamen diuersæ superficies, ne dùm ... mero, sed specie mutatæ sunt, vtique quia idem situs est ... vtranque superficiem, ergo qualibet superficies cum ... dem situ sufficit; & cum dicit omnia Loca eundem ... habens ad Polos Cœli; nescio quomodo cohæreat cum doctrina, quam postea tradit *cap.* 3. §. *dubitatione* ... dicens, sumi Locum pro situ, & sic variari situm, ... cum respectu Cœli. Si omnia habent eundem situm, ... modo variatur? Multa argumenta affert Toletus *loco ci-tato* contra Definitionem, tamen, si benè examinetur ... dus, quo particulæ definitionis explicatæ sunt, faci... uentur, vel videatur ipse Toletus, qui omnia soluit. ... Doctrina habet fundamentum in Aristotele, *tex.* enim ... postquam dixit, Locum debere esse vltimam super... immobilem, eam videtur explicare, per immobilem ... nem Cœli, & Centri ex dictis.

Infertur primo. Vltimam sphæram, quæ non hab... perficiem, supra se ambientem, non esse in Loco pro... quod videtur docere Aristoteles *text.* 43. nisi forsan ... tur esse in Loco per partes in potentia, quatenus vn... sphæræ vltimæ, si ab alia diuideretur, remaneret conti... & ab illa ambiretur, quem modum essendi in Loco tri... ei *hoc tex.* 43. ex Aristotele D. Thomas. sed hæc doct... non admittitur à Toleto, *eodem textu.* Verum non est ... ius Loci hoc discutere; nobis satis sit vltimam sphæram non esse propriè in Loco, quia non habet superficiem ... ambientem, illud enim est in loco ex Aristotele: *Cui cor-pori est aliquod extra corpus continens ipsum, hoc in loco est, cui verò non, minimè.* Immò expresè hoc dicit *tex.* ... *dragesimo septimo*, de Cœlo. *Idcirco terra in aqua, ... in aere, aer in æthere, & æther in Cœlo est collocatus, ... sum verò Cœlum nullo alio in corpore est vlterius col... tum.*

Infertur secundo. Angelos, & animas rationales ... sic esse in loco propriè loquendo, quia non circumscri... buntur à superficie ambiente, Angelus enim, & Ani... ita est in loco, vt tota sit in toto loco, & in qualibet p... Loci, ad differentiam propriè locati, quod dicit par... correspondentes partibus Loci, ideo Angeli, & Ani... dicuntur esse in loco tantùm definitiuè; quia scilicet ... definiuntur, & determinantur hoc spatio, vt extra illud non sint, ad differentiam Dei, qui, & si non sit circum... scriptiuè, nec etiam est definitiuè, quia per immen... tem est vbique. Immò neque, vt Deus, Angeli, & Ani... mæ sint in loco tali pacto, necesse est esse superficiem ... cuam alio corpore, vt inter corpora accidit, sed debet ... plena, alioquin daretur vacuum. hi enim cum non ... circumscriptiuè non implent locum, quare nomine L... respectu Dei, Angelorum, & animarum intelligitur ... perficies plena.

Infertur vltimo. Cum definiuerimus locum, non ... lùm pro loco corporum simplicium, sed omnium ... habent supra se superficiem, infertur hic, inquam, n... omni loco competere proprietates loci assignatas ab ... stotele, sunt enim aliquæ, quæ conueniunt tantùm ... naturali, scilicet Elementorum, ver. grat. quod Locus ... hat locatum, illud conseruet, &c.

A

An detur aliquis Locus, qui solet dici, Locus Intrinsecus, seu Vbi, & quid sit. Quæstio Secunda.

336 PRo intelligentia tituli aduertendum totam quæstionem esse, an per terminum motus localem producatur aliquid in ipso mobili intrinsecum, per quod constituatur in tali loco, quod solet vocari *Vbi*, seu vbicatio, seu locus intrin-
334 secus ad differentiam superficiei, seu Loci extrinseci, qui non acquiritur in mobili, sed tantùm ambit extrinsecè mobile. Igitur intellecto titulo quæstionis, sit

Prima Conclusio. Datur hic Locus intrinsecus, seu hoc *Vbi*, quod per motum producatur. Probatur primo non potest dari [illegible] sine termino, ergo datur hoc *Vbi*. Antecedens alias probatum, nunc suppono [illegible] ex terminis ipsis. Consequentia probatur, motus est actio, ergo debet per ipsum aliquid producere, sed non potest produci, nisi hoc *Vbi*, ergo [illegible] probatur, non potest assignari superficies extrinseca, hæc enim non est aliquid per motum productum, præterea quia quòd terminus motus debet esse in eo subiecto, in quo est motus, at motus non est in corpore, vbi est superficies, sed in mobili, non potest dici, quòd sit [illegible] substantiæ, hæc enim relatio in aliquo de nouo [illegible] debet fundari, præterquamquod ex Philosopho ad relationem per se non est motus, ergo adhuc signando [illegible] motum per se, non est quid aliud possit [illegible] intrinsecum, per quod mobile constituatur præsens hic.

337 Confirmatur in cæteris speciebus Motus datur terminus intrinsecus in eo, quod mouetur, ergo etiam in latione, ergo datur hoc *Vbi*, [illegible] clara.

[illegible] secundo, non potest fieri transitus de contradictorio in contradictorium [illegible] mutatione intrinseca ex parte [illegible] sed per [illegible] hic transitus, dum res de non [illegible] aliqua mutatio intrinseca, [illegible] Maior probatur, vt fiat hic [illegible] non [illegible] eadem omnino, ac prius, [illegible] habet intrinsecum, vel extrinsecè & [illegible] aliud intrinsecè mutatum, & consequenter [illegible] intrinsecè [illegible] obiectum de [illegible] intrinsecè mutatur [illegible] quia aliud intrinsecè [illegible] per amittere eandem [illegible] pariter paries [illegible] mutatur, dum de non visus fit visus, oculus intrinsecè [illegible] quia per visionem intrinsecè receptam fit videns, [illegible] quia per extrinsecam mutationem [illegible] consequenter non inducit [illegible] igitur fit hic transitus [illegible] semper debet assignari [illegible] intrinsecè. Probatur secunda consequentia, quia per motum localem non mutatur intrinsecè superficies, seu Locus extrinsecus, nihil enim acquirit superficies sibi intrinsecè ex eo quod contineat locatum, ergo [illegible] hæc mutatio in [illegible], ergo producitur aliquid, per quod mutetur, hoc aliquid [illegible] ergo *Vbi*.

338 Secunda Conclusio. Hoc *Vbi* est ratio formalis constituendi rem præsentem vbi est. Probatur quia datur hic terminus motus localis, vtique aliquem effectum debet tribuere mobili, non est alius, qui tribuatur, quam constituere rem præsentem, ergo. Minor probatur. Omnia, quæ sunt in mobili post motum erant in eo ante motum, præter esse hic præsens, ergo non est quid tribuamus pro effectu formali, nisi constituere hic mobile præsens.

Confirmatur, quia tamen esse præsentem hic non potest tribui, nisi huic *Vbi*, ergo vera Conclusio. Probatur antecedens, non potest tribui ipsi mobili vt sic, primo enim ante motum non erat mobile, & non erat hic, non potest tribui ipsi motui, nisi ad summum vt *quo*, quia per ipsum producitur id, quod, vt *quod* præstat hunc effectum, sicut calefactio non facit calidum, nisi vt *quo*, non potest tribui ipsi superficiei extrinsecè ambienti, quia & si illa tolleretur, non per hoc amitteret mobile esse hic præsens, ergo remanet vt tribuatur tantum huic *Vbi*.

Sed Contra Instatur primo [illegible] quæritur vbi res sit, responderetur esse alicubi, esse hic, vel illic, &c. sed hoc aliud non importat, nisi esse in hoc, vel illo loco, ergo præter ipsum locum non datur aliud *Vbi* distinctum, &c.

Respondeo per huiusmodi aduerbia signari locum extrinsecum concomitanter, seu consequenter, quia nunquam habetur de facto ratio præsentialitatis, nisi etiam sit aliqua superficies ambiens, re vera tamen *Vbi* est omnino independens à superficie corporis continentis.

Instatur secundo, ex auctoritate Diui Thomæ, *prima parte quæstione* 10. *articulo tertio, & quæstione sexta de potentia articulo tertio, secundo contra Gentiles cap.* 13. vbi videtur docere, per motum localem non acquiri aliquid intrinsecum, ergo non est assignare aliud *Vbi*, præter extrinsecam superficiem. Confirmatur, quia propter hoc dicitur motus localis, quia terminatur ad Locum.

Ad argumentum Respondeo D. Thomam tantùm docere per motum localem acquiri aliquid extrinsecum, & denominans extrinsecè, nempe Locum, qui semper naturaliter loquendo est coniunctus cum ipso *Vbi*; & per hoc patet etiam ad Confirmationem, vt enim dicatur motus localis, satis est, si semper tendat ad Locum naturaliter, licet non necessario, & intrinsece, & propter hanc necessariam connexionem loquendo naturaliter prouenit, vt multoties sumatur locus extrinsecus pro ipso *Vbi*, at *Vbi* pro loco extrinseco, quod est maximè aduertendum pro multorum argumentorum solutione. Ex dictis.

Infertur primo. Cum *vbi* sit ratio constituendi hic, vel ibi, nec possit dari huiusmodi ratio absque re, quæ per ipsam hic vel ibi constituitur, sed è contra, hoc vbi esse quendam modum modaliter distinctum à re, quæ sit præsens; & cum vel per minimum res mouetur ab illo spatio imaginario, cui imaginamur illam præsentem, corrumpatur illa præsentia, infertur hoc *vbi* importare relationem transcendentalem ad huiusmodi spatium. 339

Infertur secundo. Hoc *vbi* esse fundamentum relationum propinquitatis, & distantiæ, ideò enim dicitur res aliqua propinqua, vel distans, quia est præsens tali spatio, inter quod, & aliud, cui dicitur præsens, vel absens plus, vel minus spatij imaginamur intercedere, ab ipso autem *vbi* habetur rem constitui hic, & non alibi, ex quo possit tantum spatij intercedere. verùm quidem est, quod per ablationem alterius rei tollitur relatio, sed hoc non facit, quin ipsum *vbi* sit tale fundamentum, sed quod ad ponendam relationem talis terminus requiratur, quo corrupto nullatenus relatio, quod verum est in omnibus relationibus.

Infertur tertio. Cum esse præsens alicui spatio multipliciter contingere possit, vel expellendo ab eodem spatio aliud corpus vt sunt omnia corpora de facto; vel non expellendo tamen non ita quod sit totum in toto, & totum in qualibet parte, vt accideret, si Deus tolleret quantitatem relinquendo in eodem spatio materiam, compositum, &c. vel hoc modo non expellendo aliud, sed sibi determinando tantum spatij, in quo sit totum in toto, & totum in qualibet parte, vt Angeli, & animæ rationales, infertur, inquam, diuersas esse species *vbi*, seu præsentiarum.

Suarez *sectione secunda disp. citata* videtur sentire non omninò propriam loquutionem esse vocare *vbi* locum intrinsecum, & Ruuius *lib.* 4. *Tract. de Natura Loci quæst.* 3. *num.* 37. improprijssimam loquutionem appellat, cum Aristoteles tantum extrinsecam superficiem appellare cõsueuerit nomine Loci, nec propositiones, quæ de Loco circumferri solent, omnes possint applicari ipsi *vbi*: attamen cum sit quæstio de Nomine non absonum est, hoc nomine ipsum appellasse, vt saltem termini cognoscerentur. Aduerto autem pro perfecta intelligentia huius quæstionis *in* 2. *Conclusione* non fuisse dictum, *vbi* constituere rem præsentem loco extrinseco, & in illaris affirmatum fuisse constituere præsentem spatio imaginario, quia *vbi* est omnino independens à loco extrinseco; quia si tolleretur omnis locus, eadem præsentia posset retineri, & si daretur (vt posse dari probabitur infra) motus in vacuo, eadem præsentia posset acquiri; ideo ad explicandam hanc præsentiam, quam exhibet independenter, & exhiberet in illo casu, imaginamur exhiberi illi spatio, quod occupat Locus, vbi de facto est. Plura habet Suarez, & Ruuius *locis citatis*. Conimbricens. *in prædicam. Arist. cap.* 9. *quæst.* 2. Tolet. *quæst.* 8. Hurtadus *disp.* 14. *in Phys. sect.* [illegible] 340

Solum [illegible] ad exactam cognitionem naturæ *Vbi*, quomodo distinguatur à re, sed breuiter dicendum distingui sola ratione ratiocinata; idem enim [illegible] tenus dicit præsentiam ad spatium dicitur *Vbi*, [illegible]

autem dicit talem dispositionem partium, vt sedere, iacere, stare, &c. dicitur *Situs*, quod maiorem distinctionem non importat, quam rationis, nec minorem rationis ratiocinatæ, cum inuicem separari non possint; & ratio vnius non sit adæquate ratio alterius. Videantur Dialectici *in prædicamento Situs*, & Suarez *disp.* 11.

Vtrum idem Corpus esse possit in pluribus Locis simul Circumscriptiuè. Quæstio Tertia.

341 Posse vnum, & idem Corpus esse simul in vno loco circumscriptiue, & in alijs definitiue nemo Catholicorum negat, quia fide certum ex Misterio ineffabili Sacratissimæ Eucharistiæ, ex quo instruimur in omnibus Hostijs consecratis per totum orbem terrarum definitiuè contineri idem Corpus Christi Domini, quod in Cœlis residet circumscriptiuè. Quare tota quæstio reducitur ad esse in loco circumscriptiue. An possit idem Corpus simul habere plures præsentias circumscriptiuas, de quo negant omnes Thomistæ, & plures alij cum Sant Thoma 3. *parte quæst.* 75. *art.* 1. 4. *contra Gent. cap.* 64. & alibi, cui ex recentioribus assentiuntur Vasquez 3. *parte disp.* 18[illegible]. & Conimbr. *in Physicor. d*[illegible] 9 *quæst.* [illegible] affirmant vero omnes Scotistæ adhærentes Scoto *in* 4. *distin.* [illegible] *quæst.* 3. conueniunt ferè omnes recentiores. Conimbric. 4. *Physico. cap.* 5. *quæst.* 5. Suarez; *parte dist.* 8 *sect.* 4. Hurtadus *in Physicor. disp.* 14. *sect.* 5. Auersa *quæst.* 27. *sect.* 6. Oujedo *controuers.* 15. *punct.* 9. & alij, sit.

Vnica Conclusio. Potest idem Corpus esse simul in pluribus Locis circumscriptiuè. Probatur primo potest idem corpus esse in pluribus locis simul definitiuè, & circumscriptiuè, ergo & simul in pluribus circumscriptiuè. Antecedens [illegible] patet in [illegible] Eucharistico Christi Domini præsentiam definitiuam, cum qua retinet etiam circumscriptiuam in Cœlo. Consequentia probatur: tum quia magis est habere duas præsentias oppositas, & diuersæ rationis, scilicet spiritualem, & circumscriptiuam quam duas eiusdem rationis circumscriptiuas; tum quia nulla potest esse difficultas de præsentia plurificata circumscriptiua, quæ non vrget etiam in plurificatione præsentiæ definitiuæ; tum quia rationes, quæ probant possibilitatem plurium præsentiarum definitiuarum simul, vel possibilitatem vnius circumscriptiuæ cum vna, vel pluribus definitiuis probant etiam possibilitatem plurium simul circumscriptiuarum, nisi cecutiatur in medio lumine.

342 Dicent, esse de ratione præsentiæ circumscriptiuæ ita corpus constituere in loco, vt nequeat per vllam potentiam esse extra circumscriptiuè, bene definitiue.

Disparitatem frigidam vocat Hurtadus, & benè. Conantur illam sustinere Complutenses, sed oleum, & operam perdunt; tùm quia esse circumscriptiuè in loco, tantum dicit esse in illo commensuratiue totum in toto, & partes locati in partibus Loci, ex quo non sequitur, quin possit habere aliam præsentiam, per quam iterum in illo sit loco totum in toto, & partes in partibus. tùm quia hoc videtur potius conuenire præsentiæ definitiuæ, non circumscriptiuæ, quia esse definitiue in Loco est ita esse ibi, vt non sit alibi, ideo dixit Hurtadus, præsentiam definitiuam determinare locatum ad locum, Circumscriptiuam potius locum ad locatum; tùm quia si circumscriptio ita deberet adæquare locatum loco, quod nequiret esse extra illum, alioquin esset, & non esset adæquatus Locus (inquiunt Complutenses) dicant, quare hæc implicantia (si tamen esset) non sequatur, quando idem corpus præter præsentiam circumscriptiuam, habet etiam definitiuam; vtique etiam tunc corpus est extra illum locum, ergo est, & non est locus adæquatus. Adæquatio enim Loci hic debet sumi penes negationem existentiæ extra illum locum, non penes modum extendi; ergo sequeretur eadem implicantia, quod tamen negant de præsentia circumscriptiua, & definitiua simul; ergo debent etiam negare de pluribus circumscriptiuis simul, & quidquid dicant ad hæc, gratis erit dictum, vt patebit expendenti.

343 Probatur secundo. Quod idem Corpus sit in duobus locis circumscriptiue nulla est implicantia, ergo de potentia absoluta Dei esse potest. Consequentia patet, quia nihil denegandum Deo sine euidenti contradictione. Antecedens patebit soluendo argumenta in contrarium.

Instatur primo. Corpus existens in duobus locis esset diuisum à se ipso, quod implicat, ergo. Primo respondeo Si hoc sequitur ex duabus præsentijs circumscriptiuis, sequitur etiam ex circumscriptiua, & definitiua, & [illegible] vnquam afferetur sufficiens disparitas. Respondeo secundo distinguendo. Diuideretur a se ipso entitatiue, [illegible]tur, quod est idem omnino, diuideretur in præsentijs, conceditur, sed hoc non implicat.

Instatur secundo. Corpus esset in maiori spatio quam se ipso, sed hoc implicat, ergo. Respondeo futurum in maiori spatio se ipso, si consideratur secundum vnam præsentiam, non secundùm plures, quas haberet in illo casu, quare omnia illa spatia essent adæquata eidem habenti plures præsentias; & vnumquodque spatium esse adæquatum eidem corpori secundùm vnamquamque præsentiam sigillatim.

Instatur tertio. Ergo posset idem Corpus esse in infinitis locis, ergo posset esse immensum. Respondeo, loca possent esse infinita, dando Antecedens, sed nego consequentiam; Quia immensitas est perfectio, quæ intrinsecè petit esse vbique; at in casu nostro, esset vbique extrinsecè per Dei miraculum; sic Anima posset esse ab æterno: tunc esset æterna à parte ante, à parte post, ergo haberent æternitatem Dei? Hæc argumenta [illegible] docti. Præter quam quod si hoc argumentum probaret, etiam impugnaret pluralitatem præsentiarum definitiuarum, & sic [illegible] Sacramentum Eucharistiæ, [illegible] vim argumenti, & mecum eris.

Instatur quarto ratione Vasquez. Si Corpus [illegible] in pluribus locis simul, ergo moueri motibus contrarijs, & distinctis, sed hoc implicat, ergo. Aliqui concedunt sequelam, negat minorem. Vide plura, si vis. Respondeo negando sequelam, quia cum quælibet earum præsentijs petat naturaliter, vt alia corrumpatur, [illegible] poterit moueri, quia Deus vtramque vellet conseruare, cui conseruationi nequit causa naturalis resistere, [illegible] Deus nunc vellet conseruare meam præsentiam [illegible] quirem loco moueri, vel statim ac mouerer [illegible] no loco, aliæ præsentiæ desinerent, quia natura quælibet præsentia dicit incompossibilitatem cum [illegible] neque naturaliter duæ simul componi possunt, sicut [illegible] de facto dum nouam præsentiam acquiro, aliam [illegible] dam, ex [illegible].

Sed Contra: Dices, quia [illegible] [illegible] in vno loco, [illegible] in alio, ergo nullibi [illegible] moueri. Præterea [illegible] Christus Dominus [illegible] ueatur in Cœlo, & in Sacramento ad motum hostiæ [illegible] per accidens, neque tamen per hoc amittat alias præsentias quas habet, non apparet cur in casu, de quo agimus, corpus moueretur, amitteret alias præsentias. tandem [illegible] gis, quod animal simul mouetur contrarijs motibus [illegible] uersis corporis partibus, verbi gratia in vno brachio [illegible] sum, in alio deorsum. Ad primum Respondeo, [illegible] agens liberum, inciperet moueri vnde vellet, si agens naturale, vnde posset facilius ad centrum tendit peruenire; si omnia essent paria, Deus deberet determinare. Ad secundum, motum, quem subit Christus Dominus sub Hostijs esse motum per accidens, & in Cœlo moueri motu, per quem producitur *Vbi* diuersum tionis ab *Vbi* Sacramentali. Vide Ioannem de Lugo *Eucharistia disputat. quinta, tractat. septimo, numero* [illegible] Ad tertium, disparem esse rationem, quia cum anima sentialiter petat esse tota in toto, & tota in qualibet parte habet quandam virtualem diuisionem.

Instatur quinto. Ergo idem Corpus posset suscipere affectiones penitus oppositas, verbi gratia, Romæ calefieri. Ianuæ frigefieri, Romæ habere oculum, Ianuæ carere. Romæ lætari, Ianuæ dolere viuere Ianuæ, [illegible] Romæ, & cætera huiusmodi. Respondeo negando consequentiam, ratio negationis est, quia per plures præsentias, quas idem Corpus recipit a Deo, non crescit potentijs, & virtutibus naturalibus, per quas [illegible] tantum potest actiue, [illegible] passiue, quæ posset, si vnam tantum haberet præsentiam, quare ex effectibus [illegible] illum haberet, qui esset potens [illegible] esset præsentia [illegible] fieret, vel [illegible] tantum [illegible] esset mortuus. & [illegible].

Dum-

Dices Ergo dabitur actio indiſtans. Probatur conſequentia, quia Pe[illegible] exiſtens Romæ omnes illos affectus recipit, & præſtat [illegible], quos Ianuæ, ergo datur actio indi[illegible]ns.

Reſpondeo negando conſequentiam. ad probationem [illegible] agere, vel pati Ianuæ, vbi non diſtat, at poſtea tene[illegible] e[illegible] etiam Romæ Deus conſtituere, ex [illegible] quod idem corpus replicauerit; Licet non [illegible] ad naturas rerum poſſit Deus aliter facere. Vide O[illegible]edum §. 3. *Concluſ.* 7. idem dicas de actibus vitalibus, & cæteris omnibus accidentibus, quæ non ſequun[illegible] talem locum, aut talem præſentiam. & per hæc patet ad [illegible], quæ affert A[illegible]erſa, vt ſuam ſententiam firmet, qu[illegible] nobis contra[illegible] dicens, quod idem corpus p[illegible] ſimul habere.

Dices ſecundo, ergo ego exiſtens Romæ potero vide[illegible] Ianuenſem portum, quem video exiſtens Ianuæ, ſed hoc eſt abſurdum, & fallax, quod poſſim videre ad tan[illegible] ergo. Reſpondeo quod exiſtens Romę, [illegible] exiſtens Romę poſſum videre portum Ianuenſem, [illegible] cum videam exiſtens Ianuæ, idem ſum, qui Romæ [illegible] eadem viſio ponitur à Deo. Hoc autem [illegible] abſurdum, neque video diſtantiam Romæ à [illegible], [illegible] illam quam conſpicio Ianuæ, quia eſt [illegible] replicata. Sicut eſt replicatum ſubie[illegible].

346 [illegible] plurium argumentorum, quæ fieri [illegible] Regula. Quod omnia prędicata, quæ [illegible] ratione præſentiæ, nequeunt conue[illegible] exiſtenti ſub tali præſentia, ſic diſtare, [illegible], [illegible], impelli, percuti, & alia [illegible] competere [illegible] in vno loco, non in alio. [illegible] præſentia, [illegible] multi[illegible] affectiones, quæ [illegible] præſentiæ ſunt addictæ, [illegible] contra[illegible].

Secunda [illegible]. Omnes affectiones, quæ abſtrahunt à Lo[illegible] ſecundum ſe, non per ordinem [illegible] corpus vbicumque ponatur [illegible] cum [illegible] neque per plures præſentias [illegible] ideò de eo [illegible], ac ſi vnam tantum [illegible], & Deus [illegible] anima ea ponere, quæ [illegible] in vno loco etiam [illegible] alioquin poſſent [illegible] verificari contradictoria, neque diuerſitas loci [illegible] verum contradictionem, cum alioquin ſint de eodem [illegible] modis abſolutè, non in ordine ad preſen[illegible] quod dicit A[illegible]erſa. Concedo quidem cum [illegible] poſſe Deum idem corpus conſeruare viuum in vno loco, in alio non viuum, non tamen viuum & mortuum, [illegible] eſſe mortuum [illegible] aliquo loco, ne dum dicit carentiam præſentiæ vnionis inter animam, & corpus, ſed verè dicit negationem [illegible] præſentiæ, & inſuper quòd nullibi adſit prædicta vnio: [illegible] non adeſſe alicubi dicit ibi non eſſe præſent[illegible] prædictæ vnionis; quod vtique poteſt Deus facere, quia [illegible] noſtra ſententia quælibet res conſtituatur in loco per propriam præſentiam, poteſt Deus cauſare præſentiam vnius rei, non alterius. patent hæc omnia, quia dum ego ſum Veronæ, non viuo Venetijs, non per hoc tamen dicor Venetijs mortuus, quia ſcilicet eſſe mortuum negat ſimpliciter vitam, at non viuere Venetijs, [illegible] non adeſſe iſthic meæ vitæ præſentiam. Vide Hurtadum, quo loco habet multa digna, quæ legantur ex [illegible].

347 Deducitur poſſe Deum de potentia abſoluta duo corpora locare in eodem loco, vt cum communi Theologorum, affirmant omnes [illegible] excepto Durando, apud Conimbricenſes *loco citato quæſt.* 4. Auerſam, *ſe[illegible].* 5. & apud alios. Ratio ex dictis, quia non minus per aduerſarios videbatur exigi à natura corporis eſſe tantùm in vno loco, ac ab eodem expellere alia quæcumque corpora, ſed non obſtante tali exigentia aſſerimus, poſſe Deum idem corpus collocare in pluribus locis, ergo poterit etiam in eodem loco locare plura corpora. Sed hoc eſt adeo certum apud Catholicos, cum Chriſtus Dominus natus ſit de intemerato Virginis vtero; cum clauſis ianuis ad Diſcipulos intrauerit, & alia huiuſmodi præſtiterit, vt ferè omnes Catholici de Durando obloquantur. Vide Doctores, ſi vis. Totam hanc quæſtionem habes diffusè; & optime tractatam apud Albertinum *Corollar. ſecundo, ex pred. quant. quæſtione ſecunda tota*, & Ioannem de Lugo *de Euchariſtia, diſput. quinta tota*. Qui verè hanc quæſtionem alioquin difficilem adeò enucleant, vt nihil ſuperſit deſiderandum. Pro inſtituto Philoſophico ſatis, eſſent enim multa miſcenda, quæ ingrediantur aggeres Theologicos.

An detur, vel dari poſſit Vacuum.
Quæſtio Quarta.

CAp. 6. & *tribus ſequentibus* agit Ariſtoteles de vacuo, & nos cum illo in hac quæſtione, & ſequenti. Primo autem ſciendum nomine vacui nonnullos intellexiſſe ſpatium imaginarium, nullum dicens corpus reale; & qui hoc dicunt, aſſerunt, hanc eſſe diſtinctionem inter ſpatium imaginarium, & vacuum, quod vacuum importat hoc ſpatium inter aliqua corpora, verbi gratia, inter duos parietes, ſpatium imaginarium nihil dicit ſimpliciter. Ab omnibus autem recentioribus ſolet nomine vacui vſurpari ſuperficies continens priuata corpore contento, vnde definiunt vacuum eſſe, Locum non repletum corpore, aptum repleri. Sed re vera exiſtimo quæſtionem de nomine; id enim quod auctores primi modi dicendi appellant ſpatium imaginarium inter aliqua corpora; auctores ſecundi modi appellant illa corpora ſuperficiem priuatam locato, & conſequenter ſpatium ponunt imaginarium inter illa: Igitur Vacuum eſt Superficies apta repleri aliquo corpore, ſed non repleta. vt ſi hoc cubiculum remaneret vacuum ab omni corpore contento nunc de facto, & etiam ab aere, qui ſolet ipſum replere, & de hoc mota eſt præſens quæſtio. Pro qua ſit 348

Prima Concluſio. Non datur naturaliter Vacuum, nec dari poteſt. Probatur primo omnibus illis experientijs, quibus videmus naturam adeò ſollicitam ad euitandum vacuum, vt multoties res ipſæ contra ipſarum naturam cogantur elicere operationes, vt aquam aſcendere, &c. Quarum ſatis ſit vnam, vel alteram afferre. Si phiala vehementer [illegible], ſtatim deinde ſic calefacta ſuper aquam ponatur, incipit aer incluſus propter frigefactionem condenſari, qui propter rarefactionem totam phialam repleuerat, & ſic minorem locum occupare; ne detur vacuum ſtatim aqua incipit aſcendere, pari modo Cucurbitulæ ideò eleuant carnem, dum apponuntur, quia per ſtuppam primo accenſam rare fit ille aer, tunc applicatæ carni condenſatur aer rarefactus minorem locum incipit occupare, & currit caro ſurſum tracta, ne detur vacuum. alias innumeras experientias omnes auctores afferunt, Tolet. *quæſtione decima*, Conimbricenſes, *cap.* 9. *quæſt.* [illegible] Rubius, *Tract. de Natura vacui quæſt.* 1. Hurtadus *diſput.* 15 apud ipſos poſſunt videri.

Probatur ſecundo ratione. Quia alioquin tolleretur mira diſpoſitio vniuerſi, & conſeruatio eiuſdem, ergo nec datur, nec dari poteſt vacuum naturaliter. Conſequentia patet, quia non eſt conforme naturæ rerum variari ipſarum diſpoſitionem, & impedire conſeruationem earumdem iuxta ipſarum naturam. Sequela antecedentis probatur, quia totus vniuerſus eſt veluti quoddam Corpus compactum ex pluribus partibus inuicem vnitis ad accipiendos influxus cęleſtes, vt per vnam partem tranſmitterentur ad alias; & ſic mutua quadam communicatione foueantur, conſeruentur, &c. Sed dato vacuo non poſſet fieri hæc tranſmiſſio. hanc vnicam rationem exiſtimat Toletus §. *at cum eſſe*, poſſe dari ad hanc Concluſionem, & omnes hanc vnam afferunt. 349

Confirmatur, quia per tot ſæcula nullum habemus motiuum affirmandi fuiſſe vacuum, & ſemper vidimus naturam adeò laboraſſe, vt illud euitaret, ergo non niſi rationabiliter dicimus naturaliter non poſſe eſſe.

Sed Contra Inſtabis primo. Quælibet res naturaliter operatur iuxta propriam naturam, & in ipſarum conſeruationem tendit, ergo non eſt dicendum grauia aſcendere, & leuia deſcendere ad tollendum vacuum. Reſpondeo quamlibet rem eſſe partem huius Totius, & vniuerſi, quæ duplicem habet inclinationem; alteram particularem, qua tendit in proprium bonum, alteram vniuerſalem, qua tendit in conſeruationem totius, & vniuerſi, igitur cum exigit conſeruatio vniuerſi, quælibet res poſtponit particularem inclinationem, & ſecundum vniuerſalem [illegible] ad

vniuersi conseruationem, siue hoc fiat à se, siue ab alio [illegible] ore, in tali casu aliud trahente, siue à Deo auctore naturæ propter bonum commune. cum igitur vacuum pugnet cum conseruatione vniuersi, quælibet pars etiam contra particularem inclinationem concurrit ad illud impediendum; dicitur contra particularem inclinationem, non naturalem, quia non censetur motus contra naturam, vt dicit Toletus §. *ex quo fit*. sicut in corpore quodlibet membrum se exponit periculo propter conseruationem capitis. Addo tamen quod conseruatio totius etiam vergit in conseruationem rei particularis.

350 Instatur secundo. Sequeretur cum vnum Corpus mouetur, moueri totum mundum, si non datur vacuum, hoc est absurdum, ergo. Probatur sequela. Ingreditur hoc cubiculum Petrus, vel vbi est Petrus erat [illegible], vel non. Si secundum, ergo dabatur vacuum. Si primum, ergo simul est cum Petro; & ecce penetrationem corporum naturalium, quod omnes negant, ergo dicendum fuisse expulsum illud Corpus, [illegible] in alium locum est expulsum, & ex eo loco aliud expulit. & sic in [illegible], donec totus mundus moueatur, in [illegible] vltimum Corpus, quod expelletur, extra mundum expelletur.

Respondeo, quando aer expellitur, ne moueatur totus mundus, vt dicit argumentum, statim illum aerem condensari, & sic occupare minorem locum. Quomodo autem fiet condensatio sine penetratione *in Lib. de Generatione* videbitur.

Instatur tertio partibus follis [illegible], si Orificium [illegible] claudatur, vt nihil aeris [illegible] possit, [illegible] partes, dabitur vacuum, quia nihil [illegible] est ingressum, & [illegible] repleri. [illegible] erant [illegible] partes, [illegible], sed [illegible] tur [illegible] ad [illegible] aerem, ne [illegible] vacuum, eadem responsione respondetur ad alia [illegible] experimenta, quæ afferunt Doctores [illegible], ne [illegible] aer, vel aqua [illegible] per [illegible], vel [illegible] condensationem per frigefactionem, vel vasa [illegible] ad [illegible].

351 Instatur quarto. Si vas plenum [illegible], ac tunc recipiet in se aquam, ergo [illegible] dabatur vacuum. Negatur consequentia, [illegible], erat inclusus aer, & vbi erat aer [illegible] aqua [illegible] dum de omnibus corporibus porosis, quæ ideo possunt recipere aquam, quia [illegible] poros habebant aerem, qui per aduentum aquæ excluditur.

Secunda Conclusio. Non implicat vacuum de potentia absoluta. Probatur, quia de facto potest Deus corrumpere totum aerem, vel cum vnum corpus egreditur ab vno loco, denegare concursum, vt illuc ingrediatur aliud, quo [illegible] daretur vacuum, ergo.

Probatur secundo. [illegible] ratio implicantiæ; quia [illegible] ordinem vniuersi [illegible], [illegible] potentiam naturalem, non autem obedientialem, quæ attenditur respectu potentiæ Dei absolutæ, [illegible] quod facere aliquid contra ordinem vniuersi [illegible], quod à Deo esse non potest; quia licet esset [illegible] attento ordine particulari vniuersi, tamen posset [illegible] ad aliquid aliud, nec deesset Deo, ad quid ordinaret vacuum. Videantur Conimbricenses, *quæst. 2.*

An si daretur Vacuum, Motus in eo fieri possit.
Quæstio Quinta.

352 PRima Conclusio. In vacuo posset esse motus. est contra Commentatores, Themistium, Simplicium, Ægidium, & alios apud Ruuium *quæst. 3.* Probatur. posito vacuo [illegible] adessent, quæ erant in pleno, præter Locum, sed Locus est quid extrinsecum ad motum, vt docet [illegible] Aristoteles 5. *Physicor.* ergo in vacuo posset dari motus. Minor probatur. Quia terminus motus intrinsecus est *Vbi*, nec locus extrinsecus acquiritur, nisi consequenter, & [illegible] ter, vt [illegible], ergo.

Contra [illegible] Conclusionem Instatur primo. Omnis motus [illegible] pendet ab influxu Cœlorum, sed posita [illegible] non posset esse hic influxus. Respondeo [illegible] ad summum probare non posse [illegible] naturaliter non autem supernaturaliter de potentia absoluta, quia Deus posset supplere [illegible] influxum. Respondeo secundo. Corpora naturalia [illegible] ita pendere ab influxu Cęlorum, quin per aliquod pa[illegible] temporis possint moueri sine illo.

Instatur secundo, ex Aristotele *cap. 8. à tex. 64* [illegible] qui sex rationibus probat impossibilem esse motum, [illegible] retur vacuum, & ad destruendum vacuum [illegible] tione, quia si concedunt Philosophi (contra [illegible] bat) dari motum, non poterant concedere vacuum.

Respondeo primo illa argumenta, vt patet [illegible] ranti, procedere de vacuo omnino negatiuo, [illegible] set corpus, quia tunc non esset terminus, quo [illegible] ferrentur mobilia, & vbi sisterent, in quo est tota v[illegible] rum rationum, vt si Deus à principio ante creatione[illegible] Mundi creasset ignem, nõ esset cur potius in vna p[illegible] quam in alia tenderet ignis, & ibi sisteret, cum [illegible] set differentia locorum, de vacuo autem p[illegible] est huiusmodi difficultas, vt si Deus annihilaret [illegible] ceteris corporibus solus. Respondeo secundo, [illegible] etiam in vacuo negatiuo posset Deus mouere corp[illegible] facere vt sisteret hic, vel ibi, in parte spatij imagina[illegible] ordine ad polos fixos imaginarios.

Instatur tertio. Aristoteles *à text. 71.* probat, [illegible] daretur vacuum, motus fieret in instanti, quia cu[illegible] resistentia sit ex parte medij, quo minus medium [illegible] eo magis velox euadit motus, sed dato vacuo nu[illegible] resistentia, ergo velocissimus esset motus, ergo in [illegible] ti, hoc autem est absurdum per omnes, ergo dice[illegible] dato vacuo, non posse dari motum. Confirmatio [illegible] dem Aristotele, quia sequeretur saltem hoc [illegible] dem tempore transiri vacuum, & plenum [illegible] B, quo transitur vacuum, moueatur co[illegible] bile per plenum, vtique aliquam partem [illegible] dem tempore transibuntur vacuum, & plenum, [illegible] responsione sit.

Secunda Conclusio. Motus in vacuo esset succ[illegible] Probatur. sit aliquod corpus, cuius medietas sit in [illegible] medietas in pleno. incipiat moueri tendendo ad p[illegible] vtique secundùm partes, cum quibus erat in plen[illegible] uebitur successiuè, aliàs quin esset simul secundùm a[illegible] suam partem in pluribus locis, ergo etiam successiuè [illegible] bitur secundùm medietatem existentem in vacuo, [illegible] motus in vacuo est successiuus. Secunda Conse[illegible] patet. Prima probatur. [illegible] secundùm partes in vacuo, prout decendit secundùm partes, [illegible] no, cum [illegible] vnum continuum, & [illegible] mo[illegible] in vacuo prout ingreditur plenum & ab illo circu[illegible] bitur, sed illud ingreditur successiuè per partes, ergo [illegible] cessiuè partes relinquunt vacuum.

Confirmatur, quia quo magis protenderetur [illegible] dieta in vacuo, eo plus temporis cõsumeretur antequ[illegible] [illegible] tur totalis receptio in pleno, ergo successiuè [illegible] motus in vacuo: magis enim, vel minus durare, in [illegible] su, successionem importat. Alias rationes afferunt T[illegible] tus *quæst. 7.* Conimbric. *cap. 8. quæst. 5.* Ruuius *loco ci[illegible]* *num. 21. 22.* & Hurtadus *sect. 6.* Qui omnes nobiscum [illegible] ueniunt. est etiam sententia D. Thomæ, Scoti, Oc[illegible] Auempace, & aliorum [illegible] modò.

Ad argumentum Aristotelis Respondeo cum D. T[illegible] ma *hic lect. 12. text. 71.* ab omnibus recenti[illegible] to, illam rationem bene procedere contra Antiquos [illegible] totam rationem, cur latio sit successiua, ponebant [illegible] ctu medij, [illegible] to consequenter medio, nulla esset [illegible] sio, nos autem dicimus rationem successionis [illegible] non esse resistentiam tantùm medij, sed distantiam [illegible] motum, inter quæ fit motus; & cum hæc non tollatur [illegible] est mirum si adhuc perseueret successio. Concedo [illegible] dem, quod si medium impedit velocitatem motus [illegible] cit, quantum ad illud, non esset successio, esset tamen [illegible] tione distantiæ.

Ad Confirmationem patet responsio, procede[illegible] contra Antiquos, nihil autem facere contra nos [illegible] enim tempore pertransibit vacuum & plenum, [illegible] [illegible] [illegible] quidem est, quod si medium [illegible] re verbi gratia B [illegible] quam in pleno, [illegible] parte medij.

Dices [illegible] posset esse [illegible]

[illegible] duplex [illegible] poſitiua, & priuatiua, poſi- [illegible] at aliquod corpus, vt [illegible] medi[illegible]t aer: priuatiua eſt [illegible], vt tale corpus poſ- [illegible] Deus annichilaret aerem, [illegible] partes, [illegible] diſtantia priuatiua, [illegible], & idem corpus adhuc poſ- [illegible] vacuo, eſſet diſtantia hæc pri- [illegible] eſſe ſuperanda in motu: adhuc [illegible].

355 [illegible] moueri mobile gra- [illegible], ergo. Probatur ſeque- [illegible], quia fac[illegible] interſe- [illegible] interſe an- [illegible] abſurdit[illegible]s pro- [illegible], eo citius [illegible] ſequelam, ad [illegible] moueri, non [illegible] maiorem habet [illegible]. Verum quidem [illegible] habet mo- [illegible] ad hoc in va- [illegible] Sat[illegible].

[illegible] Quæ eſt de Tempore.

V[illegible] Ariſtotel. eſt Tem- [illegible] [illegible] [illegible], vt [illegible].

Quid ſit Tempus. Quæſtio Prima.

356 A[illegible] [illegible] [illegible] ſolet [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] aliqui vo- [illegible] partes e- [illegible].

[illegible] *Numerus*, [illegible] enumera- [illegible] inde non de- [illegible] [illegible] enim eſſet de- [illegible] mobilis habet rationem [illegible] [illegible] definitur Duratio [illegible] intrinſecum. [illegible] *tex.* 162. habet, *[illegible] numerum* [illegible] *& id quo numeramus,* [illegible] *Tempus*.

D[illegible] *Motus* [illegible] Tempus eſt numerus [illegible] motus formaliter redditur [illegible] ſubiectum [illegible] motus, at [illegible], & quia, [illegible] aliqua [illegible] per tempus [illegible] men ſu[illegible].

[illegible] *[illegible] & poſteriores,* ſcilicet ſe- [illegible] ratione pro- [illegible] du- rationem [illegible] temporis intrinſeci po- [illegible] *Tempus eſt Duratio ſucceſſiua motus habens partes priores, & poſteriores, ſecundum quas redditur aptum menſurari*. ex quo

Infertur primo. Tempus eſſe numerum diſcretum tantum ſecundum quid, cùm enim partes debeant trahere aliquam notam durationis ſucceſſiuæ, debent eſſe quid continuum, conſequenter non poſſunt eſſe adæquatè diſcretæ, ſed ſolum ſecundùm diuerſum modum ſe habendi, quatenus vna eſt prior, altera poſterior. 357

Infertur ſecundo. Cùm tempus non ſit, niſi duratio rei ſucceſſiuæ, tot eſſe tempora, quot motus, quia duratio vnius non eſt duratio alterius, & ſi quando Ariſtoteles videtur vnum tantum tempus agnouiſſe, eſt loquutus de tempore extrinſeco primi mobilis, quod cùm ſit quid maximè durabile, conforme, &c. vti ſolemus ad menſurandos ceteros motus: & ſic dicitur hic motus duraſſe vnam horam, vnum diem, &c. Quia tantùm eſt protracta eius duratio, quantum tot partes motus primi mobilis pertranſierunt, quibus nomen vnius horæ, vnius diei, &c. impoſuimus, vt quo vteremur, tanquam menſura ad menſurandos cæteros motus.

Infertur tertio. Cùm omnis duratio rei ſucceſſiuæ ſit omnino independenter ab Intellectu, quia ſi ignis moueatur ſurſum, & ſi nullus Intellectus cogitet, adeſt tempus illius motus infertur, inquam, tempus non eſſe ens rationis, pendens ab Intellectu, &c. Verum quidem eſt, tempus extrinſecum formaliter, quatenus habet rationem menſuræ pendere ab Intellectu, non enim vti poſſumus parte durationis motus primi mobilis ad menſurandum hunc, vel illum motum, niſi actualiter intellectus muceat comparet.

Infertur quarto. Quemlibet motum reſpectu alterius poſſe habere rationem temporis extrinſeci, quia poſſumus vnum motum ad alium minorem comparare, & ad proportionem durationis illius, durationem alterius menſurare; quia tamen motus primi mobilis eſt maximè motus regularis, &c. ideo ſimpliciter eo vtimur, & illum intelligimus in Scholis, cum dicimus tempus extrinſecum.

Infertur quinto. Cum tempus ſit duratio ſucceſſiua, quæ habet partes priores, & poſteriores, illa ſolum menſurari [illegible] partes huiuſmodi durationem habentes, quare res permanentes, & Angeli, ſi non habent durationem ſucceſſiuam, & Deus, non dicuntur menſurari tempore, ſed ad ſummum coexiſtunt tempori extrinſeco, quatenus ſecundum ſuam durationem totam ſimul ſunt, & correſpondent cuicunque parti temporis extrinſeci, ſeu motui primi mobilis.

Quomodo Tempus diſtinguatur à Motu. Quæſtio Secunda.

PRima Concluſio. Inter Motum, & Tempus intercedit aliqua diſtinctio (concluſio procedit de tempore intrinſeco, ſeu de duratione Motus). Probatur ratione *[illegible] quæſt.* 12. *hic* §. *his igitur ſuppoſitis*, Quia Tempus, & Motus diuerſas habent definitiones, diuerſas ſpecies, item motui competit eſſe tardum, eſſe velocem, ſurſum, deorſum, &c. quæ non competunt tempori, ergo aliquo modo diſtingui debent. 358

Secunda Concluſio. Tempus diſtinguitur à motu ſola ratione ratiocinata. Eadem enim Entitas, quatenus concipitur actualis via per partes priores, & poſteriores ad terminum dicitur Motus; quatenus vero concipitur quædam duratio ſucceſſiua illarum partium, &c. dicitur Tempus. Eſt D. Thomæ, Scoti, Suarez *diſp.* 50. *ſect.* 9. Pererij *lib.* 12. Toleti, & aliorum apud Ruuium *de Tempore, quæſtio.* 4. §. *prima Opinio*. Contra Richardum. Argentinam. Conimbric. & alios apud eundem Ruuium. §. 2. *Opinio*. Quos ipſe ſequitur, docentes Tempus eſſe modum additum exiſtentiæ motus.

Probatur primo noſtra Concluſio. Nō diſtinguitur Tēpus à motu vt res à re, nec vt modus, nec tantū ratione ratiocinante, ergo ratiocinata. Conſequentia ſequitur ex ſufficienti diſtinctionum enumeratione. Antecedens probatur, ſi Duratio, ſeu et Tempus diſtingueretur realiter à motu, [illegible] etiam illa duratio perſiſteret in exiſtentia, & conſequenter [illegible] ipſa duraret, vel [illegible] diſtincta [illegible] ſi alia duratione [illegible] neque mod[illegible] re [illegible] ſt e[illegible] modo, at nequit [illegible] eſſe [illegible] re [illegible]

tan-

tantùm ratione ratiocinante, probatur, quia habemus fundamentum diuersorum conceptuum; aliud enim est motum habere esse, & esse viam ad terminum, per partes priores, & posteriores, quod est existere motum; & aliud has partes moram protrahere, & successiuè permanere, quod est Tempus. Confirmatur, quia idem est dicere motum annuam existentiam protraxisse, ac per annum durasse, sed in secundo tempus significamus, ergo Tempus non distinguitur ab existentia motus realiter.

359 Probatur secundo. Quia Tempus per Aristotelem includit partes successiuas: vel igitur prӕter partes motus alias partes dicit, vel non. Si non, ergo non distinguitur ab eo realiter. si sic, ergo etiam Tempus formaliter est motus. Confirmatur, quia si tempus intrinsecum esset quid distinctum à motu quacunq; distinctione reali, motus sine illo esse posset, saltem per Dei potentiam, ergo dari posset res existens, & permanens in existentia, & non durans, quod est inintelligibile. Vltimo probatur, quia non sunt multiplicandӕ distinctiones sine necessitate, sed hic nulla est necessitas, ergo. Minor probatur argumentorum solutione.

Arguitur primo. Duo Motus ӕquales secundùm entitatem possunt dicere inӕqualem durationem, & Tempus, ergo Tempus est quid distinctum. Consequentia patet. Antecedens probatur. percurrant duo mobilia idem spatium decempalmare, sed primum mobile velocius percurrat in medietate horӕ, tardius verò in hora, erunt ӕquales illi motus, quia ambo easdem partes dicunt, dum idem spatium metiti sunt, vnus tamen durauit per horam, alius verò per medietatem temporis tantùm, ergo inӕquales in duratione, & tempore; Quod si dicantur esse inӕquales tantum in ordine ad tempus extrinsecum, quod connotant, instant mensuram debere proportionari mensurato, si igitur mensura vnius est excedens respectu mensurӕ alterius, etiam motus mensurati se debent ӕquali proportione excedere. Est principale argumentum aduersariorum. Respondeo concedendo Antecedens, & eius probationem, negando consequentiam, tantùm enim sequitur, duas res ӕquales secundùm entitatem, quia ӕquales partes habent, vnam magis durare posse, quam aliam, quod vltro concedo, quӕ duratio habetur per aliquid distinctum ratione, seu per easdem partes prout permanent in esse; quӕ distinctio sufficit, vt motus ӕquales in entitate, sint inӕquales in tempore, & sic est ӕqualis proportio inter mensuram, & mensuratum: tantùm enim durat motus, quantum temporis extrinseci fluit, non enim tempus mensurat motum secundùm entitatem, sed durationem motus.

360 Arguitur secundo. Locatum correspondet Loco per aliquid distinctum, nempè per *Vbi*, immò etiam spatio imaginario, ergo etiam res durans correspondebit tempori extrinseco, & imaginario per aliquid distinctum, ergo duratio distinguitur realiter à re durante. Respondeo Locum correspondere per *Vbi* superadditum propter rationes allatas, quia fit prӕsens Loco, seu spatio reali, actione, cui alius terminus assignari non potest; quia dum de non prӕsente, res fit prӕsens, debet dari mutatio intrinseca in locato, cùm non detur in Loco, &c. Quӕ rationes non militant in tempore; Et si dicant per durationem rem fieri prӕsentem tempori extrinseco reali, vel imaginario, & consequenter hanc prӕsentiam debere esse per aliquid superadditum, est loquutio impropria; fieri enim prӕsens importat ita hic constitui, quòd non alibi, quod non competit respectu temporis: & si sic impropriè esset admittenda, per ipsummet *Vbi*, per quod fit prӕsens loco, fit etiam tempori, propriè verò per durationem dicitur res coexistere tempori, non fieri prӕsens.

Arguitur tertio. Duratio supponit existentiam, ergo tempus distinguitur realiter à motu. Negatur antecedens, eo enim ipso, quòd res existit, durat; si enim non duraret, non existeret. Verum quidem est, quod non incipiat durare, nisi postquam est educta de potentia suarum Causarum; & cum primo recipit existentiam, [illegible] catur extra suas causas, ideò dicitur existentia supponere durationem, re vera tamen pari passu gradiuntur, & in eo instanti, quo fit, non dicitur existere, sed existentiam recipere, seu propriùs id, per quod existat, ita nec dicitur durare, sed recipere id, per quod duret. Vel dic [illegible] alijs durationem connotatiuè supponere existentiam, [illegible] illa distingui, &c. quatenus connotat tempus extrinsecum, quo durat; quia prius est, existentiam esse, quam connotare tempus, &c. sed hoc idem est, ac dicere existentiam connotatiuè supponere existentiam, vt sic, [illegible] re pari passu gradiuntur existentia, & duratio. ex [illegible]

Infertur primo. Multa posse conuenire motui, [illegible] non tempori, & è contra propter huiusmodi distinctionem; sicut & eidem entitati hominis, multa possunt conuenire, vt rationali, quӕ non, vt risibili, cùm igitur eadem entitas motus hӕc duo dicat, & esse viam ad terminum, quod aliquid incompletum dicit; & hӕc eadem suam habeat durationem; quӕ vt sic nihil dicit incompletum; permanere enim in esse non objicitur vt [illegible] completum intellectui; ideò vt huiusmodi fluxus, [illegible] ei competere esse tardum, velocem, sursum, de[illegible] non esse in prӕdicamento per se, &c. quӕ non [illegible] tunt, vt dicit permanentiam in esse, cui vt sic [illegible] constituere prӕdicamentum *Quando*, &c. sola enim distinctio rationis est sufficiens ad distincta prӕdicamenta.

Infertur secundo. Cùm non distinguantur realiter motus, & Tempus, omnia quӕ competunt vni, competere etiam alteri entitatiuè, & materialiter; non verò [illegible] & formaliter, quod est maximè aduertendum, pro [illegible] rum argumentorum solutione.

Infertur tertio. Cum Tempus sit duratio Motus, [illegible] ab eo distinguatur nisi ratione, eodem modo [illegible] beant cӕterӕ durationes ad res, quӕ ipsi durant, [illegible] pus ad motum, illas quoque tantum ratione distingui [illegible] suis durationibus.

Infertur quarto. Cùm tempus sit quid successiuum, [illegible] cut & motus, per hoc dici esse prӕsens, in quantùm [illegible] bet partes, non simul; hoc enim est contra naturam [illegible] successiui, sed partes actu fluentes ad inuicem con[illegible] tas, ita vt nunquam possit ab intrinseco assignari [illegible] quӕ actu sit, quia non esset amplius ens successiuum [illegible] permanens, sed in tantùm est, in quantum fluit. Vide Pererium *loco citato cap.* 1. §. *Ratio autem, quam af*[illegible] &c. Ruuium, *quӕst.* 2. §. *pro solutione*. Toletum [illegible] 2. *quӕstione soluuntur quӕdam dubia* §. *ad sextum*, & [illegible] *quӕst.* 12. §. *possumus igitur*, ad quos etiam vos mitto [illegible] abundantiori Tractatione de Tempore. hic aliqui [illegible] tractare de Ӕternitate, ӕuo, & cӕteris durationibus, [illegible] proprium locum habent in Theologia. De quarto Lib[illegible] Hactenus.

QVINTI, ET SEXTI LIBRI Physicorum.

S V M M A.

IN Prӕcedentibus determinauerat Aristoteles de Motu, & de Motum consequentibus. in quinto Agit de Diuis[illegible] Motus in species. in sexto de Diuisione Motus, quatenus participat rationem Quantitatis Continuӕ, scilicet in p[illegible] tes Quantitatiuas. Quintus Liber diuiditur in duas partes. In prima quӕ est vsque ad text. 23. *(p[illegible] hӕc a[illegible] agit de diuisione Motus in sui species. in secunda ab illo textu, vsque ad finem agit de vnitate, & contrari[illegible] Pariter sextus Liber diuiditur in duas partes. In prima quӕ est vsque ad text.* 24. *(Necesse est autem) o[illegible] ad modum omnium continuorum, esse diuisibilem. In secunda vero ostendit quomodo diuidatur. Prima p[illegible] diui[illegible]*

[illegible] in alias duas. in prima vſque ad text. 22. (*manifeſtum eſt autem ex dictis quod*) oſtendit nullum Continuum eſſe indiuiſibile. item ſecunda illa pars in duas alias diuiditur. in prima, vſque ad text. 33. (*motus autem eſt*) præmittit quædam neceſſaria ad explicandam diuiſionem Motus. In ſecunda autem determinat de ipſa diuiſione. Supra hos Libros [illegible] dicendum, quæſtiones enim in his ſolitæ agitari in tertio Libro motæ ſunt, vt omnia, quæ ad naturam motus ſpectare [illegible], in vnum collecta habeantur.

SEPTIMI LIBRI PHYSICORVM

S V M M A.

ABſolutis omnibus, quæ videbantur neceſſaria ad intelligendam naturam Motus in 7. & 8. determinat Ariſtoteles de Motu comparato ad mouentia, & mobilia, & in hoc 7. ſecundum aliquos eadem eſt materia, quæ in 8. ſed imperfecte, & potius rationibus tantùm dialecticis probata. Fuſius poſtea eandem probaturus in 8. Quòd ideo ab aliquibus Expoſitoribus hic Liber omittitur. Diuiditur autem in duas partes. In prima, quæ eſt vſque ad text. 21. (*cùm ſolum [illegible] aliquis*) oſtendit eſſe primum motum, & primum motorem. In ſecunda, quæ eſt ab illo text. vſque ad finem, [illegible] de Motuum Comparatione, quoad velocitatem.

61 [illegible] in alias alias partes. In prima vſque ad text. 3. (*quod omne, quod mouetur*) præmittit quædam [illegible] neceſſaria ad inueſtigandum, quod intendit. In ſecunda proſequitur ſuum intentum, probans eſſe aliquem primum [illegible] primum motorem. Similiter illa ſecunda pars primæ diuiſionis, diuiditur in alias duas. In prima, quæ eſt [illegible] ad 25. (*quoniam autem moueas*) docet quod motus ſunt ad inuicem comparabiles. In ſecunda tradit [illegible] comparari. Hic videretur diſcutiendum, an vera ſint axiomata, quæ aſſumit Ariſtot. & in ſcholis [illegible] quod mouetur ab alio moueatur. Secundum. An mouens, & motum debeant eſſe ſimul. [illegible] primum quidem, quia pendet à deciſione de principio motus grauium, Leuium, & Proiectorum, [illegible] difficultatem habere [illegible] niſi in octauo Libro diſputat Ariſtot. ſecundũ autem axioma [illegible] Libro de Generatione, [illegible] quæritur, an ad generationem oporteat Agens eſſe propinquum [illegible] diſputandum.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES in Octauo Phyſicorum.

OCTAVI LIBRI SVMMA.

IN Septimo Libro Ariſtoteles quædam [illegible] probandum dari debere vnum primum motum, vnum primum motorem, [illegible]. In hoc octauo pergit inueſtigare horum qualitates, & naturas. Diuiditur autem Liber [illegible] principales. In prima, quæ eſt vſque ad text 21. (*principium autem conſiderationis*) præmittit, motum [illegible] in communi. In ſecunda exequitur [illegible] hæc item ſecunda [illegible] 3. [illegible] partes principales. In prima, quæ eſt vſque ad text. 54. [illegible] oſtendit, quod [illegible] mouens [illegible]. In ſecunda, quæ eſt vſque ad text. 78 (*quod autem [illegible]*) [illegible]. In 3. [illegible] primum mouens. Quare in hunc Octauum Librum deberemus [illegible] de æternitate motus, & de attributis primi motoris, nempe Dei. Verum de ſempiternitate motus aptior locus recurret in Libro de Cœlo cum eodem Ariſtotele, & de Primo motore proprius Locus eſt in Theologia cum D.Thoma prima parte [illegible] omiſſis, vnum Tractatum inſtituemus de Motu grauium, Leuium, & proiectorum, de quibus [illegible] axiomate, omne quod mouetur, ab alio moueri.

Tractatus Vnicus, Qui eſt de Motu Grauium, Leuium, & Proiectorum.

A Quonam Moueantur Grauia, & Leuia. Quæſtio Prima.

362 CVm [illegible] quæſtionis axioma ſæpius aſſumptum ab Ariſtotele, *Omne quod mouetur ab alio mouetur*, [illegible] facie apparet, quod grauia, & Leuia [illegible], nam non mouentur ab extrinſeco, [illegible]; quia eſt motus naturalis; neque videtur [illegible] ab vna parte [illegible] animalibus; quia cum ſint homogenea, non eſt maior ratio, cur vna pars moueat, & non alia, quare videntur ſe ipſis moueri contra [illegible], ideo de hoc merito dubitamus, [illegible] adeſſe, qui [illegible], & alijs, quæ monentur, negent vniuerſaliter verificari [illegible] ab alio moueri, ſed [illegible] tem, & [illegible] hoc diſputare. Videantur [illegible] *cap.* [illegible] Rubius *hic cap.* [illegible] *quæſt.*1. Suarez *diſput* [illegible] *ſect.* [illegible] & Complutenſes *hic* [illegible] 7. Pro [illegible] quæſtione [illegible] ſunt ſententiæ [illegible] noſtrum Areſium 1. *de Generatione, diſput.* 5. *quæſt.*42 *ſect.*2. principaliores vero ſunt tres.

Prima eſt Scoti *in* 2. *diſtin.*2.*quæſt.* 10. quem ſequuntur Scotiſtæ. Zabarella *lib.de Motu grauium, & Leuium cap.* 12 Pererius *lib.*7.*cap.*16. & alij, qui docent grauia, & Leuia moueri ſe ipſis. Forma quidem tanquam per principio *Quo*, ſe ipſis vero tanquam per principium *Quod*.

Secunda Sententia ferè communis omnium recentiorum, Suarez *diſp.*18 *ſect.*7.*num.*23. Conimbric. *hic cap.* 4. *quæſt.vnica*. Rubij *quæſt.* 2. qui citant pro ſe Ariſtotelem diuerſis locis, D. Thomam, Caietanum, Ferrarienſem, Albertum Magnum, Toletum, & alios: docet motum grauium, & Leuium eſſe ab ipſorum formis, & grauitate, & Leuitate, tanquam inſtrumentis à generante vero tanquam à cauſa principali, quia ad generans ſpectat tribuere genito omnem perfectionem ei debitam ex vi generationis, & ſic ad ipſum ſpectat ſubſtituere [illegible] ſui ipſius id, quod tanquam inſtrumentum illam perfectionem communicet, ſi in inſtanti generationis non communicauerit, vel ſi contingat poſt generationem illa priuari: eſſe vero in loco ſurſum reſpectu [illegible], vel deorſum reſpectu grauium, eſt [illegible] generationis.

Tertia Sententia [illegible] Mediolanenſis Ariſtotelis [illegible] & auctoris [illegible] qui [illegible] grauia, & Leuia eſſe [illegible] à ſe ipſis cum prima ſententia, [illegible] determinatiue, ſeu initiatiue à generante vel remouente 363

prohibens, quatenus in proprio loco non petunt moueri, & in tantum mouentur, in quantùm generantur extra proprium locum, vel quatenus impedita, ne in proprio loco sint, tollitur impedimentum, & illicò eo tendunt. quæ doctrina mea sententia est Gregorij *in 2. dist. 6. quæst. 1. art. 3.* Si id docet, quod ei adscribunt Conimbric. *art. 1. §. hisce argumentis in fine.* Cum hac sententia fit.

Prima Conclusio. Motus Grauium, & Leuium est effectiuè ab ipsorum formis, tanquam ab agentibus principalibus. Probatur, non est à Cœlo, non à loco ipso, non à generante, ergo à formis ipsis, Consequentia patet, quia aliud non superest, cui possit attribui, & omnes sententiæ de motu grauium, & Leuium aliquem ex illis modis dicendi amplexatæ sunt. Antecedens probatur. Quia si à Cœlo, vel loco, nulla esset ratio cur grauiora maiori impetu ferrentur deorsum, & leuiora sursum, sed de hoc non est opus pluribus, quia ferè ab omnibus conceditur.

Quod verò neque à generante contra secundam sententiam maximè applausibilem his temporibus probatur primo, quia non minus est debitum igni, ver. grat. calefacere, ac sursum ferri, sed calefacere non tribuitur generanti, ergo neque sursum ferri. Quòd si dicant calefactionem non esse perfectionem debitam igni ex vi suæ generationis, præterquam quod est contra Aristotelem *hic text. 32.* qui eodem modo tribuit igni vrere, ac graui deorsum ferri, saltem euadere non possunt potentiam calefactiuam esse debitam ex vi generationis, & tamen non tribuitur generanti.

364 Probatur secundo idem Antecedens, quia si ideo mouerentur à generante, quia est ei perfectio debita ex vi generationis, ergo etiam cum mouentur à remouente prohibens, ille motus tribueretur generanti, cum æque sit eius perfectio debita, &c. sed hoc est contra Aristotelem multis locis, præcipuè *hic text. 33.* dicentem, grauia, & leuia moueri, vel à generante, vel à remouente prohibens. Loquutio disiunctiua non debet explicari copulatiuè, ergo. est ratio maximè probatiua.

Probatur tertio. Quia non minus conuenit animali generari sanum, ac leui sursum, sed sanitas acquisita ab animali, non tribuitur generanti, ergo nec motus sursum generanti leue. Aliæ rationes pro hoc antecedente habet Aresius *loco citato*. Pererius, *cap. 5. §. è contrario*, & omnes auctores primæ sententiæ.

Confirmatur primo Conclusio. Quia motus Grauium, & Leuium, non excedit, in perfectione ipsorum formas, ergo perperam illæ formæ dicuntur causæ instrumentales. Addo quòd aliæ operationes grauium, & Leuium perfectiores motu locali non tribuuntur illis tanquam instrumenti, ergo multo minus motus Localis.

Confirmatur secundo: in tantùm dixerunt auctores secundæ sententiæ, grauia, & leuia moueri à generante principaliter, in quantum possent saluare mentem Aristotelis, *quidquid mouetur ab alio mouetur*, sed per nostram doctrinam illud axioma non infringitur, vt patebit *conclusione sequenti*; ergo dicendum moueri effectiuè à se ipsis principaliter.

365 Secunda Conclusio. Motus Grauium, & Leuium est à generante, vel remouente prohibens initiatiuè, seu inchoatiuè. explicatur Conclusio. Grauia, & Leuia non petunt vnquam moueri, & à quiete transire ad motum, nisi extra proprium locum sint. hoc autem dupliciter accidere potest; vel quia generans extra illum generauerit, vel quia ab alio extrinseco ponantur extra illum, & sic detineantur; quia igitur generata extra suum locum, & detenta extra suum locum amoto impedimento statim mouentur, nec mouerentur, nisi, vel à generante sic essent genita, vel nisi tolleretur impedimentum, ideo dicuntur inchoatiuè illum motum habere à generante, vel à remouente prohibens, quia scilicet illa fuerunt causa, & ratio, cur moueantur, nec aliter essent mota. Conclusio sic explicata non indiget probatione; patet enim generans, & remouens prohibens esse principium motus Grauium, & Leuium sensu explicato.

Hæc nostra sententia ne dum est contra Aristotelem, immò maximè ipsi cohærens, cùm multis in locis asserat, vt congerit Pererius *cap. 16.* leuia, & grauia moueri se ipsis, sic enim, & solutione, quod propriè se ipsis moueantur, & quòd omne motum ab alio moueatur, quia principium motus ipsorum est ab alio sensu exposito, quod satis est ad intentum Aristotelis, in tantùm enim protulit illud axioma, vt nos adduceret ad cognitionem primi motoris qui moueat, & non moueatur, quod si verè adducit, adducit in nostra sententia; si autem non concludit, nec etiam in sententia aduersariorum concludet, vt patebit vtcunque expendenti.

Sed Contra Instabitur primo ex Aristotele *text. 29.* dicente, mouere se ipsis esse proprium vitæ, ergo grauia, & leuia non mouentur se ipsis. Respondeo cum Zabarella *cap. 14.* hoc esse dictum, quia grauia, & leuia habent formas, ad quas consequitur talis motus determinatus: at viuentia non sunt determinata ex vi suarum formarum ad aliquem motum, sed ad oppositos se possunt mouere, ideo dicuntur viuentia se ipsis moueri, quia maiori titulo videntur habere principium in se sui motus, quàm grauia, & leuia. Lege D. Thomam *supra tex. 30. §. quæ est tal., ir rationabile est.*

Instabitur secundo, *ex tex. 28.* Omne, quod se ipso mouetur, habet partem mouentem, & motam, huiusmodi non sunt Continua, *ex text. 30.* ergo grauia, & leuia, quæ sunt continua, se ipsis moueri non possunt. Respondeo hunc textum facere etiam difficultatem aduersarijs, quia & si tantum instrumentaliter secundùm ipsos moueantur grauia, & leuia se ipsis, tenentur assignare partem mouentem instrumentaliter, & motam; & quod ipsi assignabunt pro parte mouente instrumentaliter, ego assignabo pro mouente principaliter. Respondeo igitur per hunc textum tantùm negari à continuis illum motum à se ipsis, qui competit animalibus, quod vltrò concedo, quod ideo dicendum, ne dicamus Aristotelem sibi contradicere. Fateor valdè difficile esse circa hoc attingere sensum Aristotelis, quia multoties videtur nomine partis mouentis non intelligere, quòd sit pars inexistens ei, quod mouetur, vt placuit Aresio *sect. 4.* multoties verò videtur ... vt quod à se mouetur, habeat partem integralem, à qua sit motus; quòd ideo videtur hoc negasse in continuis, quorum partes sunt eiusdem rationis. Zabarella vero, *cap. 12. 13. & 14.* existimat hoc non requiri ab Aristotele in agente per emanationem, cuiusmodi sunt grauia, & leuia respectu motuum naturalium sursum, & deorsum.

Instabitur tertio. Qui dat formam, dat consequentia ad formam, sed generans dat formam, ergo etiam motum sursum, vel deorsum, qui formam consequitur. Respondeo motorem esse verum, quando producta ... formam consequuntur, ... non possunt ipsi formæ, eadem actione producuntur cum forma.

Instatur quarto. Idem non potest esse simul actu, & potentia, ergo idem non potest mouere se ipsum. Probatur consequentia; quia quod mouet, debet esse actu, quod mouetur potentia. Respondeo primo eandem difficultatem pati etiam aduersarios, cum idem instrumentaliter se ipsum moueat secundùm idem. Respondeo secundo idem posse esse simul in actu, & potentia respectu diuersorum, in actu virtuali continendo virtute ipsam formam, & in potentia formali, quatenus potest illam recipere. Sed hanc responsionem non admitti à Zabarella, *cap. 13.* sed non est huius loci discutere, quomodo hoc esse possit & non semper in actu habeat illam formam. Interim videatur Aresius *sect. 6.* ad quem etiam mitto *tota illa quæstione citata*, pro abundantiori doctrina huius nostræ quæstionis, de qua præ omnibus acutissimè disputat.

Quomodo Moueantur Proiecta. Quæstio Secunda.

ET si sensu videatur contrectari, quòd axioma Aristotelis, *omne, quod mouetur ab alio moueri*, verificetur in proiectis, dùm ab externo motore putà manu, funda, &c. proijciuntur, quod innuit Aristoteles *tex. 28.* dicens, *ea quæ mouentur præter naturam non facere difficultatem, quòd ab alio moueantur*, attamen non caret difficultate quomodo causetur hic motus, quomodo lapis, ver. gr. ... elapsus continuo moueatur, separatus à proijciente: quam difficultatem nouit etiam ipse Aristoteles ... 82. Quod ideo ... & nos ad ... nendam præsentem quæstionem instituimus de ... sententiæ videri possunt apud Aresium *lib. ... de ... tione, disput. 4 ... 2. sect. 1. C 2. ...*

Prima Conclusio. Motus proiectorum ... re, qui motus à proijciente successiuè mouetur ...

rectam. Est contra Aristotelem multis in locis apud Pererium *lib.* 14. *cap.* 5. sed præcipuè *hic text.* 82. quem ipse sequitur,& multi alij apud Aresium *sect.* 1. Probatur primo reflante vehementi vento potest proijci lapis, ergo projecta non mouentur ab aere. Antecedens experientia patet, consequentia probatur, maior est commotio aeris à maximo vento, quam à proijciente lapidem, ergo si lapis ab aere commoto moueretur, non posset à minori motu proijcientis moueri contra commotionem venti, sed de facto proijcitur, ergo non mouetur ab aere commoto.

Confirmatur. Quia si motus esset ab aere, sequeretur statim ac aer mouetur circa lapidem, ipsum propelli, sed experientia constat commoto aere, immotum remanere lapidem, ergo motus lapidis non potest esse ab ipso aere.

Probatur secundo. Quia multoties non mouetur aer nisi ab ipso proiecto, quatenus per ipsum mouetur, verbi gratia cum quis per compressionem digitorum ossa cerasi pellit è manu, tunc non est aer, qui commotus consequatur ossa,& ipsa deferat, vt patebit consideranti, ergo motus proiectorum non potest esse ab aere. Alias rationes habent Ruuius *lib.*8.*Tract. de motu violento quæst.*1.*num.* 2. Conimbricens. 7.*Phys.cap.* 1.*quæst.*1.*art.*8. Aresius *sect.* 1.& alij apud eosdem.

368 Secunda Conclusio. Motus proiectorum non producitur immediatè ab ipso proijciente quò ad primam partem, quo vero ad secundam à prima, & quò ad tertiam, à secunda, & sic de cęteris successiuè. Est contra Scaligerum apud Aresium *sect.*2. Probatur primo, quia mouens, & motum debent esse simul, sed postquam proiectum seiunctum est à proijciente, prima pars non est simul cum secunda, nec secunda cum tertia,& sic de cęteris, ergo vera Conclusio.

Probatur secundo. Motus est purum fieri ipsius *Vbi*, sed vnum fieri non est agens alterius fieri, ergo non potest vna pars motus aliam partem producere.

Probatur tertio. Vna pars Motus non potest aliam producere, nisi aliquam virtutem recipiat à proijciente, quia partes motus vt sic non habent virtutem producendi motum, alioquin semper eum producerent, sed partes motus non sunt capaces huius virtutis impressæ, ergo vera Conclusio. Minor probatur, quia partes motus non possent recipere hanc virtutem, nisi per alterationem, quod quam absurdè dicatur partes motus posse alterari, non est quòd probetur.

Tertia Conclusio. Motus proiectorum fit à virtute eis impressa à proijciente per impulsum. Hæc Conclusio est Toleti *hic tex* 86.§. *dubium de motu proiectorum* Conimbricensium, Ruuij, Aresij *locis citatis*, & aliorum apud eosdem. Sequitur ex dictis, non enim apparet per quid possint moueri, dato quòd mouens,& motum debeant esse simul, nisi hanc virtutem concedamus. Probatur tamen vnica ratione efficacissima: vel per impulsum producitur aliqua virtus motiua, vel non. si non, reddant rationem cur à maiori impulsu longius tendant proiecta; si producitur, non in aere, vel in partibus motus propter rationes allatas, ergo in ipso proiecto, ergo vera Conclusio.

369 Confirmatur, si quis apprehenso lapide maxima vehementia moueat brachium, & ciat aerem, ac si lapidem iacere vellet,& eodem motu aperta manu quietè lapidem dimittat, lapis non defertur per aerem; vtique quia nulla virtus est impressa lapidi per impulsum exhibitum circa ipsum lapidem, aer enim est motus, ac si lapis iactus esset, ergo virtus proiectorum est à virtute eis impressa per impulsum à proijciente.

Vt autem melius pateat sensus conclusionis, & solutæ remaneant multæ difficultates, quas contra hanc sententiam affert Pererius *cap.* 5. *citato*, dicendum cum Aresio, Ruuio, & Conimbricensibus hanc virtutem esse qualitatem impressam proiecto, à virtute motiua productam in instanti, in omnibus partibus proiecti per alterationem, mediante impulsu, tanquam conditione, sine qua non, distinctam à grauitate, & leuitate, de se indifferentem ad mouendum proiectum sursum, vel deorsum, destrorsum; vel sinistrorsum,&c. quæ ratio indiget determinari à proijciente, vel alia causa extrinseca, sicut virtus motiua animæ potest in diuersas partes mouere membra corporis: corrumpi vero, seu desinere esse, paulatim languescendo, sicut odor, & sonus, quæ & si non habeant contrarium, tamen non requirunt statim corrumpi, si absit conseruans, sed paulatim; immò sicut lumen, & si non habeat contrarium formaliter, tamen virtualiter dicitur illud habere, quatenus per densitatem,& opacitatem impeditur, ne vlterius progrediatur: eodem modo hæc virtus habet contrarium quodammodo, dum grauitas ad motum sursum ei resistit, ne longius proiectum pellatur, quia quò maior est grauitas proiecti per æqualem impulsum, eò minus spatium peruadit.

Obijcies auctoritatem Aristotelis, & aliorum Peripateticorum, qui apertè docet motum proiectorum fieri ab aere; alij respondent Aristotelem loquutum ex aliorum opinione; aliqui dicunt ex diuersis opinionibus, quæ tunc temporis circumferebantur de motu Proiectorum, Aristotelem hanc prætulisse, non quod ipse ita senserit; sed ad quid diuinare mentem ipsius dùm palam loquitur, proiecta moueri ab aere? Respondeo amicum esse Aristotelem, sed amiciorem veritatem; si Aristoteles ita docuit, & alij ipsum sequuti sunt, ab omnibus nos discedimus ratione, & experientia coacti. De reliquo præmissa illa doctrina de Natura virtutis impressæ, aut nulla, aut saltem nullius roboris argumenta afferri possunt contra nostram sententiam. Videantur apud auctores citatos, ex quibus Ruuius existimat D.Thomam nobiscum esse 1.2.*quæst.*25.*art.*4. quo loco dicit retractasse quæ alibi docuerat de Motu Proiectorum.

Cur Motus Naturalis sit velocior in fine. violentus verò in medio. Quæstio Tertia.

Occasione motus grauium,& Leuium, de quibus Aristoteles multis in locis, præcipuè *hic text.*76. & 1. *de Cœlo tex.*89. affirmat, cùm mouentur naturaliter, velocius moueri in fine, cùm violenter velocius in medio, supposito hoc esse verum experientia, quærimus causam huius diuersitatis; circa quam varij sunt sensus apud Zabarellam *lib.*1.*de Motu grauium & Leuium capite* 15. & Aresium *lib.*2.*disp.*4.*quæst.*23.*sect.*1. 370

Communior sententia recentiorum, quam tuentur Zabarella *cap.* 16. *loco citato*, & Pererius *lib.*14.*cap.* 3. Conimbric. *art.* 8. *ad primum*, & alij, tribuit hanc diuersitatem aeri: quia in motu naturali motus producitur à forma intrinseca, & quo magis res mouetur, eò minus aer resistit, quia magis est commotus dum prima pars motus mouet secundam, secunda tertiam,&c. ideò in fine vbi est maior resistentia ex parte medij, velocius mouetur, at in motu violento, cùm virtus aeri impressa à proijciente, qua mediante aer proiectum mouet paulatim euanescat, etiam languescit motus.

Hæc sententia pluribus rationibus, & experientijs reijcitur ab Aresio, nobis satis sit, iam probasse aerem non posse esse causam motus proiectorum, consequenter nec causa esse potest maioris, vel minoris velocitatis in ipso motu; preter quam quòd, si daretur motus in vacuo, vt posse dari probauimus, eandem differentiam experiremur inter motum naturalem, & violentum; nec tunc esse posset hæc diuersitas ab aere,&c.

Verior igitur sententia, & tenēda est quam docet meus Aresius *loco citato sect.* 2. hanc diuersitatem prouenire ex qualitate motiua, quæ cum in motu naturali, putà in descensu lapidis, semper sit coniuncta cum primo producente, nempè forma ipsa,& grauitate, magis, ac magis augetur; ideò in fine cum maior sit hæc virtus productiua motus, motus euadit maior: at in motu violento, cùm proijciens, quod producit qualitatem motiuam absens sit, & si illa virtus aliam producat, & illa aliam successiuè, tamen cùm non adsit proijciens ad primam virtutem conseruandam, incipit illa prima virtus post aliquantulum temporis languescere, & cęteræ omnes productæ: ideò motus remittitur in fine, quia ipsum producēs est magis remissum, donec deueniatur ad partem illius virtutis, quæ ob paucitatem virium, aliam non possit producere, & sic motus finiatur. 371

Probatur hæc sententia, dum resilit lapis, verbi gratia hæc resilentia esse non potest à grauitate, quia grauitas non mouet sursum, non ab aere, quia aeris commotio est in contrariam partem, preterquam quòd & si præter motum aeris deorsum versus, adhuc insequeretur vehemens ventus, qui magis, ac magis ad inferiora aerem pelleret

adhuc

adhuc lapis resiliret, non est igitur vnde esse possit hęc resilientia, nisi a qualitate motiua genita per descensum, quæ cum inueniat impedimentum, ad causandum motum deorsum, quo fuerat determinata a grauitate, causat sursum versus eo determinata ab impedimento.

Confirmatur, quia quò ex altiori loco lapis descendit, eò magis resilit. quare? vtique quia quò maior fuit motus, eo maior virtus est producta, quæ etiam maiorem debet elicere suum effectum.

Ex eodem fonte videtur scaturire, quòd animal sit velocius in medio cursu, quam in principio, quia scilicet in principio mouebatur a sola virtute motrice, postea in progressu motus, illa virtus producit in membris hanc virtutem motiuam, à qua, & ab illa simul producitur motus; quod ideò existimat Arist. in medio cursu nos sistere non posse, quia cùm hæc virtus fuerit producta, & si anima possit cohibere, & refrænare virtutem motiuam principalem, non tamen potest hanc actualem, & secundam, quæ necessario promit suum effectum: verum hoc vltimū non existimo adeo firmum, quia videmus aliquos æquos, ita industria equisonis instructos, vt si in medio cursu freno premantur, subito sistant immobiles, ac si nunquam moti essent, nec resiliant.

372 Contra hanc Doctrinam obijcies primo. Calor non potest intendere se ipsum, nec cęteræ qualitates, ergo neque illa qualitas motiua, ergo frustra assignamus intensionem virtutis motiuæ, pro ratione velocitatis motus naturalis in fine, & violenti in principio. Dato Antecedente, negatur prima consequentia, quia propter rationes allatas cogimur dicere hanc qualitatem se ipsam intendere; non vero calorem, frigus, &c. quæ nunquam sentimus intendi, nisi aliud frigus, calor, &c. adueniente, immo & & cogguntur hoc fateri aduersarij. esto enim aer sit causa motus, &c. attamen in tantum causat, in quantum imprimitur hæc virtus primæ parti aeris, quæ deinde alij parti imprimit, & sic successiuè, consequenter intendit se ipsam: nec mirum videri debet, licet enim hæc virtus conueniat in esse qualitatis cum calore, frigore, &c. tamen est diuersæ rationis ab illis, potest igitur secundùm hanc diuersitatem, se ipsam intendere, licet illæ non possint nec commune axioma *nihil agere in se ipsum* aufert, vt alibi dicemus. Scio aliter respondere Aresium §. *si quis autem* sed illa responsio non placet.

Obijcies secundo, stante hac doctrina motus naturalis, nunquam desineret esse. Probatur sequela, quia in motu naturali adest forma, quæ producit illam virtutem motiuam, quæ continuò augebitur in infinitum. Negatur sequela: ad probationem respondeo, hoc fore verum, si semper moueretur motu naturali; at quando mobile inuenit impedimentum, & resilit, tunc est motus violentus, ideò non censetur causari a forma, sed tantùm ab illa virtute, quæ languescit paulatim, vt in motu violento, & si deinde iterum ex resilientia ad motum naturalem transeat, tamen quia ex humidi loco mouetur, parum augetur illa virtus, donec per aliam minorem resilientiam verum violenter motum, tandem penitus desinit, vt in pila potest quislibet experiri. Nec magis valet hæc ratio in animalibus, licet enim potentia motiua semper sit coniuncta, quia tamen non causat, nisi medijs quibusdā spiritibus animalibus, qui iuxta cuiuslibet naturam citius, vel tardius languescunt; & quia mouet medio corpore, respectu cuius vt plurimum, sunt motus violenti; ideò & hæc potentia tandem debet languescere, & consequenter virtus ab illa causata.

373 Obijcies tertio. Si magnus Lapis deorsum cadat, non resilit, ergo non datur hæc virtus. Probatur consequentia, quia probamus dari hanc virtutem ex resilientia; sed non datur resilientia, ergo neque prędicta virtus, ergo currit nostra doctrina. Ad antecedens respondeo, quod multoties tanta est grauitas mobilis, vt illa virtus motiua non possit illud sursum mouere; attamen semper est aliquis motus. vel enim id, quod cadit, frangitur, & sic secundum partes illa virtus causat motum, vel aliquid alium elicit motum, & si minimum, propter impedimentum grauitatis. Addo quod etsi nullus penitus esset motus, ob impedimentum, quia quasi suffocatur illa virtus a grauitate, negatur semper consequentia, quia ad nostram doctrinam satis est, si vt plurimum detur hęc resilientia, quæ non possit alij producenti tribui, quam huic virtuti: non tamen [illegible] alia mobilia non resilire, quia in motu fere nullam acquirunt virtutem ob eorum in capacitatem [illegible] quia ob leuitatem non sunt capacia impulsus, neque [illegible] trinseci, vt habent grauia in motu naturali, neque ex[illegible] seci, vt habent eadem in motu violento a proijciente, q[illegible] ideo ferè nullum efficiunt motum resilientiæ, vt p[illegible] festucæ, &c. Hæc nostra sententia videtur etiam A[illegible] telis 1. *de Cœlo text.* 88. quam & Pererius *loco citato* §. *cæterum vnus ille locus*, quasi ei adscribit.

An in Puncto Reflexionis Detur Quies. Quæstio Quarta.

Mouetur hæc quæstio occasione verborum Ar[illegible] lis *in hoc* 8. *cap.* 8. vbi probat motum rectum [illegible] posse esse vnum motum continuum infinitum, qu[illegible] fiat per magnitudinem finitam, postquam peruenit [illegible] timum magnitudinis, vel sistit; & sic non est infinit[illegible] reflectit; & sic non est vnus motus; tum quia [illegible] motus contrarij specie differentes; atque adeo n[illegible] sunt constituere vnum motum continuum; tu[illegible] quia inter vtrunque intercedit quies, ideò quærunt [illegible] ctores, an verè in reflexione motus discontinuetur pe[illegible] terpositam quietem. Tractant hanc quæstionem [illegible] Thomas *supra tex.* 64. *& sequentes*. Toletus *ibid.* [illegible] nimbric. *hic cap.* 8. *quæst.* 1. Ruuius *cap.* 9. *quæst.* [illegible] noster Aresius *lib.* 2. *de Generatione quæst.* 26. ap[illegible] possunt videri varij modi reflexionum. Pro [illegible] tentia.

Vnica Conclusio. In puncto reflexionis non [illegible] quies. est Aresij, & ex parte Conimbricens[illegible]. [illegible] primo. Eodem modo est reflexio in eo, qu[illegible] uet velocissimè sursum, & deorsum, a[illegible] ascendente, & descendente deorsum, sed in eo, q[illegible] num mouet, nulla datur quies in reflexione, e[illegible] notem, qui non credit, experientia probet. Con[illegible] quia eodem modo reflectit lapis, deorsum natura[illegible] scendens post ascensum, ac lapis, qui dum fertur [illegible] à grauiori mole impulsus, cogitur descendere, sed [illegible] secundo etiam per aduersarios non datur quies in [illegible] xione quia alioquin patuus lapis illam molem de[illegible] quod est intelligibile, ergo in reflexione non datur [illegible] neque quod respondent esse per accidens, quod [illegible] occurrat illa moles, quid [illegible] enim [illegible] sit ascensus, & descensus, & [illegible] reflectitur, si [illegible] quiescit, reflexio non requirit quietem.

Probatur secundo. Quiescere in puncto reflex[illegible] contra naturam grauium, & leuium, ergo non dat[illegible] in reflexione. Antecedens probatur, natura grau[illegible] leuium poscit, vt ablato impedimento tendant ad p[illegible] loca, sed in puncto reflexionis est ablatum huius [illegible] pedimento, ergo tunc quiescere est contra eorum [illegible] Minor probatur. Quia ideo Lapis sursum proie[illegible] flexit, quia desijt virtus impressa, qua impediebatur [illegible] orsum tenderet, ergo in puncto reflexionis est ab[illegible] impedimentum. Videtur hæc ratio tantum proba[illegible] reflexione, quæ contingit in motu naturali, & viole[illegible] de lapide sursum proiecto violenter, & naturaliter d[illegible] dente; sed hoc nobis satis est, etenim, si semel nob[illegible] cedatur in aliquo genere reflexionis non exigi qu[illegible] cur in cęteris?

Confirmatur, quia sensu percipitur, grauia nun[illegible] quiescere, nisi aliquod corpus solidum eis obijciatu[illegible] igitur ratione possumus affirmare in medio aeris [illegible] pergraue quiescere, & sistere? Scio Aristotelem *te*[illegible] dixisse, se coactum credere hanc quietem, & sensu [illegible] tione. Forsan Aristoteles prę ceteris viguit sensib[illegible] gatissimis, alium non legi, qui affirmet hanc quietem [illegible] cepisse, si enim verè intercederet, cur non ab [illegible] qui visu pollent acutissimo videretur, p[illegible] fiat reflexio? Quod enim, si ad [illegible] ciatur, & reflectat, videatur quiescere, non [illegible] quia multo magis notaretur quies, cum ad p[illegible] tam reflectit, quæ adhuc [illegible] est notata, sed [illegible] propter distantiam, sicut etiam propter d[illegible] gna parua [illegible]

Sed Contra Instatur primo. Motus [illegible] potest esse continuus [illegible] quereturt [illegible] Sequela [illegible] sursum, & deorsum differunt specie; [illegible]

[illegible]ntur, motus diuersæ speciei, essent vnus numero [illegible]. Confirmatur quia, si est duplex motus, [illegible] motum præcedit quies, ergo in puncto reflexionis [illegible] quies.

376 [illegible] argumentum negatur sequela minoris. ad probationem Respondet ex doctrina ipsius Aristotelis *tex.* 72. ad di[illegible] motus non esse necessariam quietem, [illegible], sit diuersa forma seu terminus; sicut diximus in quantitate permanente, vt sit vnum continuum non est [illegible], nihil mediet inter illa duo corpora, sed requiritur, vt sit eiusdem formæ ad vnam figuram constituendam ordinata, &c. Quod autem facit corpus interpositum inter partes eiusdem continui permanentis, facit [illegible] partes motus. Quare illi motus rectus & re[illegible] erunt duo contigui, sed non continui; & si quies [illegible]atur. Ad Confirmationem respondeo, om[illegible] præcedere quietem priuatiuam, scilicet quòd [illegible] sub illo motu, non autem positi[illegible] quieuerit, & non fuerit immediatè antè [illegible] non posset ex vna parte motus [illegible] prius quieuisset, quod est falsum; si[illegible] se habet motus deorsum ad motum sursum, eo[illegible] se habet vna pars motus ad aliam quantùm ad [illegible].

[illegible] secundo. Si non datur quies in eodem instanti [illegible], & recederet, quod est impossibile; [illegible] punctum reflexionis est finis accessus, & principium recessus, si igitur ibi non quiescit, in [illegible] ad punctum, etiam recedit, ergo [illegible]. Negatur sequela ad probationem respondeo ex [illegible] dictis, [illegible] in tempore dari in[illegible], neque in continuo puncta; quare non datur [illegible] indiuisibile [illegible], quod simul accederet, & recederet. [illegible] sunt in eodem instanti pars *A*, & pars *B* [illegible] motus continui, [illegible] se habet finis accessus [illegible] recessus, seu finis motus recti, & [illegible] motus reflexi, in diuersis partibus [illegible] ab extrinseco tantum assignabilibus.

Instatur [illegible] ex Ruuio *num* 4. *loco citato*. Si reflectitur pila ex [illegible], in parte [illegible], ergo datur quies in [illegible]. Probatur consequentia, quia si in instanti [illegible], cum aer in instanti illud spatium occupare non possit, daretur vacuum. Confirmatur: si pila esset infecta aliquo colore, inficeret parietem, hoc autem in instanti fieri non potest.

Respondet Aresius primo hoc argumentum valere, & si pila quiescat, quia etiam tunc propter eandem rationem 377
non poterit moueri in instanti, sed hoc nõ vrget Ruuium, vltro enim concedet. Respondet secundo ipse me tantum probari, pilam non moueri totam simul, vt successiuè aer ingredi possit, sed hoc est quod vult Ruuius, quia secundùm aliquas partes quiesceret in puncto. Respondet tertio idem Aresius in poris pilæ inesse aerem, qui ad vitandum vacuum rarefit, & replet illud spatium: verum & si hoc procedat in pila ex materia porosa, non tamen in pila ænea, plumbea, &c. in quibus tamen vrget eadem difficultas; quare ego respondeo pilam secundùm partem, qua tangit parietem, non tangere illum secundùm illam partem totam simul, sed successiuè, & ratio est; quia si simul secundùm totam illam partem tangeret, aer, qui occupabat locum, in quo tangit pars existens in medio illius partis, non posset excludi, quia exitus denegatur circumcirca per contactum partium circumcirca, & consequenter tactus non esset immediatus, quod est falsum; vel si deberet expectari, quòd ille aer expelleretur, daretur vacuum in medio, donec toto expulso tota illa pars simul tangeret, & occuparet locum; cum igitur successiuè fiat contactus, non quiescit, nec datur vacuum, quia tangit prima pars, postea secunda, tertia, &c. sed antequam secunda tangat, prima deserit parietem, & antequam tertia tangat, deserit secunda, & aer, qui excluditur a secunda, accedit ad locum, qui deseritur à prima, & expulsus à tertia replet locum desertum à secunda, & sic de cęteris; quia tamen hæc omnia quàm citissimè fiunt, videtur pila in instanti tangere parietem, recedere, &c. re vera tamen non nisi successiuè peraguntur. Per hæc patet etiam ad confirmationem. Aliter respondent Conimbricenses *art.* 3. *in fine*, vbi sicut & *articul.* 1. §. *his adde*, concedunt pilam quiescere secundùm aliquam sui partem.

Alia argumenta habet Aresius, sed parui momenti. videri possunt apud ipsum. Interim nec nos quiescamus, sed si finem fecimus Tractatuum, & quæstionum in Lib. Physicorum, hinc subitò moueamur ad explicandos Libros de Cœlo, vt nacta differentia corporum corruptibilium, & Cœlestium, ita horum amore trahamur, vt sanctè, pièque viuentes inter hęc corruptibilia, tandem Cęlorum æternitatem consequamur, quam Deus concedat in sæcula sæculorum. Amen.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES
In Libros Aristotelis de Cęlo.

PROOEMIVM.

PHilosophia Naturalis, vt notauimus Prologom. 4. in lib. Phys. plures habet partes, ideò Aristot. cum in illis Libris tradiderit in Communi principia, & affectiones corporis Naturalis obiecti Physicæ, nunc descendendo ad particularia, incipit illa applicare partibus huius obiecti singillatim, & primo instituit Libros de Cœlo, qui continet tractationem corporum simplicium; atque adeò Videntur primum locum obtinere inter cęteras partes scientiæ naturalis, in quibus agitur de Corporibus mixtis, quorum tractatio ab illorum cognitione pendet, ideò & nos post Libros Physicorum, hos de Cœlo, aliquibus breuissimis tractatibus expendemus, tantùm quoad magis necessaria.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES
In primum de Cœlo.

PRIMI LIBRI SVMMA.

QVoniam omnia Corpora simplicia, sicut & mixta sunt partes huius vniuersi, quod Mundum appellamus, ideò Aristot. in hoc 1. *Lib. agit de Mundo vt sic: Diuiditur Liber in duas partes principales; in prima vsque ad tex.* 33. *(sed quoniam) ostendit perfectionem vniuersi. In secunda determinat quasdam conditiones, & proprietates ipsius. Tertia pars subdiuiditur in alias duas. In prima vsque ad tex.* 5. *(de Totius quidem) ostendit perfectionem vniuersi. In secunda ostendit ex quibus partibus integretur eius perfectio. Secunda verò pars primæ diuisionis tres habet partes. In prima vsque ad tex.* 75. *(quod autem neque plures) quærit, an mundus sit infinitus secundum magnitudinem. In secunda vsque ad tex.* 101. *(his autem determinatis) quærit, an sit infinitus multitudine. In tertia vtrum sit infinitus duratione. Nos in hunc Librum vnicum tractatum instituemus, qui erit de Mundo.*

Tractatus Vnicus, Qui est de Mundo.

Quid sit Mundus, & quotuplex. Quæstio Prima.

378 MVltas acceptiones Mundi recenset Piccolomineus *lib. de Mundo cap.* 1. Communiter accipitur quinque modis, vt notant Conimbricenses *hic cap.* 1. *quæstio.* 1. Primo pro mundo Archetypo. Secundo pro Angelico. Tertio pro Elementari. Quarto pro Mundo paruo. Quinto pro Mundo Magno.

Mundus Archetypus, seu intelligibilis, est mens Diuina, informata ideis omnium rerum faciendarum, & definitur a D. Augustino 1. *Retractationum capite.* 3. *est Ratio sempiterna, & incommutabilis, qua Deus fecit Mundum.* de quo dixit Boetius.

Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similique ab imagine formãs.

Mundus Angelicus est vniuersitas Angelorum, triplici Hierarchia disposita, quarum quælibet triplici Choro ordinatur.

Mundus Elementaris dicuntur quatuor elementa, & Cœlum ipsum, quod ab Aristotele 3. *de Cœlo tex.* 1. etiam appellatur Elementum.

Mundus paruus a Græcis *Microcosmos* est Homo, qui ita appellatur, quia continet in se, quasi Epilogum quendam totius vniuersi.

Mundus Magnus à Græcis *Macrocosmos* ad differentiam *Microcosmos* est tota, & vniuersa creaturarum collectio, & de hoc cęteris omissis est tota quæstio, immò & totus hic Tractatus, de quo in præsẽti quæstione duo quæruntur. Primo quid sit. Secundo quotuplex.

Quoad primum Respondeo *ex quodam Libro de Mundo,* qui adscribitur Aristote 1. *Mundus est ordo, & digestio vniuersorum, quæ a Deo, & per Deum asseruatur* scilicet mundum esse omnes res, quæ vniuersi ambitu continentur, quatenus ad inuicem ordinatæ, & digestæ sunt, quomodo ab alijs Mundus formatum Chaos est appellatus, sicut Chaos ipsum sine hoc ordine est dictum Mundus informis.

379 Quo verò ad secundum quæsitum Respondeo vnica Conclusione. Mundus de facto est tantùm vnus. Est Platonis *in Thimæo,* Aristotelis *hic toto cap.* 8. & omnium Peripateticorum, D. Thomæ *ibidem,* & 1. *parte qu.* 4. *art.* 3. Sanctorum Patrum, & omnium Theologorum, quorum aliqui contrarium asserunt parum consonum fidei, aliqui apertam hæresim, sic D. Ioannes Chrisostomus *in Gen. in principio.* D. Augustinus *de hæresibus hæresi* 77. D. Isidorus *lib.* 8. *Ethimolog. cap.* 5. Valentia, Vasquez, & alij.

Probatur auctoritate Scripturæ, quæ quotiescunque loquitur de Mundo, semper loquitur in singulari. *Mundus per ipsum factus est. Ioan.* 1 *Euntes in mundum vniuersum Matthæi, & Marci vltimo,* & multis alijs locis, ergo vnus est mundus.

Probant secundo, eandem Conclusionem rationibus naturalibus Aristotel. *loco citato,* & Plato, & alij, sed omnes sunt rationes deductæ ex quibusdam congruentijs, & facilè possent solui; quare videtur dicendum cum Ruuio *cap.* 9. *quæst.* 1. cum pluralitas mundi pendeat à libera Dei voluntate, non posse ratione aliqua efficaci naturali probari, vnde hæc Conclusio est nobis tenenda, tantùm nixis auctoritate Scripturæ sacræ, & communi Doctorum sententia.

Contra hanc Conclusionem Instabis primo. Res quæ in principio productæ fuerunt, iam sunt corruptæ, ergo aliæ successerunt, ergo nouus mundus. Negatur antecedens; quia partes essentiales non sunt corruptæ, vt Cęlũ, nec Elementa, nisi secundum aliquam sui partem sunt corrupta, immò licet multa corpora continua successione varientur, tamen non est nouus mundus, quia idem ordo, & dispositio perseuerat; sicut dicitur idem exercitus, & si successiuè varientur milites.

380 Instabis secũdo Deus facit quod melius est, sed melius est esse plures mundos, ergo non est tantùm vnus. ad maiorem respondeo cum D. Tho. 1. *p. q.* 25. *art.* 6. *ad* 1. Deum facere, quod melius est ex parte modi faciendi, quia omnia operatur per infinitam sui sapientiam, non autem semper facit melius ex parte rei factæ.

An per Potentiam Diuinam possint esse plures Mundi. Quæstio Secunda.

QVæstio potest esse de pluralitate tùm specifica, tùm numerica, & in vtroque sensu soluenda est q[illegible] & procedit tantùm de potentia absoluta; de ord[illegible] enim omnes concordant, non posse esse plures [illegible] pro resolutione sit.

Prima Conclusio. Possunt esse plures mundi spec[illegible] stincti. Hæc Conclusio est Conimbricensium *cap.* 9. *qu.* & 3. Ruuij *cap. citato quæst.* 2. & omnium illorum, q[illegible] nent Deum posse alios, & alios mundos perfecti[illegible] ducere, immò ferè omnes Doctores, qui apud Ruui[illegible] 2. *Opinio* tenent, de potentia absoluta posse esse p[illegible] Mundos, videntur loqui de pluralitate specifica.

Probatur, quia nulla est implicantia, neque ex pa[illegible] potentiæ, neq; ex parte rei faciendę, ergo dicendu[illegible] Antecedens probatur, quia Dei potentia est infinita.

Quare dicebat Hugo Victorinus *lib.* 1. *de Sacram[illegible] quæst.* 1. *cap.* 22. sicut æternitatem Dei non æquat t[illegible] ita potentiam non æquat opus, ergo ex parte Dei po[illegible] tiæ quacunque re producta potest alia, & alia prod[illegible] quòd nec etiam ex parte rei pugnet, etiam prob[illegible] non apparet, cur non sint possibilia alia corpora [illegible] plicia, tùm mixta, quæ alias inclinationes habere[illegible] non alia corpora cęlestia, quæ alias haberent in[illegible] &c. Quæ omnia ad inuicem alio ordine digesta[illegible] turam illorum corporum alium mundum specie [illegible] tunt distinctum, ergo.

Confirmatur, quia nullum est argumentum, qu[illegible] trarium conuincat, vt patebit ex solutione, ergo n[illegible] denegandum potentiæ Dei.

Arguitur primo. Illi plures Mundi haberent e[illegible] gradus entis, scilicet viuere, sentire, intelligere, &[illegible] non differrent specie. Respondeo haberent eosde[illegible] dus genericè concedo, specificè, specie atoma, & n[illegible] in hoc sensu est nostra Conclusio.

Arguitur secundo. Ex Vasquez 1. *parte disp.* 1[illegible] & Ruuio, *quæst.* 2. non potest dari alia natura corpor[illegible] spiritualis simul specie distincta ab homine; &c. e[illegible] parte huius speciei non possunt esse plures mundi [illegible] Negatur assumptum, quia non apparet vlla repu[illegible] sicut enim videtur exhausisse potentiam Dei, [illegible] ram creaturæ rationalis, quæ simul sit materialis, & [illegible] tualis, ita videtur materiam exhausisse quoad pote[illegible] aliam materiam producendi specie distinctam; sed non obstante per ipsos Vasquez, & Ruuium pote[illegible] materia produci, cum non appareat vlla repugnan[illegible] non alia creatura simul materialis, & spiritualis spec[illegible] ctincta ab homine? Alia argumenta facillima viden[illegible] sunt apud Conimbric. *quæst.* 3.

Licet autem Deus possit producere alios mundo[illegible] cie distinctos, & perfectiores in infinitum, vt bene [illegible] multi Doctores grauissimi apud Conimbricenses, & [illegible] uium *q.* 3. non tamen potest hunc mundum perficere ad perfectionem essentialem specierum, quibus c[illegible] quia essentię sunt sicut numeri; quòd si aliqua vnitas ad[illegible] tur, vel auferatur statim variantur, nec etiam pot[illegible] fici quoad finem vltimum, quem spectat, quia nobil[illegible] finem respicere non potest ipso Deo, potest tamen eundem Mundum accidentaliter perficere, quoad [illegible] omnia, de quibus fusius ipsi Conimbricenses *qu.* 2. & Ruuius *qu.* 4.

Secunda Conclusio. Possunt esse plures Mund[illegible] numero di[illegible]cti. Hæc Conclusio est contra Aristote[illegible] *c.* 9. *in principio,* vbi dicit, impossibile esse dati plure[illegible] dos, cuius sententiæ videtur etiam D. Thomas *lect* [illegible] §. *sciendum est autem;* his tamen non obstantibus, [illegible] tur, quia nulla apparet repugnantia, cur Deus n[illegible] facere Elemẽta, & Corpora cęlestia eiusde[illegible] n[illegible]uræ, his, quæ hunc mundum constituunt, & tame[illegible] ali[illegible] dum efficient; quia illa corpora simili ordine sur[illegible] deorsum, &c. ferentur respectu proprij cent[illegible] non centri huius mundi. Confirmatur hæc Co[illegible] & precedens ex argumentorum solutione.

Arguitur primo, quia cum grauia natur[illegible] deorsum, leuia sursum, &c. corpora vnius [illegible] rent ad centrum alterius, nec in proprio loco [illegible]

q[illegible]

[illegible] absurdum, ergo, Respondeo, quòd [illegible] ordine digesta ratione proprij [illegible] quiescerent in proprio centro, & leuia in [illegible] proprij centri, non alterius, quia v- [illegible] partes, non alterius. Vide Co- [illegible] *art. 2. ad.* [illegible] non inficiarer tamen [illegible] eandem proportionem seruarent ad [illegible] ad vtrunque peterent moueri, sed [illegible] parere a simili, de duplici ma- [illegible] terram, &c. & per hoc ostendi- [illegible] rationem Aristotelis, quæ in hoc [illegible]

[illegible] Quia de ratione vniuersi est conti- [illegible] possint esse plures mundi numero [illegible] in eo casu non essent vniuer- [illegible] ad omnes gradus essentia- [illegible] perfectionem. Nomen autem [illegible] est desumptum, quia omnia quæ [illegible] ideo hic mundus dici- [illegible] vide apud Conimbric. [illegible]

[illegible] in vtraq; conclusione asserimus [illegible] & Abulensem, qui [illegible] dixe- [illegible] produci [illegible] producta, [illegible] mundos. Est manifesta hære- [illegible] a Valdensi *tom.* 1. *lib.* 1. *art.* 1. [illegible] a Concilio Senonensi, vbi di- [illegible] sententiam retractasse.

An Mundus sit creatus, & quando. Quæstio Tertia.

383 Prima Conclusio [illegible] quæsito. Mundus non est [illegible] diceretur creatus, [illegible] coniunguntur, essent [illegible] fuerint edu- [illegible] *lib.* [illegible] [illegible] æternus, [illegible] quæ in [illegible] præ [illegible] [illegible] non au- [illegible]

[illegible] corpora, quæ tanquam partes [illegible] creata, necesse esset, vt [illegible] vnione sunt com- [illegible] ergo. Per hoc tamen [illegible] factus: hoc enim [illegible] *Deus Cœlum, & Terram,* [illegible] ex illo [illegible] *plura entia impro- [illegible]*, [illegible] infinite perfectum in [illegible] præter Deum potest esse [illegible] est dicendus [illegible] omnia corpora in eo contenta sunt pro- [illegible] potest dici creatus ratione [illegible]

384 Secunda Conclusio [illegible] quæsito. Mundus est factus in tempore [illegible] ab æterno. Hæc Conclusio est contra Aristotelem [illegible] *Phys. tex.* 4. *& alijs ex sequentib.* *Primo de Cœlo cap.* [illegible] 12. *Metaphys. cap.* 6. qui nedum affirmat mundum [illegible] æternum, sed nec potuisse incipere in tempore, [illegible] D. Thomas *super* [illegible] *Cœli text. vltimo* §. *est autem considerandum*, defendit Aristotelem, quòd non negauerit [illegible] mundum nec fuisse, nec potuisse esse in tempore, sed tantum [illegible] negasse per generationem, verum fere ab omnibus aliter asseritur de mente Aristotelis: exceptis Toleto *loco infra citando* §. *dicimus ergo*, & [illegible] *in primum Cœli tract.* 4. *cap.* 5. Qui videntur [illegible] D. Thomæ sentire [illegible] ad mentem Aristotelis. verum D. Thomas non videtur [illegible] æde mente [illegible] Aristoteles docuit *cap.* 6. *in Metaph. citato, lect.* 5. *prope principium.*

Probatur Conclusio auctoritate Sacræ Scripturæ. *Prima ad Hebr.* 11. *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei* [illegible] quare est conclusio de Fide definita *in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, relato in capit. firmiter de Summa Trinitate: Creator omnium* [illegible] *omnipotenti virtute simul ab initio, vtranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corpoream.*

An verò possit hæc Conclusio demonstrari negat Diuus Thomas *prima parte quæstione* 46. *articulo secundo*, & eius interpretes, cum enim non repugnet secundum multos creaturam permanentem, immo & successiuam, esse ab æterno (quod quæstione sequenti discutiemus) non potest ex ipsarum natura haberi euidens ratio: quare tantum possunt nobis suppetere aliquæ rationes probabiles, seu congruentiæ, quarum aliquas enumerat D. Thomas 2. *contra Gentiles, capite* 38. §. *potest autem efficacius,* & Tolet. 8. *Physic. cap.* 2. *quæst.* 1. §. *his igitur constitutis.* videantur apud ipsos.

Contra hanc Conclusionem Instatur primo, ex Auerroe 8. *Met. com.* 15. non potest voluntas noua causare effectum antiquum; ergo nec voluntas antiqua effectum nouum, ergo si Deus est æternus, mundum fecit ab æterno. Negatur prima consequentia, quia si voluntas antiqua adhuc perseuerat, potest causare effectum nouum: sic in Deo, nec tamen est mutatus, quia ab æterno hoc voluit tali tempore mundum creare, & si primo potuisset, si voluisset creare; quod etiam non fecit non est adscribendum inuidiæ, sed infinitæ eius sapientiæ, qua præuidit magis expedire, ad tale tempus differre. 385

Instatur secundo. *Ex octauo Physicorum, Textu decicimo, duodecimo, capite sexto.* Si mundus non est ab æterno, ergo Deus prius fuit, sed prius est differentia temporis, ergo præcessit tempore, sed tempus non est sine mundo, ergo dicendum mundum esse ab æterno. Respondeo, ly *prius* non semper dicere differentiam temporis, sed tantùm durationis realis, quæ sit, vel tempus, vel æuum, vel æternitas &c. vel ly *prius* aliquando dicere tempus imaginarium, quo vtimur ad explicandam durationem, qua quis durauit, cum non erat tempus.

Instatur tertio, ex eodem 8. *text.* 4. Omnis motus supponit mobile, quia est actus mobilis, & omne mobile supponit motum, quia per aliquem motum fit, ergo mobile, & motus sunt sine principio, ergo mundus fuit ab æterno. Respondeo, omnem motum supponere mobile, non è con[tra]; quia mobile potest incipere per actionem, quæ non sit motus, nempe per creationem.

Instatur quarto, *ex eodem* 8. *text.* 11. nullum tempus est absque momento, sed omne momentum est principium temporis futuri, & finis præteriti, ergo est sine principio, ergo ab æterno. Negatur minor, quia eodem modo quo dantur hæc momenta, dantur momenta initiatiua, sicut indiuisibilia initiatiua in quantitate permanente, immo has duas rationes vltimas probat Toletus §. 4. *implicatio*, non posse subsistere in doctrina Aristotelis, si enim omne mobile supponit motum, & omne momentum tempus, ergo etiam si sint ab æterno, quod est implicantia; quod si mobile ab æterno non supponit motum, cur non idem dicetur de mobili in tempore? Videatur *illa quæstio prima citata*, vbi multa sunt optimè exposita pro hac doctrina, sicut & apud Pererium *lib.* 15. *vsque ad capite* 10. & Conimbricens. *eodem* 8. *Physicor. capite secundo, quæst.* 4. apud quos multæ aliæ rationes contra nostram doctrinam afferuntur, & soluuntur, sed præcipuæ sunt allatæ. potest etiam videri Diuus Thomas *lect.* 2. *in eodem* 8. §. *ostendit quòd motus.* Vbi clarissimè ostendit rationes Aristotelis de æternitate Mundi non habere efficaciam contra nostram Fidem. Quonam vero anni tempore fuerit mundus productus, & si vera ratio dari non possit, vtiles tamen sunt congruentiæ apud Conimbricenses, *loco citato quæst.* 3. *art.* 2. Videri possunt curiositatis gratia. 386

An Mundus potuerit esse ab æterno quoad res permanentes. Quæstio Quarta.

Diximus quæstione præcedenti fide dici Mundum esse factum in tempore, modo quærendum restat an saltem potuerit esse ab æterno, & quoniam Mundus est quoddam totum constans, & e [illegible] successiuis, & ex permanentibus, ideo non [illegible], quam quærendo an hæ partes potuerint esse ab æterno. In præsenti quæstione agetur de [illegible] permanentibus siue corruptibilibus siue incorruptibilibus; in [illegible] de successiuis, & de generationibus, quæ etiam [illegible] videntur spectare. 387

Pro Tituli intelligentia Notandum, rem esse ab æterno nihil aliud importare, nisi rem ita existere, vt nullum sit assignare instans, quo cœperit esse, sed omnino coexistere ipsi Deo hoc notato.

Prima sententia negat vllam creaturam potuisse esse ab æterno. tribuitur D. Bonauenturæ *in 2. quæst. 2. distinct.* 1. re vera tamen hoc non dicit, legatur præcipuè *num.* 15. cui non contradicit *num.* 21. si attente consideretur. Est Henrici *quodlib.* 1. *quæst.* 7. *& quodlib.* 9. *quæst.* 17. Alberti Magni, & aliorum grauium Doctorum apud Conimbric. *in* 8. *Phys. cap* 2. *quæst.* 6 *art.* 1 quos ex recentioribus sequitur Toletus *eodem* 8. *cap.* 2. *quæst.* 2. & Noster P. Aresius, 1 *de Generatione disput.* 5. *quæst.* 44. *tota* conatur sustinere pluribus & doctissimis rationibus.

Secunda sententia affirmat res permanentes potuisse esse ab æterno. Est D. Thomæ *in* 2. *dist.* 1. *quæst.* 1. *art.* 5. §. *tertia positio*, 2. *contra Gentiles cap.* 38. *&* 1. *pa. te quæstione* 40. *articulo secundo*. Caietani *ibidem*. Durandi *in secundo dist.* 1 *quæst.* 2. & aliorum plurimorum apud recentiores, Rubium *in* 8. *Phys. quæst* 2. *Tract. de æternitate Mundi*, Hurtadum *in Phys. disp.* 16 §. 1. Conimbric. *loco citato*, Perer. & alios, qui omnes hanc sententiam sequuntur, & est fere communis, possumus etiam eam tribuere Scoto *in secundo dist.* 1 *quæst.* 3. quatenus hanc quæstionem problematice defendit.

388 Prima Conclusio. Res permanentes, incorruptibiles, vt anima rationalis, Cœli, &c. potuerunt esse ab æterno. Probatur primo. Si Deus non posset has res creare ab æterno, cogeretur expectare per æternitatem, hoc est absurdum ergo. Major probatur. Deus caret principio, si igitur Deus non creat ab æterno precessit duratione, non finita, ergo infinita, ergo æternitate; si igitur no potest creare ab æterno, cogitur expectare per æternitatem; quod autem sit absurdum probatur, quia non est minus potens ab æterno, quam sit in quocunque tempore, ergo.

Dicent, nō pugnare ex parte Dei, sed ex parte effectus, qui non est capax æternitatis. Sed contra, non pugnat effectui, eo quod eius causa debeat præcedere duratione, hoc enim non est necesse, patet in Verbo Diuino, licet enim Pater in Diuinis non sit causa, est tamē principium, nec duratione præcedit filium; non pugnat secundo, quia si pugnaret ex parte rei factibilis pugnaret etiam ex parte potentiæ, quod tamen ipsi negant: patet, quia potentia dicitur talis ab obiecto, si igitur ab æterno est implicantia, esse rem factibilem, ergo etiam tunc esse potentiam.

Tertio, quia eodē modo res se habet ad esse futuram, ac ad esse existentem ex parte Dei; vtroq; enim modo liberè eam producit, sed non est implicātia, quod ab æterno eam producat in esse futuritionis, ergo nec in esse existentiæ. quarto, quia alioquin posset dari ratio demonstratiua, cur mundus non fuerit ab æterno, quod tamen fere omnes negant.

Probatur secundo ex D. Augustino 6. *de Trinitate cap.* 1. vbi habet, quod si ignis esset æternus, splendor ab ipso causatus esset coæternus, sed non est maior ratio de causa necessaria, qualis esset ignis, & libera, qualis est Deus, vt benè ostendit Scotus *loco citato* §. *hic dicitur in* 3. *ratione*, ergo. *hoc eodem* §. sunt multæ aliæ rationes pro hac sententia, sed omnes simul cum illis, quas afferunt Durādus, & alij, *locis citatis*, omitto libenter, & breuitatis causa, & quia cum versemur in absoluta Dei potentia satis est dicere, nullam esse implicantiam, & hoc ostendere ex solutione argumentorum.

389 Arguitur igitur primo. Creatio est transitus à non esse ad esse, sed in creatione ab æterno, non est assignare, quando id, quod creatur, non sit, ergo non potest quidquam creari ab æterno. Respondeo cum Scoto §. *omittendo igitur*. creatio est transitus a non esse, non quòd prius duratione fuerit, sub non esse sed prius natura, non quidem in hoc sensu, quòd simul sint esse, & non esse rei ab æterno; sicut prius natura est substantia, quàm accidens, quod est esse prius natura positiuè; sed quod ei naturaliter prius insuisset non esse quam esse, si non fuisset impedita, quod est esse prius natura priuatiue: neque creatio aliud requirit, quàm carentiam subiecti ex quo.

Arguitur secundo. Sequeretur Petrum v.g. non posse cessare ab aliquo actu per totam æternitatem, cum quo non videtur posse stare esse actum liberum, & è contra: sequeretur ignem applicatum ad materiam combustibilem per totam æternitatem non posse comburere, & alia, quæ videri possunt apud Hurtadum §. *nono*, quæ omnia sunt absurda, vtraque sequela probatur. Prima quidem, quia non potest cessare ab actu, nisi postquam durauit, sed si fuit ab æterno, per æternitatem durauit. Secunda vero, quia non potest nisi successiue inducere dispositiones ad formam ignis, ergo durauit prius tempore applicata, non duratione finita, ergo infinita, ergo æternitatem. Ad primum concedo sequelam, negatur tamen tolli libertatem, quia se libere applicauit ad illum actum, sicut Deus libere voluit futuras aliquas creaturas eo instanti, quo voluit, quia a nullo fuit determinatus, vnde benè Scotus §. *tenentes autem secundam, ad secundam rationem*, dicit, quod si omnis causa, dum causat, necessario causaret, nulla esset libera, quia non causat ex eo quod tempore precedat effectum, sed præcedat natura, igitur pro illo instanti esset necessaria, nulla causa causaret libere, & ad summum est necessitas ex suppositione, non simpliciter, & ex hoc remanet solutum argumentum a Conimbricent. §. *loco*. Si Deus potuit non creare vel antequam crearet, vel post, vel dum crearet, &c. e. de responsione respondetur, dum creat potest nō creare, quæ doctrina est maxime notanda. 39

Vide etiam Hurtadum §. 1. ad secundam. Respondeo quod si esset materia optimè disposita, & nulla [illegible] cessaria dispositio, ab æterno fieret combustio, alioquin expectandum tempus, quia successiua esse non possunt ab æterno, vt infra, vnde cum hæ dispositiones fiant successiue, nequeunt esse ab æterno, quod notandum [illegible] omnibus argumentis similibus inuoluentibus aliquam successionem.

Arguitur tertio, vel Deus creaturam ab æterno [illegible] potest ab æterno annichilare, vel non. Si potest, et [illegible] test simul esse, & non esse, quod est impossibile. Si non potest, preterquam quod videtur eadem ratio de Creatione & annichilatione, cogeretur Deus creaturam conseruare per æternitatem Respondeo, Deum non posse, ad primam instantiam nego, esse eandem rationem, quia annichilatio supponit esse, ideò non potest esse ab æterno. ad secundam dico, esse necessitatem consequentiæ, dato quod Deus creauerit, tenetur conseruare. &c. 39

Sed instat Aresius *sect.* 2. §. *Minor probatur*. Impossibile Deum necessario conseruare creaturam in æternitate, à parte post, ergo etiam à parte ante. Sed negatur [illegible] tia, quia æternitas à parte ante, sumitur ante omne tempus, prout in puncto æternitatis res fit, à parte post vero, prout æternitas coexistit tempori, saltem imaginario, & res est producta; at dum res fit, non potest non esse necessitate suppositionis; at postquam est facta, potest destrui, in puncto æternitatis correspondente tempori imaginario, &c. neque efficacius vrget secunda instantia, esse inconueniens, Deum cogi vel per horam aliquid non posse destruere, ne dum per æternitatem, eadem enim responsione soluitur, ex suppositione nullum esse inconueniens. &c.

Arguitur quarto, ex eodem Aresio §. 3 *nunquam p*[illegible] &c. sequeretur, Deum nunquam posse illam creaturam destruere neque à parte post, hoc est absurdum, ergo. Minor patet. Sequela probatur; quia si creatura haberet durationem totam simul. per æternitatem, non posset illam destruere ex dictis, ergo neque post, quia tunc duratio non esset tota simul. Respondeo, durationem esse totam simul, nihil aliud importare, nisi secundum eandem omninò entitatem inuariatam durare nunc, & post, duratio enim, vt diximus, non distinguitur realiter a re durante, negatur igitur sequela, & ad probationem respondeo, eandem durationem totam simul coexistere successiuis partibus temporis, successiue ex parte temporis, ideò posse annichilari. Si autem esset tota simul, etiam quoad partes temporis, vtique si non posset per æternitatem, neque posset in tempore sequenti idem non [illegible] casus. 39

Arguitur quinto, ex eodem. In æternitate idem [illegible] creor creabar, & creatus sum, ergo si creatura [illegible] tur, non potest destrui, [illegible] eam non potest [illegible] est creata. Respondeo, dupliciter posse spectari æternitatem. Primo in se ipsa, vt omnibus [illegible] in hoc sensu procedit assumptum. Secundo [illegible] tempori, & tali pacto non sunt idem, ideo [illegible]

[illegible],quo poteſt dici creatum ſum, poteſt eſſe [illegible] ratione, & ſi creatio eſſet æterna, di[illegible] ratione à cõſeruatione,diceretur enim cõſer[illegible] conſideraretur coextitiſſe noſtro tempori; dice[illegible] ſi conſideraretur ipſa æternitas, in qua [illegible] præſens, vel futurum, qua etiam ra[illegible] ſemper dicitur gigni, & ſi ab æ[illegible].

392 Ar[illegible] ex auctoritate SS.PP.apud Malonium *in [illegible]. 7. quæſt.* [illegible] probabant verbum Dei non eſſe [illegible] contra Arium,quia erat coæternum Patri, er[illegible] poteſt eſſe æterna.

[illegible] æternitas eſt attributum Dei,& con[illegible]. Sed reſpondeo,cum D. Thoma [illegible] de æternitate ſimpliciter,nul[illegible] participata, qualis eſt [illegible] poteſt eſſe in creaturis,& de illa etiam [illegible],vel dicendum,Arium [illegible] Scriptura omnia eſſe creata in tempore, [illegible], verbum Diuinum non eſ[illegible] & ſi quando Patres dicunt [illegible] eſſe ab æterno,&c. ly *non potuiſſe*, [illegible] conueniens: non eſt nouus in Scri[illegible] modus loquendi, ſic Marci ſeptimo dicitur, quod Chriſtus non poterat in patria ſua virtutes illas fa[illegible] conuenien[illegible]. Præcipuas PP. aucto[illegible] expendit [illegible] *cap.* 3. hæc ſunt prin[illegible] concluſionem. Aliæ vi[illegible] auctores, maxime Scotum §. *contra* [illegible] §. *[illegible] tenentes au*[illegible].

[illegible] Concluſio. Res permanentes corruptibiles
393 [illegible] ab æterno. Cenſetur contra Durandum [illegible] *[illegible].46.art.2 Concluſ.2* & [illegible]
[illegible], ſed [illegible] corrumpi, [illegible], quæ [illegible] dicimus, ideo ſup[illegible] ab æterno creen[illegible], quod de[illegible] in ſua natura. Ad[illegible] corruptibili, [illegible] co[illegible] eundem [illegible] connaturale [illegible] ſubſiſtere; [illegible] eſſe connaturale [illegible] ſupernaturale, qui eſt connaturale [illegible] quod poſſit habere ſuas operationes [illegible], tamen probatur, quod ſit impoſſibile ſimpliciter. Vide Suarez *diſput. 2*[illegible] *in Metaphyſic.ſect.6.num.15.*

An Mundus potuerit eſſe ab æterno quoad rerum Generationes, & quoad res ſucceſſiuas. *Quæſtio Quinta.*

394 PRima Concluſio. Rerum Generationes eſſe non potuerunt ab æterno. Cenſetur contra Diuũ Thomam, *Opuſculo de æternitate Mundi. De potentia quæſt. 7. art.4. 1.part., & contra Gentiles locis citatis quæſtione præcedenti*. Verùm in Opuſculo circa principium potius nobis fauet §. *repugnaret autem*, quamuis poſtea in progreſſu videatur contrarium docere. Eſt etiam contra Gabrielem, Ochamum, & alios apud Ruuium *quæſt. 4.* & ex recentioribus contra Pererium *lib. 15. cap. 1. propoſitione 4.* & Conimbricenſ.*art.6. loci citati* quatenus contrarium probabile exiſtimant.

Probatur autem vnica ratione. Generationes animalium naturales requirunt conceptionem in fœminis, maturationem fetus, antequam edatur ſi[illegible], ſed hæc omnia in eodem inſtanti eſſe non poſſunt, & vnum ſupponit aliud, ergo habent prioritatem & poſterioritatem, ergo non potuerunt eſſe ab æterno. Vtraque præmiſſa experientia patet. Prima conſequentia ſequitur. Secunda eſt certa. eſſe enim ab æterno nullam dicit præceſſiſſe durationem, idem dic de generatione rerum inanimatarum, quæ non minus requirunt diſpoſitiones ſucceſſiuas, &c. Quare etſi Deus poſſet creare in eodem inſtanti infinitos homines; ad hoc tamen vt rerum generationes inciperent ab illis, neceſſe eſſet durare per æternitatem, quia rerum generatio eſt quid ſucceſſiuum, & hinc exiſtimo allucinatum etiam Hurtadum *diſp. 4. ſect.* .§.4. quatenus nobiſcum conueniens, exiſtimat tamen de potentia abſoluta non pugnare fœminam ſubito poſſe concipere, & parere, quomodo enim maturatio partus poteſt eſſe in inſtanti. Hoc ego non video, dicendum igitur quæcunque res eſſent ab æterno, eſſent per creationem, non naturalem generationem. Aliqua argumenta, quæ viderentur poſſe oppugnare hanc noſtram Concluſionem tamanent ſoluta reſponſione *quæſtione præcedenti in ſecundo argum. ad ſecundam ſequelam*,expendite illam.

Secunda Concluſio. Res ſucceſſiuæ non potuerunt eſſe ab æterno. Cenſetur contra D. Thom. *locis citatis. Concluſione præcedenti*, tamen 1.*parte artic. illo ſecundo, in fine*, videtur nobiſcum aſſentiri. Eſt contra Capreolum, Soncinnatem Ochamum, & alios ex Antiquis, & ex Recentioribus, apud Ruuium, *quæſt. tertia.* Eſt tamen conformis Durando, Soto, Toleto, & alijs apud Hurtadum *diſput.* 18. *ſect.* 3. quos ipſe ſequitur, & hanc defendunt omnes illi,qui nobis aduerſabantur *in quæſtione præcedenti.* 395

Probatur,vbi intercedit Prioritas, & Poſterioritas non poteſt eſſe æternitas, ſed quæcunque pars motus accipiatur diuiſibilis in alias infinitum, dicit prius & poſterius, ergo non poteſt eſſe vlla pars motus ab æterno, præmiſſa non indiget probatione.

Dicent,non poſſe aſſignari partem determinatam,quæ ſit prior,&c. ſed contra,quia hoc nihil iuuat. Primo, quia eò ipſo, quod dico *motum*, dico prius, & poſterius, ſed hæc pugnant cum æternitate, quia quod eſt poſterius duratione, non eſt ab æterno. Secundo ſignemus partem motus verſus æternitatem,vel illa pars ſignata eſt æterna, vel non. Si primum,ergo cum dicant plures partes, omnes ſimul eſſent contra naturam motus. Si non eſt æterna, quæram de alia parte ſignata verſus æternitatem, & ſic in infinitum, & cum nunquam poſſit dici, hæc pars eſt æterna, quia ſemper dicit prius,& poſterius, ſequitur motum non poſſe eſſe ab æterno.

Probatur ſecundo. Quidquid eſt ab æterno, cogitur per æternitatem durare, motus poteſt eſſe ab æterno, ergo per æternitatem durare deberet; ſed hoc eſt contra naturam motus, ergo. Probatur ſubſumpta minor. Eo ipſo quod eſt motus dicit plures partes cum ſucceſſione fluentes.

Confirmatur,quia res ab æterno non poteſt corrumpi, corruptio enim ſupponit eſſe rei, & rei æternæ per æternitatem durantis; ſed ſi motus eſſet ab æterno, ab æterno eſſet corruptio, ergo. Probatur minor. Motus eſt ab æterno, ergo plures partes ab æterno, quia non poſſumus dicere motum,& non dicere plures partes, ſed cum eſt ſecunda pars, corrupta eſt prima, ergo daretur corruptio ab æterno.

Omitto motum incipere per vltimum ſui non eſſe, & conſequenter ſupponere inſtans, quo poſſit dici, modo non eſt, ſtatim erit, quod cum æternitate pugnat; omitto hoc, & alias quam plures rationes efficaciſſimas :poſſunt videri apud Auctores citatos præcipue Durandum, Toletum & Areſium *locis quæ diximus quæſtione præcedenti*. Supereſt vt ſoluamus argumenta in contrarium.

Arguitur primo. Deus potuit in quocunque inſtanti mouere Cœlum, ergo etiam ab æterno. Reſpondeo diſtinguendo ly *potuit* potuit ex parte ſui ipſius concedo, quatenus eſt potentia infinita, potuit ex parte motus, diſtinguo in quocunque inſtanti *diuiſiuè*, concedo ſcilicet in priori,priori, &c. *collectiuè*, ſcilicet ita vt etiam in æternitate,nego. Quare, vt Deus produceret motum debuit expectare per æternitatem, nec aliter facere poterat,habita ratione ad naturam motus, ſicut etiam ſi eſſet creata intelligentia & Cœlum ab æterno, deberet per æternitatem quieſcere eadem ratione, quæ erit non priuatiua, quia tunc nulla eſſet aptitudo ad [illegible], ſed negatiua. 396

Arguitur secundo Tempus potest esse infinitum à parte post, ergo etiam a parte ante, ergo potest a Deo effici, quia potest, quidquid est possibile. Confirmatur, quia tempus imaginarium est æternum, ergo etiam reale, tale esse potuit; quia tempus imaginarium non est, nisi priuatio temporis realis. Ad argumentum negatur consequentia, quia æternitas temporis à parte post non dicit nisi vnum post aliud successiuè sine fine; ita vt cum posterius succedit, prius corrumpatur; at à parte ante importaret plures partes simul, vt diximus, quod repugnat enti successiuo; quare negatur secunda consequentia, eo enim modo solum Deus potest facere res, quomodo sunt possibiles, at tempus æternum à parte ante non est possibile. Ad Confirmationem negatur Antecedens, quia tempus imaginarium solum concipitur esse, cum potest esse tempus reale, & non est; ideò non potest nec ipsum concipi inceptum, nisi transacta duratione reali æterna, quia tunc solùm reale esse potest.

397 Arguitur tertio. Si Deus esset agens ex necessitate naturæ, motum fecisset ab æterno, ergo etiam nunc potuit, & si sit agens liberum; quia esse liberum non mutat naturam motus. Confirmatur, quia si Sol esset productus ab æterno, ab æterno illuminasset, ergo non est implicantia motum esse ab æterno. Ad argumentum negatur antecedens, non enim ex Deo prouenit, quòd non possit esse motus ab æterno, sed ex eius natura. Quæ per hoc non immutatur, quod Deus sit agens necessarium, vel liberum, verum quidem est, quod tunc videretur Deus indigere aliquo determinante, vt inciperet mouere, cum ab æterno non mouisset; sed non est mirum hæc, & alia absurda sequi, quia antecedens est omnino falsum, posse esse Deum, & agens ex necessitate naturæ. Ad Confirmationem respondeo, quòd fuisset illuminatio sine successione, quo modo non est contra nostram Conclusionem.

Arguitur quarto, ex auctoritate D.Thom. *omnibus locis citatis*, vbi dicit Mundum non esse æternum, esse articulum Fidei; non ergo potest ratione demonstrari, quia repugnet ab intrinseco, sed facilis responsio. Primo potest dici D.Tho. esse loquutum de Mundo, vt sic, in quo includantur res permanentes, quas non pugnat esse ab æterno, non potest demonstrari non fuisse ab æterno. Secundo respondeo, aliqua esse, de quibus potest haberi Fides, quia ita est à Deo affirmatum; & etiam scientia, quia per medium naturale in eorum cognitionem possumus deueniri, vt Deum esse; esse vnum, &c. & in hoc sensu tantùm est de fide, motum non fuisse ab æterno. De Primo Libro Satis.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES
In secundo de Cœlo.
SECVNDI LIBRI SVMMA.

Postquam Aristoteles primo Libro determinauit de Mundo, hic incipit determinare de Corporibus, quæ mouentur circulariter, & ad illius integritatem spectant. Diuiditur hic Liber in duas partes præcipuas. In prima vsque ad text. 72. (reliquorum autem) agit de ipsis corporibus circulariter motis. In secunda de Centro, scilicet Terra super quam circulariter mouentur. Prima pars subdiuiditur in alias duas, in prima vsque ad text. 41. (de vocatis autem astris) determinat de ipso Cœlo. In secunda de Stellis, quæ sunt in Cœlo; etiam illa prima pars de Cœlo adhuc subdiuiditur in alias duas partes. In prima quæ est vsque ad text. 33. (quoniam autem) agit de his quæ pertinent ad substantiam Cœli. In secunda de his, quæ pertinent ad motum. Pars etiam de Stellis subdiuiditur in alias duas. In prima vsque ad text. 60. (duabus autem dubitationibus) agit de natura, Motu, ordine, & Figura Stellarum. In secunda soluit quasdam dubitationes circa definita. Similiter secunda pars primæ diuisionis, in qua agitur de terra, vt centrum est, duas habet partes. In prima vsque ad text. 96. (nos autem dicamus) prosequitur aliorum opiniones de Loco, quiete, & figura terræ. In secunda de his omnibus determinat secundùm veritatem. Nos Vnico tractatu, qui erit de Cœlo hunc Librum percurremus tantum quoad quæstiones principaliores spectantes ad naturam ipsius Cœli.

Tractatus Vnicus. Qui est de Cœlo.

An Cœlum sit Compositum. Quæstio Prima.

398 Prima Sententia docet Cœlum non esse corpus compositum ex materia, & forma, sed corpus simplex, sensibilibus accidentibus affectum, ratione quorum dicitur materia, seu subiectum. Ita Auerroes, Simplicius, & alij ex antiquis; quos sequuntur Durandus *in 2. dist. 12. quæst. 1.* & Zabarella *de Natura Cœli cap.6.* Franciscus Piccolomineus *lib de Cœlo cap.10.* & alij, quam sententiam secundum Philosophos existimat veram Scotus *in 2. dist. 14. qu. 1. §. Respondeo.*

Secunda Sententia communior est, Cœlum esse compositum ex materia, & forma substantiali, est ferè omnium Sanctorum Patrum, & Theologorum, quod ideò Scotus *loco citato §. secundum Theologos*, dixit, Cœlum esse compositum. Est D. Thomæ, & Thomistarum 1. *parte quæst. 66. art. 2. & 1. de Cœlo lect.6.* D. Bonauenturæ, & aliorum: quos referunt, & sequuntur Suarez *in Met. disput 13 sect. 10.* Rubius *lib. 1. de Cœlo quæst. 4.* Conimbricenses *eodem loco quæst. 4. art. 2.* Hurtadus *disp. 1 sect. 1. de Natura Cœli.* Hanc eandem sententiam sequutus est etiam Doctissimus Tassinus *in suis quæstionibus quæstio 6.* pro qua sit.

Vnica Conclusio. Cœlum est compositum ex materia, & forma.

Probatur Primo Hæc conclusio a Conimbricensibus, & à Rubio auctoritate Aristotelis, verùm existimo non multum fidendum auctoritati Aristoteli, possunt enim omnes illudi distinctione, quam dat Zabarella *cap.8.* & ideò quidquid sit de Aristotele, quod forsan vtraque sententia in eius via sustineri potest, vt quidam dixerunt.

Probatur secundo ratione. Si Cœlum non est compositum ex materia & forma substantiali, non contineretur sub obiecto Philosophiæ naturalis, hoc est absurdum, ergo: absurditas patet, quia ad aliam scientiam non spectaret; tùm quia esset expressè contra Aristotelem, qui inter partes Philosophiæ naturalis primum Locum tribuit Libris de Cœlo, Sequela probatur, obiectum physicæ e dictis *Prolog. 2. in Lib. Physicor.* est corpus naturale dicens compositionem ex materia, & forma substantiali; omne igitur quod directè spectat ad hoc obiectum, debet esse ex materia, & forma, ergo vera sequela.

Confirmatur: quia alioquin esset assignandum pro obiecto Physicæ aliquis conceptus communis corpori composito, & simplici vniuocus, qui oppositus spiritui contrahat genus substantiæ per differentiam oppositam specificam; non potest autem facilè apparere, qui nam possit esse hic conceptus, non conceptus extensionis, hic enim est etiam in quantitate; non in accidentibus sensibilibus, hæc enim non spectant primariò ad obiectum Philosophiæ.

Confirmatur secundo, quia quæcunque ratio compositionis assignetur in Cœlo, si non est compositum, ratione eius sit species obiecti physicæ, etiam reperietur in ... per consequens ... poterat dici species ... cæ, quod tamen nemo concedit.

Probatur tertio. ratione ... ab ... non contemnenda; quò magis aliqua ...

materiæ, eò nobiliorem operationem sibi vendicat; si igitur Cœlum esset omnino seiunctum à materia, nobilissimam operationem sortiretur, quæ alia esse non posset, quam intelligere, est autem falsissimum Cœlos intelligere, ergo.

Confirmatur, quia Quantitas, Raritas, Densitas, Diaphaneitas, sunt accidentia consequentia materiã, sed reperiuntur in Cœlis, ergo & etiam materia.

Sed contra potest multis primo ex multis locis Aristotelis, [illegible] materiam in Cœlo, & confirmatur ex 12. *Metaph.* [illegible] Intelligentias dici carere materia, quia æternæ [illegible] Cœli per Aristotelem sunt æterni, carent materia.

Ad argumentum Respondeo, Aristotelem loquitum de [illegible] seu sublunarium, quæ non est in [illegible] *quæst. præcedenti*. Ad Confirmationem respondeo [illegible] carere materia, quia motores æterni, [illegible] 8. *Phys. text.* 81. virtutem finitam existen[illegible] non posse æterno tempore mouere, [illegible] mouendo moueretur, at Cœli [illegible] probari, intelligentias carere [illegible] virtutis infinitæ; quia ibidem ostendit [illegible] cuiusmodi videtur illa Angelorum [illegible] tempore infinito, non posse esse in magnitudine [illegible]. Lege aliam responsionem optimam [illegible] *contra Gentiles capite* 20. § *sed contra* [illegible].

400 Instabis secundo. Compositio ex materia, & forma [illegible] per [illegible] mutationem substantialem, hæc non reperitur in Cœlo, ergo nullum fundamentum ponendi [illegible] compositionem. Respondeo ex [illegible] [illegible] quæ ibi sunt [illegible] mutationes, propter quas [illegible] Conimbr. [illegible] *a primo*, neque sunt ex [illegible] [illegible] materiæ, sed [illegible].

Instabis tertio [illegible] Durandus, & [illegible] magis [illegible], est corruptibilis [illegible] habent materiam [illegible] potentia contradictionis [illegible] Aristotele [illegible] *Metaph. textu* 17. & 9. *text.* [illegible] principium [illegible] ab alio [illegible] transmutatio, nisi ab opposito [illegible] si Cœli habent materiam [illegible] materia [illegible] sub alia forma, vel saltem non sub illa, ergo [illegible]. Respondeo negando [illegible] [illegible] hoc esse verum de materia [illegible] de hac materia esse [illegible] Aristoteles [illegible] Cœli [illegible] per illam vnam formam, ita vt [illegible] appetat, nec video, cur debeamus Deo denegare potentiam hanc materiam ita creare, vt solam formam Cœli appetat, & per consequens si materia sublunarium non habet potentiam ad priuationem formæ possessæ, nisi per accidens, quatenus habet potẽtiam ad aliam formam [illegible] non potest, nisi expellendo possessam, [illegible] quæ nullam aliam formam appetit, nec etiam habet potentiam ad priuationem formæ Cœli, quod saltem intendit Scotus contra nos inferre, si negemus habere potentiam contradictionis ad formam contrariam. Lege Caietanum 1. *parte quæst.*66.*art.* 2. §. *ad euidentiam huius circa medium, & paulò infra de distinctione duplicis potentiæ passiuæ*.

Instatur quarto. Non est implicantia dari tale corpus simplex, ergo dicendum esse datum ad ornamentum vniuersi.

Negatur consequentia, non enim est vniuersum ita perfectum, quin perfectius fieri possit; neq; quod per hoc fecerit in eo, quod potest Deus de sui potentia. Alia argumenta faciliora sunt apud Hurtadum, possunt videri.

An Materia Cœli differat specie à materia Sublunarium. Quæstio Secunda.

401 PRima Sententia docet materiam Cœlorum, & Sublunarium esse eiusdem speciei, ita antiqui Philosophi ante Aristotelem, Trismegistus, Thales, Milesius, Plato, & alij quam plurimi; ex Modernioribus D. Bonauentura *in* 2.*dist.*12.*quæst.*1. Ochamus *quæst.*22. Ægidius *dist.*14. Scotus *in* 2. *loco citato quæst. præcedenti*, & alij apud Ruuium, *quæst.*6.*art.*1. & Hurtadum *disput citata sect.*2.§. 27. quam etiam admittit.

Secunda Sententia docet esse diuersę speciei Ita Diuus Thomas 1.*parte quæst.*66.*art.*2. Caietanus *ibid.* Alensis 2. *parte quæst.*44.*memb.* 2. Henricus, Richardus, Heruæus, Ferrariensis, Capreolus, & alij apud Conimbric. & Ruuiũ *locis citatis*, & Suarez *disp.*13.*sect.*11.*num.*24. quam innuit etiam Tassonus *lib. citato eodem quæsito.* pro qua sit

Vnica Conclusio. Materia Cęlorum, & Sublunarium differunt specie. Probatur primo auctoritate Aristotelis 1. *de Generatione cap.* 6. *text.* 43. vbi habet, ea in materia conuenire, quæ in se mutuo agunt, & transmutantur. idem repetit *tex.*53.& 54. sed clarius *tex.* 87. vbi habet, ea quæ eadem constãt materia, ea ipsa reciprocantur, & mutuo agunt; sed inter corpora Cęlestia, & sublunaria, non datur hæc mutua actio, ergo non sunt eiusdem materiæ, immò clariorem textum habet 8. *Metaph. cap.* 4. qui nullam patiatur tergiuersationem: *de Naturalibus autem, aut perpetuis substantijs alia ratio est, fortassis etenim quædam non habent materiam, aut non talem, sed solum quæ secundum Locum mobilis est.* Hæc Aristoteles, & idem habet 12. *Metaph. cap.*2. Quare nullum dubium secundùm Aristotelem Materiam Cęli differre specie à materia inferiorum.

Probatur secundo ratione. Si materia Cęlorum, & sublunarium esset eiusdem speciei, Cęli essent corruptibiles, hoc est falsum, ergo. Minor patet auctoritate pręcipuorum Doctorum, & perpetua permanentia eorum in tali statu per tot sæcula. Sequela probatur. Radix corruptionis est materia contradictionis, scilicet quæ potest plures habere formas, ergo si esset eadem materia, Cęli essent corruptibiles.

Respondent varijs responsionibus apud Conimbricen. *artic.* 2. §. *huic argumento*, sed responsio magis communis est; quia forma Cęli non habet contrarium, non habere potentiam ad alias formas, nisi remote, quia accidentia Cęli formaliter tales sunt, ne alia accidentia dispositiua ad aliam formam possint introduci, ideo Cęlos non esse corruptibiles, nisi remote.

Sed Contra, vel materiæ Cęli est essentiale recipere illam formam cum illis accidentibus, disponentibus ad formam inseparabiliter informantem, vel est ei accidentale. Si primum ergo materia Cęli differt specie à materia sublunarium, quæ sic non respicit formam. Si secundum ergo potest illa materia de Natura sua esse sub alia forma, ergo, & Cęli sunt de Natura sua corruptibiles. 402

Confirmatur, vel datur agens Naturale, quod possit hanc potentiam in materia Cęli reducere ad alias formas, vel non datur. Si datur; ergo naturaliter sunt corruptibiles. Si non datur, ergo neque illa potentia, quia omni potentiæ passiuæ naturali debet correspõdere naturalis actiua, & vt benè dicunt Conimbricenses, dedecet, vt natura tribuat talem appetitum materiæ Cęli, & tamen nullum det agens, quod possit hunc appetitum explere.

Confirmatur secundo, quia esto, non possit alia forma informare materiam Cęlorum, quia ratione accidentium non habentium contrarium non potest expelli, &c. saltem è materia ignis v. g. posset educi forma Cęlorum, sed hoc videtur falsum, ergo. Probatur sequela. Materia ignis est eiusdem speciei, ergo continet omnes formas, quæ in materia Cęlorum continentur, ergo possunt educi, saltem secundùm speciem, si enim est continentia naturalis, cur nõ agens Naturale hoc potens pręstare?

Probatur tertio, vel omnes materiæ sublunarium sunt eiusdem speciei, quia respiciunt formas in particulari; & hoc non; alioquin differrent specie, vt ipsæ formæ; vel quia respiciunt formam, vt sic, & hoc non; quia haberent potentiam naturalem etiam ad formas supernaturales, quod si dicatur specificari à forma naturali vt sic, ergo naturaliter omnes materiæ sublunarium [illegible] habere formas Cęlestes, & consequenter [illegible] agens naturale quod possit eas inducere. Remanet [illegible] specificentur, eò quòd respiciant formam vt sic [illegible] informantem, sed formæ Cęli non sunt [illegible] materia Cęlorum & sublunarium non sunt eiusdem speciei.

Confirmatur, quia nulla [illegible] materias specie distinctas, vt patebit ex [illegible] argumentis, & nullum habemus indicium esse eiusdem [illegible] ratione accidentium non habentium contrarium, vt [illegible] 403

-tur

tur etiam aduersarij, forma Cęli non potest mutari. Et in omnibus sublunaribus, quia materia appetit alias formas, dantur accidentia ad inuicem pugnantia, vt possit satiari hic appetitus, cur ergo dicendum esse eiusdem speciei?

Contra Instatur primo, vel materia sublunarium non potest recipere formam Cęlorum, quia perfectior, & hoc non, quia anima rationalis est perfectior; vel quia imperfectior, & hoc non, quia forma lapidis imperfectior, vel quia differunt specie, & hoc non, quia omnes sublunares differunt specie. ergo verè potest eam recipere. Respondeo, non posse eam recipere, quia est talis naturæ, vt respiciat formam inamissibiliter informantem, nec est similis de quantitate, quia materia non specificatur à quantitate.

Instatur secundo. Omnes formæ Cęlorum informant inamissibiliter, ergo essent eiusdem speciei, ergo in materia vnius Cęli alia forma cęlestis esse posset, ergo essent corruptibiles quod si sic, nullus est discursus factus de incorruptibilitate, ad tollendam vnitatem specificam materiæ Cęlorum, & sublunarium. Secundum me est argumentum principale, quod possint afferre aduersarij. Respondeo dando primam sequelam, negando secundam, quia eo ipso, quod illæ materiæ specificantur ex modo informandi inamissibiliter, sequitur necessario vt vna materia numero aliam formam haberi non possit; alioquin nō informaret inamissibiliter. Lege Suarez *loco citato num.* 24. aliter respondet Caietanus *loco citato §. ad euidentiam huius*, sed non placet. Tangunt etiam hanc difficultatem Conimbricenses *art.* 4. §. *nec satisfaciunt.*

Instatur tertio. In Cęlis sunt accidentia eiusdem rationis cum accidentibus sublunarium, ergo cur non materia? Confirmatur, quia Aristoteles tradit principia omnis corporis naturalis, ergo eadem materia in omnibus. Ad argumentum dato antecedente, negatur consequentia cum Rubio *cap.* 2. *quæst.* 9. *ad primum*, quia quantitas, & aliaquædam accidentia corporea, non consequuntur materiā inferiorum, vel cęlestem, vt differunt specie, sed naturam corpoream, vt sic, sicut sensibilitas respectu hominis, Leonis, &c. aliter respondet Pererius *lib.* 5. *cap.* 1. §. *ad* 3. Ad Confirmationem respondeo, Aristotelem egisse tantùm de principijs rerum naturalium, quæ generantur, & corrumpuntur, vt ipse fatetur *in* 1. *Phys tex.* 68. sunt tamen eadem cum principijs rerum incorruptibilium, sed per Analogiam, vide eundem Pererium *lib.* 1. *capit* 2. §. *cęterum dissoluamus*.

404 Instatur quarto *ex gen.* 1. vbi postquam Moyses recensuit prima die factum Cęlum, & terram, secunda recenset factum firmamentum, quod vocat Cęlum, vt diuideret aquas ab aquis, sed per Cęlum prima die factum multi Patres intelligunt Cęlum Empyreum, per firmamentum Cęlum æthereum, ergo Cęlum æthereum factū est ex aquis, ergo ex eadem materia. Respondeo primo ibi tantum dici factum firmamentum, quod diuideret aquas ab aquis, non autem ex eorum materia formatum esse; potuit enim Deus aliquod nouum corpus formare, quod hanc diuisionem prestaret; sicut nunc de facto potest diuidi aliqua aqua, per aliquod corpus præexistens, quod interponatur, ita tunc potuit per aliquod de nouo creatum.

Respondeo secundo alijs responsionibus, quas affert D. Thomas 1. *parte quæst.* 68. *art.* 1. *ad* 1. cum enim hic nihil sit de Fide, & PP. & Expositores in varios sensus diuisi sint, non est, cur, ex hoc moueamur ad contrariam sententiam. Alia argumenta, sed faciliora sunt apud Conimbricenses *art.* 1. & Perer. *lib.* 5. *locis citatis.*

An Cœli sint Solidi. Quæstio Tertia.

405 PRima Opinio affirmat Cęlos solidos, ita Aphrodisæus *in* 1. *Metheororum.* Conimb. 1. *de Cœlo cap.* 3. *quæst.* 1. *art.* 4. est Aristotelis 2. *de Cœlo à tex.* 43. *vsque ad* 52. videtur etiam Clauij *in ca.* 1. *sphera Ioannis de Sacrobosco* §. *de motibus orbium cęlestium in principio, quidam asserunt.*

Secunda Opinio dicit Cęlos fluidos. ita Peritissimi Astronomi huius temporis multis experimentis, si verum dicit Aresius 1. *de Generatione quæst.* 23. *sect.* 7. *in fine*, quos ipse sequitur, & esse sententiam multorum, & grauissimorum Patrum, & ipse *ibi*, & Hurtadus *disput.* 2. *sect.* 1. quasi innuit §. *in his casibus in fine* immo si tot S. Patres citati ab ipso *illa sectio.* [illegible] pluralitatem Cœlorum, & solùm admittentes pluralitatem Planetarum veraciter citantur, tenentur huic sententiæ subscribere, ne dantes vnum corpus solidum circum circa fornicatum, in cuius [illegible] moueantur corpora planetarum, vt ipse Hurtadus [illegible] dit §. 20. concederent vacuum inter partes eiusdem [illegible] omnino obstans ad recipiendos influxus in hæc inferiora; addo quòd perperam diceretur Cęlum vnum, quod vndique esset fornicatum circum circa, vt per gyrum possent planetę rotari, cur non dicantur tot Cęli? [illegible] etiam ego adhæreo.

Vnica Conclusio. Cęli sunt fluidi. Probatur primo auctoritate omnium auctorum, qui citantur ab Aresio, Hurtado, & experimentis, quæ ex Astrologis ipsi afferunt, sequitur etiam Tassonus, *lib. citato quæst.* 2. §. *mosso du* [illegible] postquam efficacissimis rationibus ostenderat Cęlum [illegible] posse esse solidum, nec tot Cęlos, quot planetæ.

Probatur secundo hoc vniuersalissimo axiomate, [illegible] sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed nulla necessitas ponendi octo, vel decem Cęlos, ergo non sunt ponendi; ergo Cęlum est fluidum. Hæc vltima consequentia probatur, quia si Cęlum sit solidum, incideremus in [illegible] da, in quæ diximus impingere Hurtadum. Minor probatur solutione argumentorum.

Arguunt primo. Implicat idem moueri motibus contrarijs, ergo dantur plures Cęli, ergo Cęli sunt solidi. Antecedens, & secunda consequentia patent, prima consequentia probatur. Planetæ mouentur ab ortu in occasum per motum, quem dicunt, raptum, item mouentur ab occasu ad ortum per motum proprium, ergo cum [illegible] nequeat moueri motibus contrarijs, datur primum mobile, quod secum rapiat Cęlos Planetarum ab Oriente in Occidentem, & dantur Cęli Planetarum, per quos [illegible] tæ moueantur naturaliter ab Occidente in Orientem [illegible]

Concesso antecedente negatur prima consequentia [illegible] probationem Respondeo cum Tassono *lib.* 2. *quæst.* [illegible] netas vnico tantùm motu moueri ab Oriente in Occidentem, quo per singulos dies totum gyrant vniuersum [illegible] tamen gyrum non terminant, vbi motum inchoauerunt, sed paulò infra verbi gratia in Sole (idem [illegible] de [illegible] initium motus solaris fuit in puncto *A* fixæ Eclipticæ [illegible] rat vniuersum, sed non recta terminando ad *A*, sed [illegible] spiram perficit, ideo videtur moueri motu contrario ab occasu ad ortum; & quoniam semper per [illegible] perficit gyrum paulò infra [illegible] quod non nisi post elapsum annum iterum [illegible] *A*, hæc de causa dicitur per singulos [illegible] motum naturalem peragere ab occasu in ortum; neque per hoc egreditur Eclypticam, seu signa Zodiaci, quia cum omnia astra in hac sententia moueantur, vt pisces in aqua, etiam Stellæ, quibus hæc signa conficiuntur, gyrant cum Sole. Quare nos non premimur difficultate, [illegible] idem moueatur motibus contrarijs, quod benè sequitur in sententia aduersariorum, si darentur illi duo motus, nec potest vllo modo vitari, vt latè probat Hurtadus §. 36. vsque ad 45.

Arguunt secundo *ex* 37. *cap. Iob*, vbi Cęli dicuntur solidissimi, & quasi *ære fusi*, sed Respondeo tales vocari [illegible] incorruptibilitatem, & perpetuitatem.

Arguunt tertio. Planetæ continuo diuiderent Cęlum, & consequenter corrumperent; sed negatur sequela [illegible] enim aer diuiditur; item materia prima, &c. & tamen non corrumpuntur, ita dicendum de Cęlis. per hæc

Patet primo ad illud argumentum huc remissum [illegible] *sicor. Tract.* 2. *quæst.* 4. nempè ad tollendum vacuum [illegible] vnum Cęlum, & aliud, nos non cogi ea fateri perfectè [illegible] sphærica.

Patet secundo. Non dari nisi triplex Cęlum, scilicet aereum, æthereum, & Empyreum. Primum sumitur [illegible] regione aeris, quæ etiam Cęlum solet vocari. Secundum sumitur pro corpore, vbi sunt omnes Stellæ, & Planetæ. Tertium pro sede Beatorum.

Confirmatur ex D. Paulo 1. *ad Corinth.* in qua di[illegible] raptum ad tertium Cęlum, & certè fuit raptum ad Empyreum, vt communis sententia Patrum [illegible] est etiam Ioannis Chrisostomi *hom* 4. *in gen.* vbi vehementer inuehitur contra ponentes tot Celos. D. Am[illegible] *mer. cap.* 2 & 3. D. [illegible] Theodo[illegible], & [illegible] sit D. Bonauentura *in* 2. *dist.* 14. *art.* 4. *quæst.* [illegible]

A qu

A quonam sit Motus Globorum Cœlestium. Quæstio Quarta.

408 PRima Sententia est Tassoni *in quæsitis citatis*, qui cum docuisset *lib. 1. quæsito 3. 5. & alibi*, causam motus esse calorem, & *quæsito 1. eiusdem lib.* hunc calorem esse tanquam formam naturalem globorum cęlestium incorruptibilem, fontem omnis caloris, qui in his inferioribus reperitur, quod etiam docet *lib. 3. quæsito 11.* consequenter docet *quæsito 1. 2. lib.* globos cęlestes moueri ab hoc calore eorum innata forma. Quæ sententia quasi innuitur à D. Bonauentura *in 2. dist. 14. quæst. 2. §. quidam enim dicūt*, & conuenit cum illa, quæ tradit Cœlos moueri à se ipsis apud Conimbricen. *2. de Cœlo ca. 5. quæst. 3. art. 2.* & Ruuium *cap. 2. quæst. 8.* quantum ad hoc, quod Cęli moueantur ab intrinseco.

Secunda Sententia docet globos Cœlestes moueri ab intelligentia, seu ab Angelo. Est communis tum Philosophorum tum Theologorum apud eosdem Conimbricen. & alios citatos, & Hurtadum *disp. 2. de Cœlorum proprietatibus §. 1.* immo D. Thomas *quæst. 6 de potentia art. 3. in corpore* vocat eam de fide, pariter D. Bonauentura *loco citato §. hæc positio* eam vocat ne dum communem Magistrorum in Philosophia, & Theologia, sed pietati fidei consonam. Ideò cum ipsa sit.

Vnica Conclusio. Globi Cęlestes mouentur ab intelligentijs. Multis rationibus probatur ab auctoribus citatis, quæ possunt videri, sed quoniam non multo negotio possent à Tassono, & alijs, immo de facto aliquæ solutæ sunt *lib. 2. quæsito 1 §. dunque si questo e vero*, & Clarius *quæsito* his rationibus omissis

Probatur primo Conclusio sic. Globi cęlestes mouentur motibus difformibus, ergo mouentur ad intelligentijs. Antecedens probatur. Si recta mouerentur, planetæ circulariter semper eandem viam conficerent vt Sol, qui nunquam recedit ab ecliptica, sed hoc Astronomi falsum deprehenderunt multis experimentis, vt de sydere Martis viso modo supra, modo infra Solem, & addit Durandus *in 2. dist. 14 quæst. 3. num. 6.* quod ideò dicuntur Planetæ modo in auge esse, scilicet maximè eleuati à terra, modo dicuntur in opposito augis, scilicet maxime propinqui terræ, quia non mouentur vniformi motu, ergo mouentur motibus difformibus.

409 Consequentia antecedentis probatur, quia huiusmodi motus solum conueniunt mouentibus per cognitionem: quod enim ... ueatur, & ... illuc, hic stat, & vlterius non progrediatur, & aliquando, eo mouetur. quò aliàs vice non sunt ... putæ naturæ, vnde dicebat Aristoteles *tex. 29. 8. Phys. allato quæst. 1. 18.* mouere se ipsum esse proprium vitæ, & nos de hoc genere motus exploratum ..., sed ipsi globi cęlestes non habent cognitionem; alioquin essent animati, quod est falsum, & erroneum, vt docet D. Bonauentura *loco citato §. responde dicendum*, nec mouentur ab homine, quia illic nullus homo posset existere, cum indigeat influxibus cęlestibus; nec posset mouere tempore infinito, vt docuit idem Aristoteles, *8. Phys.* nec rationabiliter dicendum moueri immediatè à Deo, cùm sic mundum ordinauerit, vt spiritum præfecerit omni corpori, vt docuit D. Augustinus *super gen. ad Lit. lib. 8. ca. 24.* ergo remanet facta inductione, vt moueantur ab intelligentijs. Est ratio efficacissima, quæ fuit etiam præuisa à Tassono *quæsito 1. citato in fine*, in quo postquam probauit motus Cœlorum esse à calore intrinseco addit: *se poi s'habbia da dare vn'intelligenza assistente, che moderi i suoi moti, come l'intelletto modera i moti dell'anima humana è dubio che ricerca disputa particolare.* Quibus verbis ostendit, quod motus varij Cœlorum transgrediantur limites mouentis sine cognitione.

Probatur secundo. Esto calor innatus moueret globos Cœlestes, non tamen moueret rotando circa totum vniuersum, ergo assignandum est agens extrinsecum, quod illos sic circumducat, ergo ab intelligentia. Hæc vltima consequentia patet ex dictis, prima etiam nō indiget probatione. Antecedens probatur ex ipso Tassono *quæsito 1. citato §. & a quelli che* calor mouet iuxta dispositionem, quæ est in corpore moto, sed corpus sphæricum cuiusmodi sunt globi cęlestes, non petit moueri, nisi sphæricè, vt ipse *ibidem* docet, videlicet in hoc sensu, rotando in se ipsum, vt rotæ, quæ in eodem loco, vt ipse met expressè fatetur cum Telesio de Sole, & cęteris globis sphæricis *quæsito 2.* excepta Luna, ergo motus circa totum vniuersum non erit à calore, esto calor habeat vim mouendi globos cęlestes.

Confirmatur. Post diem Iudicij Cœli debent quiescere, vt docet communis sententia, immo est conforme principijs ipsius Tassoni, si enim Cœli sunt facti propter aliud, & mouentur propter aliud, vt docuit *quæsito 5. citato* cum Telesio, consequenter amoto ly *aliud* deberent quiescere, ergo tunc quiescerent violenter, quia natura caloris innati peteret naturaliter illos mouere. 410

Sed Contra Instatur primo. Si motus Cęlorum est ab intelligentia, ergo est violentus, ex Aristotel. *3 Ethic ca. 1.*

Respondeo negando consequentiam, ad probationem Dico, sensum Aristotelis esse, tunc motum ab extrinseco procedentem esse violentum, quando fit cum resistentia passi, quod non accidit in Cęlo.

Instatur secundo ille motus non esset naturalis, nec formæ cęlestes essent naturæ. ex Aristotele *2. Phys.* Natura est principium motus eius, in quo est, &c. Respondeo negando assumptum, licet ille motus non sit naturalis respectu Angelorum mouentium, tamen est naturalis respectu globorum Cęlestium ratione principij passiui, quia scilicet mouentur ab Angelis, vt sunt apti moueri, & ideo etiam forma est natura, licet non vt principium actiuum respectu motus localis, forma enim non est solum Natura, vt actiua, quod alibi docuimus, sed etiam vt passiua. Vide Pererium *lib. 7. a cap. 6. vsque ad 11.* Addo etiam quod est natura respectu multorum accidentium sensibilium, quorum est principium actiuum, ratione quorum, & effectuum, quos in hæc inferiora medijs proprijs qualitatibus producit, non est dicenda otiosa, licet non sit principium effectiuum motus.

Instatur tertio. Cęli sunt perfectiores grauibus, & Leuibus, quæ per nos mouentur ab intrinseco, ergo etiam Cęli. Negatur consequentia, moueri enim ab intrinseco, non arguit perfectionem, sed indigentiam loci, ad quem fit motus, quæ indigentia, quia non adest in globis cęlestibus, ideò non mouentur ab intrinseco. Alia argumenta faciliora videri possunt apud Auctores.

Pro complemēto huius Tractatus quæri posset primo. An Cęlum, in quo mouentur Planetæ, & quod fluidum statuimus, sit mobile. Respondeo, esse mobile eo modo, quo est mobile corpus fluidum, intra quod quidquam ingreditur, & mouetur, scilicet quatenus aliquæ partes, dum cedunt corpori ingredienti, & quod per ipsas mouetur, etiam mouentur; non tamen est mobile, quatenus tota illa massa circum voluantur, vt dici solet de primo mobili, & hoc sufficit vt dici possit ens naturale; præcipuè cum etiam sit capax qualitatum, quas in hæc inferiora transmittunt Planetæ, sicut & aer; quod etiam concedit Tassonus *quæsito 2. lib. 2. §. mosso adunque.* immò contrarium nec intelligi potest, quomodo calor, & cęteri influxus cęlestium orbium in terras descendant, & in celo æthereo non recipiantur, vt benè aduertit idem Tassonus *eodem quæsito §. Aristotele disse.* Circa medium. 411

Quæri posset secundo. Si Cęlum est fluidum, quomodo Stellæ, & Planetæ illic retineri possint, & moueri nullo ligamine suspensi. Respondeo eodem modo, quo terra solo aere circumdata, detinetur, ne descendat, detineri Stellas, Planetas, & cęteros globos cęlestes, videlicet eorum natura; talis est ipsorum natura, illud Vanum est locus ipsorum, & ibi sistunt. Addo quòd maius est, terrām, quæ est simpliciter grauis, non descendere; quàm illos globos, qui sunt natura leues sursum sic detineri; Deus igitur, qui potuit talem naturam communicare elemento terræ, potuit etiam talem tribuere corporibus cęlestibus.

Vtrum Globi Cœlestes agant in Sublunaria per solam Lucem. Quæstio Quinta.

SVpponio tanquam certissimum, vt potè quotidianis experientijs comprobatum globos cęlestes in hæc inferiora agere, & influere sic per diuersum Solis accessum quatuor anni temporibus Mundus diuersum sortitur statum. Sic Lunatici in plenilunio maxime laborant, & ligna incisa in plenilunio carie inficiuntur. Et teste Plinio *lib. 2. cap. 4.* ad statum Lunæ ostrea, conchilia, conchæ omnes 412

nes crescunt, vel decrescunt. Sic sympatia cernitur inter Stellam polarem, & magnetem, sic ferè nunquam viuit fœtus octimestris, quia in illum tunc dicitur prędominari Saturnus sydus malignum. Hac de causa Galenus *in 3. de Diebus criticis* Medicos docuit, vt in morbis curãdis maximè aduertant astrorum, & syderum aspectus, maximè Lunæ, scilicet propter varios illorum influxus, & prędominia in corpora animalium; ideo hanc veritatem nobis tradiderunt omnes Philosophi, & Astronomi, quos ad satietatem videas apud Conimbricens. *2. de Cœlo cap. 3. qu. 1. art. 2.* pręcipuè in schola Aristotelis habemus illud axioma ex *2. Phys. tex. 2.* adeò tritum, *Sol, & homo hominem generant.* Hoc supposito, quod quæritur est, an astra agant in hæc inferiora per solam lucem, an per aliquid aliud. de quo sit.

Vnica Conclusio. Sydera, & Stellæ, quæ agunt in hæc inferiora, non agunt per solam lucem. est contra Zabarellum *de calore cęlesti cap. 9.* Piccolomineum *de Cœlo ca. 39.* Ioannem Picum Mirandulanum *lib. 3. in Astrologiam c. 5. & 6.* & alios. Est tamen cum D. Thoma *2. Cœli lect. 10. & quodlib. 6 art. 19.* Item *3. contra Gentil. ca. 84.* & alijs apud Conimbricenses *loco citato, qu. 5.* & Auersam *qu. 35 sect. 7.*

413 Probatur primo. Effectus, quos causant corpora Cœlestia, sunt multi, varij, & aliquãdo oppositi, ergo nequeũt influere per solam lucem. Antecedens suppono ex doctrina Astronomorum, qui Lunæ adscribunt humiditatem, Saturno frigiditatem, & siccitatem, Ioui temperiem. Marti ardorem. Soli calorem, Veneri, & Mercurio etiam calorem, sed moderatum. pręter alios effectus, quos continuè è Cœlis experimur. Consequentia probatur, tum quia omnis lux est eiusdem rationis, quidquid dicant aliqui sine fundamento apud D. Thomam *qu. vnica de creaturis spiritualibus art. ad 12.* & tamen multa sunt corpora lucida, quæ nullum ex predictis effectibus producunt, vt patet in gemmis, oculis felis, fungis, piscium; squammis, & his similibus; tum quia omnia astra deberent eosdem effectus producere, quia omnia lucem participant; tum quia cum lux sit accidens nequit virtualiter tot effectus varios & oppositos continere, quorum continentia vix concedi ipsi substantiæ, tum quia ab influxibus Cœlorum multæ substantiæ gignuntur, & in nostra sententia *in Physic.* accidens non est potens producere substantiam. Quare ex hac ratione corruit quod docet Picus citatus, scilicet, quòd calor productus a luce cęlesti possit omnes effectus producere, quos Cęli producunt, & quòd docet Piccolomineus, scilicet eandem lucem, vt sit instrumentum diuersorum astrorum, posse illam varietatem effectuum producere. Etenim cum omnis calor sit eiusdem speciei, & omnia lumina astrorum etiam sint accidentia, militat nostra ratio; neq; ex eo quòd sint accidentia huius, vel illius substantię diuersa possunt pręstare, dum perseuerant eiusdem rationis, nisi cum illis concurrat etiam substantia ipsa. Egimus hoc in physicis.

414 Probatur secundo. Corpora cęlestia multa operantur in hæc inferiora, quando parum, aut nullum ad illa iaculantur lumen, ergo non operantur per solam lucem. Consequentia patet, quia nequit causa operari, quando non est. Antecedens patet experientijs. Fluxus, & refluxus Oceani adscribuntur Lunæ, & tamen sunt etiam non apparente Luna in nostro Emisphærio. Item quando Luna patitur Eclipsim, minus illuminat terram, & tamen tunc dicitur potissimum agere in hæc inferiora, & in morbis maiorem habet vim, & censentur dies critici, & periculosi à medicis. Item nulla existente luce magnes attrahitur à Stella polari, ergo in his, & similibus casibus astra nõ agũt per lucem. Licet igitur concedendo lucem corporum cęlestium esse diuersæ speciei, posset saluari continentia virtualis omnium effectuum, quos causat in hæc inferiora (in quo non multum laborarem) & posset admitti sententia Mirandulani, & Piccolominei, dato tamen quòd Astra habeant suos influxus, etiam quando nullam emittunt lucem ad terras quod experientia probant Astronomi, nullo pacto potest illa sententia sustineri. Quare secundum me hæc ratio est insolubilis, & propter hanc tantùm huic sententiæ adhæreo.

Sed Contra Instatur primo. In corporibus celestibus sensus aliud non percipit pręter lucem, & motum, ergo per hæc tantum agunt. Confirmatur, quia nec Aristoteles aliud agnouit. Ad argumentum respondeo, negando consequentiam, quia non ea tantùm concedenda, quæ sensu percipiuntur, sed etiam multa, quæ ex sensu perceptis necessario Intellectus deducit suo discursu, & speculatione, sic in casu nostro, cum multos Cœlorum effectus experimur, qui nequeunt esse à luce propter rationes allatas, necesse est dicere, quod non agant tantùm per motum, & lucem. Ad Confirmationem respondeo, esse satis, quod deducatur ex ijs, quæ idem Aristoteles tradit, & si expressè hoc non dicat. pręterquàm quod Amicus Aristotel. magis amica veritas, maximè quando suffragatur experientia.

Instatur secundo. Luna prout magis, vel minus à Sole illuminatur, etiam varia apparet in suis effectibus, ergo agit solo lumine. Respondeo negando consequentiam, sed prouenit, quia tunc diuersum habet aspectum, & proportionem, & propter diuersas congressiones ad inuicem astra diuersam exercent causalitatem. Addo tamen quod & si concederem etiam ex lumine prouenire diuersos Lunæ effectus, non per hoc tamen sequitur, quod solo lumine agat: quod intendunt aduersarij.

Instatur tertio. Astra maximè distant à terra, ergo nequeunt operari per se ipsa. Respondeo negando consequentiam, non enim est necesse, quod agens sit indistans supposito a passo, sed tantum virtute, vt diximus in Physicis. Addo quod si hæc ratio valeret, nequirent astra in sententia aduersariorum in visceribus terræ producere effectus, quos secundum omnes producunt, eo enim non peruenire nec calor, nec lumen astrorum, & Cœlorum, ergo propter distantiam ibi non operarentur. Sicut ergo in sententia aduersariorum non obstat distantia, quia astra ibi agant per lumen, nec in mea obstabit, quin agant per se ipsa, & si distent supposito.

Instatur quarto. Lux Planetarum, & Astrorum producit calorem, quòd ideo teste Aristotele *4. de partibus animalium cap. 5.* noctes plenilunij sunt calidiores propter maius lumen Lunæ, ergo potest producere etiam cæteros effectus.

Respondeo quidquid sit de antecedente, quod multi negant, precipuè Tassonus *li. [illegible] quæsito 1.* quia, vt diximus, multa corpora Lucida inueniuntur, quæ non calefaciunt, negatur consequentia propter rationes allatas in probatione Conclusionis.

Instatur quinto. Si astra habent [illegible] non tantùm per motum, & lucem, [illegible] tus Celorum possunt influere, contra [illegible] tiam Philosophorum. Respondeo concedendo [illegible] non enim per motum agunt celestia corpora tanquam principium *Quo*, sed solum quatenus per ipsum astra constituuntur in diuersis partibus, vt possint omnibus communicare suos influxus. Quare cessante motu Cœlorum, cessarent omnes motus, sed tantum cessaret vicissitudo, & successio generationum, & corruptionum, vbi propter defectum motus, non applicarentur astrorum influxus illa necessarij.

Quare motus Cœli est tantùm conditio sine qua [illegible] astra agunt hic, vel illic sicut est conditio sine qua [illegible] approximatio agentis ad passum. Vide Conimbricenses *loco citato, quæst. 4.* & Auersam *quæst. 35. sect. 6.* Quare si Aristoteles, & boni Philosophi dixerunt motum Cœli necessarium ad actionem causarum sublunarium, non sunt loquuti simpliciter, sed quatenus per motum Cœlorum circumiens mundum omnibus terræ partibus donat [illegible] influxus, à quibus causæ sublunares pendent in causando. De cętero possent influere sine motu, & vbi reciperent influxus, esse possent motus, & generationes. ex dictis.

Deducitur Corpora cęlestia agerę in hæc inferiora per varias, & occultas virtutes, & influentias; & non tantùm per lucem, quæ nihil aliud sunt, quam ipsæmet astra, & sydera, quatenus virtualiter habent, vt tales effectus possint causare. & dicuntur occultæ, quia non sunt sensibiles [illegible] motus, & lux eorundem, sed solum ex effectibus dignoscuntur.

Quæres quibusnam corporibus cęlestibus conueniant prędictæ influentiæ. Respondeo de omnibus syderibus, & planetis certum esse, apud omnes, quod [illegible] inferiora. In [illegible] planetis varius, & [illegible] motus [illegible] & multæ eorum congressiones, & aspectus, [illegible] rij causant ut effectus. In Stellis, quæ dicuntur fixæ [illegible] latus earum status etiam hoc ostendit, pręter [illegible]

ipsis quoque ex diuerso aspectu ad solem, aliqui peculiares effectus adscribuntur ab Astronomis. De Cœlo verò, in quibus astra existunt communiter existimant aliud munus non exercere, quam planetas, & Stellas deferre, quia si haberent aliquem influxum, cùm sint homogenei, in omnes partes terræ eosdem effectus producerent. Et si hæc militat in sententia illorum, qui Celos faciunt solidos, multo magis in nostra, qui vnicum diximus, & fluidum. Solum videtur aliqua controuersia de Cœlo Empyreo, an habeat aliquem influxum. De quo aliqui affirmant cum D. Thoma *quodlib. 6. art. 1*, aliqui negant cum Alensi *2. parte quæst. 4. membro 1.* Verum nullus ipsorum firmat propriam sententiam ratione alicuius momenti, vt est videre apud Conimbric. *quæst. 2.* & diffusius apud Auersam *quæst. citata sect. 5.* quare cum nulla sit implicantia dari Cælum Empyreum, quod habeat aliquem influxum in hæc inferiora, licet nobis occultum & ex alio capite, quia huiusmodi Cœlum est à Deo fabricatum pro Regia Beatorum, nullum absurdum sequitur, si quis dicat nullum habere influxum. Ideo D. Bonauentura *in 2. dist. 2. art. 3. quæst. 2. mem. 4.* hæc omnia expendens, vtranque sententiam existimat probabilem, & ego cum illo; magis tamen adhæreo negatiuæ, cum nullam videam necessitatem prædicti influxus, & alioquin ad sedem Beatorum citra controuersiam sit ordinatum. Plura apud D. Thom. Bonauenturam, Hurtadum, & Auersa.

Quid possint Celestes Influxus in Homine.
Quæstio Sexta.

418 De Celestibus influxibus loquendo in ordine ad Hominem, certò est apud omnes Philosophos, & Theologos corpora humana subiacere Cœlorum influentijs: quia enim sunt materialia pendent à causis superioribus, ideo medici maximè in morbis Celos, & sydera considerant, & eorum aspectus ad medicamina adhibenda. De hoc nulla est dubium. Tota difficultas est in ordine ad animam, an scilicet in animam vim habeant celestia corpora influendi. De quo

Prima Conclusio. Celi in animam nequeunt quidquam agere in directè, & secundariò. Est D. Thomæ, Hurtadi, Conimbric. Auersæ, & esse debet omnium Catholicorum. explicatur, & probatur simul. Agens materiale, & corporeum nequit operari directè in rem spiritualem propter eius nobilitatem, & improportionem, potest tamen operari in rebus materialibus, quæ res spiritualis aliquo pacto vtitur in suis operationibus, quo casu dicetur agere in rem spiritualem indirectè, & secundariò, quatenus directè, & per se agendo in materiale, & corporeum, illud reddit magis, vel minus aptum ad inseruiendum operationibus rei spiritualis. Hoc accidit in influentijs Celorum respectu animæ, anima enim in se ipsa, & in suis potentijs est purè spiritualis ergo nequit in illam influere Celum agēs corporeum, & materiale, attamē pro hoc statu nequit anima operari nisi dependenter à corpore, & potentijs organicis, vt dictum est *lib. de Anima*, & quo organa sunt perfectiora etiam perfectiores elicit suas operationes, at organa, & corpus pendent a syderum influentijs, ergo secundariò, & indirectè operantur in animā, quatenus operādo in corpus, & organa, sunt in causa, quòd anima benè, aut malè eliciat suas operationes, ergo vera Conclusio.

419 Secunda Conclusio. Corpora Celestia nullo pacto impellunt voluntatem ad aliquid operandum. Hæc Conclusio est de fide, ex omnibus locis Sacræ Scripturæ, & Conciliorum. Quibus definitur hominem in quacunque circumstantia semper esse liberum. Ratio etiam suffragatur, quia operari liberè, & operari ex impulsu alterius opponuntur, ergo si homo operatur liberè, non impellitur ab astrorum influentijs.

Confirmatur, sic tolleretur omnis ratio meriti, & demeriti, quæ consequitur tantùm actus liberos omnimoda libertate. Quare licet dispositio corporis multùm iuuet ad operationes animæ, quia facilius iram moderabitur ille, cuius temperamentum in melancholia præualet, quam ille, cuius præualentia est exuperantia sanguinis, tamen existente quocunq; humorum prędominio, voluntas potest semper passionibus resistere, & vti sua libertate. Satis vulgare est illud Ptolomæi. *Sapiens dominabitur astris.*

Tertia Conclusio. Corpora Celestia aliquo modo inclinant hominis voluntatem ad operandum. Explicatur, & probatur simul. Dupliciter potest intelligi, quod sydera inclinent voluntatem liberam ad operandum. Primo in speciali, in hac die, in hac circunstantia, in hac actione. Secundo in generali, eo quia in prima sui formatione ex Celorum influxibus sit homo sortitus tale temperamentum, quod sit pronus ad iram, ad pietatem, ad lacrymas, & cetera huiusmodi. Quando igitur dicit nostra Conclusio. quòd Celi inclinant voluntatem hominis ad operandum. Secundo modo est intelligendum; primo enim modo est impossibile, tùm quia potest illud temperamentum processu temporis, ex recto, vel peruerso modo viuendi mutari in melius, vel in peius; tùm quia inclinatio actualis nequit esse sine influxu actuali, & speciali, & non semper seruatur in Celis idem syderum aspectus pro toto vitæ tempore, qui fuit in prima hominis formatione, &c. ergo nequeunt astra inclinare in particulari. ex his omnibus

Deducitur primo. Non posse Astrologos ex syderum obseruatione certo præsagire ea, quæ pendet a libera hominum voluntate, quia semper remanet libera posita quacunque syderum congressione; & multoties ex varijs, & fortuitis euentibus, qui cum syderibus nullam dicunt connexionem, se determinat ad operandum. Quod ideo fere ab omnibus Theologis, & Sanioribus Philosophis prędicta ars præsagiendi stultitiæ carpitur, & a Iure Ciuili, & Canonico, à pluribus Concilijs, & à Summis Pontificibus interdicitur, præcipuè a Sixto Quinto, cuius constitutionem innouauit Summus Pontifex Vrbanus Octauus, *Sua Const. quæ incipit Inscrutabilis iudiciorum.* neque prædicere ea tantùm probabiliter, quia cum sydera non inclinent nisi in Generali, quæ inclinatio reddi potest frustratoria ex multis alijs causis particularibus, quas per syderū aspectum Astrologi nequeunt cognoscere, non est, cur possint huiusmodi euentus præsagire. Quæ omnia facilè conuincunt easdem prædictiones, quæ ferè nunquam adimplentur. Quod animaduertens D. Ambrosius *4. Exam. cap. 4.* nos admonet de Astrologis hæc dicere. *Telam araneæ texunt, quæ nec vsum aliquem potest habere, nec vincula, nisi tu, quasi culex, aut musca lapsu tuæ infirmitatis incurras.* Harum prædictionum vanitatem hoc vno exemplo comprobat D. Gregorius *Homil. 10.* quod Astrologi dicunt, natos sub Aquario futuros piscatores, & tamen suo tempore in Getulia nullus vnquam fuerat piscator; & tamen multi nati erant sub illo signo præterquàm quòd nulla ratio potest assignari, cur potius constellatio, quæ reperitur tempore, quo infans natus, quàm quæ puncto conceptionis, aut tempore, quo in vtero matris detinetur sit obseruanda ad totam seriem vitæ alicuius prædicendam. 420

Deducitur secundo. Non posse Astrologos ex syderum obseruatione neq; certo præsagire, quæ spectant ad complexionem futuram, ad morbos, sanitates, & cetera huiusmodi, quæ directè spectant ad corpora humana. Ratio est, quia hæc omnia non dependent à sola constellatione, quæ habetur tempore natiuitatis, sed etiam à constellatione futura, & pluribus alijs causis, quarum applicatio multoties dependet à libera hominum voluntate, non ab influentijs Cœlorum, & si in prædicendis pluuijs, terremotibus, tempestate, & alijs, quæ potissimùm videntur dependere ab Astris, adeò falluntur, quod in aliqua vna Ephemeride vix semel veritatem attingant, quomodo vera prędicent in ijs, quæ à tot causis pendent, quarum multas non agnoscunt? Vide quæ de his contra Astrologos dicat acutissimè Ioannes Picus *lib. 2. cap. 9.* 421

Deducitur tertio. Neq; Demones, aut Angelos posse predicta presagire, saltem quæ pendent ex liberà hominis voluntate, quia neq; ipsi vident futuros euentus liberos, quamuis de ijs, quæ à solis causis naturalibus, & syderum constellationibus pendent, possint vera presagire, quia omnia naturalia cognoscunt. Quod verò Demonum prędictiones etiam de rebus futuris liberis verificentur aliquando, prouenit casu, sicut in Astrologis; aliquando, quia predicunt talibus verborum ambagibus, vt quidquid tandem eueniat, dicatur fuisse prędictum, quod multoties accidit in Astrologis: vel etiam teste Diuo Augustino *2. de Gen. ad Lit. cap. 17. & 2. ad Simpl. quæst. 3.* & D. Thoma *2. secundæ quæst. 172. art. 6.* qui aliquando medijs Angelis, Sanctis, Deus etiam Dæmoni aliqua vera reuelat ex occulto suæ diuinæ sapientiæ.

Deducitur quarto Cœlos, & sydera nullam habere vim

vim in Angelos, aut Demones, si enim non habent in animam, quia spiritualis, multo minus in Angelos, & Dæmones, qui magis à materia sunt secreti.

Neque obstat quòd in arreptitijs videantur Demones aliquando certis Lunæ temporibus illos magis vexare; hoc enim prouenit, quia tunc illorum sensus propter Lunæ influxus sunt magis apti ad ea, quæ dæmon in illis vult operari, non quia Luna aliquid in Demones possit. Vide D.Thom. 1. *parte quæst.* 115. *art.* 5. qui hanc Doctrinam adæquatè versat. Hæc sufficiant de Cœlis, & Astris, non enim Astronomiam profitemur.

TERTII, ET QVARTI LIBRI De Cœlo.

S V M M A.

POstquam Aristoteles in precedenti Libro disseruit de Natura Cœlorum, Astrorum, &c. in tertio incipit agere de Elementis, vt partes sunt vniuersi, & diuiditur in tres partes. In prima vsque ad text. secundũ (prius quidem) præmittit breue proœmium dicendorum. In secunda, quæ est vsque ad text. 29. (quod autem neque) inquirit de Generatione, & motu corporum naturalium, an sit. In tertia quorum, & quomodo sit. Sed illa secunda diuiditur in alias duas. in prima vsque ad text. 18. (quod autem necessarium) procedit secundùm opiniones antiquorum. In secunda, vt melius veritas pateat, inquirit, an corpora naturalia habeant motus naturales. Pariter tertia pars in alias duas diuiditur. In prima quæ est vsque ad tex. 52. (considerandum est autem) inquirit de numero Elementorum. In secunda du[illegible], an Elementa generationem subeant, quomodo, &c. Quo pacto. In quarto Libro agit de eisdem Elementis, quatenus [illegible]uia, & Leuia, & diuiditur in duas partes præcipuas. In prima vsque ad tex. 21. (nos autem) disquirit de Natura gr[illegible]uium, & Leuium, & aliorum opiniones affert, quas confutat. In secunda propriam sententiam explicat, & prosequitur eandem tractationem. Nobis circa hos Libros nihil dicendum occurrit, quædam enim scitu necessaria, de quibus in illis [illegible]tur, discutientur in Libro de Generatione anno futuro, quare hic sistamus, & hæc Summa sit complementum secundi anni Philosophici Cursus, in quo quidquid diximus, & discussimus, Dei, & B. Virginis auxilio dictum, & discussum fatemur ad ipsorum gloriam, & totius cœlestis Hierusalem, Amen.



INDEX



INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM RERVM,

QVÆ IN HOC SECVNDO ANNO CONTINENTVR.

Numerus productus est Marginalis.

C

CASVS.

CAVSA.

CAVSALITAS.

CHRISTVS.

COELVM.

COGNITIO, COGNITVM.

COMPOSITVM.

Partes,

E

EDVCTIO.

EFFICERE, EFFECTVS.

ELEMENTVM.

ENERGVMENVS.

ENS, ENTITAS, ESSE.

ESSENTIA, ESSENTIALE.

EXISTERE, EXISTENTIA.

F

FATVM.

FIERI.

FINIS.

Etiam

LA-

Mate-

MIRACVLVM.

MOBILE.

MODVS.

MOTIO.

MOTVS.

M V N D V S.

M V T A T I O.

NA-

N

NATVRA, NATVRALE.

NIHILVM.

NOTVM.

NVMERVS.

O

OBIECTVM.

OPERARI.

OPPOSITIO, OPPOSITA.

P

PARTES.

PECCATVM.

PHYSICA, PHYSICVS.

PHILOSOPHIA.

PLANETA.

S

T

TO-

EXPLICIT INDEX SECVNDI ANNI CVRSVS PHILOSOPHICI.

FINIS.

IOANNIS MORANDI VERONENSIS

Clerici Regularis Sacræ Theolog. Profeſſ.

CVRSVS PHILOSOPHICI

ANNVS TERTIVS.

HOC EST TRACTATVS, ET QVAESTIONES In Libros Ariſtotelis, De Generatione, & Corrùptione,

DE ANIMA, ET METAPHYSICA,

In quibus eadem facilitate, & breuitate methodi, ſicut in præcedentibus annis omnia pertractantur, quæ ex illis libris diſputari ſolent vtilia ad Philoſophiam, vel Theologiam.



VENETIIS, Apud Guerilios. MDCXLVII.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.



INDEX TRACTATVVM, ET QVÆSTIONVM,

QVÆ IN HOC TERTIO ANNO CONTINENTVR,

Numerus indicat Paginam.

IN PRIMVM DE GENERAT. ET CORRVPT.

TRACTATVS PRIMVS.

De Generatione, & Corruptione.

TRACTATVS SECVNDVS

De Alteratione.

TRACTATVS TERTIVS

De actione, & passione.

IN II. DE GENERAT. ET CORRVPT.

TRACTATVS PRIMVS

De Elementis.

TRACTATVS SECVNDVS

De Mixtione.

IN PRIMVM, ET II. DE ANIMA.

TRACTATVS PRIMVS

De Anima in communi.

TRACTATVS SECVNDVS

De anima vegetatiua.

TRACTATVS TERTIVS

De Anima sensitiua.

IN TERTIVM DE ANIMA.

TRACTATVS VNICVS

De Anima intellectiua.

QVÆSTIONES METAPHYSICÆ.

F I N I S.

Errores, qui in hoc tertio anno irrepserunt cum suis correctionibus.

Er.	Cor.	Er.	Cor.
introducit n. 12.	introducitur	auctoritate.n. 371	auctoritas
vnica.n.17	vltima	terminaret. n.273	terminet
remanerent.n.17.	remanent	audiles.n.294	audibiles
præterquam quòd est.n.37	præterquam quod, quod est	excidit n. 306	excedit
ad alium.n.42	ad aliud	susn.312	sen[illegible]s
intentant.n 42	intendant	præteritis n.316	præteritò
citatis.n.44	citatos	sensibus n. 323	sensibus
statim supra vas.n. 74	statim posita supra vas	representatiuum n.336	representatiuo
in intentione n.78	in extensione	produntur n.338	producuntur
moueri.n.86	morari.	tractationem n.338	attractionem
naturæ.n.106	natura	possibilis n. 339	passibilis
octauo.n.110	octo	possibilis n.341	passibilis
octauo.n.110	octo	imperfectus n.349	magis imperfectus
oculis.n.156	oculi	sensitiua n. 374	sensitiuas
informetur.n. 161	informentur	doctorum n. 375	doctores
comitanter.n.162	concomitantes	implicitè n.386	explicitè
platæ n.174	plantæ	afficit n. 391	officit
Aristotelem.n.183	Aristotele	inuolaui n.392	inuolui
tum. n.184	cum	ad substantiam n.394	à substantia
malori n.221	maioris	singulare n.400	singularem
equorum n.244	quorum	producitur n.418	producit
communi. n.267	communis	Dominum n.427	Diuinum



IOANNIS MORANDI VERONENSIS CLERICI REGVLARIS.

Tractatus, & Quæstiones in Libros Aristotelis de Generatione, & Corruptione.

PROOEMIVM.

Postquam in Libris Physicorum egit Aristoteles de Corpore Naturali in communi, incæpit applicare particularibus materijs, ideò in Libris de Cœlo disseruit de prima illius specie scilicet de corpore naturali simplici, vt notauimus in Procemio illorum Librorum, nunc aggredi deberet tractationem de Corporibus Naturalibus mixtis, et quoniam omnibus mixtis commune est generari, & corrumpi, & cęterę affectiones, quæ ad generationem, & corruptionem necessariæ sunt, ideo post Libros de Cęlo instituit duos pręsentes Libros de Generatione, & corruptione, in quorum primo disputat de ipsa Generatione, & Corruptione, & cęteris ad ipsas spectantibus in communi, seu de corpore mixto vt sic. In secundo de ipsis Elementis, quatenus Generationis, & Corruptionis, seu corporis mixti principia sunt; vt deinde ad ipsius species in particulari descendat in sequentibus Libris, quod optimè Notauit Zabarella *de naturalis scientiæ constitutione cap.* 21. & nos etiam alibi innuimus ex Themistio. Quapropter si in hoc nostro Philosophico cursu methodicè procedere volumus, & pręteritum annum expensis Libris de Cęlo clausimus, hunc pręsentem non possumus non auspicari à Libris de Generatione, & Corruptione.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES In primum de Generatione, & Corruptione.

PRIMI LIBRI SVMMA.

Igitur in Libris de Generatione agit Aristoteles de corpore mixto vt sic, quatenus generabile. Diuiditur hic primus Liber in duas partes principaliores. In prima quæ est vsque ad text. 43. (quoniam autem) versatur circa naturam generationis, & ipsam consequentium. In secunda agit de mixtione. Prima pars diuiditur in tres alias partes, in prima vsque ad text. 23. (de generatione autem) agit de Generatione, primo secundum opinionem aliorum, postea secundùm proprium. In secunda vsque ad tex. 25. (de Augmentatione reliquum est) disputat de alteratione, & ipsius differentia à generatione. In tertia vero de Augmentatione, & diminutione. Secunda etiam pars primæ diuisionis duas habet partes. In prima vsque ad text. 83. (restat vt) agit de actione, & reactione, & quibusdam ad ipsas necessarijs, an scilicet agens, & Patiens debeat esse simul, &c. In secunda verò differit de mixtione, propter quam primo egerat de actione, & Passione. Nos tribus tractatibus hunc Librum examinabimus. Primus erit de Generatione, & Corruptione. Secundus de Alteratione. Tertius de Actione, & Passione, remisso tractatu de Augmentatione ad Libros de Anima, & tract. de mixtione, ad finem secundi Libri.

Tractatus Primus. Qui est de Generatione, & Corruptione.

An detur Generatio. Quæstio Prima.

Pro tituli intelligentia notádum, Generationem multipliciter solere vsurpari. Principaliter sumitur quadrupliciter. Primo pro quacunque productione, siue substantiali, siue accidentali, siue dependenter à subiecto, siue independenter. Secundo pro sola productione dependenter à subiecto. Tertio pro sola productione viuentium. Quarto pro productione formæ substantialis dependenter à subiecto, quo pacto vocatur ab Aristotele generatio simpliciter, ad differentiam productionis accidentium dependenter, quæ dicitur Generatio secundum quid. In pręsenti procedit quæstio, immò totus hic Tractatus tantùm de Generatione quarto modo sumpta.

Dari Generationem substantialem non defuerunt, qui negarent, existimantes vnam esse massam omnium rerum, quæ in diuersis sui partibus varia accidentia reciperet, & sic varia composita nominarentur. Referuntur hi auctores, & impugnantur ab Aristotele 1. *Phys. & hic tex. 1. & sequentibus*. Cum communi, & vera sententia sit Vnica Conclusio. Datur Generatio substantialis. Probatur hæc Conclusio multis rationibus ab omnibus auctoribus quarum tamen aliquæ tanquam infirmæ reijciuntur ab Aresio 1. *de Generatione disp. 2. quæst. 8.* Nobis rem certissimam potius supponendam, quam probandam, vna vel altera ratione satis erit eam probare.

2 Probatur primo per ea, quæ diximus 1. *Physic. Tract. 3. quæst. 1.* probando dari formam substantialem, probato enim quod detur forma substantialis, quæ sibi determinet tales proprietates specie, &, quæ ab accidente esse non possint, sequitur quòd dùm ex ligno facto igne, alia est proprietas ignis, ac ligni, quòd mutatio sit facta secundùm substantiam; non secundùm totam substantiam, alioquin esset creatio, quæ transcendit vires naturæ, vt alibi diximus, ergo secundùm formam substantialem, ergo vera Conclusio.

Probatur secundo. Eadem accidentia ab vno subiecto nunquam expelluntur nisi ab extrinseco, ab alio verò etiam per se ipsa deficiunt, ergo datur Generatio substantialis. probatur consequentia, quia si esset idem subiectum, nulla esset ratio, cur eadem accidentia in eodem subiecto, modò deficerent, modò nequaquam. Antecedens probatur. idem calor in igne nunquam expelletur, nisi ab extrinseco, in ferro verò etiam nullo extrinseco contradicente perit.

Probatur tertio. Vel essentiæ compositorum naturalium consistunt in subiecto tantùm, quod omnibus mutationibus subiacet; vel in subiecto, & accidentibus, secundùm quæ mutatur. Si primum, cum idem sit in omnibus, aqua erit essentialiter terra, &c. Si secundum contra. Essentiæ consistunt in indiuisibili, sed quodlibet accidens (dempta quantitate de qua non est dubium) potest intendi, & remitti, ergo non consistit in subiecto, & accidentibus, ergo danda aliqua forma substantialis, à qua sumatur ratio essentiæ, ergo secundùm hanc fiet mutatio, dum ex aere fit aqua, &c. ergo datur generatio substantialis. Aliæ rationes videri poterũt apud auctores, præcipuè Aresium *loco citato*. Verum quidem est, quòd haud multæ assignari possint, quæ à proteruis eludi non valeant. Sunt aliqua argumenta in contrarium, sed soluta fuere in physicis, cum de eductione egimus; referuntur à Ruuio *hic Tract. 1. quæst. 1.*

Quid sit Generatio. Quæstio Secunda.

3 GEneratio substantialis varijs modis definitur ab Aristotele, attamen definitio magis celebris, & quæ communiter solet examinari, est quam habet *hic text. 23. cum ergo totum immutatur, & nihil sensibile, vt eiusdem subiectum remanet, est generatio*. Quæ solet verbis magis accommodatis, sic ab omnibus afferri: *Generatio est mutatio totius in totum nullo sensibili remanente, vt subiecto eodem*.

Notandum, id verè dici mutari, quod ab vno statu transit ad alium, mutatio enim *ex 5. Phys.* est transitus è quopiam in quispiam: quare quod verè non existit sub vtroque termino, non potest propriè dici mutari. hoc Notato Dicitur primo, Quod Generatio sit *Mutatio*, circa quam particulam contendunt Doctores, an Generatio sit formaliter mutatio, an tantùm quatenus est coniuncta cum corruptione precedentis formæ, vt semper regulariter accidit, quod dùm generatur vna forma, alia corrumpitur, ad quod Respondeo cum Toleto *5. Physic. quæst. 1.* Ruuio *1. de Generatione cap. 4. quæst. 2. num. 32.* Conimbricensibus *quæst. 9. art. 1. & 2.* & alijs contra Aresium *loco qui supra sect. 2.* esse mutationẽ formaliter, quia per ipsam materia ab vna forma transit ad aliam, vel saltem ex priuatione formæ ad esse illius.

4 Dicitur secundo. *Totius in totum*, pariter hæc particula videtur pati difficultatem, si enim ly *mutatio* denominat ly *totius*, dùm ex aqua fit aer, non remanet aqua sub forma aeris, quomodo dicitur vnum totum mutatum in aliud? id enim, quod mutatur rigorosè loquendo, debet remanere. Variè à varijs explicatur. videat qui vult a[...] auctores citatos. Respondeo ly *mutatio* non denom[...] re totum, sed ipsam materiam, quæ vere mutatur, [...] ma corrupti transit ad formam geniti; quia tame[...] transitu prouenit, quòd compositum substantiale [...] simpliciter dicitur totum, primo existens corrum[...] ex eadem materia cum forma fiat aliud compositum [...] tur mutatio totius in totum, & facit sensum. est [...] qua ex vno toto in materia fit trãsitus ad aliud to[...] ad differentiam alterationis; licet enim subiectu[...] bo factum nigrum mutetur, & album præexistens [...] maneat, non potest dici mutatio totius in totum, q[...] bum quod destruitur, cum sit compositum acciden[...] non dicitur simpliciter totum. hanc responsionem [...] D. Thomas *hic lect. 10. §. ostendit.*

Dicitur tertio. *Nullo sensibili remanente, vt subie[...] dem*. Quo loco Thomistæ explicant in generatione [...] ui compositi nullum accidens, (quod simpliciter [...] sensibile), remanere, quod primo fuerat in com[...] corrupto, sed si hoc esset, non addidisset Aristote[...] *subiecto eodem*: ly igitur *vt subiecto eodem*, deno[...] remanere aliquod sensibile, sed non tali pacto, vt [...] subiectum, quare Respondeo cum meo Aresio pe[...] significare Aristotelem, etsi aliquod concretum [...] tis, putà calidum, frigidum, &c. Quod dicitur [...] sensibile, remaneat, non tamen vt idem subiectum, [...] prius, quia cum producitur noua forma substantial[...] accidentia, quæ remanent, fiunt accidentia com[...] quod de nouo generatur per aduentum nouæ for[...] dùm ex aere fit aqua, & si remaneat humiditas in a[...] quæ erat in aere, & consequenter humidum, con[...] humiditatis, non remanet vt in subiecto eodem, q[...] mo erat humiditas aeris, seu aer humidus, postea h[...] ditas aquę, seu aqua humida: ex quo patet per has v[...] particulas, sicut & per pręcedentes tanquam per di[...] tiam differre generationem ab alteratione, vt magi[...]

Contra Instatur primo. Datur aliqua generat[...], non est mutatio, vt generatio Verbi Diuini, product[...] ma rerum &c. ergo generatio vt sic non est mutatio. [...] spondeo Aristotelem definiuisse tantùm generatione[...] quæ fit ordine naturali, quam solã cognouit, cum pos[...] rerum generationes ab æterno, hæc autem semper su[...] nit materiam primo pręexistentem, & consequenter [...] mutatur ab vno statu ad alium, & de hoc solum proc[...] definitio.

Instatur secundo ex Aresio, si generatio natu[...] mutatio formaliter, ergo denominat materiam geni[...] ergo materia est generabilis, quod est falsum ex dict[...] quela, in qua est tota vis, probatur; quia si tribuitur [...] minatio secundùm genus, ergo etiam secundùm diffe[...] tiam, sic forma hominis non potest tribuere esse [...] tum, quin tribuat esse hominis. Negatur sequela, q[...] men fuit concessa ab Auerroe, & alijs apud Conim[...] ses *art. 2. ad tertium*. Ad probationem Dico, posse d[...] subiectum capax alicuius formæ ratione vnius deno[...] nationis, non alterius, sicut anima dat corpori esse an[...] tum, non autem esse incorruptibile. pręcipuè hoc acci[...] re potest, quando alia Denominatio potest tribui compo[...] sito ex tali subiecto, & forma resultanti, sic in casu no[...] composito, quod resultat ex materia, dùm mutatur, tri[...] tur denominatio generationis, & dicitur genitum; [...] cundùm multos, si anima rationalis informaret corpu[...] organizatum tribueret esse viuentis non esse hominis.

Instatur tertio. Secundùm ponentes formas parti[...] carnis, ossis, &c. adueniente anima hæ formæ reman[...] ergo remanet aliquod sensibile, quod prius. Respon[...] quòd non remanet vt idem subiectum, quia prius erat [...] positum non animatum, postea animatum anima rati[...] li, &c. idem dicendum de similibus, sic dùm mortu[...] mo, non dicitur remanere illud sensibile, quod prius, [...] idem subiectum, quia in alia ponitur specie, alia de[...] natione denominatur, &c.

Quinam sint Termini Generationis. Quæstio Tertia.

CVm quærimus de terminis Generationis N[...] Primo duplicem esse terminum, de quo [...] esse potest: videlicet terminum a quo, & te[...] quem, cum enim generatio sit mutatio, & mu[...]

Aristotele alibi allato sit transitus ex quopiam, vt termino a [illegible] in quippiam, vt in terminum ad quem, de vtroque [illegible]uenda est quæstio ad perfectam intelligentiam Generationis.

Notandum secundo, quia in generatione non fit compositum secundùm omnes partes, sed vnam tantùm, hinc [illegible] duplicem terminum ad quem adæquatum, seu totalem, seu vt quod, & formalem, seu partialem, seu vt quo. Formalis est quo totalis fit, & propter ipsum solum fit formalis. Totalis verò est, qui principaliter producitur, & de vtroque etiam quærit nostra quæstio.

Notandum tertio. Cum Generatio sit mutatio, & in mutatione, vt supra requiratur, quod aliquod subiectum idem, ab vno termino à quo transeat ad alium ad quem, potest esse difficultas an hic terminus a quo debeat necessario esse positiuus; vt cum materia, ex forma ligni transit ad formam ignis, an satis sit, si sit priuatiuus, scilicet quòd materia prius præexistens. ex priuatione formæ ignis, ad esse eiusdem formæ transeat.

Prima Conclusio. Generatio intrinsecè, & formaliter non postulat terminum a quo positiuum. Hanc Conclusionem aliqui afferunt, vt contrariam Conimbricensibus *hic quæst.* 1 [illegible] *art.* [illegible] reuera tamen *eodem articulo* §. *deinde quod* nobiscum conueniunt. Probatur primo auctoritate Aristotelis 1. *Phys.* qui assignans principia generationis pro termino a quo, vt alibi diximus, assignauit priuationem formæ generandæ.

Probatur secundo, quia generatio, vt generatio dicit [illegible], quod [illegible] fieri, & vt mutatio, aliquod subiectum ab vno statu ad alium transire, sed [illegible] terminum positiuum, si materia præexistat generandi forma, quæ [illegible] & materia à priuatione illius formæ transeat [illegible] ergo [illegible] requirit terminum positiuum.

7 Probatur tertio. [illegible] productione Deus præter [illegible], posset educere formam, illa productio [illegible], ergo ad essentiam generationis vt sic, non [illegible] terminus positiuus; consequentia patet; quia [illegible] terminus positiuus. Sequela probatur, non [illegible], quia [illegible] præsupposito subiecto, nec; dicendum [illegible] substantialis vt sic, a [illegible] à nobis admissa cum [illegible] vera priuatio, ergo fuisset generatio, [illegible] alius modus superest productionis.

Confirmatur primo, [illegible] in aliquibus productionibus accidentalibus requiratur terminus à quo positiuus, quia [illegible] oppositionem inter id, à quo & id, ad quod fit transitus, vt docet Toletus 5. *Phys. quæst.* [illegible] §. *ex hoc procedit.* sed in mutatione substantiali non adest determinata oppositio, ergo.

Confirmatur secundo. Contrariorum eadem est disciplina, sed corruptio optimè saluatur per transitum ab esse ad non esse simpliciter, ergo generatio saluabitur per transitum ad non esse simpliciter ad esse, ergo non requiritur terminus positiuus à quo.

Dices, ergo malè est definita generatio, quod sit mutatio totius in totum, ly enim *totius* denotat terminum positiuum à quo, & nos sic explicauimus. Respondeo Aristo. definiuisse generationem, vt fit modo naturali, quia semper materia ab vna forma transit ad aliam; eius enim intentum est definire generationem rerum naturalium, modo, quo naturaliter fit, sufficienter autem nobis tradidit non requiri essentialiter ad conceptum generationis terminum positiuum, dum tradens eius principia, materiam, formam, & priuationem tantùm assignauit 1. *Phys.*

8 Secunda Conclusio. Terminus totalis est totum, seu Compositum quod fit. Probatur Primo, id propriè est terminus adæquatus, & totalis, propter quod sunt cętera omnia, sed huiusmodi est compositum, ergo. Minor probatur. Agens in tantum intendit formam, in quantùm per ipsam vult compositum, ipsa actio productiua est propter compositum, ergo.

Probatur secundo. Id est terminus adæquatus, quod per se fit, & cui simpliciter conuenit esse, & generari, sed hoc est solùm compositum, ergo. Minor probatur ex Aristo 1. *Phys. tex.* 64 *patet ex dictis omne, quod fit, compositum esse*, & 65. *Materia, & forma dicuntur causæ eorum, quæ non fiunt per accidens.* hæc autem sunt composita, ergo.

Probatur tertio, quia id est terminus totalis, & adæquatus, vt vox ipsa sonat, qui imbibit causalitates omnium causarum in generatione concurrentium, huiusmodi est solum compositum, vt patebit discurrenti, ergo.

Dices. Compositum fit per formam, forma per se, ergo forma est terminus totalis. Dato antecedente quoad primam partem, distinguo secundam, forma fit per se, scilicet non per aliud, concedo, per se, scilicet non propter aliud, & nego, & negatur consequentia. terminus enim totalis dicitur illud, quod fit per se, scilicet non propter aliud.

Tertia Conclusio. terminus partialis, seu formalis est ipsa forma, vt vnita. hæc Conclusio est contra Ruuium *cap.* 4. *quæstio.* 3. *num.* 47. Vasquez 1. *parte disput.* 162. *cap.* 5. Lorca, & alios apud illos, qui tenent, solam formam esse hunc terminum, vnionem verò conditionem, sine qua non. videtur etiam contra Aresium *disp.* 2. *quæst.* 14. *secti.* 2. §. *secunda pars circa medium*, re vera tamen in re non dissentit. Conimbricenses verò *cap.* 4. *quæst.* 14. *art.* 2. posita forma pro termino formali nullam mentionem faciut de vnione. Est tamen hæc nostra sententia conformis Suarez *lib.* 6. *de Trinitate cap.* 6. 9

Probatur primo terminus formalis, seu vt quò dicitur per distinctionem ad totalem, seu vt quod; sed vt vidimus terminus vt quod est id, cui per se competit esse, & non fit propter aliud, ergo terminus formalis, seu vt quo erit id, cui conuenit esse quatenus est aliud, & propter aliud fit, huiusmodi est forma vt vnita, ergo. Minor probatur. forma secundùm suam entitatem potest etiam esse, quatenus non est aliud, & esse non propter aliud quoad exercitium; vt patet de anima rationali post mortem, at forma vt vnita non potest esse, nisi quatenus est compositum, nec est huiusmodi, nisi propter compositum, ergo.

Probatur secundo, terminus formalis, seu vt quo dicitur talis, quia ipso posito ponitur totalis, & est, quo fit totalis, sed huiusmodi non est forma vt sic; potest enim intelligi poni formam vt sic, & non poni, nec per ipsam fieri Compositum, ergo est forma vt vnita, qua posita non potest non poni, nec non construi compositum.

Probatur tertio, termino formali, seu partiali non competit existentia ante totalem, nisi prioritate naturæ, huiusmodi est sola forma vt vnita, ergo. Minor probatur, quia forma secundùm suam entitatem potest prius tempore existere. Maior probatur. quia totalis fit, quatenus fit partialis; ideo secundum communiorem sententiam per eandem actionem, vel saltem si per diuersam; non tempore priorem, ergo partialis non existit prius tempore, quàm terminus totalis.

Probatur quarto 2. *Phys. tex.* 14. generatio est via ad naturam, tanquam ad suum formalem terminum, sed est via ad formam, vt vnitam, neque forma ponitur principium generationis ab Aristotele 1. *Phys.* nisi quatenus terminat generationem, sed illam terminat vt vnita, ergo vt vnita est terminus formalis.

Contra hanc Conclusionem Instabis primo, forma vt vnita dicit cōpositū, ergo cōpositū esset terminus formalis. Respondeo responsione, quā dedi 2. *Phys. tract.* 4 *qu.* 2. 10

Instabis secundo, forma multoties non generatur, ergo non potest esse terminus formalis generationis. Antecedens patet in productione hominis. Consequentia probatur, quia terminus formalis terminat, & specificat generationem, vt per ipsam producitur. Concesso antecedente, distinguo consequens. secundùm suam entitatem non potest esse terminus formalis, concedo: & hæc est difficultas, quam patiuntur Ruuius, & sectatores, vt vnita non potest esse terminus, negatur consequentia. Ad probationem Respondeo, & si forma secundùm entitatem aliquando non generetur, tamen generari vt vnitam, quia per illam actionem forma informat, & actuat materiam; quod est dicere, vt vnitam generari, neque est necesse vt quælibet actio habeat terminū formalē, & totalē, qui secundū entitatem verè producatur, vt diximus *loco citato* 2. *Phys.*

Dices. ergo non omnes generationes essent vniuocæ. Negatur cōsequentia; vniuocatio enim generationis cōsistit in hoc, quòd materia trāseat à priuatione vnius formæ substātialis ad esse eiusdē, siue illud esse tūc producatur, siue non: si enim consequentia esset vera, resurrectio non conueniret vniuocè cum ceteris generationibus, quia anima tunc non produceretur, & tamen dicetur regeneratio.

Instatur tertio, terminus formalis est, in quo generans assimilat sibi genitū, sed hoc est forma, ergo forma est terminus formalis. Negatur antecedens, generans enim assimilat sibi in natura, seu essentia, vel. gratia humanitate,

quæ constat ex materia, & forma; natura autem, seu essentia non est terminus formalis; quare negatur etiam minor; nam in quo sibi assimilat generans, non est forma partis, de qua dissidium procedit, sed ad summum forma totius, de qua non est lis.

Instatur quarto. In Generatione Verbi Diuini terminus formalis est Natura Diuina, ergo etiam in generatione humana est forma. Respondeo, si hoc argumentum quidquam probat, probat terminum formalem debere esse naturam humanam, scilicet humanitatem constantem ex forma, & materia, si curreret paritas; sicut enim se habet Natura Diuina ad subsistentiam quantùm ad hoc, ita humanitas ad subsistentiam hominis; non autem probat debere esse formam, quia sola forma non est natura, seu essentia. Respondeo tamen nec etiam probare terminum formalem debere esse naturam, sicut in Generatione Diuina; ideò enim ibi est natura, quia nulla alia Compositio concipitur nisi ex natura, & subsistentia, in qua secundùm nostrum modum intelligendi natura habet rationem termini formalis; at in creatis producitur verum compositum physicum, respectu cuius quæritur, qui sit terminus formalis; non negarem autem respectu suppositi, seu compositionis ex natura, & subsistentia, naturam creatam habere rationem termini formalis; sed de hoc non est nostra quæstio.

Quid sit Corruptio, & an Naturalis, Quæstio Quarta.

11 Dari corruptionem non est cur probemus. Ex dictis de existentia generationis, & ex continuis experimentis satis conuincitur; quare nostra intentio eò tendere debet, vt eius naturam indaget, circa quod duo quærit presens quæstio, scilicet quid sit, & an naturalis.

Quoad primum sic multi definiūt Corruptionem. *Corruptio est desitio totius remanente subiecto.*

Dicitur Primo *Desitio totius*, non mutatio, vt in definitione generationis, quia licet etiam per corruptionem mutetur materia, non tamen est propria mutatio vniuocè, cum generatione, scilicet mutatio positiua, sed tantùm negatiua, quatenus per ipsam, dùm desinit illud compositum, quod corrumpitur, materia nō habet formam, quam primo habebat.

Dicitur secundo. *Remanente subiecto*, ad differentiam annichilationis, per quam, & si desinat totum, desinit tamen quoad omnes partes; at in corruptione remanet materia nudata illa forma.

Dices. In definitione generationis fuit posita Corruptio compositi precedentis, per ly *totius in totum*, ergo etiā sic debebat in definitione corruptionis poni generatio sequentis compositi, quod generatur. Negatur consequentia, quia cum non possint esse plura composita simul generatio est ratio cur totum precedens corrumpatur, ideò explicatur in eius definitione, at corruptio non est ratio, cur nouum compositum producatur. Ex hac definitione

Deducitur Primo cum actiones specificentur ex terminis, & terminus corruptionis sit non esse compositi, corruptionem, estò sit actio realis, non tamen esse actionem positiuam, sed tantùm negatiuam: si enim esset actio positiua, vtique positiuus influxus adesset; vbi autem est positiuus influxus, etiam positiuus terminus esse debet, quod non accidit in corruptione. Vide Conimbric. *cap. 4. quæst. 16. art. 2. §. dissident*, & Aresium *disp. 2. quæst. 21.*

12 Sed Contra Dices, vel Corruptio prouenit ab ipsa re, vel ab alio; non ab ipsa re, quia nihil tendit in destructionem proprij esse, ergo ab alio, ergo per veram actionem realem positiuam. Confirmatur, quia quod corrumpitur, dicitur corrumpi à contrario, ergo per veram actionem positiuam. Respondeo, corruptionem formaliter prouenire ab ipsa re, non quia positiuè tendat in sui non esse, sed quia non habet vim ad se conseruandum; & ideò nisi ab alio conseruetur, desinit, vel quia cum dicat incompossibilitatem cum alia re, statim ac illa introducit, cogitur alia desinere; & per hæc patet ad Confirmationem, dicitur enim vna res corrumpi ab alia, quatenus aliam introducit, cum qua habet incompossibilitatem, quæ introductio vtique est actio positiua, sed hæc non est corruptio, nisi causaliter, seu vt dicunt, occasionaliter, quatenus ex productione nouæ rei, alia desinit. Concedo quidem, quòd difficiliter potest hæc corruptio intelligi, nisi intelligatur ad modum actionis positiuæ. Vide hæc diffusius apud Aresium *loco citato*. ex hoc.

Deducitur secundo. Corruptionem non habere veras causas; si tamen aliquo pacto assignari debeant, M... est causa materialis, quia in ipsa subiectatur non e... mæ, quod corruptionem terminat, & consequenter e... ipsa corruptio; in eodem enim subiecto est fieri... (sumendo hic fieri, & subiectari lato modo, non enim materia per corruptionem propriè patitur, seu mutatur) causa ipsius formalis est carentia formæ corruptæ: con... rum enim eadem est disciplina; si forma, quæ produc... est causa formalis generationis, ergo quæ corrum... erit causa formalis corruptionis. contra Hurtad... 1. *de Generatione sect. 8. §. 90.* qui putat corruption... se effectum formalem secundarium formæ de nouo... tæ, sed fallitur; ad summum enim effectus forma... cundarius est carentia ipsa formæ, quæ per corrupt... habetur, vt alibi innuimus, non corruptio ipsa. Causa... lis corruptionis est, vel generatio nouæ formæ, vel... vniuersi, quod huiusmodi successiuas mutationes req... Causa verò Efficiens alia assignari non potest, cum... vera actio positiua, nisi generans aliam formam,... nus, vt diximus, est occasio ipsius corruptionis.

Quoad secundum quæsitum recolendum inter... modos, quibus diximus Naturale sumi posse; ali... sumi, pro vt dicit id, ad quod res naturalem habet... tionem, aliquando vero pro vt sequitur naturaliter e... tura alicuius rei, & his duob. modis quærit quæst. p...

Notandum, posse corruptionem comparari ad... riam, ad formam, & ad compositum, & de omnibus... uendum in presenti.

Prima Conclusio Corruptio non est naturalis, ne... mæ, nec composito sumpto naturali primo modo. ... tur quælibet res appetit naturaliter esse, ergo for... Compositum non habent propensionem in non esse,... go vera Conclusio.

Secunda Conclusio Corruptio quatenus corrup... est naturalis materiæ sumpto naturali primo modo, ... men naturalis, si non sumatur vt corruptio. Explic... Duo prestat actio corruptiua in materia, dùm corru... tur v. g. forma ignis. Primo per corruptionem desi... ignis, & consequenter materia amittit p... Secundo tollit impedimentum, vt p... alia... ma informari, & actuari, quia nisi illa forma periret... succedere non posset. Dicit igitur Conclusio primo mo... Corruptionem non esse naturalem, benè secundo... hæc Conclusio à nullo ponitur sub his terminis, att... sic, & saluamus Pasqualigum impugnantem non esse n... turalem; nec aliud videtur velle, & etiam Conimb. *q. citata art 3. §. si vero* Ruuium *c. 4. q. 1. n. 71.* & Aresium *q. cita*, quatenus ad Conimb. nos mittit, qui omnes dic... naturalem. Probatur prima pars primo appetitus in... vt nos alibi diximus, tendit in proprium bonum, sed... ruptio vt huiusmodi, non est bonum materiæ, ergo.

Probatur secundo. Corruptio, vt Corruptio dicit d... ctionem actuationis materię, ergo ad illam non habet... petitum. Antecedens patet, consequentia probatur,... tendit in destructionem proprij esse, sed esse materiæ,... det ab actuatione, ergo non potest tendere in eius de... ctionē, ergo non in corruptionem, quæ est hęc destru...

Probatur tertio. Naturalis inclinatio est quædam s... patia ad aliud, sed ad id, quod non est ens, non potest e... sympatia, ergo neque naturalis inclinatio, sed Corru... non est Ens, ergo ad illam non est naturalis inclinatio... nor principalis probatur, quia sympatia est, quoniam... pendet in perfici, vel in conseruari, vel alio modo... ad quod dicitur sympatia, sed quod non est Ens, vt sic... cisè non potest hæc præstare, ergo: cętera omnia pate...

Secunda verò pars probatur, quod appetit aliquid,... petit & illud, sine quo haberi non potest, quatenus ad... lud conducit, sed materia appetit quamlibet forma... particulari, quas sine corruptione habere non potest... go appetit, & corruptionem, ergo vera Conclusio... ior probatur, quia appetitus est talis, vt rem... consequatur, ergo appetit quidquid ad... conducit. Minor verò patet experientia, &... bit quæstione sequenti; non enim pot... formas... simul habere, sed dum vna... debet necessario corrumpi.

Dices. Dùm materia habet vnam formam, est satiatus eius appetitus complete, ergo non potest appetere corruptionem, alioquin appeteret, & non appeteret sui satiationem. Negatur consequentia, ad probationem respondeo, quomodo potest appetere aliam formam, dum vnam possidet, potest & corruptionem, non quatenus est destructio proprij [illegible], vt dixi, sed quatenus conducit ad proprium satiatiuum habendum: & quando dicitur quod dum vnam habet formam, est perfectè satiata, verum est quoad illam formam, non quoad alias, ideò potest & alias appetere, & quia alias non potest habere, nisi corrupta possessa, ideo & corruptio appetitur sub hac ratione.

Hinc patet ad illam quæstionem, quam mouent Conimbric. *quæst. citata art.* 3. Ruuius *quæst.* 2. Aresius *quæst.* 22. & alij, an scilicet corruptio per se intendatur à natura. Respondeo enim ex dictis non intendi vt corruptio est, sed vt remouet impedimentum, seu vt conducit ad formam per se intentam, & in hoc sensu potest intendi; quia vt sic induit rationem boni, licet vt corruptio non sit ens, & consequenter non sit bonum: nec tali pacto quicquam officiunt argumenta Conimbricensium; neq; in hoc sensu nobis contradicunt D. Thom. Caiet. & alij apud ipsos *loco citato*. Hæc autem intentio est semper secundaria, seu indirecta, quia non propter se ipsam intenditur, sed propter [illegible]. Lege D. Thomam apud Ruuium, qui clarè 13
[illegible] sustinet.

15 Contra secundam partem Conclusionis instabis, per philosophum [illegible] quoddam genus mortis, quod dicitur violentum, ergo talis corruptio nullo modo erit naturalis; naturale enim, & violentum opponuntur. Respondeo, [illegible] corruptionem dupliciter posse originari, vel quia agens [illegible] disponens sit intrinsecum, vt dum febri [illegible] homo, vel ab extrinseco, vt dum à carnifice suspenditur: [illegible] mors, seu corruptio aliqua violenta [illegible] eco, ad distinctionem eius, quæ fit ab [illegible] pari tamen passu se habent quoad naturalitatem [illegible] quæstio.

Tertia [illegible] Corruptio est naturalis materiæ, formæ, & [illegible], si sumatur naturale secundo modo. Est Conimbr. [illegible] Ruuij, Aresij, & aliorum *locis citatis*. Probatur [illegible] informat materiam, medijs accidentibus habentibus contrarium, & quæ possunt expelli, & consequenter [illegible] vat [illegible], vt alibi diximus, ergo corruptio consequitur ex natura ipsius, ergo & materiæ, & compositi, ergo vera Conclusio.

An Generatio Vnius sit Corruptio Alterius. Quæstio Quinta.

16 VT probet Aristoteles Mundum, & si cõtinuas subeat corruptiones, non per hoc interire, assumit *text.* 17. & 2. hanc propositionem, vnius corruptionem esse alterius generationem, quam etiam præmiserat 3. *Phys. tex* 73. quam propositionem, quia in communissimum axioma euasit, hic assumimus explicandam, quò magis natura generationis, & corruptionis intellecta fiat, pro quo

Notandum primo. Dum quæritur, an generatio vnius sit corruptio alterius in triplici sensu posse esse quæsitum. Primo formaliter, an generatio ver. grat. ignis, & corruptio Ligni sint formaliter idem. Secundo realiter, seu identice; an videlicet, & si sint diuersæ formalitates, sint tamen eadem omnino entitas. Tertio an sint idem, saltem causaliter, seu consequutiuè; scilicet quod ex vnius generatione sequatur alterius corruptio, vel saltem semper sint coniunctæ, generatio, & corruptio.

Notandum secundo quod etiam alibi tetigimus, nomine vnius, siue totius intelligi compositum substantiale, & meritò, quia cum solum substantiale sit vnum per se, est perfectum vnum, & perfectum totum, quo fit vt axioma Aristot. debeat intelligi de generatione, & corruptione compositi substantialis, non accidentalis, immò expressis verbis hoc fatetur *tex.* 22. his notatis.

Prima Conclusio. Generatio vnius non est corruptio alterius realiter. est expressè contra Aversam *quæstio.* 37. *sect.* 4. & *sect.* 7. Probatur. Motus identificantur terminis *ad quem*, sed generatio, & corruptio habent terminos *ad quos* realiter distinctos, ergo vera Conclusio. Maior patet ex dictis; motus enim est fieri suo modo termini. Minor probatur. terminus generationis est esse positiuum formæ, quæ gignitur; corruptionis verò non esse formæ corruptæ, sed esse vnius, & non esse alterius distinguuntur realiter, saltem negatiuè, vt alibi diximus, ergo.

Confirmatur auctoritate Aristotelis 5. *Phys. text.* 7. vbi distinguit mutationem, quæ est à subiecto in non subiectum, ab ea, quæ est à non subiecto, in subiectum. Prima est generatio. Secunda Corruptio.

Hinc deducitur non esse idem formaliter Generationem, & corruptionem, ea enim quæ diuersificantur formaliter, possunt identificari realiter, vt voluntas, Intellectus; non tamen è contra, quia maior vnitas supponit semper minorem distinctionem; at esse idem formaliter, est maior vnitas, quæ possit esse, esse distincta realiter est maior distinctio, quæ queat reperiri.

Secunda Conclusio. Non est vniuersaliter verum generationem vnius esse corruptionem alterius, & e contra, 17
nec consequutiuè. Est contra Aristotelem, & contra communem. Probatur facillimè supposita in homine pluralitate formarum substantialium, quam intra statuemus, sic. tunc solùm generatur homo, cum infunditur anima, sed tunc nihil corrumpitur; formæ enim partiales remanent, ergo vnius generatio, non est alterius corruptio: item defuncta anima rationali, verum est dicere, corruptus est homo; sed tunc nullum aliud compositum est genitum, non enim datur forma cadaueris, vt *in lib. de Anima* dicetur, ergo vnius corruptio non est alterius generatio, ergo vera Conclusio.

Respondebis primo non esse corruptum aliquod physicum, nec genitum, quia nulla forma realis est producta, vel genita, quæ primo non esset, a quo nouum compositum sit constitutum, esse tamen productum, & corruptum aliquod metaphysicum, quatenus cum adesset anima. illud totum erat animatum, in specie hominis, &c. antequam adueniret anima, seu postquam discessit non est animatum, in alia specie collocatur, &c. & hoc sufficere, vt verificetur Aristotelis axioma.

Sed Contra primo, quia esto sufficeret ad saluandam rationem, propter quam Aristoteles hoc axioma protulit (quod non eo inficias) attamen ipse loquitur vt patet ex contextu de vera, & physica generatione, & corruptione, quam tamen nec aduersarij dicent adesse in homine, si admittant pluralitatem formarum, & forsan Philosophus illud protulit supposita vnitate formæ etiam in homine, quo sensu benè procedit.

Contra secundo, quia impropriissimè dicitur generari nouum compositum metaphysicum, quia solam denominationem acquirat, vel corrumpi, quia illam amittat, propriè enim illud dicitur generari, vel corrumpi, quod de non esse transit ad esse, vel è contra, sed per acquisitionem solius denominationis hæc non habentur, ergo. Addo quod propositio illa simpliciter prolata debet explicari de ortu, & interitu rigorosè, & propriè.

Contra tertio, quia omnem denominationem, quam habent, & communicant formæ partiales ante aduentum animæ, eandem retinent etiam post, nec post discessum animæ aliam acquirunt, nisi quam habebant etiam cum anima, ergo nec etiam metaphysicè verificatur axioma. Probatur assumptum, sicut ante aduentum animæ illud compositum est in speciebus carnis, ossis, &c. etiam cum anima est in eisdem, & post separationem animæ, & licet in illis non dicatur simpliciter, quando adest anima, quia non est tanquam in specie vnica, tamen & ante aduentum animæ, & cum anima, & post separationem ipsius illæ formæ semper remanerent dispositiones ad animam, ergo eandem semper retinent denominationem, ergo.

Respondebis secundo Generationem hominis esse al- 18
terius corruptionem, & è contra, si attendatur totalis hominis generatio etiam quoad formas partiales; & totalis corruptio. Sed Contra, quia separata anima verè tunc homo est corruptus, & tamen non habetur alius compositi generatio, & tantùm quando infunditur anima, est hominis generatio, & tamen tunc non est alicuius corruptio.

Tertia Conclusio. Vbi est vnica forma substantialis, & generatio fit nullo supposito miraculo, generatio vnius est corruptio alterius, & è contra consequutiuè, seu consequenter. Est communis apud Aresium *disput.* 2. *quæst.* 11 Conimbricens. *cap.* 4. *quæst.* 17 *art* 2. apud quos habentur aliorum multæ sententiæ de hac quæstione. Probatur Conclusio. Materia non potest existere sine forma, nec

plures vltimas simul habere, ergo quoties vna corrumpitur, alia succedit, & è contra. Additur autem *nullo supposito miraculo*, quia miraculosè non erit impossibile fieri generatione m sine corruptione, immò de facto accidit, dum quis nutritur ex speciebus Sacramentalibus, sub quibus creatur materia, quæ statim sine transitu ab alia forma transit ad formam nutriti.

Sed Contra Instabis primo. Quando aliqua tabula in duas partes diuiditur, nihil corrumpitur, & tamen duo supposita generantur. Respondeo, non esse generationem, sed resultātiam per diuisionem, vel etiam corrumpi vnum totum, & duo generari ex eadem materia illius, quod corrumpitur.

Instabis secundo. Si aliqua minima gutta aquæ diuidatur, corrumpitur, quia in illa forma aquæ conseruari nequit, & nulla alia generatur, quia si posset alia generari, posset & illa conseruari, ergo corruptio vnius non est generatio alterius. Quidquid sit de antecedente, Respondeo generari formam corporis ambientis, quæ in illa materia coniuncta cum materia aliarum partium eiusdem corporis potest conseruari.

Instabis tertio. Si generatio vnius esset corruptio alterius semper esset idem numerus indiuiduorum. Negatur sequela, quia aliquando ex multorum corruptione vnum generatur; aliquando generantur multa ex corruptione vnius.

Instabis quarto ex generatione multorum accidētium, in quibus nulla intercedit corruptio. patet ex secundo Notabili axioma procedere tantùm in generatione, & corruptione substantiali; & ratio est, quia materia esse non potest sine forma substantiali, nec plures formæ substantiales possunt esse simul, quod non accidit in accidentibus, præcipuè non habentibus contrarium, à quibus cum materia non pendeat essentialiter, non est necesse ad illorum corruptionem aliud generari; & cum plura accidentia possit haberi simul, non est necesse, dum vnum generatur, aliud corrumpi. Alia argumenta faciliora videri possunt apud Ruuium *cap 4. quæst. 3.* & Aresium *loco citato.*

An detur Resolutio vsque ad Materiam Primam.
Quæstio Sexta.

19 Sensus quæstionis est, an quando perit aliquod compositum, ita corrumpatur, vt nihil eius penitus remaneat, præter nudam primam materiam, sed omnia, quæ reperiūtur in nouo composito, sint de nouo producta, vna dumtaxat exclusa materia: & quoniam formæ receptæ in materia aliæ sunt substantiæ; aliæ accidentia, in vtroque sensu quæritur, primo an omnes formæ substantiales. Secundo an omnia accidentia corrumpantur ad corruptionem cōpositi, in quo erant. Est quæstio famosa in scholis. de qua

Prima sententia affirmat dari resolutionem vsq; ad materiam primam tùm in formis substantialibus, tùm in accidentalibus, tribuitur D. Thomæ *. parte quæst. 76. art. 6. & primo de Generatione lect. 10.* sed de mente D. Thomæ infrà: tribuitur etiam Alberto Magno, Alensi, Herueo, & est communis apud Thomistas, qui recensentur à Ruuio *tract. 1. quæst. 4. num 91.* & à Conimbricensⅈ *quæst. 18. art. 2.* quos ipsi sequuntur, quamuis Conim contrariam sententiam existiment admodum probabilem.

Secunda Sententia negat dari resolutionem vsque ad materiam primam tùm in accidētibus, tùm in formis substantialibus, quando plures simul admittunt in composito. Est Communis Græcorum, & Latinorum (si excludamus Thomistas) eam sequuntur Auerroes, Auicenna, Alexander, Gregorius, Gabriel, Zabarella, Suarez, Toletus, Hurtadus, & alii quamplurimi apud Aresium *disp. 2. quæst. 11. art. 2.* quos ipse sequitur, & egregiè sustinet, cum quibus sit.

20 Prima Conclusio. In accidentibus non datur resolutio vsque ad materiam primam. Probatur primo auctoritate Aristotelis *text* 24. vbi dicit, in his quæ habent eandem affectionem, non esse necesse, vt detur transmutatio quoad illam, ergo non corrumpuntur quoad illam affectionem, ergo vera Conclusio.

Respondent Conimbricenses, non corrumpi quoad specificationem, sed quoad numerum. Contra, quia nullum erat dubium, si compositum, genitum, & corruptum participant in eadem affectione, quod illa non debeat corrumpi quoad speciem; alioquin non participarent eandem affectionem, vult igitur Aristoteles non [illegible] quoad numerum, de quo poterat esse difficultas.

Probatur secundo. Sensus eadem accidentia [illegible] corrupto, ac in genito, ergo non datur resolutio v[illegible] materiam primam. Antecedens probatur. Tactus [illegible] eundem calorem, visus eandem cicatricem, Olfact[illegible] dem odorem, &c.

Respondent non esse eadem numero accidentia, [illegible] specie, nec fidendum sensibus, qui falli possunt. Sed [illegible] tra. Sensus sanus circa proprium obiectum debit[illegible] catus non potest falli, sed quiuis sensus perfecti[illegible] omni meliori modo applicatus, non percipit di[illegible] mero illa accidentia in corrupto, ac in genito, erg[illegible] non adsunt. Maior probatur, quia alioquin corrue[illegible] nis nostra scientia, quæ ortum habet a sensuum e[illegible] tia, si sensus etiam debitè applicatus potest falli. S[illegible] quia quoties sensus potest falli, semper vel per eun[illegible] sensum alio modo dispositum, vel per alium, vel ex[illegible] errore per sensum comprehenso corrigitur; sic q[illegible] tur apprehendendo virgam in aqua fractam, si illa [illegible] hatur, videtur integra, & asseritur error: si res [illegible] parua iudicetur, approximatione magna comp[illegible] tur, & sic de cęteris, sed hic error per nullum sens[illegible] corrigi, ergo.

Probatur tertio: estò non pertineret ad sensum pe[illegible] re vnitatem numericam, vt respondet Ruuius, salt[illegible] sus percipiet mutationem, si enim duo simillima e[illegible] in cubiculo, quæ inuicem sibi succedant, & si f[illegible] sus nesciet iudicare esse, vel non esse idem numer[illegible] percipiet esse factam mutationem, sed in casu no[illegible] lo sensu apprehenditur mutatio, ergo verè non est [illegible] ergo vera Conclusio.

Probatur quarto, quia non datur efficiens horum [illegible] dentium, ergo dicendum, esse eadem quæ primo, erg[illegible] ra Conclusio. Antecedens probatur, non datur causa [illegible] trinseca, quia multoties pugnat cum illo accidente, [illegible] statim corrumpitur: nō à causa extrinseca, qu[illegible] a mu[illegible] nec formaliter, nec virtute continet illud accidens, v[illegible] tet de calore existente in cadauere animalis suffocati, [illegible] à causa vniuersali, quia hæc non agit, nisi aliqua nece[illegible] te, sed hic nulla necessitas, cum [illegible] illa [illegible] denti[illegible] reant, insuper causæ vniuersales non agunt, nisi dete[illegible] nentur ad hoc potius agendum, quam illud, sed hic n[illegible] determinatio.

Respondet Ruuius *nu.* 97. cicatricem, & similia prod[illegible] ci à causa proxima mortis per accidens, & hoc prop[illegible] te necessitatem materiæ, cum enim non fiat statim trans[illegible] ad elęmentum, sed ad cadauer, & forma cadaueris su[illegible] dat animæ, illa forma petit similem organizationem [illegible] consequenter illam cicatricem, quæ quandam defo[illegible] tem efficiebat in organizatione corporis viui. De C[illegible] verò dicit produci à calore existēte in sanguine, & cę[illegible] humoribus, qui consequitur proprias eorum formas, q[illegible] non statim corrumpuntur, ac animal moritur.

Sed Contra Primo. Quia si forma cadaueris poscit eandem cicatricem, figuram, &c eo quòd cum succedat animæ, requirit eandem organizationem, ergo potius re[illegible] nent eędem numero, vt dicatur successisse illi animæ numero, nulla enim ratio est, cur requirat eadem specie, [illegible] non numero, si eadem remanere non pugnat.

Contra secundo. Quia causa mortis, vt plurimum non adhibet illa instrumenta, quæ necessaria sunt simpliciter ad illas cicatrices producendas, &c. Quomodo ergo d[illegible] cetur illas produxisse? Esse enim causam per accidens non importat, quod illas efficere possit sine necessario re[illegible] quisitis.

Contra tertio. Si causa mortis verè producit illa acc[illegible] dentia, & si sit causa per accidens, debet ea continere [illegible] tem virtute, sed vt plurimum non continet, vt patet de exemplo allato, ergo.

Contra quarto. Illud, quod dicitur de calore, facit p[illegible] nobis, ille calor per Ruuium producitur à calore san[illegible] nis, humorum, &c. Quorum formæ adhuc remanent, e[illegible] go non datur resolutio vsque ad materiam p[illegible] batur consequentia, [illegible] est pars essentia[illegible] sed corrupto animali per Ruuium remanet [illegible] nis, eius calor &c.

Respondent secundo ad illam prob[illegible] [illegible]

dentia produci ex sigill[illegible]atione materiæ, scilicet ex eo, quòd fuerint primo talia accidentia in illa materia, alia similia debeant produci. Sed contra Primo, quia adhuc est assi[illegible]andum agens, quod illa producat, quod vt diximus nõ reperitur. Secundo, quia, vel illa sigillatio dicit aliquid in materia, vel non. Si dicit, ergo non est facta resolutio vsque ad materiam primam. Si non dicit, ergo ex hoc non potest prouenire, quod hæc, vel illa accidentia producantur.

Probatur quinto. Quia corruptio fit in instanti, sed multa accidentia fiunt per motum localem, vt cicatrix, figura, &c. Quæ esse non possunt in instanti, ergo non producuntur de nouo, sed sunt eadem accidentia, quæ remanent; ergo non datur resolutio vsque ad materiam primam.

23 Secunda Conclusio. Si in animali adsunt plures formæ substantiales, quoad ipsas non datur resolutio vsque ad materiam primam. (ponitur Conclusio condirionatè, quia nondum statuimus sint plures formæ substantiales in animali, ne[illegible], quod *in libro de Anima* examinabimus) Probatur vnica ratione. Vbi remanent propria accidentia, remanet & forma, cuius sunt accidentia, sed si in composito [illegible]li sint plures formæ substantiales corrupto [illegible] remanent accidentia propria aliquarum formarum e[illegible] remanent & formæ, ergo non datur resolutio [illegible] ad materiam primam. Minor probatur: si in animali [illegible] &c. habent proprias formas substantiales [illegible] anima, remanent propria accidentia, [illegible], &c. ergo. Hæc Conclusio [illegible] propter hoc, adesse plures [illegible] substantiales in aliquo composito. Aliæ rationes [illegible] conclusione videri possunt apud Hurtadum, *a p[illegible]* [illegible].2 [illegible] Ar[illegible]sium *loco citato*, & alios, qui [illegible] sententiam, tanquam omnino [illegible] impugnare.

Sed [illegible] Instatur Primo ex multis locis Aristotelis *1. ca[illegible] substantia* ait, *destructis primis substantijs nihil remanere*, [illegible] *hic tex.* 24. ait, *Nullum sensibile remanere*. [illegible] 7. *Metaphysic.* videtur velle, materiam prius [illegible] formam substantialem, postea accidentia. Q[illegible] *co* dicit, *substantiam esse priorem natura, tempore*, [illegible] *ipsis accidentibus*. Quinto 2. *Metaphysic. cap.* [illegible] *vnoquoque genere primum est causa cæterorum* [illegible] substantia est causa accidentium, non è contra [illegible] d[illegible]b[illegible] existere substantia, quam accidentia.

Ad primum Respondeo, destructis primis substantijs qu[illegible] remanere. Ad secundum, Nullum sensibile remanere, scilicet vt idem subiectum, vt supra explicauimus, quod bene sequitur in nostra opinione. Ad tertiam h[illegible] expresse non dicere, & si hoc diceret, intell[illegible] ordine intentionis, quia primo respic[illegible] substantialem qu[illegible]m accidentalẽ, cùm hanc ap[illegible] propter [illegible] Ad quartum vt alibi diximus, substantiam quoad aliquam [illegible] partem, nempè materiam, esse priorem [illegible] accidentibus non coæuis. Ad quintum Respondeo materiam esse causam materialem accidentium, & esse priorem illis, &c. ex quo non sequitur [illegible] resolutionem vsque ad materiam primam.

24 Instatur secundo. Prius est esse simpliciter, quàm esse secundum quid, ergo prius est esse formam substantialem, quàm accidentalem. Distinguo antecedens, prius est positiuè, & negatiuè, negatiuè, scilicet non posterius, & conceditur, ergo prius est esse formam substantialem, distinguo consequens positiuè, nego consequentiam, negatiuè, scilicet non posterius, & concedo consequentiam.

Dices per nos esse simpliciter est posterius positiuè, si non datur resolutio vsque ad materiam primam. probatur sequela, quia accidentia in genito remanent, quæ in corrupto. Respondeo illa accidentia corrupti non dare esse accidentale, seu non denominare genitum; nisi cum adest forma substantialis illius, ideo ipsa forma substantialis est prior ne[illegible]è.

Instatur tertio, idem est ordo in recipiendo, ac in respiciendo, sed primo respicitur forma substantialis, ergo etiam recipitur, ergo in instanti generationis nullum adest accidens, ergo resolutio vsque ad materiam primam. Negatur antecedens, quia respicientia dicitur prima, quæ est tamquam ad essentiale: quia tamen non potest recipi forma substantialis, nisi sit dispositum subiectum, ideò non est prima in recipi.

Instatur quarto. Non possunt esse accidentia, nisi sit materia; sed materia est ratione formæ, ergo primo est esse formam, quàm accidentia. Respondeo concedendo totum, quia semper est aliqua forma prior, scilicet vel corrupti, si sint accidentia præuenientia formam geniti, vel prior est forma ipsa geniti, si sint accidentia consequentia; non tamen sequitur non posse primo existere, quàm forma geniti: sicut enim in instanti generationis existit materia, quæ tamen esse non posset sine forma, sic existunt illa accidentia, quia vna forma alteri succedit immediatè, nec per vllum instans relinquitur materia sine omni forma.

Instatur quinto. Actus secundus in operando supponit primum, ergo etiam actus secundus in essendo supponit primum in essendo, sed actus primus in essendo est forma substantialis, Secundus accidentia, ergo accidentia supponunt formam substantialem, ergo in instanti generationis nullum supponitur accidens, ergo resolutio vsq; ad materiam primam.

Negatur minor, quia actus primus in essendo est materia. Respondeo secundo, si sit forma, concedendo totum, sed negando secundam consequentiam, quia semper accidens supponit aliquam formam, vt argumento præcedenti dicebamus, & sic negatur etiam tertia consequentia.

Instatur sexto. Subiectum generationis ex Aristotele est ens in potentia ad differentiam alterationis, quod est ens actu, ergo nullum accidens remanet, alioquin esset ens actu. Confirmatur per Aristotelem, quod corrumpitur abijt in hoc vltimum, scilicet materiam, ergo resolutio vsque ad materiam primam. 25

Ad argumentum negatur consequentia. ad probationem respondeo, ens actu propriè loquẽdo esse illud quod est constitutum forma substantiali vltima, quomodo non est subiectum generationis; etsi remaneat aliquod accidens; benè alterationis, cùm in illa non pereat aliqua forma substantialis.

Ad Confirmationem Respondeo, nihil aliud velle Aristotelem, nisi materiam esse incorruptibilem, ideo semper in corruptione remanere. Alia argumenta videri possunt apud auctores citatos, sed sunt facilia.

Quoad mentem D.Thomæ dico expresè fauere contrariæ sententiæ *hic lect.* 10. *tex.* 24. ita vt non possit in contrarium explicari. fauet etiam 1. *parte loco citato*, sed ille locus aliquam explicationem patitur apud Aresium, & Hurtadum, *locis qui supra*. nobis autem fauet multis locis *in* 4. *Sententiarum*, & *in quodlibet*. apud eosdem, sed quoniam posset dici se retractasse in summa 1. *parte*, &c. adest locus 3. *parte quæst.* 9. *art.* 3. *ad secundum* vbi habet: *per calorem disponi materiam ad formam ignis, qua aduenìente non cessat calor, sed remanet quasi quidam effectus talis formæ*; Nec possunt dicere Thomistæ D.Thomam loquutum de eodem calore specie, non numero; quia per hoc probabat posse remanere habitum eundem scientiæ acquisitæ in Christo, cum scientia beata, non probasset autem remanere eundem habitum, nisi loquutus esset de identitate caloris numero. Quare cum habeamus hunc Locum clarissimum, & ille ex *parte prima*, patiatur aliquam explicationem, possumus dicere *in tertia parte* retractasse quod docuerat *in lib. de Generatione*, & sic vindicabimus Sanctum Thomam ab opinione, quam tot sapientes dicunt non dignam tanto viro, quam certò qui sequuntur, non alia causa sequuntur, nisi quia fulcitur auctoritate Diui Thomæ.

Soluuntur nonnulla Dubia. Quæstio Septima.

Dubitatur Primo, quodnam sit subiectum Generationis, & Corruptionis. pro responsione Notandum triplex solere distingui subiectum, scilicet inhæsionis, cui aliquid inhæret, Denominationis, quod ab aliqua forma denominatur, & subiectum circa quod versatur actio alicuius agentis. 26

Respondeo primo. Subiectum inhæsionis, generationis, & corruptionis esse materiam. est Aristotelis *hic tex.* 24. *in fine*. D.Thomæ, Alberti Magni, & aliorum apud Rubium *cap.* 4. *quæst.* 4. & ratio est, quia in eodem debet inhærere forma, ac fieri formæ, sed forma inhæret materiæ, ergo, & generatio, quæ est eius fieri. idem dicendum de

de Corruptione, suo modo, quia vt diximus, corruptio nō est actio positiua, sed corruptiua. Confirmatur, quia illi inhæret, à quo dependet in esse, at dependet a materia, generari enim est fieri dependenter à materia.

Respondeo secundo. Subiectum Denominationis totale esse compositum, partiale formam, vt generatio; vt verò mutatio est, esse ipsam materiam. Probatur prima pars, quia compositum est quod per se fit, & comprehendit omne quod per actionem producitur, & forma fit propter compositum, sed fiunt per generationem, ergo compositum est, quod vt totale subiectum denominatur genitum, forma vt partiale, ergo vera responsio quoad primam partem. Quo verò ad secundam est Aristotelis *5. Physic. text. 12.* & probatur, quia materia sola est, quæ ab vno statu positiuo transit ad alium, dum ex vna forma transit ad aliam, ergo sola materia est subiectum denominationis, vt mutatio est.

Dices. id denominatur ab aliqua forma, cui inhæret. patet in albedine, dulcedine, &c. sed materia est, cui inhæret generatio, ergo etiam denominatur. Respondeo maiorem non esse vniuersaliter veram, sed tantùm in aliquibus formis absolutis, cur autem non sit vera in his, quæ hactenus inhærent, quatenùs sunt fieri alicuius, vt generatio, &c. est quia fieri denominat id, quod fit, at subiectum inhæsionis supponitur, non fit per illud fieri, quod inhæret.

Contra Dices. Alteratio est fieri qualitatis, & tamen denominat subiectum, cui inhæret, ergo. Respondeo alterationem, vt sic non importare fieri alicuius, ideò subiectum inhæsionis, quod supponitur, potest denominari alteratum.

Respondeo tertio. Subiectum circa quod, esse ipsam formam. probatur. id est subiectum circa quod, ad quod terminat actio, sed terminat ad formam, quæ fit ex non esse ad esse. ergo. eadem etiam applica corruptioni eo pacto, quo actio merè negatiua horum est capax. vide Ruuium *loco citato.*

27 Dubitatur secundo. An Generatio, & Corruptio fiant in instanti. Respondeo affirmatiuè ex Aristotele *5. Phys.* qui distinguit motum à mutatione, quia motus fit successiuè, mutatio verò instãtanee, & ratione, quia successio prouenit ex diuisibilitate formæ, quæ acquiritur, & ex resistentia contrarij, vt patet de calore, & frigore, sed & si aliqua forma substantialis habeat diuisibilitatem, nullam tamen habet resistentiam, ergo generatio, & corruptio fiunt in instanti, & si quando contrarium videatur asseruisse Aristoteles, intelligendus est de generatione sumpta simul, tum præcedenti alteratione. Vide Hurtadum *disp. 1. sect. 7.* Conimbricens. *quæst. 8. cap. 4. art. 2. ad 4.* Ruuium *cap. 4. qu. 5.* Alaman. *2. 2. summæ philosoph. quæst. 25. art. 8.*

Dubitatur tertio. An Generatio, & Corruptio sint vnica mutatio, nec ne. Respondeo cum D. Thoma *quæst. 28. de veritate art. 1.* esse vnicum motum, & duplicem mutationem. Probatur facilè ex dictis, Corruptio est distincta à generatione, & non est vera actio positiua, ergo vera responsio. Probatur consequentia, quia motus dicit aliquid positiuum, si igitur tantùm generatio est quid positiuum, vnicus tantùm est motus in generatione, & corruptione, scilicet generatio ipsa. Rursus corruptio est distincta à generatione, & æquè, si quid corrumperetur nulla re genita, de nouo, vel aliquid generaretur nulla re corrupta, diceretur subiectum mutari. Primo quidem negatiuè. Secundo positiuè, ergo generatio, & corruptio sunt duæ mutationes.

Dices. in motu locali idem est motus, quo receditur à termino *à quo*, & acceditur ad terminum *ad quem*, ergo erit etiam vnicus motus, quo corrumperur forma precedens, quæ est terminus *à quo*, & quo generatur aliqua forma, quæ est terminus *ad quem*. Negatur consequentia, non enim est paritas, quia terminus *à quo* motus localis non corrumpitur, sed tantùm deseritur. preterquam quòd est terminus *à quo* in motu locali, non est forma, quæ corrumpitur in generatione; sed priuatio formæ generandæ, inter quam vtique, & formam generandam, est vnicus motus.

Multa quæri possent circa generationem animalis, scilicet quomodo se habeant mas, & fœmina, an vtrumque actiuè. an semen sit viuum; An concurrat, vt causa principalis; quid requiratur ad hoc, vt sit aptum ad generationem; quænam membra prius efformentur; quomodo, & cetera huiusmodi. apud Hurtadum exactè discussa habentur *disput. 2. sect. 5. & sequentibus.* & Conimbric. *cap. quæst. 25. & deinceps.* satis sit auctores innuisse. Hactenus de hoc Tractatu.

Tractatus Secundus. Qui est de Alteratione.

AD cognitionem perfectam generationis non parùm conducit cognitio alterationis, Augmenti, Decrementi, &c. quæ cum generatione habent connexionem, vt notauimus in summa, propter quod explicantur h[...] a Aristotele, tùm etiam quia ad Philosophiam naturalem spectat eorum tractatio, nec aptior locus occurrit, id[...] expedito tractatu de generatione, & corruptione, inhærendo ordini Aristotelis, qui de alteratione ante augm[en]tum tractat, hunc secundum tractatum instituimus de [al]teratione. In quo primo quæro.

Quid sit Alteratio, & quotuplex. Quæstio Prima.

MVltas acceptiones Alterationis affert Aresius *d[is]pu. 3. quæst. 24. sect. 1.* propriè tamen solet sumi p[ro] mutatione, quæ est tantùm ad qualitatem, vt cum hom[o] e[x] calido fit frigidus, &c. & quoniam qualitatum aliȩ ha[bent] contrarium, consequenter inuicem se expellunt ab eod[em] subiecto, aliæ carent contrario: hinc

Diuiditur primo Alteratio in corruptiuam, & p[erfe]ctiuam. Corruptiua est illa alteratio, per quam, & fi[...] ficiatur subiectum, inducendo in illum aliquam qu[alita]tem, tamen qualitas contraria illius, quæ inducitur, e[xpel]litur, & corrumpitur per actionem in illam: sic dùm [ho]mo fit calidus, expellitur, & corrumpitur frigus.

Perfectiua alteratio est, qua qualitas aliqua introdu[ci]tur perficiens subiectum, & nulla expellitur, eò quod [non] habeat contrarium, sic illuminatio; vel non expellitur [per] actionem in illam, vt albificatio.

Diuiditur secundo. In instantaneam, & successiu[am]. Instantanea, quæ fit in instanti, & terminatur ad qual[ita]tem non habentem contrarium, vt illuminatio. Successi[ua], quæ fit successiuè, & terminatur ad qualitatem habentem contrarium, vt calefactio. modo definit Aristote[les] sic alterati[o]nem *text. 23.*

Alteratio est, quando manente subiecto sensibili mutatur in suis passionibus, aut contrarijs, aut medijs. Dicitur prim[o] quòd *subiectum mutatur*, vnde lv *mutatur* stat loco generis, & denominat ipsum subiectum, quod verè mutatur, homo enim dicitur calefieri, albefieri, &c.

Dicitur secundo. *idem subiectum sensibile manere*, [quia] accidentia, quæ manent in subiecto alterato, idem [subie]ctum denominãt, ac prius, cùm in alteratione maneat idē subiectum substantiale, ideò dicitur manere idem sens[ibi]le, quod est concretum accidentium, ad differentiam ge[ne]rationis. Sic in calefactione manet idem sensibile [...] enim primo sensibile erat homo, qui denominabatur [co]loratus, figuratus, &c. etiam sub calore idem remanet, [...] homo est qui dicitur calidus, &c.

Dicitur tertio, *passionibus contrarijs, aut medijs*, scili[cet] qualitatibus contrarijs, aut medijs; quia hic definitur t[an]tùm alteratio, quæ est ad qualitatem habentem contrari[um], scilicet alteratio corruptiua, & successiua, quia agit[ur tan]tùm de alteratione, quæ dicit connexionem cum gen[era]tione, hæc autem est tantùm corruptiua, per quam dis[po]nitur ad formam generandam; si verò excludantur [...] vltimæ particulæ, erit definitio alterationis in Com[mu]ni, quæ ad omnem qualitatem terminat; quælibet en[im] qualitas esse potest terminus alterationis, vt sic, no[...] men respectu definitionis traditæ, quæ tantùm ad q[ualita]tem tertiæ speciei potest aptari, attentis vltimis part[iculis] *contrarijs, aut medijs.*

Dices per alterationem aliquando corrumpitur s[ubie]ctum, ergo non manet idem subiectum. Responde[o] [...] corrumpi ex alteratione formaliter, sed consequen[ter qua]tenus per ipsam expulsi[s] accidentibus contrarijs n[on po]test forma substantialis sine illis conseruari.

Dices secundo Aristotelis *illo text. 23.* attulit exem[plum] de subiecto, quod alteratur, mutando figuram, [...] non spectat ad tertiam speciem qualitatis, ergo [...] nitio non compeut tantùm qualitatibus tertiæ [spe]

R[...]

Respondeo, attulisse hoc exemplum tanquam magis clarum, per quod nobis innotesceret, quomodo possit subiectum idem manere, & tamen nouam qualitatem recipere, omnibus enim patet idem æs manere, & si figura mutetur.

An Alteratio sit Motus Continuus. Quæstio Secunda.

30 PRimo Notandum dupliciter posse quæri, an Alteratio sit continua. Primo extensiuè, seu ratione subiecti, scilicet dum subiectum in diuersis partibus alteratur, an vna pars continuè post aliam alteretur, vel inter vtramq; aliqua quies intercedat. Secundo intensiuè, seu ratione formæ, quæ producitur, ver. grat. dùm in eadem parte subiecti plures partes, vel gradus eiusdem formæ producuntur, an vna pars post aliam continuè introducatur, vel aliqua mora interposita.

Notandum secundo. Non quæri, an Alteratio sit successiua, omnes enim concedunt esse successiuam, quia nulla qualitas habens contrarium potest quoad omnes partes simul acquiri, sed secundum priores, & posteriores; siue inter illas intercedat aliqua quies, siue non; sed tantùm quæritur, an sit Continua, videlicet, an sit necesse, quòd inter vnum gradum qualitatis acquisitum, & alium post acquirendum nulla interponatur, quod opponitur continuitati, & proinde fit quæstio tantum de Alteratione corruptiua.

Prima Opinio docet, alterationem non esse continuam, nec secundum extensionem, nec secundum intensionem, sed fieri per minima, scilicet in primo instanti produci aliquam partem qualitatis, postea disponi eandem, vel diuersam partem subiecti ad aliud quid qualitatis, quod in secundo instanti introducitur, postea eandem, vel diuersam partem subiecti disponi ad aliam partem qualitatis, in tertio instanti introducendam, & sic de ceteris. adscribitur Capreolo in 1. dist. 7. quæst. 2. art. 2. Soncinnati. 8. *Metaph.* Iandun. & Petrar. 8. *Phys. quæst.* 7.

Secunda Opinio asserit, Alterationem esse continuam, quoad intensionem, non quoad extensionem, quia agens introducendo primo gradu caloris in vna parte, dùm ad alium disponit aliam partem subiecti, primum gradum intendit in prima parte. Est Ægidij *hic quæstio.* 6. & Ianduni 8. *Phys. quæst.* 8.

Tertia Opinio communis asserit, Alterationem esse continuam, tùm quoad intensionem, tùm quoad extensionem. Est D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 24. *art.* 3. Scoti *in* 2. *dist.* 2. *quæst.* Gregorij *in* 1. *dist.* 17. *quæst.* 2. *artic.* 1. Gabrielis, & aliorum apud Conimbricenses. *cap.* 4. *quæst.* 2. *art.* 1. Ruuium *tract.* 3. *quæst.* 2. *num.* 113. & Arriagam *disput. citatæ quæst.* 27. *sect.* 1. §. *Quinta Sententia* cum qua sit

31 Vnica Conclusio. Alteratio in vtroque sensu est continua. ponitur vnica conclusio, quia rationes, quæ probant pro vna parte, probant, & pro altera. Probatur primo auctoritate Aristotelis. omnis motus propriè dictus *ex* 5 *Phys. tex.* 39. est continuus, alteratio est motus propriè dictus *ex text.* 18. ergo ideò dicit *paulò infra text.* 41. ad constituendum vnum motum debere continuari eodem tempore, ergo continuitas est de eius essentia.

Probatur secundo ratione producta prima parte qualitatis, quam concedunt aduersarij, contraria iuxta posita non possunt non agere, quia agunt necessariò, ergo alterabunt subiectum, ergo nulla erit quies, ergo alteratio est continua.

Dicent. tunc disponi subiectum, sed contra primo quia calor nullam postulat dispositionem, ergo continuè calefiet subiectum, sed calefactio est alteratio, ergo.

Contra secundo, quia, vel disponit agens per aliquam qualitatem, vel per nihil, si primum, ergo alteratio potest esse continua: quia toto illo tempore continuo disponit: Si secundum quomodo disponitur subiectum, nihil recipiendo?

Probatur tertio, sicut se habent quatuor gradus caloris ad quatuor frigoris, ita vnus ad vnum, sed quatuor caloris non possunt simul introduci propter resistentiam quatuor frigoris, qui simul vinci non possunt, ergo neque vnus, ergo ille vnus continuè quoad minores, & minores fuit introductus. Maior est clara, minor patet experientia.

Dicent, dari minimam partem, quæ tota simul, totam simul contrarij expellat; postea agens quiescat. Sed Contra quia vel hæc pars est diuisibilis, vel indiuisibilis. Si primum reddit idem argumentum; quia sicut se habet vnus gradus ad vnum, ita illa minima pars ad aliam minimam contrarij, & si illa tota potuit aliam totam expellere, etiam vnus vnum, quatuor quatuor poterunt expellere, &c. Si dicatur secundum, ergo qualitas constat ex indiuisibilibus contra Aristotelem, & redeunt omnia absurda alibi deducta in quantitate, si ex illis componeretur.

Probatur quarto. Quo magis calefactiuum accedit ad calefactibile, eò magis calefacit, sed maior accessus fieri potest continuè, ergo continuè magis calefaciet, ergo alteratio erit continua, vtraque premissa patet experientia.

Probatur vltimo. Quia si non est motus continuus alteratio, ergo non erit vnica alteratio, sed plures alterationes, ergo si quis sistat ad ignem per horam, postea discedit non erit vnica alteratio contra communem. patet sequela; Antecedens probatur, quia quies tollit vnitatem motus, vt diximus ex Aristotele.

Sed Contra Instatur primo ex Aristotele 8. *Phys. text.* 23. vbi habet, *quare alterari continuè, dicere est perspicuis admodum aduersari*, ergo alteratio non est continua. 32
Rursus paulò ante comparauerat alterationem excauationi lapidis a guttis, sed hæc non fit successiuè, ergo. Ad primum Respondeo ly *continue* significare semper contra Heraclitum, qui volebat res semper alterari. Ad secundum, loqui de illis alterationibus, quæ sunt totæ simul, in quibus non potest assignari vna pars, habita vna parte temporis, alia pars alia parte, &c. sicut in excauatione non possumus assignare vnam partem huic, vel illi guttę, aliam alij, sed tota est ab omnibus simul. expendite textum.

Instatur secundo in tempore sunt infinitæ partes, & instantia, ergo si per aliquod tempus continuè subiectum alteraretur, infinitæ partes qualitatis producerentur, ergo esset qualitas infinita. Negatur consequentia, quia sunt partes infinitæ proportionales, ex quibus non coalescit aliquod infinitum, vt alibi diximus.

Instatur tertio. Gradus qualitatis sunt indiuisibiles, ergo producuntur in instanti, sed instantia non sunt continua, ergo nec alteratio.

Respondeo negando antecedens, fingimus autem primum, secundum, & tertium gradum, vt magis explicemus augmentum qualitatis, re vera tamen id, quod primum gradum dicimus constat ex pluribus partibus successiuè productis, & continuè.

Instatur quarto. Vel in instantibus mediantibus in tempore, quo fit alteratio subiectum alteratur, vel non. Si primum, in instanti, nihil potest esse successiuum, & continuum, ergo cum non possint esse partes temporis adinuicem continuæ, sed inter illas mediet instans, neque alteratio erit continua. Si secundum, ergo tunc quiescet, consequenter nec etiam erit alteratio continua, ergo nullo modo alteratio esse potest continua. Respondeo, per nos non dari indiuisibilia realia, neque hæc instantia, sed partes temporis immediatè continuari, in quibus omnibus subiectum successiuè alteratur. Qui vero dant indiuisibilia realia, dicunt in instantibus produci indiuisibilia continuatiua partium qualitatum, & sic non interrumpi continuitatem; immò per illa indiuisibilia manuteneri, quia connectunt partes qualitatis simul.

Instatur quinto. Qualitas. est res permanens, ergo incipit per primum sui esse, ergo prima eius pars fiet in instanti, ergo etiam cęterę, ergo alteratio non erit continua. 33
Antecedens patet, prima consequentia est commune axioma. Secunda probatur, quia in successiuis non datur primum esse, nec prima pars. Tertia consequentia probatur, quia non est maior ratio de vna parte, ac de alia. Vltima consequentia etiam probatur, quia inter instantia mediat tempus, ergo quiescit illo tempore, ergo non erit continua. Respondeo negando secundam consequentiam.

Ad probationem respondeo, in successiuis non posse assignari primum esse ab intrinseco, benè ab extrinseco, quia cùm sint diuisibilia in infinitum, non potest assignari adeò minima pars pro prima, quin alia minor fuerit prior, & hoc sufficit. Addo quòd etiam in alterationibus instantaneis, cum sint infinitæ partes in qualitate producta, & vna prior altera producta prioritate naturæ, non potest assignari prima ab intrinseco. Hęc omnia proueniunt ex natura rei dicentis partes in infinitum. Alia argumenta videantur apud Conimbricenses, & Arriagam locis citatis.

pre-

præcipua sunt allata. hinc

Deducitur primo: cum alteratio sit motus Continuus, & successiuus, eodem modo de illa esse philosophandum, quoad modum incipiendi, & desinendi, ac de motu, & cum de Motu non possit assignari prima pars, vel vltima, quæ simpliciter dicitur produci, vel desinere, sed qualibet assignata alia prior, & prior fuerit producta, vel desierit, ita etiam in alteratione,

Quare contra Toletum *quæst. 6. conclusione 2.* & Aresium *eadem conclusione sect. 2.* non datur aliqua pars, quæ simpliciter producatur in primo instanti, quia non datur primum instans intrinsecum alterationi, sed tantùm extrinsecum, cui nihil correspondet productum, quia per illud nõ incipit motus, contra communem, sed solùm dicit negationem motus pro illo instanti cum connotatione immediati esse eiusdem post illud; scilicet nunc non est alteratio, statim post erit; ratio autem est primo, quia omnes partes sunt eiusdem rationis, cur igitur prima pars in instanti producetur, aliæ successiuè? Secundo prima pars habet resistentiam, sicut & ceteræ, immò maiorem, quomodo potest vinci in instanti? Tertio, quia producta prima parte in instanti, eadem difficultas remanet, quomodo ceteræ produci incipiunt, & desinunt per motum diuisibilem in infinitum.

34 Dices. Alteratio aliquando verè incipit, & desinit, quomodo incipit, & desinit? Respondeo incipere per primam partem ab extrinseco, & desinere per vltimam ab extrinseco, ver. gra. Calefactio incipit per calefactionem, vt vnum, quatenus ante illam nulla alia pars præcessit calefactionis, desinit per calefactionem vt octo, quatenus post illam alia non erit; non tamen calefactio vt vnum est simpliciter prima nec vt octo simpliciter vltima, quia vtraque in alias partes primas, & vltimas diuidi potest, neque aliud dici potest de motu successiuo, ratio est, quia si incipit per aliquid simpliciter primum, & desinit per aliquid simpliciter vltimum; vel illud primum mensuratur tempore, vel instanti. Si primum ergo habet plures partes successiuas, & continuas, vt tempus, quo mensuratur, ergo non est simpliciter prima. Si secundum peto, pars, quæ sequetur, vel fiet in instanti, vel tempore. Si in instanti, tolletur successio, & continuitas motus; cum eadem ratio sit de ceteris partibus. Si in tempore, redit difficultas, quomodo incipiat, & idem dic de desitione.

Deducitur secundo, non dari minimam alterationem, qua minor dari non possit, & hoc non defectu virtutis agentis, sed ex modo, quo agit, & licet forsan minima pars qualitatis, si vltra diuideretur, non posset conseruari, per hoc non sequitur, quin sub illa minoritate possit prius fieri, quia in fieri continuatur cum ceteris partibus, non sic in facto esse, si diuideretur. expendatur benè natura motus, quia eedem difficultates, & pari solutione soluendę in vtraque quæstione.

Quomodo Qualitas intendatur, & Remittatur.
Quæstio Tertia.

35 INtensiõ qualitatis aliud non est, nisi augmentum illius in eadem parte subiecti, dupliciter namque potest calor ver. gr. augescere, primo si calefacta manu, calefiat, & brachium, & dicitur extensio. Secundo si calefacta manu eadem magis incalescit, & dicitur intensio, de qua quæritur, quomodo fiat; dari enim non est cur probetur, cùm experientia ipsa demonstret eandem partem subiecti posse magis, & magis calefieri.

Prima Sententia docet qualitatem intendi per corruptionem precedentis gradus remissi, & productionem gradus intensi, & è contra remitti per corruptionem intensi, & productionem remissi, ver. gr. fit calor, vt quatuor quia corrumpitur vt tria precedens, & vt quatuor producitur. Est Durandi *in 1. dist. 17 quæst. 7.* Goffredi, Alberti Magni, & aliorum apud Suarez *disp. 46. sect. 1.*

Secunda Sententia communis Thomistarum est, qualitatem intendi per maiorem radicationem in subiecto, videlicet calor intenditur vt quatuor, quia magis radicatur in manu, quàm esset, cum tantùm vt tria erat intensus. hæc autem maior radicatio variè explicatur, vt est videre apud Hurtadum *disput. 5.* & Aresium *quæst. 25.* Tribuitur D. Thomæ *in 1. dist. 17 quæst. 2. art. 2. 1. 2. quæst. 52. art. 1. & 2. 2. 2. quæst. 24. art. 5. & de virtutibus quæst. 1. art. 11.*

Tertia Sententia est, intensionem fieri per additionem nouæ qualitatis ad præcedentem. Est Scoti *in 1. dist. 17. quæst. vltima.* Gregorij *ibidem quæst. 4.* Ochami *quæst. 6* D. Bonauenturæ & aliorum apud Ruuium *tract. 3. quæst. 5. num. 145.* Hurtadum, & Aresium *locis citatis*, quos ipsi sequuntur cum communi recentiorum.

Prima Conclusio. In intensione, & remissione non corrumpitur precedens qualitas. est contra primam sententiam. Probatur vnica ratione. non datur agens harum productionum, ergo. Probatur antecedens. intenditur in aqua frigus vt quinque, remittitur calor, vt tria, quodnam agens eum produxit? Non aqua, vt de se patet, neque aliud agens extrinsecum adest, quod illum possit producere. Addo frustra fieri has productiones, vt continuo id, quod producitur, corrumpatur.

Secunda Conclusio. Intensio non fit per maiorem radicationem, sed per additionem nouæ qualitatis, est cum tertia sententia contra secundam. probatur primo auctoritate Aristotelis 4. *Phys. tex.* 84. vbi dicit, eodem modo fieri magis calidum, ac fit calidum, sed calidum fit, vt ipse *eodem loco* dicit, quatenus id, quod erat in potentia reducitur ad actum, scilicet per eductionem caloris, ergo etiam magis calidum fit quatenus id, quod erat in potentia, reducitur per eductionem noui caloris, ad esse magis calidum.

Probatur secundo. Maior radicatio pertinet ad extensionem, ergo per illam non fit intensio, ergo per additionem nouæ qualitatis, vtraque consequentia patet. Antecedens probatur. Qualitas est agens necessarium, ergo apposita aliqua parte subiecti benè disposita actuat quantùm potest, ergo quo ad illam non poterit magis radicari, ergo radicabitur, quatenus ad plures partes se extendet, ergo radicatio pertinet ad extensionem.

Confirmatur, quia magis radicari importat radices profundius figere, scilicet plures partes subiecti inuadere.

Probatur tertio. Virtus agendi commensuratur entitati rei, sed per intensionem crescit virtus agendi, ergo intensio est per additionem nouæ qualitatis.

Dicent crescere propter maiorem radicationem. Sed Contra; quia ab eodem debet prouenire magis operari, a quo prouenit operari; sicut enim se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, sed operari non prouenit a radicatione; quia accidentia etiam separata a subiecto operantur, vt patet in Hostia consecrata, sed ab entitate, ergo etiam magis operari prouenit a maiori entitate.

Probatur quarto. Qualitas intensa, si separetur a subiecto adhuc remanet intensa, ergo intensio non est à maiori radicatione, ergo ab ipsa qualitate facta maiori per additionem, &c. consequentię patent. Antecedens probatur, qualitas vt octo, & vt duo differunt numero, ergo si separata nõ remanet intensa, Deus non poterit separare idem accidens numero à subiecto: quod si sic, quomodo eadem numero accidentia sunt post consecrationem, quæ erant antea in pane?

Probatur quinto. Actio realis habet terminum realem sed intensio est actio realis, ergo habet terminum realem ergo partem qualitatis de nouo, ergo vera Conclusio.

Dicent habere pro termino maiorem radicationem eiusdem. sed contra primo ex secunda ratione, quia principio qualitas fuit vnita, & radicata quantùm potuit, ergo maior radicatio non potest esse terminus. Secundo Calor intendens calorem, eodem modo influit, ac si primo produceret, sed tunc non produxisset solam radicationem, sed veram entitatem, ergo etiam quando intendit, producit veram entitatem. Contra tertio, quia in rebus materialibus idem est vniri, ac produci, quia vniuntur, eo quod tali subiecto producuntur, ergo si per veram actionem habetur noua radicatio, & vnitio, habetur etiam productio nouæ entitatis. Qui plura vult contra vtranque sententiam pro nostra videat auctores citatos, præcipuè Hurtadum, & Aresium.

Sed Contra Instatur primo pro prima sententia ex Durando *num. 26. loco citato.* terminus *à quo* perit adueniente termino *ad quem*, forma remissa in intensione est terminus *à quo*, ergo perit adueniente forma intensa, ergo vera prima sententia.

Distinguo minorem, forma remissa sumpta [illegible] ter est terminus *a quo* negatur, sumpta [illegible] missa conceditur, ergo perit, scilicet quoad [illegible]

qua non remanet illa forma remissa, concedo, sed hoc non fauet illi sententiæ, quæ volebat corrumpi formam remissam, quoad entitatem.

Instatur secundo pro eadem. Vel intendens qualitatem addit aliquid diuersum, vel non. Si secundum ergo nulla variatio in intensione. Si primum ergo vera prima sententia. Respondeo producere aliquid distinctum à qualitate præcedente eiusdem rationis, per quod variatur qualitas in intensione; quia quæ primo erat vt duo, fit vt tria, neque hæc Responsio infringitur instantijs Durandi *num.* 33. vide si vis.

Instatur tertio pro secunda sententia ex Aristotele *text.* 84. *allegato*, vbi habetur: *ex calido fieri magis calidum, nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum*. Respondeo Aristotelem ibi tan-
36 tùm velle magis calidum non fieri per hoc, quòd noua pars materiæ, quæ primo non fuisset calida fieret calida, sed quia quod erat calidum idem omnino fit magis calidum: quod est propria ratio intensionis. Quare nihil contra nos, consule textum.

38 Instatur quarto. Essentiæ rerum consistunt in indiuisibili ex 8. *Metaphysic.* 10. ergo nulla potest fieri additio. Respondeo distinguendo antecedens, essentiæ rerum, quoad prædicata essentialia consistunt in indiuisibili concedo, quo sensu concedo etiam consequentiam: quoad entitatem, & partes integrales, quibus fundantur illa prædicata essentialia nego, & nego consequentiam in hoc sensu, in quo tantum procedit nostra Conclusio; sic quantitas sine sui essentiæ variatione admittit additionem, immo etiam substantia: quod autem est extensio quantitati, & substantiæ, est intensio qualitati.

Instatur quinto. Duo accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto, ergo non producitur aliquid de nouo.

Respondeo negando consequentiam, quia quod de nouo producitur constituit vnum numero accidens cum præcedenti qualitate, tanquam duæ partes integrales; sicut duæ partes quantitatis vnam numero quantitatem.

Instatur sexto. Si plures ponantur partes quantitatis, vel substantiæ, simul, non habetur earum intensio, ergo nec qualitatum.

Negatur consequentia, ratio est, quia quantitas est ad extendendum, substantia ad faciendum vnum per se: ex eo vero quod plures partes quantitatis, vel substantiæ ponuntur simul, non crescit earum effectus formalis. ideò non dicuntur intendi; qualitas verò est ad reddendum quale, quod magis crescit, quo plures eius partes simul ponuntur, ideò dicitur intendi, per illarum additionem. Addo, quod si hoc argumentum valet, quocunque modo aduersarij ponunt intensionem in qualitate semper poterunt impugnari, quia eo modo non ponetur in quantitate, & substantia, ergo nec in qualitate, quæ consequentia & ab ipsis negabitur.

Hurtadus *disp.* 5. *citata sect.* 5. probat D. Thom. & Caietanum nunquam fuisse huius nostræ sententiæ contrarios, idem sentit Ruuius de D. Thom. *num.* 149. *loci citati*. illorum dicta expendite, loca D. Thomæ, quæ adducunt inuicem conferte, iudices estote, non est hic tempus huius examinis.

An Intensio fiat per Gradus eiusdem, vel diuersæ Rationis. Quæstio Quarta.

39 PHilosophi ad explicandam summam intensionem qualitatis facilitatis gratia eam diuiserunt in 8. partes non communicantes, quos gradus appellarunt, qui postea infinitas partes communicantes continent, secundùm quas intenditur qualitas non enim intenditur secundùm vnum gradum totum simul, & indiuisibiliter, sed successiuè, &c. quærit modo quæstio, an hi gradus qualitatis sint similes, & homogenei, vel dissimiles, & eterogenei, ita vt vnus sit alio perfectior, alium supponat, &c. quod autem statuetur de gradibus, erit statutum, & de partibus graduum; ideò enim vnus gradus erit alio perfectior, vel imperfectior, quia eius partes erunt perfectiores, vel imperfectiores, respectu partium alterius gradus.

Prima sententia docet intensionem fieri semper per gradus eterogeneos, & dissimiles. Sequuntur expressè Suarez *in Metaph. disput.* 46. *sect.* 1. *num.* 38. & Hurtadus *sect.* 6. *disp.* 5 §. 58. quam tribuit Durando, & omnibus, qui volunt fieri intensionem, & remissionem per corruptionem præcedentis gradus.

Secunda Sententia docet, fieri intensionem per gradus homogeneos, & similes. Sequuntur Scotus *in* 1. *dist.* 17. *quæst.* 3. Magnus Albertus *quæst.* 10. Ocham. Richardus, & alij ex antiquis, & ex modernis aliqui apud Ruuium *quæst.* 6. *tractat.* 3. *num.* 157. quos ipse sequitur. ex nostris assentit Pasqualigus.

Tertia Sententia distinguit inter qualitates habentes contrarium, vt calor, frigus, &c. & qualitates carentes cõtrario, vt lumen, impulsus, species intentionales, &c. de primis dicit fieri per gradus eterogeneos, de secundis per gradus homogeneos. Pro nostra sententia.

Prima Conclusio. Qualitates carentes contrario intenduntur per gradus homogeneos. Probatur primo: po- 40
sita vna candela in cubiculo, si alia apponatur in eadem distantia eiusdem omnino rationis, augetur lumen, ergo vera conclusio. Antecedens experientia patet, consequentia est clara, quia suppono luminosa esse eiusdem rationis.

Dicent esse duplex lumen, non vnum intensum. Sed Contra, quia augmentum est in eadem parte subiecti, ver. grat. in medio, & sunt gradus eiusdem rationis, ergo est intensio, &c.

Confirmatur, si sint quatuor candelæ eiusdem rationis eundem effectum præstant, ac si ex illis vnum funale esset effectum, sed tunc esset vnum lumen intẽsum, ergo etiam primo. tota vis est in maiori, quam qui non credit experiatur. Verum quidem est, quòd non intendunt duę candelæ ita, sicut si esset vnum luminosum tantùm eiusdem rationis, ac illæ duæ candelæ, sed hoc est, quia non possunt omnino applicari eidem distantiæ, sicut cum est vnicum luminosum, at pro nobis sufficit, si aliquam intensionem efficiant, vt habeatur intentum.

Probatur secundo in impulsu. Petrus existens virium vt duo, non potest mouere lapidem resistentem, vt quatuor, si accedat Paulus pariter virium vt duo, simul poterunt mouere, ergo intenditur impulsus per gradus eiusdem rationis, ergo vera Conclusio.

Dicent, non intendi, sed extendi, quia vnus mouet vnam partem, alius aliam, sed Contra, quia quæcunque pars quatenus non separata ab alijs, habet pondus vt quatuor, ergo non potest moueri à virtute tantùm vt duo.

Instabis primo æquè accidentarium esset qualitati augmentum intensiuum, ac extensiuum, si vtrunque fit per partes homogeneas, hoc est absurdum, ergo. Negatur sequela, licet enim sit augmentum per partes similes, dùm tamẽ fit in eadem parte subiecti, perficitur iuxta modum, quem exigit natura qualitatis, ideò non est per accidens.

Instabis secundo. Sequeretur posse qualitatem intendi in infinitum. Probatur sequela, poterit Deus partes, quæ sunt in vna parte subiecti ponere in alia, postea omnia, quæ sunt in medietate illius partis, ponere in alia medietate; & sic in infinitum. Respondeo negando sequelam. Ad probationem, Deum posse hæc omnia præstare, sed omnes illas partes esse partes communicantes, vt de se patet, ideò non fore, vt crescat intensio in infinitum.

Secunda Conclusio. Qualitas habens contrarium intenditur per gradus homogeneos. Probatur primo: Ra- 41
dij Solis simul vniti intenduntur, ita vt comburant, ergo vera conclusio. Antecedens experientia patet. Consequentia probatur, omnes radij sunt eiusdem rationis, ergo producunt calorem eiusdem rationis, sed per calorem ab istis productum fit vnus calor intensus, ergo intensio est per gradus homogeneos, est ratio maximè probatiua.

Probatur secundo. Quando agens, vt octo producit primum gradum caloris, vel omnes concurrunt, vel tantùm primus, vel tantùm octauus: si omnes concurrunt, ergo non sunt eterogenei, & diuersæ rationis; si octauus, ergo pariter octauus non est diuersæ rationis à primo. Si primus, contra, quia si solus existeret, non posset producere primum gradum in frigido, vt sex, ergo nec vnitus.

Dicent produci primum à primo virtute cęterorum. Sed Contra, quia vel cęteri influunt, vel non influunt; si non influunt, redit difficultas quomodo sint diuersæ rationis; si non influunt, ergo non producitur in virtute cęterorum, sed propria virtute.

Probatur tertio. Si gradus essent eterogenei, & secundus

dus supponeret primum, & supponeretur à tertio, &c. sequeretur posse dari agens necessarium appositum materiæ dispositæ, & non agere, hoc est falsum, ergo. probatur sequela. sit materia disposita ad calorem, approximetur calidum, vt octo, à quo Deus abstulerit primum gradum, per aduersarios non potest produci secundus nisi supposito primo, quia sunt eterogenei, ergo calidum non poterit agere.

Probatur quarto, vel octauus gradus frigoris expellitur ab octauo caloris, vel à primo, non a primo, quia octauus ob excessum perfectionis supra primum caloris penitus resistet. si ab octauo, ergo producitur etiam ab octauo primus caloris, ergo non sunt eterogenei. Secunda consequentia patet. Prima probatur, quia frigus in tantùm expellitur, in quantùm primus gradus caloris producitur.

Probatur quinto. Si sunt eterogenei, differunt specie, hoc est absurdum, ergo. absurditas probatur, quia quæ differunt specie, non possunt constituere vnam qualitatem continuam, &c. Sequela probatur, ea differunt specie, quæ sub diuersa ratione communi continentur in eodem genere, sic Petrus, & Bucephalus in eodem genere animalis, alius continetur sub ratione communi hominis, in qua conuenit cum Paulo, Francisco, &c. Bucephalus sub ratione communi equi, in qua conuenit cum Brocardo, Zerbino, &c. sed primus, & secundus gradus, si sint eterogenei, cōtinentur sub diuersa ratione communi in eodem genere, ergo. probo sequelam minoris. sint quatuor gradus primi caloris, & quatuor, secundi: conueniunt omnes illi primi in hac ratione communi, quòd sunt primi; secundi verò quod sunt secundi, quod dicit diuersam perfectionem, deinde conueniunt quod sunt secundi, & primi in calore, ergo.

Confirmatur, quia non apparet maior ratio, si vnus est essentialiter alio perfectior, cur ver. gr. homo, & Leo differant specie in animali, & non primus, & secundus gradus in calore.

42 Sed Contra Instatur primo. Calidum vt duo productis duobus gradibus caloris, aliud non potest in eodem subiecto, ergo sunt eterogenei. Anteceden experientia patet. Consequentia probatur. potest illud calidum alios duos producere in aliud subiectum, cur non in idem, si sunt omnino similes? agens potest producere passum, recipere cur non? Confirmatur, quia posset etiam intendere se ipsum. Est Achilles aduersariorum, & fortissimus. Ad argumentum respondeo *tract. sequenti, quæstio. 2.* Ad Confirmationem vero *eodem tract. quæst. 3.*

Instatur secundo. Vnus gradus vnum tantùm expellit ver. grat. primus octauum, ergo sunt eterogenei. Confirmatur, quia nulla esset ratio, cur vnus potius, quàm alius corrumpatur, vel producatur. Ad argumentum respondeo, quemlibet gradum vnius cōtrarij pugnare cum quolibet alterius, scilicet, vt non possint esse simul pacificè. Quod verò primus caloris, ver. grat. non possit esse simul cum octauo frigoris, benè cum septimo non autem secundus cum septimo, & sic de cæteris, est quia non potest subiectum affici de vna qualitate, aut de duabus contrarijs simul supra octo, ratione, quam assignauimus *tract. 1. lib. 2. quæst. 7.* Ad Confirmationem respondeo cum Conimbricensibus, & Ruuio esse determinandum à Deo; & alibi diximus recurrere ad Deum in his casibus non esse indignum Philosopho.

Instatur tertio. In membris animatorum datur eterogeneitas, quia vnum ad alium disponit, ergo etiam in gradibus. Respondeo, dari eterogeneitatem in membris propter diuersitatem operationum, quare negatur consequentia, præcipuè etiam, quia vnus gradus non disponit ad alium: sed est, quia agens non potest simul totum terminum producere, ideò est necesse, primo produci primā partem, postea aliam.

Instatur quarto ex Aresio octauus gradus caloris, & octauus frigoris, etiam in diuersis partibus subiecti pugnant inter se, non verò primus frigoris, & primus caloris, ergo prouenit ex natura ipsorum, ergo sunt eterogenei. Prima consequentia probatur, quia si pugnarent, vt calor, & frigus, æquè pugnaret primus cum primo, ac octauus cum octauo. Respondeo negando consequentiam. ideò pugnat octauus cum octauo; quia cum calor, & frigus se propagare intentant, nec vnum introduci possit, quin aliud expellatur, pugnant, vt se ipsum quodlibet introducat, non pugnat autem primus cum primo, quia cum sint in subiecto prędominatō à 7. gradibus contrarij pugnant cum illo.

Dices sint subiecta affecta quatuor gradibus frigoris, & quatuor caloris, nec etiam pugnabunt simul. Respondeo, tunc non pugnare, quia non habent vim producendi quintum gradum, sed si aliquis ipsorum expelletur, expelletur à forma substantiali, cui calor, vel frigus erit naturale reducendo se ad pristinum statum. 43

Immò hæ responsiones sequuntur necessariò ex doctrina Aresij, si enim sextus frigoris pugnat cum sexto caloris; vel quia sunt calor, & frigus; vel quia sextus: non primo, quia per ipsum primus caloris, & primus frigoris non pugnat, neque secundo, quia sextus gradus frigoris æque pugnaret cum secundo caloris, si pugnaret vt sextus est, ergo pugnant, vt nostra responsione explicauimus.

Instatur quinto ex eodem: calidum, vt quatuor conseruans aliud calidum vt quatuor per verum influxum conseruat, & tamen non intendit, ergo intensio fit per gradus diuersæ rationis. Probatur consequentia, quia producit aliquid eiusdem rationis, & non intenditur. Respondeo negando primam partem antecedentis, conseruat impediendo, ne extrinsecum illud debilitet; neque responsio Aresij, quòd conseruans multoties non a[...] totum conseruatum, quidquam officit; quia si à principio calidum vt quatuor potuit non obstante contrario extrinseco producere aliud calidum vt quatuor, cur non poterit conseruare? Alioquin quæro ab Aresio, qualitas, quæ per conseruationem producitur eiusdem rationis, est ne actiua? si sic, quomodo alteri parti addita in eadem parte subiecti non intendit? forsan ex coniunctione cum cæteris partibus perdit actiuitatem? quis hoc dicat? si non est actiua, ergo non est eiusdem rationis. pręter quam quod si primo ante alios gradus fuisset producta, fuisset actiua, cur non postea? Addo, per hanc actionem producitur aliquid caloris, ergo subiectum habet maiorem calorem quam primo haberet, ergo fit magis calidum, ergo n[...] actiuum; contrarium non video Quomodo intelligi possit.

Vbi subiectentur Accidentia. Quæstio Quinta.

Lib. 2. Phys. promisi me tractaturum hanc quæstionem in his libris. Ecce ito promissis: & omissis varijs sententijs, quæ videri possunt apud Ruuium *lib. 1. cap 4. qu. 8* & Aresium *lib. 1. disput. 2. quæst 28.* & ceteros auctores in istis citatis.

Notandum, duplex esse subiectum accidentium materialium, aliud denominationis, aliud inhæsionis. Subiectum denominationis, seu vt *quod*, est ipsum compositum, cuius dicuntur actiones; sic si rubor faciem hominis apprehendat, dicitur homo rubuisse. Subiectum inhæsionis est, cui inhæret accidens, & de hoc est quæstio quidnam sit respectu accidentium.

Vnica Conclusio. Subiectum inhæsionis accidentium materialium est tantùm illud, de cuius potentia educuntur, est cum Hurtado *in Phys. disput. 6. sect. 6.* licet sub alijs verbis, & quasi innuitur a Conimbricensibus *hic cap. 4. qu. 4. art. 1. Conclusione 2.* est autem contra Aresium, Ruuium, & contra communem, qui distinguunt duplex subiectum, aliud inhæsionis tantùm, aliud simul sustentationis, & inhæsionis, & dicunt accidentia semper sustentari à subiecto, de cuius potentia educuntur, & illi inhærere, posse tamen etiam alicui inhærere, ex quo non fuerint educta, neque à quo sustententur.

Probatur primo. Accidens non potest educi de subiecto, quin inhæreat, ergo neq; potest inhærere, quin educatur, ergo vera Conclusio. Antecedens patet ex dictis in *Phys.* consequentia probatur, ideò eductio dicit inhærentiam, quia eductio est fieri cum dependentia, quæ habetur per inhærentiam, sed accidens non dependet naturaliter loquendo ab aliquo subiecto, nisi quia educitur, ergo non potest inhærere, quin educatur.

Confirmatur primo, si accidentia non educ[...] subiectis, quibus inhærent, tolleretur [...] gnoscendi subiecta, ex quibus educuntur, quod [...] absurdum pateret in philosophia.

Confirmatur secundo. Magis pendent accidentia [...] biectis, quam forma substantialis a materia [...]

potest naturaliter alij materiæ inhærere, quàm illi, ex qua educta, ergo.

Probatur secundo, vel idem accidens numero est totum in subiecto, ex quo educitur, & totum in alio, vel secundùm partes; non secundùm partes, quia sumus extra quæstionem, neque secundùm se totum, quia est tantùm rerum spiritualium esse secundùm se totas in pluribus partibus distinctis, ergo accidens non potest esse, nisi in subiectis, ex quibus educitur.

Confirmatur, quia ideò quantitas, & cętera accidentia materialia secundùm diuersas sui partes, sunt in diuersis partibus subiecti, ex quo educta.

45 Instabis primo cum Aresio. Materia, & forma sunt maximè penetratæ, & presentes, ergo accidentia vnius fiunt accidentia alterius, etsi ex illa non educta. Negatur consequentia; si enim duo corpora penetrarentur, non per hoc accidentia vnius essent accidentia alterius, quia remanerent verè distincta, ita de materia, & forma, quæ remanent distincta, etsi non disiuncta.

Instabis secundo cum eodem. Prius est, materiam habere formam substantialem, quàm quantitatē, ergo quantitas inhæret etiam formæ, ex qua non educta. Negatur antecedens, quod etiam alibi negaui; hinc tamen non sequitur [illegible] vniri mediante quantitate, &c. quod etiam [illegible], quia forma penetrat quantitatem, & vnitur materiæ immediatè, & idem de ceteris accidentibus, quæ supponunt quantitatem, & de forma etiam respectu accidentium, quæ [illegible] in subiecto, neque quantitas, & illa accidentia recipiunt in se formam, sed solùm sunt dispositiones ad ipsam.

Instabis tertio cum eodem. Dicitur forma quanta, quantitas dulcis, alba, &c. ergo verè quantitas inhæret formæ, etsi ex illa non educatur, & dulcedo, & albedo inhærent quantitati, etsi ex illa non educantur. Respondetur formam, & qualitates propriè non esse quantas, sed tantùm [illegible] per situatum partium extreitatem. immò nec [illegible] opposita propriè potest dici; quia quantitas non inhæret qualitatibus, sed è contra, & tamen albedo [illegible] quanta, igitur per has propositiones non [illegible] effectus quantitatis: pariter dico quantitatem propriè non esse dulcem, albam, &c. sed ad summum sumpta ly *quantitas* pro quantum, valet enim quantum est dulce, & è contra, dulce est quantum, quia tantùm significatur quantitatem, & dulcedinem esse in eodem subiecto.

Instabis quarto ex Ruuio potentiæ vitales inhærent toti composito, & actus etiam vitales, & species expressæ, & impressæ toti potentiæ compositę ex materia, & forma; & tamen hæc accidentia non educuntur ex vtraque parte, ergo. Respondeo negando, quòd si non educuntur, inhæreant, an verò educantur, dicetur *in lib. de Anima proprijs locis*.

46 Instabis quinto. Accidentia illi subiecto inhærent, per quod definiuntur, sed definiuntur per compositum; sic simitas dicitur curuitas in naso, ergo illi inhærent, sed non educuntur multoties de toto composito, ergo. Respondeo negando antecedens, quia definiuntur per subiectum denominationis. patet clarè, quia certum est intellectum, si fit accidens non inhærere corpori, sed tantùm animæ, & tamen definiretur per hominem.

Instabis sexto ex Aristotel. *hic tex*.24. subiectum alterationis est ens actu, scilicet compositum, & tamen accidentia educuntur tantùm de materia, ergo alteri potest accidens inhærere, à quo non sit eductum. Respondeo, Aristotelem esse locutum de subiecto denominationis, quod idem manet sub qualitate corrupta, & de nouo genita, ad differentiam generationis, in qua non manet idem sensibile, vt idem subiectum.

Tandem aduerto, quòd si manifestè pateat aliqua accidentia inhærere formæ, tunc dicendum, quòd sint educta de illius potētia, vt proprietates, &c. & si pateat etiam materiæ illa inhærere, dicendum etiam de illa pariter secundum diuersas partes fuisse educta, nec intima vnio materiæ, & formæ tollit hanc duplicem eductionem, quia, nec etiam tollit distinctionem, sicut perfecta vnio duarum partium continuarum manus, non tollit duplicem eductionem qualitatis ex illis, partialem tamen. De Alteratione satis.

Tractatus Tertius. Qui est de Actione, & Passione.

ARistoteles *tex*.25. post Alterationem agit de Augmētatione; quare & nos hoc loco debetemus de illa agere; quia tamen augeri est actus potentiarum viuentium, optimum duxi de Augmento, & ad ipsum pertinentibus agere in lib. de Anima; melius enim & potentia cognoscetur ex obiecto, & actu, & obiectum, & actus ex potentia; quare post Alteratione tractatū instituo de Actione, & Passione cum ipso Aristotele *tex*.43. vt melius possit patere natura mixtionis, in ordine ad quam hic tractatur de agere, & Pati.

An Agens debeat esse præsens Passo. Quæstio Prima.

SOlet hæc quæstio proponi etiam sub alijs terminis, scilicet an agens possit agere in distans, non agendo in medio; an ad agendum requiratur contactus; an ex operatione colligatur presentia operantis; an agens, & passum debeant esse simul, & solet tractari à Philosophis vel *in 7. text*.10. vel *hic*, quò nos eam remisimus. à Thelogis verò tractatur 1. *parte quæst*.8. & *in* 2. *dist*. 2. pro qua 47

Supponendum tanquam certum cum Aresio *sect*. 5. & Suarez, & alijs: effectum productum intra sphæram alicuius agentis esse totum à principali agente, non verò à partibus successiuè ad inuicem, ratio est, quia alioquin nō esset vna continuata actio, si principia sunt distincta realiter, nec vna numero, quia idem calor non potest esse, & terminus, & principium eiusdem numero actionis, tùm quia non esset ratio differentiæ inter sphæram vnius, ac alterius agentis. hoc supposito

Notandum est, presentiam agentis ad passum duplicem esse, scilicet formalem, & virtualem. Formalis est, cum agens secundùm proprium suppositum est indistans à passo. Virtualis, cum & si distet à passo secundùm suppositum, est tamen presens secundùm virtutem. Modo sit

Prima Conclusio. Agens non debet necessariò esse presens passo, secundùm suppositum. hæc conclusio est clara, dato illo supposito, & probatur sic, effectus productus in tota sphęra est ab ipso agente sed agens secundùm suppositum non est presens, nec medijs, nec vltimis partibus sphæræ, ergo vera Conclusio.

Secunda Conclusio. Non est necesse, quod Agens sit præsens omnibus partibus passi, in quod agit secundum virtutem, dicit igitur conclusio. quod si sphæra ver. grat. 48
ignis sit sex palmaris, vt ignis in illam agat, non est necesse quòd secundùm sui virtutem coniungatur omnib. partibus, in quas successiuè aget.

Probatur primo. Nulla datur hæc virtus, quæ sic coniungatur, ergo. Antecedens probatur. ignis producit calorem in decimam partem passi, modò, vel hæc virtus est calor productus in nona parte, vel aliquid ignis in ipsa collocatum, ad hoc, vt agat in decimam; aliud vtique excogitari non potest, quod possit esse hæc virtus; sed neutrum dici potest, ergo. Probatur minor. calor productus in nona parte est effectus ignis, & realiter ab ipso distinctus, & potius est virtus calidi in nona parte, quàm ignis: rursus si hic calor esset hæc virtus, redirent absurda notata in supposito, ergo hic calor non potest esse hæc virtus, quòd nec etiam aliquid aliud, probatur; vel est substantia ignis, & hæc non, quia non separatur à supposito; vel aliquod accidens ab ipso diffusum in medio, & hoc non, quia non potest diffundi, nisi educatur de singulis partibus medij; modò vel vna pars educit aliam, & si sic, in easdem difficultates incidimus, vel igni absens secundùm suppositum immediatè illam virtutem educit, de singulis partibus, quod si dicatur, ergo sine illa virtute possumus dicere, quòd educat immediatè calórem, quia quod possumus per pauciora, non debemus per plura.

Respondet Ruuius *hic cap*.6. *quæst*. 1. *num*.19. in partes, quas formaliter ignis tāgit, per se ipsum influere effectum, in remotas verò per virtutem diffusam in proximis, non tamen per illam solam, sed concurrendo actualiter cum illa. Sed Contra primo, quia redeunt difficultates quid sit hæc virtus, quomodo fiat, &c. Contra secundo, quia si effectiuè ignis absens secundùm suppositum potest concurrere cum virtute existenre ver. gratia, in septima parte ad

producendum calorem in octaua, cur non potest illum producere? ipse est potens, distantia non impedit, quia æquè impediret, ne simul concurreret cum virtute.

49 Probatur secundo Conclusio per Suarez *loco infra citando num. 17.* Ruuium *num. 13.* Aresium *sect. 3. in fine.* ad hoc vt ignis dicatur agere in distans agendo in medium, necesse esse per eandem virtutem agere in vtroque, ergo vera nostra Conclusio. Probatur consequentia, virtus, qua ignis agit in partem proximam, aliud non est nisi forma ignis, seu calor, quo potest agere, hæc non vehuntur per omnes partes passi, sed tantùm fiunt contigua primæ parti, ergo ignis non potest esse præsens secundùm virtutem omnibus partibus passi.

Probatur tertio. Si datur hæc virtus in 7. parte ver. gr. qua ignis fiat præsens octauæ parti calefaciendæ, ignis distans secundùm suppositum agit in illam virtutem existentem in septima parte, nulla virtute diffusa in sexta, qua mediante fiat præsens virtuti in septima, ergo potest etiam producere calorem in illa septima parte, nulla diffusa virtute in sexta ad illum producendum, ergo ad agendum non est necesse, vt agens sit præsens secundùm virtutem, vtraque consequentia patet. Sequela antecedentis probatur, ignis conseruat illam virtutem productam in septima parte, & conseruat per veram actionem, secundùm aduersarios, vel ergo agit media alia virtute, & dabitur processus in infinitum, vel per se ipsum, & ecce veram sequelam.

50 Tertia Conclusio. Agens creatum naturaliter non potest agere in distans, nisi etiam agat in medium. in hac conclusione conuenio cum communi, apud Suarez *disput.* 18. *sect.* 8. *num.* 10. Ruuium *loco citato*, & Aresium *disp.* 5. *quæst.* 41. est contra Scotum, & Scotistas, & nonnullos ex Nominalibus apud eosdem Probatur à priori diuersis rationibus apud Aresium *sect.* 3. quas omnes optimè reijcit, tanquam inefficaces, tandem ipse probat, quia partes spatij habent essentialem connexionem ad inuicem, vt non possit vna pars effectum recipere, quin & alia prior, sicut de transitu corporis ad partem distantem sine medio, ideò est necesse, vt per virtutem fiat præsens medio.

Sed Contra Primo, quia ex ipso Aresio *ibidem*, virtus, quæ operatur, ver. grat. in septima parte spatij, est diuersa ab illa, quæ in sexta, quinta, & ceteris, partibus antecedentibus, & tamen est effectiuè ab agente distanti, ergo verè agit in distans, non agendo in medium, ergo mala ratio.

Contra secundo, quia agens est potens in septima parte ver. gr. spatij producere effectum diuersæ speciei à productio in sexta, ergo non est talis connexio. Probatur consequentia, quia hæc connexio vniuersaliter negaret aliquid produci in distanti, quin primò in medio.

Contra tertio, quia æquè connexionem dicit ver. grat. tertia pars spatij cum secunda intra sphæram agentis, ac prima eiusdem cum ceteris præcedentib. extra sphæram, si igitur tertia non potest recipere actionem, quin secunda, nec etiam prima, quin præcedentes.

Dicent. extra primam partem non esse agens, quod agat, sed tantùm in prima, sed hoc est, quod quærimus, si est hujusmodi connexio inter partes, quomodo agens hic tantum possit incipere actionem, cum non egerit in præcedentibus partibus, quare ratio assignari debet ex parte agentis. sed

51 Suppono primo, quodlibet agens habere propriam sphæram, extra quam agere non potest, scilicet tantùm spatij, in quod potest effectum producere, non extra illud.

Suppono secundo. Sphæram cuiuslibet agentis incipere, vnde existit agens; tùm quia si partes spatij distantes ab agente sunt intra sphæram, multò magis partes, quæ proximiores sunt agenti, quia magis accedunt ad eius virtutem; tùm quia naturaliter constat agentia fortius agere in partes proximiores, ergo signum est sphæram incipere, vnde existit agens.

Suppono tertio. Distans, de quo est Conclusio non posse recipere actionem agentis, non esse distans extra sphæram illius, quia certum non posse in illud agens agere; alioquin vel non haberet determinatam sphæram, vel sphæra non inciperet, vnde existit agens, quare remanet conclusio de distanti intra propriam sphæram, & quæritur ratio cur, si sphæra agentis est spatium ver. grat. decem palmare, non possit agens agere in decimam partem, non agendo in alias nouem. Nunc

Probatur à priori Ad actionem in distans natura agentis non exigit concursum Dei, ergo Deus non concurrit, ergo non potest agere in distans. Vtraque consequentia patet. Antecedens probatur. Actio in distans non est actio ordinatè, ergo non petitur concursus Dei. Antecedens probatur, quia partes distantes supponunt alias partes proximiores intra sphæram, in quas ordo exigit, vt primo agens agat. Consequentia probatur, tunc tantum exigitur Dei concursus, cum est actio iuxta naturam, sed actio inordinatè non est iuxta naturam, quæ maximè affectat ordinem, ergo non exigitur Dei concursus.

Dices. Cum medium non est capax actionis, non est contra ordinem, quod agens agat in distans, non agens in medium; Respondeo, etiam tunc esse contra ordinem, quia per hoc non tollitur, quin passum positum in me[dio] non sit intra sphæram agentis, & proximius, quam distans.

Probatur secundo à posteriori, quia ideò Natura refugit vacuum, vt possint per corpus medium trans[ire] influxus ad inferiora, ergo non potest dari actio in dist[ans], alioquin vacuum non impediret influxus. Alias rationes à posteriori habes apud Aresium, Ruuium, & alios.

Quarta Conclusio. Agens creatum super natur[ale] & increatum possunt agere in distans, non agendo in [me]dium. Est contra Thomistas, Ruuium, Aresium, & a[lios] apud istos. Est tamen cum Scoto, & Scotistis. Probatur quia nulla ratio conuincens de contrario; & cum a[gatur] de Dei potentia absoluta, nihil denegare debemu[s], [nisi] euidenti ratione conuicti, neque rationes pro præceden[ti] conclusione plus probant, quàm naturaliter.

Quinta Conclusio. Agens naturale debet esse præs[ens] passo præsentia formali secundùm aliquam sui partem. probatur ex dictis. agens habet determinatam sph[æram] quæ incipit, vnde existit ipsum agens, neque potest operari in partem distantem intra propriam sphæram, q[uin] agat in partes proximiores, ergo erit præsens pass[o exi]stenti intra eandem sphæram secundù primas partes, e[rgo].

Sexta Conclusio. Agens potest dici aliquo modo præsens secundùm virtutem passo quoad omnes partes, [in] quas agit. Explicata conclusio remanebit probata. Dupliciter potest intelligi agens præsens secúdùm virtute[m]. Primo quod si agit in partem tertiam, ver. gr. [ut] exista[t in] secunda parte virtus agendi, quæ agat in tertiam, & [hoc] reiecimus. Secundo quòd sit præsens. Tertiæ parti secundùm virtutem, quia virtus agentis existens in agen[te] se extendit etiam ad tertiam partem, & ibi potest suum effectum producere, quia nisi eius virtus eò vsque se ex[tenderet], non posset quidquam ibi facere, & tali pacto [in]telligenda Conclusio. & est vera, ideò enim dicitur [talis] vel talis sphæra agentis, quia per totam illam potest [ope]rari, & consequenter toti illi secundùm sui virtutem e[st] præsens. modò ad argumenta.

Arguitur Primo Contra secundam Conclusionem et auctoritate Aristotelis multis locis, quòd agens, & pass[um] debeant esse simul, sed non possunt esse simul suppo[sito] ergo saltem virtute.

Respondeo, satis esse quòd sint simul modo explica[to].

Arguitur secundo. Quod non est hic, est ac si non es[set] respectu huius loci, sed agens operans in secunda parte verè non est ibi, ergo est, ac si non esset, sed quod non e[st] operari non potest, ergo agens, vt operetur debet esse p[ræ]sens saltem secundùm virtutem. Respondeo, quod no[n] est hic nec supposito, nec virtute, & conceditur esse, ac si non esset, sed negatur minor, quia agens operans in [se]cunda parte, est ibi virtute iuxta sextam conclusionem, & etiam supposito iuxta quintam quatenus secunda pa[rs] pars vnius passi existentis intra sphæram, & hoc existit [si]mul cum agente secundùm primam partem.

Arguitur tertio. Ergo agens poterit operari ad qu[am]cunque distantiam. Probatur consequentia, quia non [est] necesse, quòd sit præsens neque secundùm supposit[um], neque virtutem, nulla igitur maior ratio, cur dicatur a[gere] ad tantam distantiam, non maiorem, &c. Respódeo q[uod]libet agens habere determinatam sphæram [illegible] secundùm virtutem, iuxta tamen sextam Conclusionem, & extra sphæram non potest agere, quia non se ex[tendit] vltra illam eius virtus, quod vtique aliunde non p[roue]nit nisi ex limitata natura agentium, quorum vnu[m] [illegible] habet actiuitatem, quam aliud.

Ar[guitur]

54 Arguitur quarto. Sequeretur contra dicta in *Phyſ.* poſſe productionem formæ ſubſtantialis eſſe ab alia forma ſubſtantiali, & ſi preſens eſſe non poſſet. Probatur ſequela, quia per nos ſatis eſt, ſi ſit intra ſphæram agentis, quod vtiq; contingit in productione formæ ſubſtantialis, quia agens poteſt diſponere ad formam ſubſtantialem, vt diximus, ergo tota illa diſtantia eſt intra ſphæram ipſius agentis. Reſpondeo negando ſequelam, cuius probatione conceſſa, negatur, quod illa diſtantia, in qua producitur forma ſubſtantialis [illegible], ſit intra ſphæram agentis, neque diſponit per propriam virtutem, ſed mediantibus accidentibus, quæ [illegible] ſphæram produxit, inde patet, quod & ſi primum agens diſponens, penitus corrumpatur, adhuc produceretur effectus ſubſtantialis, qui vtique eſſe non poſſet [illegible] à diſponente produceretur, quia quod nullo modo habet eſſe, effectum reale producere non poteſt. diſcurre per productionem formarum mineralium, quæ dicuntur eſſe à Sole, & patebit doctrina.

Arguitur quinto. Contra tertiam Concluſionem pro [illegible] viginti quatuor experientijs, quibus naturaliter comprobatur actio indiſtans, ad quas omnes reſpondeo, vel eandem qualitatem etiam reperiri in medio, quamuis [illegible] diſpoſitionem idem non ſequatur effectum, vel falſo afferri has experientias. Videte Areſium, qui omnes affert, & ſoluit.

Arguitur tertio. Contra quartam Concluſionem, ſecundum [illegible] ſententiam; non poteſt Deus transferre [illegible]; niſi per medium, ergo neq; poterit [illegible], niſi primo operetur in medium. Reſpondeo [illegible] quo res ſit preſens in diſtanti, ſit [illegible], ideo quia corpus per translationem ſit [illegible] debet transferri etiam per medium, [illegible] ex dictis, non ſit preſens per operationem [illegible] conſequentia.

[illegible] agat in Diſſimile. Quæſtio Secunda.

55 N[illegible] Primo. Similitudinem quadruplicem eſſe [illegible] ſecundum formam, ſeu ſpeciem; ſic duo [illegible] gradu intenſionis, duo calores am[illegible]. Tertio in ceteris circumſtantijs, vt denſitate [illegible] magnitudine, paruitate, &c. ſicut calor in [illegible] æque denſis. Quarto in potentia, ſic ſi [illegible] vt duo, & frigus reſiſtitiuum vt duo.

N[illegible] ſecundo. Qualitates actiuas alias eſſe, quæ [illegible] as. quæ contrarium habent, & in his [illegible] quarta ſimilitudo, vel diſſimilitudo, [illegible] quod eis ref[illegible] his notatis.

Prima Concluſio. In qualitatibus habentibus contrarium agens poteſt agere in ſimile, ſecundum ſpeciem, diſſimile in gradibus. Probatur, quia calidum vt octo poteſt intendere calidum vt vnum, ergo vera concluſio.

Secunda Concluſio. In eiſdem qualitatibus agens poteſt agere in ſimile ſibi in gradu, diſſimile in denſitate, & ceteris circumſtantijs. Eſt Marſilij, Soti, & aliorum apud Toletum *q. 1 3. 1. de Generatione concluſ.* 1 contra Areſium *diſp. 5. qu. 4.* & Rubium *cap. 9. qu. 5. §. dubium agitandum.* Probatur calidum, vt quatuor ver. gr. in materia denſa ſit maioris virtutis ad agendu, quam in rara, ergo vera Concluſio. Antecedens probatur, quia per condenſationem eidem parti paſſi imprimuntur omnes illæ partes qualitatis, quæ imprimebantur in diuerſis partibus, dum agens erat in materia rara, ergo effectus reſultat intenſior, ergo agens in materia denſa eſt maioris virtutis.

56 Tertia Concluſio. In eiſdem qualitatib. agens non poteſt agere in ſimile ſibi ſecundum gradum, denſitatem, & cęteras circumſtantias. In hac concluſione conueniunt omnes, qui dant gradus Eterogeneos, immo Marſilius, & alij apud Toletum, qui ſimpliciter dicunt ſimile agere in ſimile, ſemper probant per exempla de agente exiſtente in materia denſiori ita apud Toletum §. *altera opinio.* Eſt tamen contra P. Paſqualigum, qui exiſtimat ſufficere diſſimilitudinem in paſſo, quoad formam recipiendam.

Probatur primo. Agens debet excedere paſſum, vt agat ſecundum potentiam, ergo vera Concluſio. Antecedens patet ex communi modo loquendi, *actionem eſſe ſecũdum exceſſum maioris inæqualitatis*, ſcilicet quòd agens in virtute ſuperet paſſum; patet etiam ratione, quia ſi ſit maior reſiſtentia paſſi, non ſuperabitur, item ſi ſit æqualis actiuitati agentis etiam reſiſtet, ne agat, ergo debet excedere paſſum. Conſequentia probatur, quia maior potentia prouenit, vel ex maiori intenſione formæ agentis, vel ex denſitate materiæ, pluralitate partium, &c.

Probatur Secundo, alioquin calidum vt quatuor poſſet producere alios quatuor gradus caloris in aliud calidum, vt quatuor, & ad calorem vt octo illud reducere contra experientiam, neque reſponſio Paſqualigi ſaluat difficultatem, vt alibi diximus.

Quarta Concluſio. In eiſdem qualitatib. agens, vt agat, requirit paſſum diſſimile ſecundum potentiam, & actiuitatem, hæc concluſio eſt apertè Ariſtotelis *tex.* 49. vbi dicit, agens & paſſum non poſſe eſſe omnino ſimile; ſed non eſt neceſſaria diſſimilitudo ſecundum gradum, neque ſecundum denſitatem, ergo ſecundum potentiam, quæ conſurgit, vel ex diuerſa intenſione, vel ex denſitate, &c. 57

Probatur etiam ratione. quia niſi adſit hæc diſſimilitudo, vt diximus, nõ poteſt ſequi actio, ergo vera Concluſio.

Quinta Concluſio. In qualitatibus carentibus contrario agens poteſt agere in omninò ſimile. hęc Concluſio eſt cum Areſio, Paſqualigo, & alijs. Sequitur ex pręcedentib. ideò enim agens in illis non poterat agere in ſimile, quia debebat vincere reſiſtentiam paſſi: hic nulla adeſt reſiſtentia, ergo.

Probatur etiam experientijs de duobus luminibus omnino ſimilibus, quas alibi attulimus, cum de intenſione, eo vos remitto hinc

Deducitur reſponſio ad argumentum hic remiſſum. quare ſi intenſio ſit per gradus homogeneos, calidum vt quatuor non poſſit agere in calidum vt quatuor, &c quia videlicet non eſt maioris potentiæ, ſi ſit in materia æquè denſa, ſi vero ſit actiuius, vel ratione denſitatis, vel alio modo poterit in illud agere iuxta ſecundam Concluſionem. contra quam

Inſtatur Primo. Denſitas non dat actiuitatem, ergo ſi calidum, vt quatuor in materia rara non poteſt agere in calidum vt quatuor, neq; in materia denſa poterit. Reſpondeo denſitatem per accidẽs dare maiorem actiuitatẽ, quatenus in puncto medij correſpodent plures partes agẽtis.

Inſtatur ſecundo. Nulla cauſa poteſt producere effectũ ſe intenſiorem, ſed hoc ſequeretur, &c. ergo. Reſpondeo illum effectum eſſe à pluribus partibus agentis, quarum quælibet ſuum partialem effectum produxit. quare negatur conſequentia, quia non eſt vna cauſa totalis ſecundum intenſionem.

Inſtatur tertio, ex Areſio, ſequeretur duo calida æqualia ſe poſſe intendere vſque ad ſummum. Probatur ſequela. Calidum denſius, vt quatuor v. g. producit quintum gradum, in calidum vt quatuor rarum, poſtea illud rarum producit quintum in calidum denſum, illud poſtea ſextum in rarum, & ſic deinceps. Reſpondeo negando ſequelam, ad probationem dico, calidum vt quatuor denſum non poſſe producere in rarum, niſi quantum eum excedit in potentia, ſtatim ac erunt æqualia in actiuitate, in vno ratione denſitatis, in altero ratione intenſionis, ceſſabit actio. 58

Inſtatur quarto. Paſſum non patitur, niſi vt in potentia ad recipiendum; ſimile in gradu non eſt in potentia reſpectu alterius ſimilis, ergo. Reſpondeo ſimile habere potentiam paſſiuam ad gradus, quos non habet, & eſt in potentia reſpectu ſimilis excedentis in actiuitate; quia ratione exceſſus poteſt illos gradus producere, ratione quorũ etiã dicitur contrarium paſſo; neq; tamen hinc ſequitur, quodlibet pati a quolibet, ſed tantũm ab excedente in potentia.

Inſtatur quinto contra quartam Concluſionem. Calidum vt tria in ſubiectum, quod ſit calidum manus, quàm vt tria, poteſt agere, ergo agens vt agat, non requirit exceſſum potentiæ ſupra paſſum. Antecedens experientia patet. Si manus ſit frigida vt ſex ponatur in aqua calida vt duo. Conſequentia probatur: quia potentius eſt frigidum vt ſex, quam calidum vt duo.

Reſpondeo, quòd ſi calidum vt tria agit in frigidum vt ſex, erit, quia illud ſuperabit in potentia, vel ratione denſitatis, maioris materiæ, &c. neq; contrarium eſt intelligibile, quod reſiſtens ſit potentius agente, & tamen actionem recipiat. quare quoties calidum agit in minus calidum, poteſt etiam in ſimile, quia in ſimili eſt minor reſiſtentia.

An idem poſſit Agere in ſe ipſum. Quæſtio Tertia.

Notandum Primo, duplex eſſe agẽs, aliud vniuocum, ſeu formale, quod producit effectum eiuſdem ratio- 59

nis cum forma, vt calidum quod producit calorem; aliud æquiuocum, seu virtuale, quod producit effectum diuersæ rationis, quem tamen virtute continet, vt forma aquæ producens frigus,

Notandum secundo reuocato in mentem, quod sæpius diximus, qualitatum alias habere contrarium, alias nequaquam, ex qualitatibus carentibus contrario, alias indigere continua agentis conseruatione, vt lumen; alias habere esse aliquo modo permanens, vt virtus impressa proiectis.

Notandum tertio. Actionum alias esse directas, alias reflexas. Actio directa est cum agens directè per totam suam sphæram agit.

Reflexa, cum aliquo obice impeditum agens, ne per totam sphæram agat, retrocedit actio in medium, & quasi resilit ad modum pilæ de pariete resilientis. his notatis.

Prima Conclusio. Agens Æquiuocum, seu virtuale potest agere in se ipsum. Probatur mille experientijs, aqua calefacta se reducit ad pristinam frigiditatem, & non nisi à forma aquæ fit hæc reductio, vt alibi diximus; potentiæ animæ producunt in se ipsis suos actus. vinum, piper, quæ habent esse virtuale tantùm incompletum, si ab aliquo extrinseco adiuuentur, producunt in se ipsa calorem; ratio conclusionis est, quia ideò aliquid non potest agere in se ipsum, ne sit simul in actu, & potentia, scilicet simul habeat illam formam, & etiam possit illam habere, quod implicat, sed hoc non accidit in agente æquiuoco, quod habet formam, quam producit tantùm actu virtuali, ergo potest illam formaliter recipere, ergo agere in se ipsum.

60 Secunda Conclusio. Agens vniuocum in qualitatibus, quæ non habent contrarium, & indigent conseruatione, non potest agere in se ipsum actione directa. Patet experientia si sit luminosum, vt quatuor nunquam experimur lumen intensius habere, quàm vt quatuor. Ratio conclusionis patebit in Libris de Anima, cum videbitur, quid sit lumen, & quomodo producatur, & pendeat à corpore luminoso.

Tertia Conclusio. Agens vniuocum in qualitatib. quæ non habent contrarium, & habent esse aliquo modo permanens potest agere in se ipsum actione directa. patet Cõclusio ex dictis *li.8. Phys. de virtute motiua.* Rationem vero, cur idem possit agere in se ipsum secundum has qualitates, non secundùm qualitates quæ indigẽt conseruatione, assignat Aresius, quia agens conseruans, id, quod efficere deberet se intendendo, insumit in conseruando, dùm autem non conseruat, vtique potest agere intendendo.

Sed contra, quia per ipsum Aresium, vt diximus in assignanda ratione, cur motus naturalis sit velocior in fine, etiam virtus motiua producta à forma mobilis, ideò multum durat, & continuò augetur quia conseruatur ab ipsa forma, ergo conseruatio non impedit nouã productionẽ.

Contra secundo, quia hę qualitates non habent contrarium, ergo non debent conseruari per veram actionem, per quam insinuatur influxus

61 Quarta Conclusio. In qualitatibus habentibus contrarium agens vniuocum actione directa non potest agere in seipsum. Est Aristotelis *tex.* 49. ideò enim negat simile agere in simile, quia etiam ageret in se ipsum. Loquitur autem de qualitatibus iuxta nostram conclusionem, quia de illis loquitur, quæ deseruiunt ad generationem, cuiusmodi sunt solùm, quæ habent contrarium, & agunt actione corruptiua Est etiam hæc conclusio communis omnium apud Aresium *disp. 5. quæst. 42. sect.* 8. & patet experientia, quia nunquam calidum, vt quatuor fit se ipso calidum, vt octo, &c. alioquin omnia essent calida in summo, quia semper agerent in se ipsa, & sic se intenderent vsque ad summum, quæ doctrina, & si sit verissima, difficile tamen est eam aliqua ratione demonstrari, supposita graduum homogeneitate, quod ideò huc remisimus illud argumentum, si gradus sunt homogenei, sequi idem agere in se ipsum.

Respondet Pasqualigus idem non posse agere in se ipsum, quia ratio actionis vniuocæ importat agere in aliud, quia agens vniuocum est in actu formaliter respectu effectus, non potest autem esse simul in actu, & in potentia.

Contra Primo, quia & si calidum, vt quatuor fit in actu formali respectu quatuor graduum, tamen respectu aliorum quatuor, quos adhuc potest recipere est ac si non essent, quod ideò Aresius allata illa ratione propter hanc instantiam, eam reijcit tanquam non quietatiuam, & recurrit ad eterogeneitatem graduum, sed præcipuè non valet in doctrina ipsius Pasqualigi, qui ad actionem requirit solam dissimilitudinem, quod passum careat fo[rma pro]ducẽda; hæc autem dissimilitudo rectè haberetur, si idem ageret in se ipsum.

Contra secundo, quia per nos ex dictis virtus mot[iua] intendit se ipsam, dum graue tendit deorsum, cur non [et] qualitates habentes contrarium.

Respondet Suarez *disput.* 18. *sect.* 7. *num.* 14. aut qualitas est naturalis agenti, aut violenta. Si naturalis, fit per emanationem à forma, & sic est per actionem æqui[uo]cam. Si violenta, non potest per qualitatem naturalem virtualem se ipsum violenter alterare, verbi gratia aliquod mixtum per calorem virtualem formaliter se calefacere violenter.

Sed Contra, quia quis dicere poterit, postquam [mix]tum violenter alteratum est ab extrinseco, per eande[m] qualitatem violentam se alterare, verbi gratia aqua [vio]lenter calefacta per eundem calorem se ipsam intende[re].

Respondent alij rationem esse, quia si qualitas ver. g[r.] calor est naturalis, vt dicebat Suarez, fit per caus[am] æ[qui]uocam; si verò violenta, debet esse in subiecto, cui [na]turali sit frigus, ver. grat. verùm quilibet gradus fr[igoris] in subiecto sibi connaturali est potentior quocunq[ue ca]lore violento, ideò quia agens debet esse, vt nos d[ixim]us potentius passo, non potest agere.

Sed Contra. Frigus est connaturale aquæ, si tamen aqua violenter calefacta alteri aquæ, vt octo frigidæ [mi]sceatur, frigus in partem remittitur, ergo frigus in [quo]cunque gradu, non impedit omnimodam actionem [calo]ris violenti.

Respondent alij rationem esse, quia si qualitas est [natu]ralis fit per causam æquiuocam, vt dicebat Suarez [si vio]lenta, violentum prouenit ab extrinseco, & hoc quia vi[o]lentum semper agit actione corruptiua, nihil autem [natu]raliter corrumpit se ipsum.

Sed Contra primo, quia animal ab intrinseco cor[rum]pitur, nec interest quod vna pars agat in aliam, qui[a v]animal denominatur corrumpens se, sic aqua denomi[na]tur se calefaciens.

Contra secundo, quia virtus motiua, qua lapis su[r]sum fertur, est violenta, & tamen lapis secundum illam au[get]scit. Ad violentum igitur satis est, quod qualitas p[er] producta sit ab extrinseco.

Pro responsione recolite, quæ diximus, cùm de va[cuo] quamlibet rem duplicem habere inclinationem, alteram ad bonum vniuersi, alteram ad bonum particulare. id[eo] aqua ascendebat, &c. modò respondeo, si qualitas f[it] vi[o]lenta (de qua solum est dubium, quia si sit naturalis [vt] dicebat Suarez, fit per actionem æquiuocam) vel [est] actiuior contraria, vel non, si secundum non agit, q[ui]a omnis actio, vt diximus, fit secundum excessum m[aioris] inæqualitatis. Si primum non agit, quia bonum vn[iuersi] petit, quòd non agat, ne nimium faciles sint rerum [cor]ruptiones, & per hoc patet responsio ad argumentum [hu]c remissum, & initio quæstionis relatum.

Dices, esse rationem voluntariam. Respondeo, [fun]datam esse in experientia; experimur enim, vt diximus cum de intensione, gradus esse homogeneos, quia per [ea]dem fieri potest intensio. Secundum igitur inclinationem particularem nulla est ratio, cur calidum vt.7. quod vn[um] gradum in aliud producere potest, non producat in se [ip]sum; pręcipuè cum omnes rationes excogitatæ ad hoc [non] tollant difficultatem, vt vidimus, & cum in qualibet re illa inclinatio naturalis ab bonum totius, quod petit [ne] adeò facilè res corrumpantur, rationabiliter dicimus, [non] posse agere in se ipsum, quia in illo casu agentia non f[unt] actiua.

Dices si darentur gradus Eterogenei adesset opti[ma] ratio, cur idem non agat in se ipsum. Respondeo hoc verum esse, si eterogeneitas saluari posset, sed & experi[en]tijs, & rationibus iam est exclusa.

Quinta Conclusio. Nullum agens actione refl[e]xa a[git] in se ipsum. Probatur, per reflexionem intend[itur quali]tas in medio, sed qualitas in medio n[o]n fuit, qu[am produ]xit illam qualitatem ex dictis, sed ipsum agens p[...] le, ergo vera Conclusio.

Dices, idcirco accidit reflexio, quia c[orpus ob]stat, ne per totam sphæram agentis diffund[atur ...]

q[...]

quod ideo, quæ debebat vſque ad finem ſphæræ produci, [illegible] repellitur in medium, ſed poterit dari caſus, quod [illegible] agens ponatur corpus obſtans, quòd medium non ſit ſufficiens ad reflexionem, ergo tunc etiam ipſum agens intendetur. Reſpondeo negando conſequentiam, quia ſi erit poſſibilis caſus, actus proueniet à qualitate, quæ erit in ſummo in agente, ideò non erit capax intenſionis per reflexionem, ſed tota actio detinebitur in medio, per quantum erit capax illius.

Sexta Concluſio. Ne dum Lumen, ſed etiam qualitas habens contrarium poteſt intēdi actione reflexa. Eſt contra Areſium *quæſt.* 42. *ſection.* 9. quoad qualitates habentes contrarium; & de his ſolum probatur. quia de Lumine nulla difficultas. Probatur ſic primo. Qualitas habens contrarium [illegible] per corpus obiectum, ne per totam ſuam ſphæram agat, ergo actio reflectit in medium, ergo intendetur. Antecedens experientia demonſtrat. Prima conſequentia [illegible], quia eadem ratio, ac de lumine, quod enim habeat contrarium, nō impedit, quin reflectat, Secunda conſequentia ſequitur ex prima.

Probatur ſecundo, eandem vim habet calor, ver. gratia ſi obijciatur corpus impediens actionem, ac ſi non obijciatur, ergo eundem effectum producet, ſed non poteſt per totam ſphæram propter corpus obſtans, ergo reflectit in medium.

Confirmatur [illegible] ſentitur in medio intenſior calor [illegible] corpus impedit, ne per totam ſphæram ignis agat, [illegible] non impedit, ergo.

65 Inſtabis primo Cum Areſio, quia hæc intenſio illicò [illegible] impedimentum. Reſpondeo, non [illegible] quia cum adſit contrarietas vincenda, paulatim [illegible] ſicut & paulatim productus fuiſſet in ſphæra [illegible].

Inſtabis ſecundo cum eodem, poſſet aliquando produci [illegible] medio. Reſpondeo, ſi tanta ſit reflexio, & materia [illegible] in medio ſit combuſtibilis poſſe igneſcere.

Quæres [illegible] quonam producatur qualitas, quæ per reflexionem [illegible], vel enim producitur à principali agente [illegible] in medio; vel à qualitate exiſtente in corpore [illegible], vel ab ipſo corpore, quod reflectit.

Reſpondeo [illegible] communiori produci à principaliori producente; ex eo patet, quia tanta ſit reflexio, quantum debebat [illegible] actio ipſius, ſi rectà per totam ſphæram egiſſet, quod ideo etiam actio reflexa eſt vniformiter difformis, & [illegible] magis recedit à corpore reflectente minus intenſa [illegible] etiam fuiſſet, ſi rectà egiſſet; verum [illegible], quòd niſi adſit corpus opacum obſtans non fiet reflexio, & quo magis erit terſum, eo erit aptius ad reflexionem, non tamen eſt cauſa luminis; ſed tantùm conditio requiſita ad cauſandam reflexionem, quia minus diſſipatur virtus agentis, ſicut & pila, ſi impingat in lanam, non reſilit, benè in corpus ſolidum, nec tamen corpus ſolidum eſt cauſa reſilientiæ, vt diximus, & docet Ariſtoteles 8. *Phy.* *text.* 32. Aduerte autem quod non in omnibus quadrat ſimilitudo, quia pila eadem numero retrocedit, quæ acceſſerat, at non ſic qualitas, quæ, cum educatur de ſubiecto, diuerſa numero educitur in reflexione ab ea, quæ per actionem directam, quare dicitur reflexio potius metaphoricè, quia in illa, quaſi reduplicata actione agens agit à partibus remotioribus ad ſe ipſum accedendo, ſicut pila, dum reflectit, non recedit à proijciente, ſed ad ipſum accedit. De hac materia poſſunt videri Suarez *diſput.* 18. *ſect.* 10. *num.* 31. Conimbricenſibus *hic cap.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 1. Ruuius *quæſt.* 8. & Areſius *diſput.* 5. *quæſt.* 42. *ſect.* 9. *vſque ad* 13 & alij.

Quid ſit Actio per Antiperiſtaſim, & quid per ipſam cauſetur. Quæſtio Quarta.

66 ANtiperiſtaſis nomen eſt Græcum, quod ſignificat circumſiſtentiam potentioris cōtrarij, vt tradit Ruuius *quæſt.* 7 *num.* 1[illegible]7. quia autem ad præſentiam contrarij [illegible]rtioris ſolet qualitas roborari, illa roboratio ſolet vocari actio per antiperiſtaſim, de qua ſuppoſito per [illegible] verè intendi qualitatem contra Cardanum, & Galenum apud Ruuium, & Paſqualigum, quod ſatis experientia probatum eſt, dùm in Hyeme aqua putealis eſt calida, Æſtate frigida, neque ſaluat quod illi reſpondent, prouenire à diuerſa affectione ſenſuum, etenim eadem manus, eadem qualitate affecta ſentit Æſtate aquam putealem alijs frigidiorem. hoc inquam ſuppoſito, quod pluribus probatur apud auctores citatos, & Conimbricenſ. *cap.* 9. *quæſtio.* 1. *artic.* 3.

Tota difficultas eſt in aſſignando, quomodo fiat hæc intenſio, an à contrario ambiente; & hoc non, quia vnum contrarium aliud non producit; an ab ipſa forma, quæ intenditur; & hoc non, quia nihil agit in ſe ipſum, vt vidimus. quomodo igitur fit intenſio?

Reſpondeo cum Areſio, quòd in antiperiſtaſi fit intenſio, primo quia à contrario impediuntur, ne exeant aliquæ qualitates, quæ retentæ alterant ſubiectum, ſic in Hyeme aqua eſt calida, quia à frigore impediuntur quædam exhalationes calidæ, quæ extrahebantur à partibus inferioribus terræ à Sole, quæ detentæ calefaciunt aquam, ſic calet ventriculus in Hyeme, quia à frigore conſtipantur pori, & impeditur, ne ſpiritus calidi exeant.

Secundò fit intenſio, quia contrario ambiente extrahitur qualitas, quæ violenter alterabat ſubiectum, & poſt illam extractionem, res reuertitur ad ſuum ſtatum naturalem; ſic à calore ambiente Æſtate extrahuntur ab aqua exhalationes calidæ, & ipſa ſe ad naturale frigus reducit; ſic pepones paululùm expoſiti ſoli frigeſcunt, quia extrahuntur exhalationes calidæ, ſic ventriculus friget Æſtate, &c.

Tertiò fit, quia ad præſentiam contrarij partes ſubiecti obſeſſi conſtipantur, & condenſantur ex hac condenſatione magis fit actiua illa qualitas, modo explicato *qu.* 2. vel etiam quia in iſta condenſatione partes à quæ magis intenſæ agunt in alias minus intenſas, & eas intendunt, vnde fortior euadit illa qualitas, & ex hoc modo poterunt expediri multæ curioſitates naturales. hoc pacto iniecta parua aqua in ferrum candens, ſeu fornacem, magis intenditur calor, quia partes ſubtiliores intimius detruduntur, & condenſantur, & fortiores euadunt. 67

Quartò, & eſt proprium viuentium, fit, quando obſiſtente vehementi contrario, concurrunt ſpiritus vitales calidi in auxilium partis obſeſſæ; ſic calefit manus in medio niuis. his omnibus modis fit intenſior qualitas per antiperiſtaſim.

Adhuc tamen remanet difficultas, an etiam fiat per reflexionem, videlicet impeditur à contrario ambiente aliquod agens, ne agat per ſuam ſphæram, dubitatur an tunc agat in ſe ipſum ſe intendendo ſicut diximus *quæſtione præcedenti*, dùm impeditur per corpus obiectum reſarcire ſuam actionem agendo in medium. De qua ſit

Vnica Concluſio. per antiperiſtaſim qualitas non intenditur agendo in ſe ipſam actione reflexa. Eſt cum Suarez *diſp.* 18. *ſect.* 9. *num.* 5. Ruuio *num.* 13. & Areſio contra Niphum, Pomponatium, Toletum, & alios apud Ruuium *loco citato*.

Noſtram concluſionem probāt multis rationibus Suarez, Areſius, & Ruuius, quia tamen omnes ſoluuntur à Paſqualigo; & etiam quia procedunt iuxta eadem principia, omnibus omiſſis probo eam ſic, vel qualitas obſeſſa eſt connaturalis ſubiecto, in quo eſt, vel violenta. Si connaturalis intenſio fiet à forma naturali, & ſic non fiet per reflexionem, ſi non ſit in ſummo, ſi in ſummo, non patietur maiorem intenſionem. ſi vero eſt violenta, idem dicite quod de actione in ſe ipſum.

Confirmatur, quia ſi eſſet violenta dupliciter oppugnabitur intrinſecè, & extrinſecè, ergo non poterit ſe intendere, ſed inſumet ſuam vim in pugna. 68

Probatur ſecundo, vel qualitas obſeſſa aliquid agit in contrarium obſidens, vel non. Si ſecundum ergo non eſt vlla reflexio, ſed actio directa in ſe ipſum, vt redit quæſtio præterita, ſi aliquid agit, ergo etiam totam ſuam actionem eliciet. Probatur conſequentia, quia aliquid agit in ſubiectum, vbi contrarium obſidens, ergo eſt illo potentius, ergo totum ſuum effectum producit, quia ſubiectum eſt capax: vbi enim vnum contrarium, & aliud eſſe poteſt; contrarium eſt etiam magis debilitatum, ac cum primo in eo aliquid produxit, ergo nullo modo ſequetur reflexio. Et hactenus diſputatis.

Deducitur inter agens, & paſſum non ſemper requiri diſtinctionem realem, ne dum ſecundum ſuppoſitum, quia vna pars poteſt agere in aliam; ſed nec etiam inter principium actiuum, & paſſiuum, vt patet de aqua ſe calefaciente; aliquando autem requiritur & ſemper in cauſa vniuo

ca (vno excepto agente, quod in seipsum producit virtutem motiuam) distinctio vero, quæ semper est necessaria in omni actione est saltem rationis ratiocinatæ, quòd scilicet secundùm vnam rationem sit agens, quatenus continet formam producendam virtute. vel formaliter, secundùm aliam sit patiens, quatenus illam formam, qua primò non informabatur illo modo, per actionem recipit, & ratio est, quia idem non potest esse simul in actu, & in potentia respectu eiusdem; si igitur aliquod agens est in actu secundùm aliquam formam, tali modo sumptam, & in tali gradu, non potest simul esse in potentia respectu eiusdem, quod ea careat, & illam per actionem acquirat illo modo.

An Omne Agens Agendo Repatiatur. Quæstio Quinta.

69 Satis diuulgatum commune axioma, ab Aristotele pluries confirmatum *hic text.* 53. 8 . 89. *& de Generatione animalium cap.* 3. omne agens agendo repati, atque adeò patiens reagere in agens; & modò quærimus de veritate huius axiomatis, pro cuius intelligentia.

Aduertendum primo, & si agens agat in passum, & passum in agens, & mutuo patiantur; tamen agens dicitur illud, quod præualet in pugna, passum, quod sternitur, & passum dicitur tantum reagens, & eius actio dicitur reactio, & agens tantum repatiens, & eius passio dicitur repassio.

Aduertendum secundo. Reactionem posse esse, vel secundùm diuersam qualitatem diuerso tempore, &c. vt si ignis agat in aquam, secundùm calorem, repatiatur secundùm humiditatem eodem, vel diuerso tempore; & de hoc modo reactionis nulla est difficultas. Secundo potest esse reactio secundùm eandem qualitatem, eodem tempore, &c. ver. grat. ignis agat secundùm calorem in aquam, & secundùm eundem repatiatur; & in hoc sensu, in quo est rigorosa reactio, agitur quæstio.

Prima Conclusio. Datur rigorosa reactio in motu alterationis inter contraria. Est contra Richardum Suisset appellatum, Calculatorem *tract. 7. de reactione.* Burleum, Entisberum, Maiorem, & alios. est tamen conformis Aristoteli, & communi sententiæ Doctorum.

Probatur primo experientia. Si ferrum candens inijciatur in aquam frigidam, & ferrum remittit de calore, & aqua de frigiditate, ergo vera Conclusio.

Probatur secundo ratione. Mixta constant ex elementis, ergo habent qualitates; non in summo, quia in eodem subiecto in summo se non compatiuntur, ergo in mixtione se mutuò refrangunt, ergo datur reactio. Aliæ rationes, & experientiæ videantur apud Suarez *disp* 18 *sect. 9. in fine.* Riuium *cap 9. quæst 9.* Conimbricens. *quæst.* 13. Toleto *quæst.* 15. & Aresium *disp. 6. quæst.* 46.

70 Sed Contra Instatur primo argumento Calculatoris, si datur reactio, idem mouebitur motibus contrarijs, hoc est falsum, ergo. Antecedens probatur. Inter duo contraria agentia sit aer medius, non potest calidum agere in frigidum, nec frigidum in calidum, nisi agendo in aerem, quia non datur actio in distans, ergo aer medius calefiet, & frigefiet, ergo mouebitur motibus contrarijs.

Hoc argumentum omnibus visum est difficile, quod ideò variæ responsiones adinuentæ à Doctoribus, quas omnes affert, & impugnat Noster Aresius, tandem ipse notat idem esse aliquod agens effectum conseruare, & illum producere, quia conseruatio fit per veram actionem, & posse per eandem non interruptam actionem in vna parte sphæræ effectum tantùm conseruare, in alia producere experientia Solis, qui clausis fenestris extrà lumen producit, si fenestræ aperiantur per eadem met actionem continuatam producit lumen etiam in cubiculo, in quo eadem actio, quæ extrà est tantùm conseruatio, in illo est productio. hoc prænotato.

Respondet ex duobus contrarijs pugnantibus, quod fortius est, & actiuius preualebit in medio aere, & suam qualitatem intendet, aliud verò debilius solùm conseruabit propriam qualitatem, & sui conseruatione efficiet, ne tantùm qualitatis expellatur à contrario, quantùm nisi conseruaret, expelleretur, & illa eadem actio, quæ in medio est tantùm conseruatio, in contrario est productio; atque adeò datur mutua actio, & passio, nec tamen medium mouetur motibus contrarijs hæc est responsio acutissima Aresij; à multis maximo applausu acceptata, quæ tamen pace viri in scientiarum omni genere semper reuerend[i] mihi non placet. nam

Contra sustò, vel agēs debilius verè influit in me[dium] vel non influit. Si non influit, ergo verè datur act[io in] 71
distans, quia agit in contrarium, non agendo in medi[um]. Si influit, non potest influere nisi propriam qualitatem, ergo verè medium intendit, ergo medium mouetur mot[i]bus contrarijs.

Insto secundo. Si conseruatio est vera actio, non p[o]test dari actio sine termino, nō est terminus qualitas, q[uæ] conseruatur, quia iam est producta, ergo alia qualitas, e[r]go verè intenderetur qualitas in medio, consequenter ar[gu]mentum calculatoris est in robore.

Quare ego respondeo responsione, quam ipse dat 6. co, & eam impugnat, scilicet, & calidum, & frigidum a[ge]re in medium, vtrumque producendo, sed secundùm [di]uersos gradus, ver. grat. frigidum agit in medium aere producendo vnum gradum frigoris, expellendo vn[um] caloris, calidum, quod est potentius producit duos grad[us] caloris, expellendo duos frigoris, ita tamen quòd, ne[c ca]lidum expellit frigus, quod tunc eodem tempore p[rodu]citur à frigido, neque frigidum expellit calorem, qui [tunc] producitur a calido, sed expelluntur ex gradibus p[ræexi]stentibus; quòd autem hoc pacto idem medium cal[efiat], & frigefiat, nullum est absurdum, quia mouetur bu[s] bus, secundùm diuersos gradus, calefit quatenus expel[li]tur duo gradus ex frigore preexistente, frigefit, quat[enus] expellitur aliquis gradus de calore preexistēte: cum hæ qualitates habeant latitudinem, nulla implicātia, [quò]dum ab vno agente in vna parte minuuntur, ab alio [in alia] parte augeantur. Huic doctrinæ optimè fauet Ave[r...] *quæst. 39. sect.* 3. §. *Dico* 4. Quatenus ibi egregiè su[...] possibiles esse in eodem instanti duas alterationes c[ontra]rias. videatur: etenim nihil melius ad hanc rem.

Confirmatur responsio primo, quia si dealbans, & d[enig]rans possent penetrare intēsionem albedinis, nu[lla esset] implicantia, quòd quantum in vna parte latitudin[is de]strueretur per denigrantem, resarciretur in alia parte [per] dealbantem, & tamen tunc eadem qualitas mouer[etur] motibus contrarijs, sed secundum diuersos gradus, sic[ut in] casu nostro de reactione.

Confirmatur secundo, dum vnum contrarium pa[titur] non amittit sui actiuitatem, ideo potest in contrarium [pas]sum agere, cur igitur non aget in medium, in quo con[tra]rium est debilius? ergo verè producet qualitatem in [me]dio.

Sed instabis ex Aresio primo frigus adueniens in [me]dium, per quod expellitur calor, eandem oppositio[nem] habet cum calore, qui de nouo producitur, ergo e[tiam il]lum expellet, ergo non est cur à calido producatur. [Re]spondeo, frigus habere contrarietatem cum calore i[n sum]mo; ideò quantùm de frigore producitur, de cal[ore ex]pellitur; calor autem de nouo producitur in medio [...] expellendo æquale frigus ex preexistente, vt dixim[us in] responsione; ideò potest esse simul cum frigore à fr[igido] producto, quia non excedent summum.

Instabis secundo. Stante hoc dabitur actio à simi[li in] simile, contra Aristotelem dicentem, omnem actione[m] esse à contrario in contrarium, probatur sequela, quia [me]dium, ver. grat. dùm recipit duos gradus frigoris, & e[xpellit] vnum caloris, & expelluntur duo caloris, & vnus fr[igoris]. Si primo erat frigidum, & calidum vt quatuor [...] calidum, vt tria, & frigidum, vt quinque, er[go] da[tur a]ctio à calido ad calidum, & à frigido ad frigidum. Respo[ndeo] negando assumptum. ad probationem, dato anteced[ente] negatur consequentia, quia dum producitur vnu[s gradus] caloris, vnus frigoris expellitur; dum duo frigoris p[rodu]cuntur, duo caloris expelluntur, & sic est actio à co[ntrario] ad contrarium, quod autem à calido, vt quatuor fi[t ca]litus ad calidum, vt tria, dum fit per expulsionem [...] riorum modo exposito, nulla absurditas, quia ide[m] dit in intensione, dum de calido, vt quatuor fit ca[lidum] quinque, ratio est, quia calidum non est terminus a [quo] aliud calidum, sed frigus, quod expellitur, [...] quitur quod subiectum de calido, vt quatuor f[...] calidum, vt quinque, sunt aliæ rationes Aresij [...] nostram doctrinam, sed militant contra e[o]s, [...] gradus eterogeneos. vt etiam ipse aduer[tit].

Instabis tertio contra Conclusionem, vel pa[...]

q[illegible] virtutis cum agente, vel minoris. Si minoris, ergo [illegible] & nulla reactio. Si æqualis, nullum [illegible] contraria ita se habere, quod quo ma-[illegible] virtus, eo minor resistentia; & excessus [illegible] agere, debet esse in resistentia; ideò, & si [illegible] aliud agat, quia eius resistentiam superat [illegible] potetit ab alio repati, quia superabitur [illegible], & hoc fuit necessarium, alioquin nunquam fuisset [illegible], sed potentius absorbuisset debilius. De hoc per bene dicit Auersa. *quæst.* 39. *sect* 10.

Initabis quarto. Si agens repateretur, aliquid deperderet, & non posset reddere passum sibi omnino simile. Respondeo, cum debilitauerit contrarium, tunc per principium intrinsecum se reparare, & reddere passum sibi simile. Alia argumenta vide apud Aresium.

73 Secunda Conclusio. In motu locali etiam datur aliquo pacto reactio. Est Aristotelis *eisdem locis*. & patet, si duę pilæ sibi mutuò occurrant, mutuo percutiuntur; Non tamen in omni motu locali est reactio, quia multoties actio [illegible] absorbetur a [illegible] efficacia agentis. Et si Aristoteles dixit in omni motu locali fieri repassionem, locutus est [illegible] quoad defatigationem; qua & si multoties nihil [illegible], tamen defatigantur, & eorum minuitur virtus. In ceteris autem speciebus motus non datur [illegible] quia [illegible] netans, seu augmentans, nihil patiuntur a [illegible], si formaliter loquamur; quatenus [illegible] annexam alterationem, poterunt re-[illegible] consideranti. vide Aresium *quæst.* 46. qui de [illegible] æque doctè, & copiosè.

Quæres [illegible] resistentia. Respondeo duplicem esse [illegible] impropriam, seu actiuam, & est actio, [illegible] in aliud agit, per quam quasi illi resistere dicitur, dum illud debilitat. [illegible] propriam, seu formalem, & est [illegible] resistit, & eius actionem impedit, de qua [illegible] dicit Aresius *quæst.* 47. Hurtad. *in* [illegible] *sect.* 1[illegible]. Conimbricens. & alij. Breuiter respondeo hanc resistentiam sumi posse, vel in actu primo, vel in actu secundo. In actu primo esse eandem met rem, [illegible] potest resistere actioni contrarij. in actu verò [illegible] esse eandem met rem, prout ei applicatur actio agentis, & resistit. quare in actu secundo connotat actionem agentis, quia tunc exercet actum resistentiæ, cum ei resistit, sicut agens tunc est in actu primo. quando consideratur secundùm potentiam, qua potest agere. in actu verò secundo, quando actu hanc potentiam exercet.

Hæc [illegible] lentia reducitur ad prędicamentum qualitatis ad secundam speciem, videlicet naturalem potētiam, quia res [illegible] pacto cōsiderata habet formalitatem alicuius qualitatis afficientis ipsam rem, secundùm quam potens redditur resistere contrario, & consequenter ad naturalem potentiam; nec interest, quod tantùm formaliter distinguatur ab ipsa re, quia hæc distinctio est sufficiens, vt vna res in diuersis prędicamentis collocetur, vt alibi diximus.

Quidnam sit Terminus Actionis Rarefactiuæ, & Densatiuæ. Quæstio Sexta.

74 HÆc quæstio, quæ inter difficiliores Philosophiæ difficillima semper fuit existimata, Solet etiam alijs terminis agitari, scilicet an in rarefactione acquiratur noua quantitas, & in addensatione deperdatur. De qua

Supponendum primo, actionem rarefactiuam, seu rarefactionem aliud non esse, quàm actionem illam, qua aliquod corpus primo densum fit rarum, & addensationem, seu actionem condensatiuam esse actionem illam, qua corpus primo rarum, fit densum. quid sit esse rarum, esse densum non est opus explicatione.

Supponendum secundo tanquam certissimum dari rarefactionem, & condensationem. hoc patet multis experimentis allatis, cum de vacuo egimus; pręcipuè duo mihi videntur non posse aliter saluari, nisi aut concedendo rarefactionem. Primo cum amphora calefacta statim supra vas aquæ, aquam sursum trahit, vtique non alia ratione, nisi quia per calorem aer fuit rarefactus, & totam phialam occupabat, postea deficiente calore, per frigus idem aer condensatus minorem locum accupat, ne igitur detur vacuum, aqua ascendit. Secundum experimentum est, olla ebulliente aqua intus posita maiorem locum occupat, quam cum non ebulliebat, ergo quia per calorem rarefacta maiorem locum occupat. his p[illegible] sitis.

Prima Sententia asserit in rarefactione nouam quantitatem acquiri, & in condensatione deperdi, auctores tamen huius sententiæ sunt diuisi, quia aliqui putant, totam pręcedentem deperdi. & maiorem in rarefactione acquiri, minorem vero in densatione; alqui vero dicunt in rarefactione solùm nouam partem acquiri, quę addatur prę-existenti, in densatione aliquam partem deperdi ex præ-existente. Primo modo subscripserunt Gotifredus, *quodlibet.* 2. *quæst.* 3. Marsilius *in* 4. *quæst.* 9. & Pomponacius. Secundo vero modo consentiunt Caietanus, Bassolus, & alij apud Aresium *disp.* 4. *quæst.* 36. *sect* 2. ab aliquibus tribuitur etiam Scoto *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 4.

Secunda Senrentia apud Hurtadum *disp.* 4. *de Raro, & denso sect.* 3. asserit, rarefactionem, & condensationem fieri interpositione, & expulsione quorundam corpusculorum imperceptibilium. Auctores huius sententiæ refert Vannes 1. *de Generatione*, & Vallesius 4. *Phys. tex.* 84.

Tertia Sententia asserit, rarefactionem corporum solidorum esse disiunctionem partium siccarum, vt inter ipsas intermedient partes humidæ; condensationem verò esse vnionem partium siccarum expellendo partes humidas; in corporibus verò fluidis, & vanis non dari condensationem, sed quando angustiantur exit quod est superfluum, & locum mutat. ita Tassonus *lib.* 2. *quæst.* 8.

Quarta Sententia, asserit in rarefactione, non acquiri nouam quantitatem, nec in condensatione deperdi. Est expressa D. Thomæ *in* 4. *Phys. tex.* 84. *in* 1. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* [illegible] *prima parte quæst.* 77. *art.* 2. Soncin. Soti. Fonsecæ. Conimbricens. Hurtad. Ruuij, Aresij, & communiter.

Prima Conclusio. In rarefactione non acquiritur, nec in condensatione deperditur vllo modo quantitas. est 75 contra primam Sententiam. Probatur vnica ratione. in his actionibus non acquiritur, neque deperditur noua materia, ergo neq; quantitas. Antecedens probatur, quia materia non acquiritur, nisi creatione, neque deperditur nisi annihilatione; in rarefactione, & densatione non interuenit, neque creatio, neque annihilatio, vt de se patet, ergo. consequentia antecedentis probatur, quia etiam materia sub quantitate addensatur, & rarefit, ergo idem dicendum de vtraque. pluribus eam probant auctores quartæ sententiæ.

Secunda Conclusio. in rarefactione non acquiruntur, nec in addensatione deperduntur corpuscula imperceptibilia inter partes quantitatis. Est contra secundam sententiam. Probatur vnica ratione. hæc corpuscula, vel sunt indiuisibilia, vel diuisibilia. Si primum eorum interpositione rarum non potest esse maius; quia per indiuisibilia, vt diximus cum Aristotele 6. *Phys.* res non fit nec maior; nec minor. Si diuisibilia, vel eiusdem rationis cum aere, verbi grat. qui rarefit, vel non. Si primum, ergo est pars aeris, & sic incidimus in primam sententiam. Si secundum, ergo aer rarefactus non est vnum continuum, quia interrumpitur eius continuitas per rem diuersæ rationis. pluribus in hanc sententiam inuehitur Hurtadus.

Tertia Conclusio. Non fit rarefactio, & addensatio modo, quo exponit tertia sententia. Probatur vnica ratio 76 ne fundata in experientia. Aqua ascendit per amphoram, quæ calefacta ponatur supra vas aquę, ergo datur vera rarefactio, & condensatio in corporibus fluidis, & vanis. Consequentia patebit, si examines quæ dicta sunt circa hanc experientiam.

Confirmatur, quia non potest assignari agens, quod partes humidas, vel introducat, vel expellat; rarefactio enim fit per calorem; addensatio per frigiditatem & quomodo calor potest partes humidas producere, & frigus expellere?

Quarta Conclusio. In rarefactione non acquiritur noua quantitas, nec in condensatione deperditur. est cum quarta sententia. Probatur primo auctoritate Aristotelis 4. *Phys tex* 85. his verbis: *Quare & ipsa moles sensibilis non ideò extenditur, aut constringitur quia materies aliquid insuper accipit, aut abijcit. sed quia ipsa, materia vtrunque subire potest, quo fit vt idem sit rarum, & densum.*

Probatur secundo ratione. Per nos quantitas est proprietas materiæ, sed non potest produci proprietas extra proprium subiectum, ergo vera Conclusio. Probatur consequentia, vel quantitas de nouo producta est in eodem subiecto, quo quantitas pręcedens, & hoc non, quia duæ quan-

quantitates simul esse non possunt, vel in subiecto de nouo producto, & hoc non, quia non datur hæc productio materiæ, ergo non producitur noua quantitas.

Probatur tertio. Si acquireretur noua quantitas, vel deperderetur; quantitas præcedens eodem omnino modo se haberet, sed in rarefactione omni sensu experimur totam quantitatem rarefacti mutasse statum, ver. grat. primo erat difficilis secatu, postea fit facilis. Primo cum erat densa facilius resistebat actioni contrariorum, &c. & hoc secundum omnes partes, & præcedentes, & quas additas fingunt, ergo vera Conclusio.

77 Probatur quarto. Si adderetur noua quantitas, sequeretur difficilius posse diuidi rem rarefactam, probatur sequela. fit additio quantitatis ad præcedentem, ver. gratia secundum profunditatem primo quantitas secundum profunditatem difficiliter poterat diuidi, postea ea inuariata remanet, & insuper alia noua secundum profunditatem additur, ergo difficilius diuidetur, sed contrarium experimur, quod facilius diuiditur res rarefacta, quàm condensata, ergo.

Sed contra hanc sententiam, quæ & ipsa multis premitur difficultatibus Instatur primo, quod habet maiorem dimensionem, habet maiorem quantitatem, sed quod fit rarum, acquirit maiorem dimensionem, ergo maiorem quantitatem, Respondeo negando maiorem, quia maior dimensio potest prouenire ex pluribus partibus quantitatis, vel ex maiori extensione, seu ex maiori distantia partium. per hoc etiam patet ad illud, quòd maior extensio fit maior quantitas, & consequenter si acquiritur maior extensio, acquiratur maior quantitas, respondetur negando assumptum, quia extensio est tantum modus quantitatis, quo diuerso modo se habent partes ipsius in ordine ad locum, non sequitur autem esse maiorem quantitatem, sed magis extensam tantùm; quod ideò non potest inuariata existente quantitate fieri maior extensio, quia est modus, quo ipsa quantitas variatur, non entitatiuè, seu substantialiter, sed in ordine ad occupationem Loci, seu accidentaliter.

Instatur secundo. Si in rarefactione non acquiritur noua quantitas, & in addensatione non deperditur, vel dabitur vacuum, vel partes penetrantur, neutrum dicendum, ergo. Probatur sequela maioris. Corpus rarefactum occupans locum bipalmarem, si addensetur, occupabit palmarem; modò, vel, vbi recipiuntur partes vnius palmi, erunt aliæ partes, vel non. Si secundum, ergo dabatur vacuum. Si primum, ergo penetrantur, quia simul sunt eodem loco, idem dic cum corpus rarefit, partes, quæ occupant secundum palmum loci, per rarefactionem, aderant cum corpus erat per densationem palmare, ergo erant vbi partes, quæ nunc occupant primum palmum loci, ergo penetrabantur. Est argumentum principalissimum, & quod multi existimant quasi insolubile. pro responsione

78 Supponendum primo, quod sæpius diximus, quamlibet magnitudinem habere partes infinitas proportionales, diuisibiles ab intrinseco, in quibus quæcunque partes assignentur, possunt aliæ, & aliæ assignari in infinitum.

Supponendum secundo in intensione, & condensatione quamlibet partem, quam nos assignemus, non se habere modo, quo primò habebat, quasi quòd, si corpori denso vnius palmi assignemus decem partes, illæ partes inuariaræ incipiant occupare locum bipalmarem, sed quælibet pars corporis, quod rarefit, diuersum modum essendi sortitur. Modò

Ad argumentum negatur sequela maioris. Ad probationem Dico, cum corpus bipalmare addensatur, partes secundi palmi recipiuntur, vbi erant primo, partes primi palmi, sed diuerso modo. scilicet extensæ, quæ cùm addensentur, relinquunt spatium pro alijs partibus; pariter ad id de rarefactione, antequam corpus rarefieret, erant partes secundi palmi in loco, vbi nunc sunt partes primi palmi, sed diuerso modo non sic extensæ, quæ ideò tantùm locum non occupabant, ac modò.

Sed Contra Instabis. Vni parti Loci vna tantum pars quantitatis correspondet, facta rarefactione sunt plures partes loci occupatæ, ac non erant ante, ergo plures partes quantitaris, ergo vel istæ plures sunt additæ; vel primo penetrabantur. Respondeo, vel nos loqui de partibus determinatis, vel indeterminatis: si de determinatis vni parti loci vnam tantùm partem determinatam correspondere. Si eodem modo se habeant, si verò diuerso modo se condensando, posse vni parti loci plures partes correspondere; quia illa pars loci habet partes in infinitum, in quibus partes quantitatis, quæ diuersam habent extensionem, ac quando erant rarefactæ, esse possunt; si vero de partibus loci indeterminatis, vni parti correspondere vnam tantùm partem, sed nunquam posse assignare v[illegible] quin plures, & plures in illa possimus, ideo concesso quod facta rarefactione sunt plures partes loci occupatæ, negatur quod infertur, ergo plures partes quantæ; quia sunt illæmet, quæ, quia diuersam extensionem sunt sortitæ per rarefactionem, possunt pluribus partibus loci correspondere.

Sed contra instabis. plures partes possunt assignar[i] facta rarefactione, ac antea, ergo verè sunt plures, erg[o] v[el] primo non erant, vel penetratæ. Antecedens patet. p[er] rarefactionem sunt duo palmi, primo vnus tantùm, er[go] Respondeo distinguendo antecedens, possunt assig[nari] plures simpliciter, negatur; plures sub tali extensio[n]e, conceditur; quia primo illæ eædem non conficieb[ant] [illegible] si vnum palmum, postea duos propter diuersam exte[n]sionem.

Sed Contra instabis. Post rarefactionem quælibe[t] p[ars] magis distat ab alia, quàm antea; ergo mediante al[i]a [in]terposito distat, ergo sunt plures simpliciter, ac ante r[are]factionem.

Respondeo distinguendo, quælibet pars magis di[stat] [a] sua propinqua, & negatur; quia æquè se tangunt ac p[ri]mo; magis distat à quacunque alia non propinqua, &c. co[nce]do, sed negatur consequentia, quia ad hanc distantia[m] [sa]tis est maior extensio partium.

Sed vrgebis. Ergo tot partes habebit locus bipal[ma]ris, ac quantitas palmaris. Probatur sequela, dum q[uan]titas palmaris fit correspondens loco bipalmari, in [om]nibus partibus loci correspondent partes quantitatis, [quæ] sunt eędem, ac in quantitate palmari, ergo vera seque[la]. Respondeo distinguendo sequelam, tot partes hab[ebit] proportionales simpliciter concedo; quia in vtroque [in]finitæ, æqualis extensionis; & nego: quia partes pro[por]tionales quantitatis bipalmaris, sunt maioris extensi[onis], quam palmaris, &c. neque probatio sequelæ [illegible] nisi quod sint eędem partes in loco bipal[mari] [illegible] in palmo, quod verum est [illegible] sed sunt diuerso [illegible] [illegible]sæ; quo modo pauciores partes possunt correspondere pluribus partibus loci, ac aliter facerent. Argumentum principalissimum erat maximè nucleandum, ne vide[a]mur difficultates fugere.

Instatur tertio. Contra nostram sententiam. qual[itas] augetur per additionem partis, ergo etiam quantitas [ne]gatur consequentia, quia qualitas fit maior, non quan[ti]tas, sed magis extensa, sicut & superficies non fit ma[ior] sed tantùm magis extensa.

Instatur quarto. Quantitas est ratio existendi in loco ergo si per rarefactionem existit in maiori loco, maior est quantitas. Negatur antecedens, quia quælibet res p[er] propriam entitatem existit in loco, existit quidem i[mpe]netrabiliter per quantitatem, sed per rarefactionem non existit magis impenetrabiliter, sed tantùm in maiori loco. Alia argumenta videri possunt apud Aresium, principaliora deglutiuimus. ex his omnibus deducitur.

Quinta Conclusio. Terminus actionis rarefactiuæ [est] raritas, & densatiuæ densitas. Probatur, quia per actionem rarefactiuam non acquiritur noua quantitas, sed ta[n]tum partes fiunt magis distantes ad inuicem, seruata co[n]tinuatione, seu acquirunt diuersum *vbi* magis distãs co[n] continuatione tamen, sed hæc est raritas: è contra ve[ro] [in] densatione partes, seruata continuatione, fiunt min[us di]stantes, seu acquirunt diuersum *vbi* minus distans, & c. sed hæc est densitas, ergo vera Conclusio.

Quæres primo. Quid sit densitas, & raritas. Respo[n]deo esse modos, quibus se habet quantitas in ordin[e ad] locum, & pertinent ad speciem quantitatis, quatenu[s] [illegible] quid quantitatis; ad qualitatem vero, quatenus à [illegible] concipiuntur afficere subiectum, & quale il[illegible] neque distinguuntur ab extensione; rari[illegible] non est, quam magna extensio, densitas exte[nsio] [illegible] verum quidem est, quod extensio m[ag]is vide[tur] [illegible] significandi, dicere respectum ad quantitatem, rarit[illegible] rò, & densitas ad qualitatem.

Q[illegible]

81 Quæres secundo. An rarefactio, & densatio differant à motu locali realiter. Respondeo negatiuè, quia eo ipso quod seruata continuatione acquirunt diuersum *vbi*, vel rarefiunt, vel addensantur; & si Deus possit rem rarefacere, vel addensare absque motu locali, de quo Conimbric. *quæst.* 1. *cap.* 5 & Aresius *quæst.* 36. *sectio.* 5. §. 6. *dubitatur*; non sequitur tamen, quòd quando fiunt medio motu locali distinguantur. Videte illos auctores.

Quæres tertio, An in rarefactione, & addensatione deperdantur priores extensiones. Respondeo affirmatiuè, quia consistit in indiuisibili, supposito, quòd sint extensa secundùm omnem partem, consequenter nulla in eodem loco remansit, nec tamen sequitur remanere quantitatem sine extensione, sicut non sequitur materiam remanere sine vlla forma, dùm possessa corrumpitur, nec simul cum alia esse potest. Videte auctores nuper citatos ad abundantiorem doctrinam.

Nunc esset cum Aristotele *cap.* 9. agendum de mixtione, sed quia multa in illa sunt tractanda, quæ pendent ex cognitione Elementorum, de quibus non nisi in secundo Libro agitur, propterea optimum duco primo agere de Elementis, postea de mixtione. Quare de hoc Tractatu, & toto primo Libro Satis.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES
In secundum de Generatione, & Corruptione.
SECVNDI LIBRI SVMMA.

Postquam Aristoteles in Libro precedenti disseruit de Generatione substantiali, & Corruptione, motibus ad eam requisitis, actione passione, & mixtione ad eius intellectum necessarijs, antequam incipiat agere de Generatione corporum mixtorum in particulari, in hoc secundo agit de ipsis Elementis, seu corporibus simplicibus, quæ omnium mixtorum generationem ingrediuntur. Diuiditur Liber in duas partes principales. In prima vsq; ad textum 24. (quoniam autem) agit de substantia, & numero Elementorum. In secunda de generatione ipsorum, & mixtorum ex eis, & de causis generationis in communi. Prima pars subdiuiditur in alias duas. In prima vsque ad textum 16. (quoniam autem [illegible]) [illegible] determinat de Elementorum substantia. In secunda de eorum numero. Secunda etiam pars primæ diuisionis duas habet partes. In prima vsque ad textum 51. (quia verò) agit de generatione Elementorum, & mixtorum ex ipsis elementis. In secunda verò inuestigat causas generales generationis. Nos in hunc Librum duos tractatus instituimus. Primum de Elementis. Secundum de mixtione.

Tractatus Primus. Qui est de Elementis.

Quid sit Elementum. Quæstio Prima.

82 Elementum [illegible] latissimè, minus latè, & strictè. [illegible] quodlibet primum ex quo [illegible] compositum, quocunque modo se habeat [illegible] Litteræ dicuntur Elementa Grammaticę, [illegible] notat noster Aresius, Elementum nomen [illegible].

Secundo sumitur Elementum pro vera parte intrinseca [illegible] compositum primo constituente, quod ideo [illegible] diuidatur, non diuidetur in diuersas species, aliàs quin non esset primo construens, tali pacto Elementum fuit definitum ab Aristotele 5. *Metaph.* 4. *Elementum dicitur ex quo componitur primo inexistente indiuisibili specie in aliam speciem.*

Tertio sumitur Elementum propriissimè, & vt communiter [illegible] nomine Elementi pro quatuor notis igne, Aere, Aqua, & terra, quo pacto sumptum definitur ab Aristotele [illegible]. *Cœli tex.* 31. *sit itaque elementum illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, quod inest potentia, aut actu, [illegible] vtro modo adhuc ambiguum est; ipsum verò est indiuisibile in diuersas species.* Scilicet Elementum esse illud corpus simplex, (quod ideo est indiuisibile in alia corpora, quæ differunt specie) quod componit alia corpora mixta, quæ cum resoluuntur, in ipsa Elementa resoluuntur; & addit illa verba: *inest potentia, aut actu:* quia nondum statuerat, quomodo Elementa sint in mixto.

Hæc definitio distinguitur à precedenti tantum per ly *corpus*, quia hic comprehenduntur tantùm partes, quę primo componunt, sed sunt corpora, non ex alijs corporibus composita, sed solum ex materia, & forma, & vocantur ab Aristotele corpora simplicia ad differentiam corporum mixtorum, quæ ex his simplicibus coalescunt; & in hoc tertio sensu sumimus Elementum in toto hoc libro.

An Qualitates actiuæ sint formæ Substantiales Elementorum. Quæstio Secunda.

83 Experientia constat elementa esse corpora constantia ex materia, & forma, alioquin non possent inuicem transmutari, cum tamen eorum transmutatio oriatur ex mutua actione propriarum qualitatum, scilicet frigore, calore, siccitate, humiditate, &c. de quibus infrà, dubitatur, an hæ qualitates sint formæ Elementorum substantiales, vel preter ipsas aliæ formæ sint assignandæ.

Vnica Conclusio. Elementa preter qualitates proprias sibi infra assignandas habent proprias formas substantiales. hæc Conclusio est contra Alexādrum Aphrodiseum, cui concordat alter Alexander Tassonus *in suis quæsitis quæst.* 1. §. *ma perche alcuni sanno.* & *lib.* 3. *quæst.* 11. Sequuntur Ammonius, & alij ex antiquis apud Conimbricen. lib. *cap.* 3. *quæst.* 1. *art.* 2. & Aresium *hic disp.* 1. *quæst.* 1 *sect.* 2. est tamen cum Aristotele, & communi Doctorum, tum Arabum, tum Latinorum.

Probatur primo auctoritate Aristotelis, qui *lib. de sensu, & sensibili. cap.* 3. vt refert Aresius ait ignem, non qua ignē agere, sed quā calidum, ergo preter calorem adest alia forma, qua constituatur in esse ignis.

Probatur secundo, qualitates Elementorum ita remittuntur, vt vix quidquam earum supersit, & iterum reuiuiscunt, ergo dantur preter ipsas formæ aliæ substantiales.

Probatur consequentia, quia vt alibi diximus, non est vllum principium, quod illas qualitates possit ad statum pristinum reuocare, nisi detur aliqua forma intrinseca.

Probatur tertio. Quia sequeretur, substantiam suscipere magis, & minus, quod in Logica enixè improbauimus.

Contra hanc Conclusionem sunt aliqua argumēta apud Conimbricenses, & Aresium *locis citatis*, quæ ferè omnia à nobis aliàs dispersim sunt soluta. videantur apud ipsos.

Quot sint Elementa. Quæstio Tertia.

Antiquorum sententias de numero Elementorum refert Aristoteles 3. *de Cœlo cap.* 4. & 5. & *hic cap.* 3. his temporibus. 84

Prima Sententia communis docet quatuor esse Elemēta, scilicet Terram, Aquam, Aerem, & Ignem, ita Aristoteles *locis citatis*, & 2. *de Cœlo cap.* 3. in hunc numerum consentir etiā Plato in Thymęo *cap.* 18. & 24. sequuntur hanc sententiam omnes Aristotelis interpretes, & ferè omnes recentiores apud Conimbricens. *quæst.* [illegible] *art.* [illegible] *lib.* 3 *cap.* 5 & Aresius *disp.* 1 *quæst.* 2. *sect.* 2. quos ipsi sequuntur.

Secunda sententia tantum vult esse tria Elementa, scilicet Terram, Aquam, Aerem, ita Cardanus, & Tassonus in suis quæsitis *lib* 1. *quæst.* 1.

Tertia Sententia admittit duo tantum Elementa, essentiali-

tialiter diuersa, scilicet terram, & aquam. Ignem dicit esse accidens cum precedenti sententia, aerem verò esse aquam rarefactam, ratione cuius rarefactionis potest dici Elementum diuersum ab aqua quoad officium, non quoad substantiam, quia potest deseruire ad aliqua, in quibus non potest aqua, ita noster Pasqualigus. pro nostra sententia sit.

Prima Conclusio. Ignis non est elementum. probatur 1. auctoritate Aristotel 1. *hic textu* 20. his precisis verbis: *Ignis autem caloris redundantia constituitur, & gelu frigoris, quando gelatio, & efferuescentia redundantiæ agnoscuntur, altera quidem frigoris, sed altera caloris, ergo si gelu est densitas humoris, & frigoris, ignis etiam feruor caloris erit, ac siccitatis 2. text. 28. flamma aliud non est, quàm deflagrans fumus.*

Tertiò si in doctrina Aristotelis esset Elementum ignis, vtique sub concauo Lunæ in propria sphæra, vt omnes Peripatetici fatentur, sed ibi non est verus ignis ex eodem Aristotele 1. *Metheprorum cap. 3.* vbi sic ait: *quod est sursum, & vsque ad Luna dicimus esse corpus alterum ab igne, & ab aere.* Quid autem sit hoc corpus, nostra parum interest, sufficit non adesse ignem.

Quarto paulò infra testatur sub concauo Lune non esse ignem, his verbis: *Circa hæc autem scilicet terram, & aquam contigua his etiam aer, & quod per consuetudinem vocamus ignem, non est autem ignis, excessus enim calidi, & caloris feruor est ignis.* Ex his auctoritatibus Aristotelis Deduco, quà probo nostram conclusionem, rationem

85 Primo. Elementum ignis non habet propriam sphæram, ergo non datur. Antecedens probatur, quia cùm esset leuissimum, alium locum habere non posset, quàm supra aerem, sed ibi non adest, vt ex Aristotele probauimus, & efficacissimis rationibus probant Aresius *q. 3.* & Tassonus *loco citato*, ergo. Consequentia item probatur. Elementa sunt partes essenciales mundi, ergo debent habere proprium locum, & patet in ceteris Elementis, quæ proprio loco destinantur.

Respondet Aresius *sect. 4.* ratione leuitatis locum proprium ignis esse sub concauo Lunæ, nunquam tamen ibi futurum; tùm quia semper debet esse in aliqua materia, quam ibi habere non potest, tùm quia melius est totum hoc spatium aere repleri, qui est aptior ad transmittendas influētias Celorum, & meteorologicis generationib. magis accommodatus; tùm quia nimium calorem in hæc inferiora produceret, tùm etiam quia in centro terræ est ei destinatus locus ad torquendos impios: neque hinc sequi esse in statu violento primo, quia ita exigit bonum vniuersi, ad quod, cum operantur creaturæ, non dicuntur in statu violento.

Secundo, quia & si ratione leuitatis sursum esse debeat, tamen quia naturaliter indiget materia, qua sursum careret, ideò naturaliter in inferioribus moratur, & addit neque etiam esse in statu violento, quia & si in Concauo Lunæ esse non possit, tamen sursum ascendit, quod etiam est ei naturale ratione Leuitatis, & hoc sufficit, ne leuitas dicatur frustrata suo fine.

86 Sed Contra Primo, quia natura dat locum elementis, vbi possint conseruari, si igitur in concauo Lunæ deficit materia, qua ignis cōseruetur, non est eius locus proprius. Secundo natura constituit loca Elementis, ita vt possint continuò propagare generationes, si igitur concauum Lunæ non est aptum, immò propter nimium calorem, quē transmitteret, ineptum, non est dicendum locus naturalis ignis. Tertio ignis in centro terræ non est naturali modo, quia quoad spiritus, quos torquet, operatur supernaturaliter; quoad corpora etiam modo supernaturali, quatenus nunquàm consumuntur, ergo debet assignari locus proprius, vbi esse possit. Addo quòd verè est in statu violento, si nunquam proprium locum assequitur; si enim bonum vniuersi exigit semper ignem non esse sub concauo Lunæ, dicendum naturam eum locum ei non tribuisse, neque satiatur eius naturalitas, per hoc quod tendat sursum, ideò enim tendit sursum, vt proprio loco potiatur, si non potest potiri, vtique frustratur. Miror P. Aresium, qui adeò enixè negat ignem sub concauo Lunæ, quomodo postea ignem elementum admittat semper moueri extra proprium locum, cùm precipuè fateatur nulla efficaci ratione posse probari quaternarium numerum elementorum.

Probatur secundo. Ignis non est corpus simplex, ergo non est elementum. Consequentia patet, quia omnia elementa sunt corpora simplicia, alioquin non prima elementa. Antecedens probatur. Ignis non potest esse nisi in materia informata alia forma, qua deficiente deficit, ergo non est corpus simplex.

Respondet Aresius *quæstio. 2. sect. 3.* ignem esse summæ edacitatis, ideò indigere aliqua forma, quam depascatur, neq; absurdum duas formas esse in eadem materia, cum non subordinatas; quia non sunt pacificè, sed forma ... aliam destruit.

Sed Contra. vel ignis vnquam repetitur cum sola propria forma, & materia, vel non. Non primum, quia contra experientiam. Si secundum, ergo verè non est corpus simplex, consequenter non est elementum; vt ... excludatur, quod non sit corpus simplex, satis nobis est quòd nunquam sine alio mixto possit reperiri, vnde ... hoc procedat, vel à propria edacitate, vel aliundè.

Confirmatur. consumpta forma mixti, quod ag... tur, perit ignis, ergo non est corpus simplex. probatur ... sequentia, quia in corpora simplicia resoluitur mix... ex Aristotele, ergo si ignis deficit ad defectum mixti ... corpus simplex.

Probatur tertio. Elementum debet esse aptum, vt deseruiat mixtioni, non sic est ignis, ergo non est elem... Maior patet, minor probatur. Primo auctoritate Aristotelis *hic text. 22.* vbi habet, *ideo nihil ex glacie gene... neque ex igne.* Secundo *de Generatione animalium ... cap. 3.* dicit, calorem qui est in animali, esse à Cœlis, non e igne, vnde concludit, *quamobrem ignis nullum anim... nerat, neque ex eo constitui quidquam,* & paulo infra, *cete rum calorem in animalibus nec ignem esse, neque ab igne originem ducere apertum ex his est.* Quibus verbis vi... datur intelligi expressissimè, neque formaliter, neque virtualiter ignem concurrere ad mixtionem, si enim concurreret, saltem per qualitatem concurreret, sed hoc neg... Aristoteles.

Probatur secundo ratione illa minor, in qua co... tota vis huius nostræ doctrinæ. Elementum debet esse tale, vt in mixtione permaneat in suo esse saltem, donec educatur forma mixti, sed igni statim, ac ... cetur ... aqua, vel terra perit, vt experientia patet, ergo ... clara ex ceteris elementis.

Confirmatur, quia dùm desinit ignis, ne materia sit sine forma, alia forma producitur, ergo vel mixti; & si sic, prima mixtio non fit ex puris elementis, vel elementari...; si sic, vel aquæ, terræ, aeris, ergo hæc concurreret ad mixtionem, non ignis, ergo ignis verè non concurreret.

Probatur quarto. Elementa, vt possint concurrere ad generationem per mixtionem, possunt esse sine qualitatibus in summo, non sic de igne, ergo. Minor patet experientia, si calor remittatur non dicitur amplius ignis, ide dicebat Aristoteles *2. de partibus animalium cap. 2.* ... nunquam frigere, maior, preter experientiam, quod ... potest esse calida, & remanere aquam, & terra potest ... humida, & calida, & remanere terram, probatur, quia ali... quin si in prima qualitatum remissione perderetur forma aquæ, terræ, &c. cum materia esse non possit sine ... ma, nec tunc nondum sit forma mixti, ad quod miscentur Elementa, ergo producetur aliqua alia forma in materia, cuiuslibet elementi, ex qua postea fiat mixtum, ergo ... lum elementum concurret immediatè ad mixtionem, quod est falsissimum.

Probatur quinto. Omnia, ad quæ concurrit calor, saluare possumus per calorem Solis, & de facto multæ generationes ex calore Solis fiunt, vt in visceribus terræ ... mè Aristoteles *2. de Generatione animalium, loco citato* calorem in animali tribuit Cœlo his verbis. *Et natura quæ in eo spiritu, scilicet calor est, propor... tione respondet ele mento stellarum*; ergo frustrà ponimus Elementum i... Legatur Tassonus, qui multas rationes pro hac do... congerit dignas, quæ videantur.

Secunda Conclusio. Aer est Elementum essent... distinctum ab aqua contra tertiam sententiam ... tamen Arist. & omnibus Philosophis, excepti... ci... cis ex recentioribus. probatur primo. Si aer esset e... liter aqua se reduceret ad pristinum statum, vt ac... vaporibus, & exhalationibus aqueis, ex qui... pluuiæ, &c. sed experientia est in contrarium, ergo.

Pr...

Probatur secundo, aer proprietates requirit ab aqua diuersas, ergo differunt essentialiter. Antecedens patebit *quæst.6.* consequentia probatur, quia qualitates elementorum asciscuntur à proprijs formis, ergo si qualitates sunt diuersæ, & formæ.

Tertia Conclusio. Elementa sunt tantùm tria. Est cum secunda sententia. Probatur, aqua, & Terra sunt essentialiter diuersa, vt patet ex opposita ipsarum natura, nec vllus contradicit; item terra, & aer, ignis ex prima conclusione non est elementum, aer verò est essentialiter diuersus ab aqua ex secunda Conclusione, ergo remanet, quòd elementa sint tria, scilicet terra, aqua, & aer.

Sed Contra primam Conclusionem. Instatur primo ex Aristotele 2. *Cœli cap.* 3. datur terra, quæ est grauissima, & frigidissima, ergo debet dari ignis leuissimus, & calidissimus, quia si adest oppositorum vnum, adest & aliud. Circa hoc argumentum plura dicit Aresius *qu. 2. sect. 2.* quibus illius inefficaciam ostendit, omnibus omissis. breuiter. Respondeo, satis esse, si reperiantur qualitates contrariæ qualitatibus terræ, non enim est contrarietas inter formas substantiales, sed inter qualitates, eę autem reperiuntur in corporibus cęlestibus, in quibus est leuitas, & calor. Addo quod si esset necessarium dare elementum omnino contrarium terræ, dandum esset elementum leuissimum, calidissimum, & humidissimum, quia terra est grauis frigida, & sicca, & tamen nec per Aristotelem datur huiusmodi Elementum. sed satis est si reperiantur hæ qualitates, quæ contrariæ in generatione valeant refrangi, & misceri.

90 Instatur secundo. Quatuor sunt primæ qualitates oppositæ, Calor, & frigus, siccitas, & humiditas, sed ex his hæ sunt combinationes caloris, & siccitatis; caloris, & humiditatis, humiditatis, & frigoris, frigoris, & siccitatis, ergo quatuor elementa iuxta quadruplicem combinationem. Respondet Tassonus combinationem caloris, & siccitatis esse in Cœlis, qui sunt calidi, vt patet ex calore in hoc mundo producto, & sicci, quia propria siccitate seducunt humiditatem pupillarum, quare non sequitur dari ignem. Ego Respondeo cum Aresio hoc argumento Aristotelem non probare numerum quaternarium Elementorum, quia possumus alias combinationes efficere, vt patebit disserentibus, quibus euadat maior, vel minor hic numerus. Vide Aresium *loco citato*.

Instatur tertio. Quatuor sunt motus simplices recti. Primus à centro ad Cœlum simpliciter. Secundo à centro ad Cœlum secundùm quid. Tertio a Cœlo ad centrum simpliciter. Quarto a Cœlo ad centrum secundùm quid, ergo danda quatuor corpora, quæ his motibus moueantur, ergo quatuor Elementa. Respondeo, si loquamur de facto negando Antecedens, quia a Centro ad Cœlum non est nisi vnus rectus motus aeris, qui totum illud spatium occupat, quod est ab aqua ad Cœlum; si verò loquamur de possibili possunt esse plures motus secundùm quid, quia vnum corpus petit esse supra, vel infrà aliud, prout grauius, vel leuius est: possunt autem esse plura corpora diuersa in grauitate, leuitate, &c.

Instatur quarto. Ex Auicenna apud Toletum *hic quæst.* 4. in resolutione mixti quatuor remanent correspondentia quatuor Elementis. Respondeo negando assumptum, dùm corrumpitur compositum, cùm elemẽtum ignis non possit esse nisi in mixto, & ipse tunc pereat, cùm consumpsit formam mixti, non video quomodo possit mixtum resolui in ignem.

91 Instatur quinto. Ignis sursum fertur, vt patet in flamma, ergo sursum habet propriam sphæram, ergo verè datur ignis.

Nego vniuersaliter antecedens cum Tassono *lib. 1. quæst.* 2. in carbone enim ignis deorsum tendit, non sursum, sed sequitur naturam materiæ, in qua est, quia igitur flamma aliud non est, quam fumus accensus, & fumus sursum tendit, vtpotè res leuis, ideò calore fertur sursum: quare tunc tantùm fertur sursum ignis, quando est in materia, quæ sursum petit ferri ob leuitatem, vel quando calor, cuius natura est, sursum tollere res graues paulatim ratefacit, & extenuando etiam eas sursum pellit, donec penitus corrumpat; & tunc vel in aerem, vel in aliud transmutantur. hæc responsio est maximè aduertenda. possunt videri alia argumenta apud Aresium, quæ probant sub concauo Lunæ dari Elementum ignis, etenim militant etiam contra nostram conclusionem primam.

Instatur sexto. Ex Pasqualigo contra nostram secundam Conclusionem, per solam condensationem aeris fit aqua, ergo aqua, & aer non differunt essentialiter. Consequentia Probatur, quia condensatio est mutatio accidentalis. Antecedens probatur. Aer ambiens amphoram plenam aquæ transit in aquam, vt experientia patet. item de aere tangente marmora, lapides, &c. item in speluncis, &c. sed tunc aqua à vitro impedita non potest nisi mediante frigore condensare, ergo per solam condensationem fit aqua.

Negatur antecedens, ad probationem Dico, nixus nostris principijs alibi iactis, cùm inductæ sunt dispositiones aquæ in aerem, produci formam aquæ à Deo, si alia causa naturalis absit, vel non possit.

Instatur septimo ex eodem. In aquis distillandis per solam rarefactionem aquæ a calore fit aer, ergo. Negatur antecedens, datur mutatio substantialis mediante forma aeris, qui se ipsum in illa materia rarefacta propagat.

Instatur octauo. Non pugnat, formam aeris condensari, sicut aqua, quia homogenea, quò magis condensantur, magis conseruantur, ergo dicendum, esse eandem formam aeris, & aquæ tantùm accidentaliter variatam. Respondeo, repugnare aerem esse in densitate aquæ, quia tunc non habet proprietates, quas proprias assignabimus aeri de natura sua, seu vt est talis forma, quidquid dicat meus Pasqualigus vir summo acumine mihi semper reuerendus.

Quæres, cum negauerimus ignem esse Elementum, quid igitur sit id, quod comburit, & ignis communiter vocatur. Respondeo cum eodem Aristotele in principio quæstionis citato, ignem esse excessum caloris, qui est accidens maximè actiuum, inhærens semper alicui subiecto, quod ob illius maximam actiuitatem paulatim consumitur, & destruitur, & ideò quia accidens nunquam potest nisi in subiecto reperiri, vt diximus.

Quænam sint Primæ Qualitates. Quæstio Quarta.

Vidimus tria esse Elemẽta, quæ ad generationem mixtorum concurrunt, quia verò concurrunt medijs proprijs qualitatibus, quarum aliquæ vocantur primæ, quia in ipsis corporibus insident, & primæ sunt origine, cum ex alijs non fiant, neque ex alterutris, neque alias priores supponunt, ideò quærimus, quænam sint primæ qualitates. 92

Notandum, quæstionem esse de solis primis qualitatibus tãgibilibus, & quæ ad mixtionem media mutua actione, & passione concurrunt, agitur enim hic de qualitatibus Elementorum, quatenus generationi deseruiunt, hoc autem habetur per qualitates tangibiles actiuas, habentes contrarium, ex harum enim mutua actione, & passione refranguntur elementa, & debitum attemperamentum construitur mixtorum, ex quo sequitur debere esse qualitates communes ad omnia mixta, & esse quasi differentias elementorum, prout ad mixtionem concurrunt. hoc Notato.

Prima Conclusio. Tres sunt qualitates primæ origine, in sensu exposito, scilicet frigus, humiditas, & siccitas. Est contra Conimbricenses *cap. 5. quæst.* 2. Aresium *disput.* 2. *quæst.* 7. & communem. Quòd sint tantùm tria probatur, quia calor, quem tenet communis sententia esse propriè primam qualitatem, non conuenit intrinsecè vlli elemento, vt infrà dicetur, ergo remanet, quòd sint tantum tres. Quod verò illæ tres sint primæ sensu exposito, præter auctoritatem Aristotelis *hic text.* 8. probatur. Istæ qualitates sequuntur essentiam elementi, & per has qualitates elementa incipiunt mixtionem, ergo. Vtraque pars antecedentis probatur. Prima, quia demptis omnibus alijs qualitatibus si elementa patiantur in frigore, humiditate, & siccitate statim per natiuum principium eas recuperãt. Secunda verò, quia ex attemperatione harum qualitatum mixtum resultat.

Confirmatur, quia elemẽta concurrunt ad mixtionem, quatenus contraria, sed per has qualitates sunt contraria, ergo hæ qualitates sunt primæ in ordine ad mixtionem.

Quo vero ad calorem, qui in generatione loco caloris ignis è cęlis accersitur, sit 93

Secunda Conclusio. Ille calor in vno sensu potest dici prima qualitas, in alio nequaquam. explicatur, & probatur simul. Ille calor, cum deforis veniat, & non intrinsecè ab

eè ab aliquo elemento, vtiq; supponit subiectum, in quod recipiatur, scilicet aliquod ex elementis, at omne elementum suas habet proprietates, ergo hoc sensu non potest dici prima qualitas; attamen sine hoc calore elementa non possunt mixtionem incipere, ergo in hoc sensu est prima qualitas, & sic intelligendus Aristoteles; cum calorem qualitatem primam appellauit, ergo vera Conclusio.

Tertia Conclusio, hæ qualitates non sunt primæ causalitate, quasi ceteræ omnes ex ipsis producantur, probatur. multæ sunt qualitates, quæ consequuntur necessario formas determinatas mixtorum, & ex ipsis fluunt, ergo vera Conclusio.

Confirmatur, quia si ex sola attemperatione primarum qualitatum, qualitates secundæ fierent, vt odor, sapor, &c. cum in manu nostra sit illas temperare, possemus quoscunque odores, sapores, &c. producere, & tamen experientia est in contrarium. Credo quidem aliquando ex attemperatione primarum qualitatum disponi materiam ad alterandas secundas qualitates, vt patet præcipuè in odoribus, & in tali sensu intelligendus Aristoteles, quoties dixit ex primis qualitatibus secundas oriri; vel cum Aresio remotè, quatenus forma mixti, ex qua fluunt secundæ, causatur ex primis; vel negatiuè cum Pasqualigo, quatenus ex attemperatione primarum conseruantur secundæ, quia si primæ alterarentur, & inuicem corrumperentur, etiam pariter forma mixti, ex qua pendent secundæ qualitates.

Contra primam conclusionem. Instatur primo. Raritas, & densitas oriuntur ex ipsa forma elementi, & multum confert ad mixtionem, ergo etiam dicendæ primæ. Respondeo negando consequentiam, quia raritas, & densitas conferunt supposita actiuitate illarum, quæ dicuntur primæ, sed ipsæ non sunt actiuæ.

Instatur secundo. *Ex quarto Meteororum in principio*. Calor, & frigus exsiccant, ergo hæ qualitates fiunt ex alterutris, ergo non sunt primæ. Respondeo calorem aliquando exsiccare per accidens, quatenus extrahit a corpore humido partes humidas, & in vapores agit; frigus verò non exsiccat pr. priè, sed tantum per addensationem retinet fluxibilitatem corporis vani, quod quasi quoddam exsiccare potest dici; quoties vero calor exsiccat, & frigus prouenit; quia passum adest intra sphæram calefactiui, & frigefactiui, quod simul est siccatiuum. Alia argumenta videri possunt apud Aresium, Toletum, & Conimbric. sed ex nostro Notabili facilè soluentur.

94 Quæres primo. An omnes istæ qualitates sint actiuæ. Respondeo cum D. Thoma 4. *Meteororum* Toleto *quæst.* 3. & cum communi omnes esse actiuas. patet de calore, & frigore, de quibus ferè omnes concedunt; de siccitate verò, & humiditate probatur, quia elementa symbola vt aqua, & terra possunt inuicem transmutari, sed tunc non agunt secundum frigus, in quo conueniunt, ergo secundùm siccitatem, & humiditatem, ergo vera Conclusio. Confirmatur, si corpus siccum ambiatur ab humido, humectatur, ergo humiditas in illud humiditatem producit; non enim potest dici, quòd corpus humidum tantum poros peruadat corporis sicci, quia suppono illud corpus secundum se totum humectatum.

Dices Aristotelem *hic tex.* 8. & 4. *Meteor. citato* vocasse humiditatem, & siccitatem qualitates passiuas. Respondeo cum Zabarella *lib.* 1. *de qualitatibus element. cap.* 5. & innuitur à D. Thoma *hic* Aristotelem eas considerasse, prout concurrunt ad mixtionem quoad effectus secundarios; & quia vt sic calor, & frigus congregant, & disgregant, quod significat agere; humiditas verò, & siccitas facilè, vel difficilè terminantur termino alieno, quod significat pati, ideò illas vocauit actiuas, istas passiuas.

Quæres secundo, an primæ qualitates omnes sint positiuæ. Respondeo affirmatiuè cum communi contra Cardanum *lib.* 2. *de subtilitate*, qui frigus priuationem vocat caloris, & siccitatem priuationem humiditatis. patet veritas responsionis, tum quia meræ priuationes non sunt sensibiles, sed frigiditas consumit mixta, si nimium augeatur: item siccitas: tùm quia si essent meræ priuationes, cur calor, & humiditas non producerentur in instanti? quia sic carerent contrario Vide Aresium *quæst.* 7. *sect.* 3. §. *ad* 6. qui diffusius hanc difficultatem percurrit, & argumenta in contrarium soluit.

Dices Aristotelem (prout citat Aresius) *tex.* 18. vocasse frigiditatem priuationem caloris. Respondeo hoc dixisse (si dixit) quia priuatio caloris semper est annexa cu[m] ri-gore, tum quia Aristoteles ex duobus contrarijs pos[...] ignobilius solet vocare priuationem.

Quomodo definiantur Primæ Qualitates. Quæstio Quinta.

Aristoteles *hic text.* 8. & 9. & 4. *Meteor. citato* den[...] primas qualitates dicens; *calorem congregare hom[o]genea, segregare eterogenea. Frigus congregare omnia [si]mul. humidum facilè recipere terminum alienum pro[prio] difficilè, cum habeat proprium terminum.* hæc Aristo[...] quas definitiones, vel potius descriptiones mult[...] re difficultatibus ostenditur apud Conimbricens. *cap.* [...] *quæst.* 3. & Aresium *disp.* 2. *quæst.* 8. Nos ad tollendas [...] nes difficultates aliqua ponemus Notabilia, quæ si obse[r]uabuntur, omnia argumenta contra has definitiones [...] lè euanescent. Igitur

Notandum Primo, has qualitates esse definitas per [ef]fectus secundarios, non quoscunque, sed qui per se [...] per accidens eis conueniunt. possunt enim contra[...] præstare per accidens, vt patet dum calor exsiccando, [...] attrahit partes humidas à terra, congregat eteroge[nea] scilicet partes terræ, quæ siccescunt mixtæ paleis [...] rebus; sic dum liquent metalla virtute Solis; dum ou[a ...] rescunt virtute caloris.

Notandum secundo, neque esse definitas has quali[tates] per effectus secundarios per se, vt tales qualitates [...] quò ad ea, quæ præstant in mixtione, & cùm in mix[...] debeant attemperari res diuersæ, calor disgregat eter[oge]nea, quia per rarefactionem resistit, ne penitus ho[moge]nea, & eterogenea addensentur, quod est proprium f[rigo]ris, frigus verò efficit, ne calor penitus has disuniat; h[umi]dum mixtum sicco efficit, vt mixtum figuram recipiat [...] lore, & frigore, ideò humidum concurrit, vt carens te[rmi]no proprio, & facilè terminari termino alieno, ide[o] deratur siccitate, vt alieno termino terminetur; sic [...] verò efficit, vt humidum retineat terminum ab ext[rin]co receptum, quod præstat quatenus difficulter pote[st ter]minari termino alieno, quia non diffluit sicut humid[...] hæc obseruat Auerroes *in initio suæ Epitomæ* 4. *Meteor.* [...] refer Zabarella *lib.* 1. *de qualitatibus elementaribus cap.* [...]

Notandum tertio ex ipso Zabarella *loco citato* nom[ine] homogeneorum, & eterogeneorum non intelligi, [...] sunt simpliciter eiusdem, vel diuersæ speciei, sed quæ [...] quo pacto conueniunt, vel disconueniunt; sic dum a [ca]lore colliquantur cera, & pix, non segregantur, quia [...] quasi homogenea in colliquatione, ponderositate, & [...]

Notandum quarto. Congregationem, & segreg[atio]nem esse intelligendā in genere causæ efficientis, & [...] dicunt effectum in aliud; quia agit Aristoteles de [...] conducunt elementis, vt possint misceri, consequente[r] possunt inuicem per has qualitates refrangi. præte[r] Notabilia videantur Zabarella, & Aresius *locis citatis*, [...] singillatim argumenta in contrarium soluunt.

Quænam Qualitates conueniant cuilibet Elemento. Quæstio Sexta.

Notandum Primo, qualitatem aliquando esse in gra[...] du summo, aliquando in gradu remisso; tunc di[citur] in gradu summo, quādo habet totam perfectionem, qu[am] naturaliter petit habere, & solemus explicare per gra[dus] vt octo, tunc dicitur in gradu remisso, quando non [...] huiusmodi perfectionem.

Notandum secundo ex Aristotele 5. *Phys. text.* 19. & [...] *Cæli tex.* 37. quantum de vno contrario remittitur, ta[ntum] de alio intendi, & è contra, Quare nunquam pote[st ...] ri vnum contrarium remissum sine admixtione a[lterius] contrarij in illo subiecto; talis est enim natura qualit[atum] habentium contrarium, vt respiciant subiectum cu[m] ordine, quod experientia comprobatum est; tum e[tiam] quia alioquin posset intendi secundùm qualitate[m ...] sam in instanti, quod est contra manifest[am] expe[rientiam] in quolibet elemento.

Notandum tertio à formis elemētoru[m], quæ [...] cipia sunt primarum qualitatum, vt patet, dum [...] remittantur, ad pristinum statum se reducunt, n[...] posse fluere qualitatem aliquam in gradu rem[isso ...]

sua. Ratio est, quia primæ qualitates habent contrarium, in gradu igitur remisso haberet admixtum contrarium, consequenter duo contraria ab eodem principio fluerent, quod est falsum. Vide Aresium *disput.2. quæst.11. sect.2.* his notatis

98 Prima Conclusio. Terra est summè sicca, & summè frigida, aqua summè frigida, & summè humida, has qualitates conuenire aquæ, & terræ, est Aristotelis *text. 16.* & probatur. Remotis omnibus extrinsecis aqua habet humiditatem, & frigiditatem; terra frigiditatem, & siccitatem, vt quilibet potest experiri, ergo hæ sunt qualitates terræ, & aquæ: quod vero conueniant in summo patet ex Notabilibus, & insuper ratione; quia si fluunt tanquam à proprio principio, non est, cur non fluant modo, quo naturaliter esse possunt, ergo in summo, nec est maior ratio de vna, quàm de alia, & tamen secundùm omnes aliqua conuenit in summo.

Sed Contra secundam partem Instatur Primo ex Aristotele *tex. 23.* vbi habet terram magis esse siccam, quam frigidam, & aquam magis frigidam, quàm humidam, ergo non conueniunt in summo. Respondeo Aristotelem locutum in ordine ad sensum, in ordine ad quem in quolibet elemento, magis prędominatur vna qualitas, quàm alia; sic in aqua magis sentitur frigiditas, quia actiuior, quàm humiditas; in terra siccitas magis, &c.

Instatur secundo. Si omnes qualitates essent in summo, non daretur inter elementa excessus, consequenter non posset fieri inter ea actio. Respondeo negando sequelam, quia maior actiuitas in qualitatibus non sumitur tantùm ex intensione in ordine ad subiectum, vt alibi diximus, sed etiam ex densitate, raritate, &c. sic erit actiuior siccitas in terra, quàm humiditas in aqua, & si vtraque in summo. Addo quod etiam consideranda resistentia in mutua qualitatum actione, quæ non eadem in omnibus, & si alioquin pares in gradu.

99 Instatur tertio. Si aqua esset frigida in summo, ergo esset glacies, quæ est frigidissima in summo. Respondeo negando sequelam, quia glacies non est pura aqua, sed habet admixtum vaporem terreum, ratione cuius frigiditas aquæ auctа ab extrinseco potest congelari in grandinem, niuem, & ita Auerroes 4. Cæli comment. 42. ex Toleto *qu.* § *ad quintum Dico*; quare aqua pura, & si frigidissima nunquam congelatur. Alia argumenta faciliora habes apud Aresium *sect.3. loco citato*. pro aliquorum tamen solutione.

Aduerto cum Aristotele *tex.* . ex Aresio *qu.6.* vel nullum elementum dari omnino purum à qualitatibus extraneis, & hoc, ob bonum vniuersi, vel saltem secundùm illas partes, quæ sub nostro sensu cadunt. Quare non multum fidendum sensibus in affirmando, vel negando qualitates in summo in elementis secundùm proprias naturas consideratis, quia nunquam illa sentimus pura.

100 Secunda Conclusio. Aer est frigidus, & humidus in summo. hæc conclusio tres habet partes. Prima est quòd aer sit frigidus. Secunda humidus. Tertia quòd huiusmodi sit in summo. Quoad tertiam partem non indiget probatione, ex Notab. & Conclusione pręcedenti patet. Prima pars censetur contra Aristotelem *hic text.16.* & totam Peripateticorum scholam, vt est videre apud Ruuium *quæst.7. num.108.* Conimbricens. *quæst 1. art.3* & Aresium *disp.2. quæst. 1 . sect.1* qui aerem statuit calidum, est tamen cum Stoicis, cum Marco Tullio, Phylone, Galeno, Clemente Alexandrino, & alijs ex antiquis, ex modernis cum Cardano, Valesio, Ioanne Baptista Porta, quos omnes sequitur noster Aresius *sect.* . efficacissimis rationibus. Secunda verò pars omnes illos habet aduersarios cum Aresio, qui apud ipsum fauebant primæ parti, qui omnes volunt aerem esse frigidum, & siccum, nobiscum autem consentit Aristoteles, & communis sententia.

Probatur primo Conclusio, quoad primam partem, seclusis omnibus extrinsecis, aer est frigidus, ergo vera Conclusio. Consequentia patet, quia illud frigus erit ab intrinseco. Antecedens probatur ab Aresio multis experimentis, quorum vnum, vel alterum tantum affeтam. Primo media regio aeris est frigidissima, ideò ibi formantur glacies, pluuiæ, niues, &c. sed ibi non apparet vllum extrinsecum, à quo possit ille aer infrigidari, ergo natura sua est frigidus. Secundo noctu aer euadit frigidior, quia destituitur calore Solis, ergo frigus, ad quod se reducit, est illi innatum. Tertiò, si benè claudantur cubicula, remotis omnibus, à quibus possint calefieri experimur frigida, vtique quia aer naturaliter se reducit ad proprium statum frigiditatis.

Ad primum experimentum multæ sunt responsiones apud Aresium *loco citato*, & Ruuium *qu. 8.* nullius valoris. Communior responsio, & magis plausibilis est, illam regionem accidentaliter infrigidari per antiperistasim ex vaporibus, & exhalationibus; eleuantur enim vapores frigidi, & cum ad mediam regionem perueniunt, non possunt vlterius ascendere, tùm quia paulatim deperdunt calorem, à quo eleuabantur, tum quia calor supremæ regionis resistit vaporibus natura sua frigidis, ne ascendant, sed neque possunt descendere pulsi a calore infimæ regionis, quare ibi ad præsentiam contrarij condensantur, intenduntur, & sic mediam regionem infrigidant.

Sed hæc responsio, pace tantorum virorum, nullo modo potest placere. Primo, quia sæpè per multum temporis aer est adeò serenus, vt ferè nullus vapor attrahatur, & tamen semper idem frigus in media regione sentitur. Secundo illa regio est multùm purior, & serenior hac infima, non igitur tantam vim haberent vapores ad illam infrigidandam, si calor ei esset natiuus. Tertio principaliter, quia vapor, vt aduersarij concedunt, calidus formaliter peruenit ad illam regionem, tunc enim solum descendit, quando calore destituitur, sed aer etiam est calidus, quomodo igitur potest ille vapor infrigidari? vt possit aerem reddere frigidum? ego non video: peto enim, vel vapor, qui ascendit, præualet in calore, vel in frigore formaliter, non in frigore alioquin non ascenderet, ergo in calore, sed cum peruenit ad mediam regionem, esto ille calor ex pelleretur a principio innato vaporis frigidi, attamen reperit aerem calidum formaliter, a quo vtique potest conseruari, ergo vapor non poterit infrigidari; citrà enim controuersiam, potentior est calor aeris formalis ad conseruandum calorem extrinsecum vaporis, quàm frigus tantùm virtuale eiusdem vaporis ad eundem calorem expellendum, igitur est merum figmentum, quod à vaporibus media regio fiat frigida; omitto, quòd ille aer semper esset in statu violento. Vidit vim harum responsionum doctissimus Auersa, ideò *quæst.42. sect.3.* conatus eas suo acumine præuenire, tandem inquit, si quæ dicuntur, & dixit ad difficultatem non videantur sufficere; totum adscribendum quibusdam cęlestibus causis: sed cur ad causas occultas recurram, si hoc occurrit manifesta? 101

Secunda responsio, quæ aliquibus posset satisfacere est, illam regionem infrigidari a terra, & aqua. Sed Contra, quia non est credibile in tantam distantiam aquam, & terram agere; præcipuè cum aqua, & terra in suis summitatibus calore Solis habeant frigus attemperatum.

Confirmatur hæc omnes rationes experimento, quod 9. *loco*, affert Aresius ex Caietano *2.2. quæst.95. art. 3.* Cardano *lib de varietate rerum cap 93.* Alexandro ab Alexandro *lib.2. gen. dierum cap.9.* & Perer. *lib.8. Gen. disput.3* & alijs, scilicet corpora, quæ à dęmonibus assumuntur esse frigida, neque posse calefieri, quæ cum aerea sint, vtique sequitur aerem natura sua frigidum esse.

Probatur secundo. Aer rarefactus in phiala apposita igni, si amoueatur, condensatur per minus frigus formale corporis ambientis, quam sit calor aeris, ergo aer est frigidus. Antecedens probatur, quia intensior est calor aeris inclusi, dum amouetur phiala, vt patet experientia, quàm sit frigus in aere ambiente. Consequentia probatur, quia illud minus frigus non posset superare calorem aeris inclusi, ergo si superatur, signum est, illum calorem expelli etiam à principio intrinseco, ergo aeri innatum est frigus, ergo vera Conclusio. 102

Probatur Conclusio, quoad secundam partem. Primo auctoritate Aristotel. *text. 16.* vbi aerem dicit calidum, & humidum; & humidum dicit, quod facilè terminatur termino alieno, huiusmodi est aer, vt patet, ergo.

Probatur secundo, aqua producendo solam frigiditatem in aere, illum vertit in se ipsam, ergo aer, & aqua sunt symbola in humiditate, ergo vera Conclusio. Secunda consequentia sequitur, prima probatur, quia non apparet à quonam alio humiditas possit produci ab extrinseco. Probatur antecedens, phiala plena aqua frigida vertit in aquam aerem proximè tangentem, sed tamen non potest aqua agere per humiditatem, quia à vitro impeditur, ergo

per frigus tantùm producit frigus.

Probatur tertio. Sicca non possunt rarefieri cum continuatione partium, sed aer potest, ergo non est siccus. Minor est certa apud omnes, alioquin daretur vacuum, maior patet experientia, & ratione: experientia, quia terra, quò magis exiccatur, magis resoluitur in pulueres minutissimos; vasa vitrea, testacea, &c. à nimio calore constringuntur, & franguntur; ligna, tabulæ, &c. flantibus ventis calidis, & siccis rimas faciunt, quia partes, ne dum dilatantur, sed magis cõstringuntur, & vniuntur. Probatur etiam ratione, quia calor exiccat, sed siccitas tendit ad maiorem contractionem partium, rarefactio verò ad maiorem dilatationem, ergo sicca non possunt, vt sicca rarefieri cum continuatione partium.

103 Probatur Quarto. Quia aer debet esse maximè receptiuus, & receptibilis propter varia officia, quæ præstat, sed ad hoc aptior est si sit humidus, ergo.

Sed Contra Instatur primo. Adest combinatio calidi, & humidi, sed hæc non potest competere nisi aeri, ergo aer est calidus, & humidus. Negatur consequentia, quia multas alias combinationes possumus formare, quas tamen patet non adesse, vt diximus *quæst.3.huius tract. ad 2.*

Instatur secũdo. Aer est medius inter aquã, & ignẽ: ergo sicut media humiditate conuenit cum aqua, ita medio calore cum igne, ergo est calidus. Confirmatur Primo, quia est rarus, & leuis, quæ sequuntur ad calorem. Confirmatur secundo, quia dempta media regione semper est calidus; ergo semper esset in statu violento. Ad argumentum respondeo non dari ignem sub concauo Lunæ, vt diximus.

Ad primam Confirmationem Respondeo leuitatem sequi raritatem, sicut grauitas sequitur densitatem, vt optimè obseruat Tassonus *lib.1.quæst.3.* raritas verò, & densitas sunt accidentia correlatiua; idem enim corpus dicetur rarum respectu vnius, densum respectu alterius, quod cum possit competere tam corpori frigido, quàm calido, nego absolutè, quòd raritas sequatur calorem, & densitas frigiditatem, quia aqua frigidissima dicitur rara respectu terræ, eadem verò calidissima dicitur densa respectu aeris; sed raritas, & densitas in tali gradu consequitur ad formam, vt etiam obseruat Toletus *quæst.5. ad 3.* verum quidem est quod cum raritas, & densitas requisita à formis non consistat in indiuisibili, sed cum illarum conseruatione possit esse maior, vel minor, & solùm requiratur, vt corpus, quod respectu alterius dicitur rarum, vel densum, nunquam possit ad tantam raritatem, vel densitatem adduci, vt de raro, vel denso respectu illius transeat in dẽsum, vel rarum respectu eiusdem, sequitur quòd vi caloris, cuius est disgregare, potest rarefieri, & vi frigoris, cuius est congregare, addensari.

104 Ad secundam Confirmationem negatur antecedens, quod etsi esset verum non esset absurdum propter bonum vniuersi, sicut per aduersarios non est absurdum mediam regionem semper esse frigidam, propter eandem rationẽ.

Instatur tertio, tria essent Elementa frigida, quod est absurdum. Respondeo, nullum esse absurdum, quia virtus caloris cœlestis est adeò actiua, vt possit hæc omnia frigida attemperare.

Instatur quarto. Quia mixta, in quibus prędominatur aer, sunt calida, vt oleum, mel, &c. Respondeo quidquid sit de prædominio, esse formaliter frigida, virtualiter autem calida, sed hoc conuenit etiam ijs, in quibus prædominantur terra, aqua, &c. vt v.g. vinum, piper, &c.

Instatur quinto. In locis calidis aer purior seruatur, ergo calor est illi connaturalis. Respondeo negando consequentiam; ideò autem in illis locis purior seruatur, quia exhalationes, & vapores extranei facilius consumuntur, à quibus inficitur aer.

Instatur sexto. Si aer est frigidus, cum etiam sit humidus, ergo est essentialiter aqua; ex proprietatibus enim venamur essentias rerum. Respondeo cum Aresio *quæst.10. sect.3. ad 9. & quæst.12. sect.2. ad primum*, non omnes istas qualitates esse proprietates quarto modo; non mirum si in aliquibus eędem possint reperiri, & in eodem gradu; si enim possunt per aduersarios duo elementa esse symbola in vna qualitate, cur non in duabus? quare ego dicam qualitatem propriam aeris esse illam perspicuitatem, & raritatem, vt in quodlibet se possit insinuare, quod cum in aqua non sit ideò essentialiter non est aqua, etsi sit frigidus, & humidus.

Instatur septimo, si aer est frigidus, ergo condensabitur, vt euadat aqua, & sic media regio, vbi per nos nullus est calor, esset tota aqua. hoc argum. habet maxim[...] contra P. Pasqualigum, & illos, qui dicunt aquam non differre ab aere essentialiter. quare Respondet pri[...] ipse Pasqualigus hoc non posse, quia nihil agit in se ipsum. sed Contra, quia sicut ebulliendo aqua rarefacta se ipsa infrigidatur, & condensatur, ita se ipso posset aer.

Respondent secundo, alij aerem non condensari, quia condensatus descenderet ad centrum, & cum non posset ob calorem in infima regione, à quo rursus rarefieret & & impediretur, manet rarefactus in medio, vt fugiat suum aduersarium, verbi gratia, calorem iuxta illud Aristotelis *vnum contrarium fugit aliud*.

Sed Contra Primo, quia frigus est agens necessari[...], ergo si in aere est frigus potens in aquam illum vertere, vertet, & si postea iterum à Sole in aerem mutandus. Contra secundo. In prima rerum productione, vel Deus aerem sic creauit in illa raritate, vel à Sole pars aquæ in aerem mutata. non secundum, quia non potuit in instanti, quo hoc spatium repletum est aere, tanta massa aquæ rarefieri: patet enim experientia paulatim à calore aquam posse attenuari, & rarefieri, ergo à Deo sic est creatus, ergo cur non dicamus esse elementum diuersum. Contra tertio, quia totus aer condensatus non posset à calore [...]mæ regionis totus rarefieri, sed ad summum quoad [...]quas partes, ergo nulla ratio assignata.

Quare ego respondeo primo, hoc facere etiam con[tra] aduersarios, quia etiam per ipsos media regio est frigi[da] accidentaliter. Respondeo secundo supposito quòd aq[ua] & aer sint elementa distincta essentialiter, non conde[nsa]ri, quia illa condensatio esset destructiua formæ aeris, [ni]hil autem agit in sui destructionem, vt etiam innuim[us] *tractatu præcedenti in 1. lib. quæst.2.§. pro responsione.*

Dices. frigus aeris potest aliud corpus condensare, [&] ipse aer ab alio frigore, vt diximus de phiala aquæ frigi[da], quæ aerem in aquam commutat, ergo poterit etiam ipse aer à proprio frigore condensari. Negatur consequentia, quia non militat ratio assignata, dum frigus aeris aliud corpus condensat, vel ipse ab alio condensatur, vt pateb[it] consideranti.

Dices secundo. Ergo frigus aeris, & frigus cęterorum elementorum differunt specie. Probatur sequela, quia frigus ver. grat. aquæ potest ipsam aquam condensare, & etiam aerem; frigus vero aeris non potest ipsum aerem. Respondeo negando sequelam cum D. Thoma, Conimb. Zabarella apud Aresium *quæst.12. sectio.2.* primo, quia frigus aeris, & aquæ mutuò se intendunt. Secundo, quia plures essent qualitates, quàm quatuor. Tertio, quia non esset facilior transitus in elementis symbolis contra Aristotelem. Ad probationem autem sequelæ respondeo, etsi frigus aquæ possit aerem condensare, non tamen [...] aqua potest, vt magis infra; quod autem se ipsam possit condensare, dum ebulliendo est rarefacta, potest etiam ipse aer se ipsum condensare, non tamen tantùm, quod in aquam se reducat, quia hoc esset se ipsum destruere, sed quantum patitur pro pria natura aeris, sicut & aqua non potest se ipsam condensare ad densitatem terræ, quia talem non patitur naturæ aquæ, quælibet enim res hoc habet, vt non moliatur sui ruinam. Quod autem dicimus de frigore respectu elementorum frigidorum, dicimus etiam de cęteris qualitatibus symbolis, scilicet non differre specie.

Instatur octauo, ex Aresio contra humiditatem aeris aer exsiccat, ergo est siccus. Respondeo exsiccare, vel per calorem extrinsecum, per quem resoluit humorem, vel etiam per frigus siccum ventorum, qui miscentur aeri. patet hoc esse verum, quia terra, quæ densior, & sicca in summo, non ita exsiccat.

Sed instat. Calor humidus non exsiccat, vt patet in aqua. Respondeo, quando calor superat actionem humidi posse exsiccare, ideò autem nõ exsiccat calor aquę, quia aqua continuò per vapores humidos humectat.

Instatur nono ex eodem. Aer aliquando est siccus, ergo non humidus; sicut enim aqua non pote[st] [...] humiditatem, ita neque posset aer. Respondeo, quod [...]nitus exsiccatur, corrumpitur; & alius humidus succe[dit], ex eo patet, quòd aer proximus igni deser[uit] ad res[pira]tionem, quod non posset, nisi humidus: verum quidem est, quod

quòd humiditas est maximè resistitiua, & ideò difficulter exsiccatur; & si aliquando aer videtur siccus, est ratione ventorum siccorum, vel frigoris, aut caloris exsiccantis, vt diximus. Vide Conimbric. *cap.2.q.14.art.1.ad 3.*

Instatur decimo, ex eodem auctoritate Iob *capit.* 12. si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Respondeo per ly *aquas* intelligere pluuias, per ly *omnia*, plantas, quæ pluuijs nutriuntur, quare non est contra nos.

Instatur vndecimo, etiam ex eodem. Si aer esset humidus, nulla esset necessitas, vt eleuarentur vapores ad formandas pluuias, niuem, &c. Respondeo pluuias, niues, &c. præter humiditatem requirere alias qualitates, quæ sunt in illis vaporibus, non vero in aere, &c.

Tandem quoad mentem Aristotelis aduerto ipsum esse locutum de Elementis, prout concurrunt ad mixtionem; & quia generatio fit vt plurimum in infima regione, vbi aer est calidus, ideò dixit aerem calidum, & quia eadem responsione vtitur contra nos Aresius *sect.* 3. vt saluet auctoritatem Aristotelis de aeris humiditate. Legatur idem Aristoteles *l. de sensu, & sensibili*, quod ibi apertè dicit, aerem natura sua humidum; probat etiam idem Aresius [illegible] aerem esse humidum *ex* 1. *Meteor. cap.*4. sed re vera mihi non videtur ex illo loco eius intentum colligi. Legite & expendite. Scio Auersam *quæst.* 41. *sect.*7. [illegible] appellasse, quæ Aresius pro frigiditate aeris tuenda dixit ad [illegible] contrarias; vtrunque legat amantissimus Lector, & iudicium ferat, vter illorum leuius [illegible] vallauerit.

An Qualitates Contrariæ possint esse simul.
Quæstio Septima.

108 TRadant hanc quæstionem Conimbricenses *cap.* 3. *q.* 8. Rauius *eodem capite qu.*5.*& deinceps*, Aresius *disp.* 2.*quæst* 4. [illegible] pro qua

[illegible] qualitatem posse sumi intensè, & remissè. tunc dicitur sumi intensè, quando sumitur secundùm totã latitudinem intensionis, quã potest habere, quam diximus à Philosophis partitam in octo gradus. Quando vero sumitur [illegible] octo gradus dicitur sumi in gradu remisso: in vtroque [illegible] quærit quæstio [illegible]. Notato pro resolutione.

Supponendum contra Conimbricens. & alios radicem contrarietatis qualitatum cõtrariarum actiuarum esse naturam [illegible], quæ illas statuit inuicẽ corruptiuas per proprias actiones, nec vllo modo pugnantiam prouenire ex capacitate subiecti, vt etiam probat Aresius, & [illegible] dicitur vna aliam expellere formaliter, quia est talis naturæ, vt habeat annexam expulsionem effectiuam alterius; non quia pugnent ad inuicem formaliter; vel subiectum sit incapax illarum simul; sicut enim est capax plurium nõ contrariarum, ita & contrariarum, neq; ex eo quod vnam habet expletur potentia subiecti, quam dicit ad aliam habendam, &c. iacto hoc fundamento, sit

Prima Conclusio. Naturaliter qualitates contrariæ actiuæ non possunt esse simul in summo, benè supernaturaliter. Probatur prima pars, quia semper pugnant, & cum aliquid vnius introducitur, aliquid alterius deperditur, ergo. Secunda etiam pars probatur, quia Deus potest impedire, ne agant.

109 Secunda Conclusio. Qualitates actiuæ contrariæ possunt esse simul naturaliter in gradu remisso. patet conclusio experientia, & ratione probatur, quia frigus paulatim expellitur è manu propter suam latitudinem, & resistentiam, ergo simul sunt calor, & frigus, neq; est verum, quòd docent Durandus, Gregorius & alij apud Aresiũ, ex duabus qualitatibus in gradu remisso fieri vnam tertiam; tùm quia sic sine vlla necessitate essent continuę generationes, & corruptiones; tùm quia multoties formæ substantiales essent sine proprijs dispositionibus, quod non est dicendũ.

Dices primo in gradu remisso sunt contrariæ, ergo etiã sic non possunt esse simul, sicut non possunt in summo. Respondeo nõ posse esse simul pacificè, sed cum pugna quod concèdo; non sequitur tamen non posse esse simul simpliciter, quia etsi aliquid vnius expellatur, dum aliud introducitur, sicut quando sunt in summo; quia tamen non totum expellitur, ideo remanent simul in gradu remisso, vt autem non possint esse simul in summo, satis est, si dum pugnant, aliquid vnius excludatur, vnde est dispar ratio.

Dices secundo. Manus v.g. esset calida, & non calida, vel calida, & frigida. Respondeo sumi denominationem ab eo, quod prævalet, quod si cõtraria sint æqualia, vtimur alia denominatione, vt cum dicimus aquam tepidam.

Aduerte tamen quod cum ad agendum requiratur excessus agentis supra passum, vt diximus, si quando nullus esset excessus tunc posse etiam esse simul pacificè, sed hoc vix reperietur, quia semper erunt in subiecto, cui innatum vnum ex contrarijs, & tunc à principio intrinseco adiuuatur ad aliud expellendum; neque in mixtis sunt pacificè, quia vnum contrarium agit in aliud, & cum totum absorbet destruitur mixtum; sed vel à principio intrinseco, vel extrinseco qualitates mixtorum fouentur, vt seruetur in illis symetria ad eorum cõseruationem, de quo fusius apud Conimb. *quæst.*1.*&* 2.*cap.*8. & Tolet. *eodem capite qu.* 11. vbi disserunt de mixtorum temperamento.

Quæres, cur semper ex qualitatibus contrarijs subiectũ sit illis affectum vsque ad octauum gradum, vel ex vno illorum in summo, vel ex illis in gradu remisso efficiẽtibus intensionem summam. Respondeo rationem esse, quia, vel illa qualitas est in proprio subiecto; & sic producitur a principio intrinseco in omni intẽsione, quam patitur, quæ vtique est vt octauo, & in summo; vel qualitas producitur ab extrinseco, & tunc, vel extrinsecum est ita potens, vt possit aduersarium penitus debellare, & sic propagat se ipsum in omni intensione, quam potest habere, scilicet vt octauo in summo; vel non potest totum, & tunc, quia aduersarius erat in summo, & quantum de illo expellit, tantũ de se ipso introducit, quia illud corrumpendo se propagat, ideò quando non potest amplius agere, tãtum introduxit de se ipso, quantum de illo expulit, consequenter subiectum semper habet intensionem summam. 110

De qualitatibus verò secundis, & non actiuis; item de habitibus, & actibus contrarijs, an possint esse simul in summo, vel in gradu remisso, videantur Conimbric. *quæst. citata art.*2.*§.quoad secundas, & art.*6.& Rauius *q.*6.*num.* 88. 93. non est propriè huius loci hoc discutere.

An, & Quomodo Elementa transmutentur ad inuicem.
Quæstio Octaua.

ELementa posse ad inuicem transmutari omnes Philosophi conueniunt cum Aristotele *hic cap.* 4. *& deinceps* vt est videre apud Toletum *cap.*4.*quæst.* 8. Conimbr. *eodem c.q.* [illegible] Rauium *c* 6.*q.*1.& Aresium *disp.*3.*q.* 4. [illegible] difficultatem faciunt, an ex quolibet quodlibet immediatè gigni possit vel mediatè, vt videlicet primo sit necessarium conuerti in aliud elementum medium, vel in aliquid aliud, quod non sit elementum; v.gr. antequam aqua conuertatur in ignem, primo conuerti debeat in aerem, vel in vaporem, aut aliquid aliud: de qua difficultate non omnes eodem modo loquuntur; videte auctores citatos. pro nostra sententia. 111

Notandum primo. Elementa posse considerari, & pura ab omnibus qualitatibus, & corporibus extrinsecis, cum solis suis qualitatibus naturalibus, quo pacto forsan non dantur, & si dantur, reperiuntur tantùm secundùm aliquas partes propè centrũ, vt aliquis existimant; & posse considerari, vt de facto sunt impura, & cadũt cõmuniter sub sẽsu.

Notandum secundo. Nullam esse quæstionem de igne, vt elemento, respectu cęterorum elementorum, quia per nos ignis non est elementum: quare tota quæstio remanet de cęteris tribus, existimo tamen cum Aresio illum excessum caloris, qui est ignis, non posse esse in elementis saltem puris. patet ratione primo, quia alioquin nunquam deficeret, si semel accendatur, quia maiores vires semper acquireret per suppositum pabulum; neque responsio Conimb. *art.*2.*§.est igitur intelligenda*, & Auersæ *q.*41 *sect.*10. *§. ad rationes Aresij*, tollit vim rationis, vt patebit consideranti. Secundo, quia ignis stat simul cum forma mixti, quam paulatim consumit, at experientia docet non posse stare cum forma aquæ, aeris, vel terræ sine alio pabulo, ergo dicendum Elementa non esse capacia, vt fiant ignis, quidquid dicat idem Auersa.

Notandũ 3. cũ nos negauerimus ignẽ esse Elemẽtũ, & dixerimus aerẽ frigidũ, & humidũ, si elementa sumantur pura non habere locum apud nos difficultatem, an elementa transmutentur immediatè, vel mediatè quoad [illegible] Elemẽti, quia illa tantũ trãsmutari videbãtur mediatè hac mediatione, quæ erant dissymbola; sed in nostra sententia

nullum elementum purum eſt diſſymbolum,quia aqua, & aer ſunt frigida,& humida,terra vero frigida,& ſicca;quare in elementis puris ſolùm poſſet dubitari,an conuertantur mediatè,mediatione alterius ab elemento ; in impuris verò, in quibus aer in infima regione eſt vt plurimum humidus,& calidus , & ſic diſſymbolus cum terra ; de vtraq; mediatione poteſt eſſe dubium . his notatis , ſit

Prima Concluſio . Terra,& Aqua ſi pura ſint,non poſ-
112 ſunt ſe ipſis agendo inuicem tranſmutari . Probatur primo non poteſt aqua fieri terra, niſi acquirat partes ſicciſſimas,& diſcretas ; neque terra fieri aqua,niſi acquirat maximam fluxibilitatem partium cum continuatione, ſed nō habent,quo hos effectus inuicem ſibi communicent,ergo. Maior patet,quia terra,quo magis exſiccatur,magis accedit ad perfectam rationem terræ,& tunc magis reſoluitur in puluerem,ergo terra pura eſt maximè ſicca,& in minutiſſimos pulueres redacta; aqua verò,quo magis pura , eſt magis fluxibilis, quæ fluxibilitas dicit partes continuas,ergo pura dicit maximam fluxibilitatem cum illa continuatione,&c.Minor probatur,aqua,& terra non habent, quo inuicem agant,niſi humiditatem,& ſiccitatem (in frigore enim conueniunt) ſed humiditas, & ſiccitas ſunt minimæ actiuitatis , & maximæ reſiſtentiæ ; quòd ideò Ariſtoteles eas vocauit qualitates paſſiuas , ergo non poterunt inuicem ſuperari, ergo vera minor.

Probatur ſecundo, ſi daretur hæc tranſmutatio , vtique daretur cum pugillum terræ proijcitur in maximam quantitatem aquæ;vel è contra,cum aliquæ guttæ aquę verſantur in maſſam terræ,ſed tunc non fit conuerſio,ergo. probatur maior , quia in his caſibus pręter contrarietatem qualitatum,habetur etiam exceſſus in quantitate , qui maximè adiuuat actionem in contrarium , vt alibi diximus . Minor , in qua eſt tota vis probatur, ſit ſtagnum aquæ, & per ſingulos menſes in eo proijciatur aliquantulum terrę , poſt aliquod tẽpus ſtagnum erit plenum terra , ergo aqua non vertit terram in ſui ſubſtantiam (dixi etiam menſes , non dies, vt aſſignarem multum ſpatij,quo aqua ageret,vt ei concederem omnem prerogatiuam in terram) eodem modo fundatur aqua in terram , nunquam terra in maiorem maſſam excreſcet , alioquin montes euadent continuò altiores,quod quis dicat ? ergo vera minor.

113 Dices ad hanc ſecundam experientiam , non apparere maiorem,quia continuò exeunt exhalationes &c. qua ratione nec montes excreſcunt.Sed contra Primo,quia non eſt veriſimile , ſemper tantum terræ euaporare , quantum deberet conuerti ex aqua in eam fuſa;& tamen nunquam videmus montes creſcere . Contra ſecundo ſit terra , vbi Sol non poſſit vapores terreos extrahere , tunc ſi videbitur creuiſſe,erit tantùm,quādo eſt humida,quia tunc aqua ſe inſinuauit per partes illius; ſi verò rurſus exſiccetur; vel quia aqua permeauit ad partes terræ interiores , vel alio modo,terra iterum eadem penitus comprobabitur , ergo.

Confirmatur de terra,quæ ſi proijciatur in fluuium, vel torrentem,qui rapidè fluat videmus ſenſibiliter eam veluti ad curſum fluuij, vel torrentis, neque vnquam verſam in aquam, ergo.

Confirmatur ſecundo de eadem . ſumatur parum terræ conſiſtens propter humiditatem,& per filum mergatur in aliquam aquam,ſub qua ponatur aliquod vas, vel nunquā illa terra minuetur, vel ſi minuetur,terra, in qua fiet diminutio,colligetur in vaſe , ergo ſi aqua poteſt terram in ſui ſubſtantiā vertere,cur nō vertit hanc,quæ ponitur in caſu, pręcipuè cū iam ſit madefacta,nec in perfecta ſui ſiccitate?

Cōfirmatur tertio de aqua. Sumatur minimum glaciei , & occludatur ſubter partes terræ frigidiſſimas, & ſicciſſimas, & tunc ne dum conuertetur in terram,ſed neque vnquam liquefiet,dummodo impediatur , ne ex aliqua parte ingredi poſſit aer calidus . probatur hæc experientia alia ſimili;quia ad conſeruandam glaciem, niuem,&c. eliguntur loca frigidiſſima,& ſicciſſima, immo vt omni humiditati occurratur, ſolet glacies circumdari paleis ſicciſſimis, ergo ſignum eſt frigiditatē,& ſiccitatem non officere glaciei,ſed illam fouere ; at terra non eſt niſi ſicca, & frigida, ergo non poteſt in ſui ſubſtantiam aquam vertere .

Dices aliud eſſe loqui de glacie,aliud de aqua ſed Contra,quia glacies , vel non differt eſſentialiter ab aqua , vel ad ſummum dicit mixtionē præter aquam ex vapore ſubtili terreo,ſed hoc non obſtat noſtræ experientiæ ; ſi enim non poteſt vertere aquam debilitatam in ſuis qualitatibus ex vapore ipſiuſmet terræ ; multo minus poterit aquam in ſui puritatę exiſtentem .

Secunda Cōcluſio. Terra,& aer non poſſunt ſe ipſis trāſmutari ad inuicem , ſi pura ſint. hæc Concluſio eiſdem r-
tionibus probatur,ac pręcedens, cum per nos aqua,& r 11
non differant in qualitatibus actiuis , & poſſunt fer m-nes experientiæ ei etiam applicari. ſed inſuper

Probatur.Si terra in ſe vertere poſſet aerē,vtiq; accideret,quādo aer ineſt clauſus in viſceribus terræ,ſed tunc ne dum conuertitur,ſed vt exeat,terram concutit,terrę caufat,ergo.Minor eſt clara,maior probatur,quia tu c aer non eſt in magna quantitate reſpectu terræ;humid tas aeris,qua reſiſtit ſiccitati terrę eſt minimę actiuitatis,q corpore rariſſimo,ergo ſi poſſet fieri hæc conuerſio , tunc fieret.

Tertia Concluſio.Aqua,& aer, ſi pura ſint, non poſſunt ſe ipſis tranſmutari ad inuicem . Eſt contra nonnullos,qui exiſtimant aquam poſſe in ſe ipſam ſe ipſa aerem vertere.

Probatur.de aere,quia aer petit maximam raritatē, q vtiq non video , quomodo ab ipſo aere poſſit pro ci aquam,cùm non habeat calorem in ſui puritate , cu us rarefacere;& ſi impurus eſt calidus, non tamen habet tantum caloris , vt per ipſum poſſit aqua ebullire , q u tantùm rareſit aqua,& in aerem tranſit .

Probatur etiam de aqua,quia aqua petit maxima d ſitatem reſpectu aeris,quam ſi aqua ſola poſſet produ iam totum aerem in ſui ſubſtantiam vertiſſet, quia p denſaret aerem ſibi propinquum,poſtea illo verſo in a alium propinquum denſaret , & ſic donec totum adde tum , totum conuerteret in aquam.

Reſpondetur primo , Cum Conimbricenſibus *art* . *citato eſt igitur* , non poſſe totum addenſare , & vertere ſe ipſam,quia etiam aqua patitur ab aere. ſed Contra, aer ſui raritate nihil officit aquæ,vt dicebamus ; ne ſermo de cęteris qualitatibus,in quibus conueniun

Reſpondetur ſecundo cum eiſdem : publicæ inco tatis gratia, virtute corporum cęleſtium refręnari ele torū potentiā.Sed Contra, quia gratis dicitur; & d experti ſumus aerem in aquam verti ab ipſa aqua , po iure dicitur non poſſe,quā poſſe,ſed refręnari,ne ver

Quarta Concluſio . Elementa pura non poſſunt ſ tranſmutari,nec mediatè, mediatione alteriu ab ele tis . probatur facilè.quia hoc , quo mediante t anſ tur,vel eſt vapor, & exhalatio, &c. & hæc non , qui reperiuntur in elementis puris,vt etiam concedit Are *ſect*. 2. §.*probatur altera pars* , & ſi reperirentur , non virtute Solis attrahi poſſunt ; vel eſt aliquod mixtum pluribus elementis , ſed omne mixtum reſoluitur in elementa,ex quibus coaluit,ergo vera Concluſio ,

Quinta Concluſio . Elementa impura non poſſunt cē trāſmutari ſe ipſis agendo,nec immediatè,nec me quacunq;mediatione.Probatur,& rationibus,& expe tijs allatis pro pręcedentibus concluſionibus,quæ vt bit applicanti, maximè faciunt etiam pro hac Cōcl

Sexta Cōcluſio. Auxilio alicuius agentis extrinſeci nia elemēta tùm pura,tùm impura poſſunt inuicē tranſmutari,& mediatè,& immediatè.hæc concluſio quoad al elementa,& in aliquib.tranſmutationib. patet ex nōn experiētijs ſupra allatis. vniuerſaliter autē ſic probatur. gēs extrinſecū poteſt adiuuare elemetum ad debellandas qualitates alterius,quas ſe ſolo non poterat , ergo illis bellatis,& proprijs introductis fiet cōuerſio; vel med ſi ex vno elemento fiat tranſmutatio in aliud, medio va re,exhalatione,&c. vel immediata. ſi conuertātur ſine medijs,ergo vera Concluſio. Verum quidem eſt, quod elementis puris non poterit fieri cōuerſio mediata m tione alterius ab elemento , quia in puris non poſſu e trahi,neque vapores,neque exhalationes, vt dixi

Sed Contra hanc doctrinam Inſtabitur . Eleme aliqua qualitate ſunt contraria,ergo poſſunt inuice ſmutari ſe ipſis.probatur conſequentia quia ſi vnum vincat in illa qualitate ; ſubiectum erit diſpoſitum mam vincentis,ergo in illud tranſmutabitur. Reſpon negando conſequentiam. ad probationem nō poſſe aliud penitus vincere propter m tatem,& maximam reſiſtentiam quam habe te,quia contraria ſunt,vel ſi poſſent,deeſſe a d nes , quæ non ſunt in ſola poteſtate element cem . patet ex probationibus noſtrarum con

D

Dices Contraria respiciunt idem subiectum, ergo qualitates vnius elementi possunt esse in subiecto, videlicet in materia alterius elementi contrarij, ergo, & formæ. Respondeo concedendo totum; quòd autem virtute solius elementi possint esse omnes dispositiones vnius in materia alterius, negatur; prçter has instantias non video, quæ rationevllius roboris possit nostra sententia labefactari, quod ideò dixit etiam Aresius, sententiam de mutua Elementorum transmutatione potius auctoritate, quàm ratione fulciri.

116 Quoad Aristotelem, qui videtur *toto cap.* 4. nobis contrarius. Dicendum Aristotelem ibi nunquam docuisse elementa sola, sine auxilio alicuius extrinseci condensantis, rarefacientis, &c. posse transmutari ad inuicem; ibi enim tantum volebat, vt notat Ruuius *quæstio.* 1. *num.* 31. probare contra antiquos, elemēta secundùm substantiam esse transmutabilia, & corruptibilia; ita vt ex illis, ne dum mixta, sed etiam alia elemēta possint generari; quod ideò totam vim ponit in contrarietate qualitatum, quibus inuicem agere possunt, & mutuo corrumpi, sed hæc omnia bene sequuntur in nostra opinione, Pro qua si habemus experientias, & rationes, & Aristotelem possumus saluare, cur non ei adhæreamus, & si forsan nullius auctoris, quem ego viderim sit auctoritate probata? Scio Pasqualigum negare elementa pura transmutari ad inuicem, concedere vero transmutationem in impuris, non tamen distinguit, an in impuris opus sit auxilio agentis extrinseci; & an hoc auxilio possit dari conuersio etiam in puris; quod auxilium vtique, non excludit ab impuris, nec dicat sufficiens, vt transmutentur pura, æquè nobis esset contrarius, ac cæteri.

Quæres primo. An facilior sit transitus inter elementa symbola, quàm inter dissymbola. Respondeo primo in nostra sententia in elementis puris nullam esse dissymbolorum quæstionem habere locum hoc quæsitum. In impuris vero quomodo elementa possunt esse dissymbola, facilius erit transitum inter symbola, quia tantum vnum contrarium est superandum, neque instantia Aresij, quod econtra sit, quia vincatur vnum à vno, ac duo à duobus, valet, quia illa duo possunt esse inæqualia, ...e vnum prius alio superabit suum contrarium, quo superato, fiet statim transitus, si elementum sit symbolum, non fiet si sic dissymbolum, donec superetur aliud.

Quæres secundo. An ex duobus elementis corruptis possit fieri tertium specie distinctum à quolibet eorum. Respondeo in nostra sententia non habere locum hoc quæsitum, quia Elementa neque pura, neque impura possunt se ipsis mutuò corrumpi.

An Elementa grauitent, & Leuitent in proprijs Locis. Quæstio Nona.

117 TRactant hanc quæstionem Conimbricenses, & Ruuius 4. *de Cœlo quæst.* 2. & Aresius *disp.* 4 *quæst.* 21. Pro responsione.

Notandum Primo. Loca elementorum non esse spatium aliquod determinatum quoad Cœlum, sed vt elementum grauius sit infra minus graue, leuius supra minus leue, &c.

Notandum secundo. Grauitatem, & Leuitatem, in actu secundo, de quo tantum procedit quæstio (in actu enim primo nullum dubium grauitare, & leuitare) dicere impetum illum, quo elementa feruntur sursum, vel deorsum. his Notatis

Vnica Conclusio. Elementa in proprijs locis, nec grauitent, nec leuitant. Probatur primo experientijs, quia qui natat, nullam sentit grauitatem. item vas plenum aquæ infra aquam dum extrahitur, non grauitat, grauitat verò supra aquam.

Probatur secundo ratione. Quia grauitas, & leuitas, in actu secundo, est ad consequendum proprium locum, vt seruetur ordo vniuersi, ergo hoc habito non est, cur grauitent, aut leuitent. Contrarium videtur sentire Aristoteles, 4. *de Cœlo, tex.* 29. 30. 39. vbi docet, elementa media grauitare. Probatur primo, quia vter plenus aere celerius mouetur, quàm vacuus, ergo ratione aeris grauitantis. Secundo, quia lignum centum librarum grauius est in aere, quàm plumbum vnius Libræ; in aqua vero est grauius plumbum; nec alia ratio videtur, nisi quia lignum in poris habet plus aeris, à quo grauitante etiam pellitur, in aqua verò, vbi aer non grauitat, non sic est.

Quoad mentem Aristotelis respondet Ruuius, ipsum loquutum de Elementis impuris, quo pacto videntur grauitare. Quidquid sit de auctoritate, ad primam rationem respondeo, negando consequentiam cum Tassono *lib* 1. *quæst.* 1. *art. ma perche* ad secundam, ideo citius descendere in aere, quia grauius; nec aer leuitat in proprio loco, qui possit illius motum retardare, non sic vero in aqua, quia retardatur ab aere in poris, qui respectu aquæ leuitat, vincitur vero a plumbo, in quo hæc non militant. Eadem ratione patet ad sextum Aresij, cur vasa, vestes, &c. non mergantur, donec aqua, repleantur; non enim merguntur ab aqua, vt ipse putat, quæ non grauitat in proprio loco; sed à se ipsis, cum superauerint resistentiam ipsius aquæ. sed prçter hæc 118

Instabis cum Aresio. Aqua in vase baiulato ab homine grauitat, & tamen est proprio in loco supra terram, ergo elementa grauitant in proprijs locis. Confirmatur, si vera esset nostra sententia, ligna, in quibus prędominatur aer, non deberent grauitare, quia sunt in aere, &c. & tamen experientia est in contrarium.

Ad argumentum Respondeo, aquam non esse in proprio loco, quia subter illam est aer, qui substat, & circumdat baiulantem vas, ideò grauitare, vt ad proprium locum tendat.

Ad Confirmationem respondeo, quod si hoc esset verum, possent etiam ligna stare in medio aeris, cum totum spatium supra terram vsque ad ætherem sit locus aeris, & est per accidens, quod hę, vel illę partes aeris terrę contiguæ sint, non aliæ, ergo possent etiam ligna, quod est falsum: grauitant igitur, quia esto sit verum, prædominari in illis aerem quoad qualitatem actiuam, (de quo nec ita certum, vt ipse met Aresius fatetur *in* 1 *lib. disput.* 7. *quæst.* 53. *sect.* 1.) non tamen quoad motiuam, quia in omnibus prędominatur grauitas; non enim prędominium vnius elementi quoad qualitates actiuas, importat etiam prædominium eiusdem quoad motiuas, vt innuunt etiam Conimbricenses *cap.* 8. *quæst.* 2. *artic.* 3. §. *ad secundum dicendum.* Qui plura desiderat de figura elementorum, & proportione quam habent ad inuicem quoad magnitudinem, videat Aresium *disp.* 1. *quæst.* 4. & 5. & Doctores ab ipso citatos. Hactenus de hoc Tractatu.

Tractatus Secundus. Qui est de Mixtione.

DEbebatur hic tractatus in primo lib. remisimus tamen ad calcem huius secundi, vt facilior, & breuior euaderet, cognita natura elementorum, ex quibus fit mixtio, & de illis excussis quæ sunt excussa, quorum nonnulla, alioquin fuissent supponenda.

An sit, & quid sit Mixtio. Quæstio Prima.

NOtandum primo mixtionem sumi posse propriè, & impropriè, impropriè sumitur pro quacumque plurium coniunctione, etsi proprias formas in suo esse perfecto retineant; sic dicitur frumentum mixtum hordeo; mixtio verò propriè sumitur pro illa plurium coniunctione, in qua ex illis pluribus aliquo pacto alteratis, quid tertium gignitur. 119

Notandum secundo, etsi mixtio propria possit esse ex alijs mixtis; vt cum ex vno mixto corrupto aliud generatur: tamen vltimo esse deueniendum ad mixtionem immediatam ex elementis; alioquin daretur processus in infinitum: & de hac immediata principaliter procedit tractatus; attamen quæ dicentur de immediata, applicari poterunt etiam ad mediatam. his notatis

Vnica Conclusio pro prima parte quæstionis. datur mixtio propriè dicta. Probatur primo auctoritate Aristotelis *lib* 1. *cap.* 10. qui contra antiquos probat dari veram mixtionem, vt concludit *text.* 90.

Secundò probatur experientia; quia ranæ tempore æstiuo non aliunde generantur, quam ex mixtione, aquæ, & terræ; sed rana habet, quandam formam tertiam formis aquæ, & terræ; ergo vera Conclusio. Tertio manebit probata conclusio postquam fuerit explicata natura mixtionis.

Ad secundam partem quæstionis respondeo cum definitione

tione Aristotel. 1. *de Generatione, & Corrupt. text. 90. mixtio est miscibilium alteratorum vnio*.

Dicitur primo *vnio*. loco generis, vt benè notat Aref. *lib.* 1. *disp.* 7. *quæst.* 49. *sect.* 2. in quo conuenit cum compositione, quæ, & ipsa est vnio; & in mixtione, ita miscentur miscibilia, vt remaneant mixta, & mixta denominentur, quod est proprium eorum, quæ vniuntur.

Dicitur secundo *miscibilium alteratorum* loco differentiæ, per has enim particulas differt mixtio primo à compositione, quia partes componentes propriè non sunt miscibilia; tùm quia ad compositionem non requiritur, vt partes alterentur. differt secundo à iuxta positione, quia in hac non est necesse, vt intercedat alteratio, & si intercedit est posterior mixtione; hic prior; quia supponit miscibilia alterata, consequenter iam vnita accidentaliter; differt tertio à mixtione accidentali; quia hæc consistit in alteratione, & communicatione mutua accidentium absque productione nouæ formæ mixti.

120 Ad hoc autem, vt ex aliquibus miscibilibus fiat mixtio, hæ conditiones requiruntur. Primo vt miscibilia sint mutuò actiua, & passiua, vt mutuo refrangantur, vt ex illis sic refractis gignatur tertium quid, scilicet forma mixti. Secundo debent esse facilè diuisibilia, vt possint in minutissimas partes diuidi, & perfectè misceri; vnde ferrum, & plumbum non possunt misceri. Tertio habere debent quamdam proportionem; quia si vnum multùm cetera excedat, non fiet mixtio, sed in illud, illa conuertentur. hę conditiones desumuntur ex Aristotel. *capit. citato de mixtione*. ex quibus.

Probatur nostra Conclusio, tertio quòd detur mixtio; quia elementa habent omnes istas conditiones: primo enim sũt mutuo actiua, & passiua, vt diximus *tract. pręcedenti*. Secundo sunt facilè diuisibilia; quia, & si terra sit sicca, vel nunquam in totali siccitate reperitur; vel saltem sic non concurrit ad generationem, & aqua sui humiditate potest illam siccitatem attemperare. Tertio concurrere possunt cum tali proportione, vt nullum aliud absorbeat.

Sed contra conclusionem instatur primo vt fieret mixtio, vel miscibilia essent penetranda, vel tantum mixta ponenda; aliud enim esse non potest, sed hoc non saluat mixtionem; ergo non datur mixtio. Respondeo negando maiorem; sed partes ita mutuò se intersecant, vt medijs qualitatibus se refrangendo, quælibet particula reperiatur, cum talibus dispositionibus, vt non sint dispositiones pro vllo elemento; sed pro quodam tertio, quod requirat tale temperamentum, quo inducto in qualibet particula totius massæ materię elementorum coeuntium ad mixtionem, statim illa forma tertij, quæ dicitur mixti, resultet: & per hoc patet, quomodo fiat hæc mixtio, quam definiuimus. Pro maiori explicatione vide Zabarel. *de mixtione cap.* 9. Tol. *lib* 1. *quæst.* 19. §. *de modo autem*, & Aref. *quæstio*. 48. *sect.* 2. §. *quo ad modum*.

121 Instatur secundo, vt fiat mixtio deberent elementa ad certum locum concurrere, sed quodlibet elementum tendit ad proprium locum tantùm naturaliter, ergo. Respondeo, & si naturalis inclinatio elementorum, sit huiusmodi, tamen ab agente extrinseco puta à virtute cęlesti posse in vnum congregari, quò veniant grauia, & leuia; neq; hinc sequitur mixtionem non esse naturalem; quia introductio formæ mixti, & alteratio est verè naturalis: immo illa congregatio elementorum non potest dici contra naturam, cum sit ob bonum vniuersi, sed ad summum contra naturam particularem; vel etiam dicendum neque esse contra eorum naturam particularem; quia elementa, vt sic sunt subordinata Cœlo, vt moueantur quo opus fuerit ad generationem efficiendam.

Instatur tertio, si daretur mixtio, elementa omnia iam essent mixta, quia aqua interfluit multas partes terræ, item est contigua aeri, &c confir. esset in manu hominis quodlibet mixtum generare, quia potest elementa miscere. Ad argumentum negatur sequela, quia præter loci propinquitatem, requiruntur etiam aliæ conditiones ad formam mixti, v. g. virtus cęlestis, quæ elementa attemperet, & quidam cęli influxus, qui communicantur ab illo in quolibet mixto: & eadem ratione patet ad confirmat: quare homo non possit sui beneplacito hoc, vel illud mixtum conficere.

Instatur quarto, forma mixti est perfectior formis elementorum; ergo non potest effici ab illis; ergo non [illegible] tur mixtio. Respondetur elementa esse tantùm causam materialem formæ mixti, causam verò efficientem, [illegible] esse vel causam vniuersalem; vel agens vniuocum, [illegible] ximus, cum de principio, quo agens ponitur in a[illegible] mo, respectu effectus subst. in physica.

Contra verò definitionem mixtionis sunt non[illegible] argumenta apud Aref. *sect.* 1. *quæst.* 49. & Conimbric. *cap.* 9. *quæst.* 2. videri possunt apud ipsos; ad abund[illegible] nem doctrinam.

Quæres. an mixtio distinguatur à generatione, q[illegible] neratur forma mixti.

Respondeo, cum Zabarel *de mixtione cap.* 11. *ad* [illegible] Aref. *sect.* 3. *ad* 4. non distingui, nisi formaliter [illegible] ne, quatenus generatio formæ mixti, vt sic aliu[illegible] cit, nisi productionem illius formæ; at mixtio vt [illegible] portat productionem cum relatione ad miscibilia, qu[illegible] illa vniuntur: mixtio enim intelligi non potest sine [illegible] tione ad miscibilia.

Aduerto autem ad tollendos multos scrupu[illegible], [illegible] mixtione, quæ est definita; & de qua quæsitum, an [illegible] intelligi actionem illam, qua producitur forma [illegible] elementis iam primo alteratis, non autem inte[illegible] tuam communicationem qualitatum, qua element[illegible] ducunt ad certum atttemperamentum.

An in Mixtione concurrant omnia Elementa. Quæstio Secunda.

De hac quæstione sunt multæ sententiæ apud Ar[illegible] 5[illegible]. *lib.* 1. *sectio* 1. aliqui enim existim[illegible] ant ex vn[illegible] elemento posse esse mixtionem: alij saltem ex duobu[illegible] calore cęlesti; alij verò omnia dicunt debere concu[illegible] ad mixta perfecta. videte Aref. pro nostra sententia, [illegible]

Prima Conclusio. ad quodlibet mixtum perfectu[illegible] quiruntur omnes elementares qualitates. Probatur [illegible] mo, non potest fieri mixtio, nisi producatur debit[illegible] temperamentum; ergo vera Conclusio. Probatur co[illegible] quentia, debitum attemperamentum resultat ex refracti[illegible] ne qualitatum, in hoc, vel illo gradu; sed quælibet qu[illegible] tas refrangitur per proprium contrarium; ergo requ[illegible] tur omnes qualitates.

Dices adesse humidum, & siccum refracta, deinde [illegible] ex alijs qualitatibus in summo, scilicet calorem vel [illegible] ergo non sequitur requiri omnes qualitates. Respon[illegible] negando antecedens: quia nullum mixtum potest e[illegible] lidum in summo, consequẽter nec potest habere calore[illegible] nisi refractum; quod si refractum, ergo habet et[illegible] gus; neque potest deesse omnino calor, in mixtione, [illegible] quia forsan nullum mixtum datur cum frigore non [illegible] cto, vt videtur velle etiam Tassonus *lib.* 3. *quæst.* 1 [illegible] quia saltem requiritur vt causa efficiens congregan[illegible] menta in vnum, rarefaciens in mixtione, quæ sunt [illegible] cienda, & pręstans alios effectus, quos ei alibi tribu[illegible]

Secunda Conclusio, in vnico elemento puro esse [illegible] potest mixtio. Est contra Conimbric. *cap.* 9. *citato quæ*[illegible] *art.* 2. qui citant pro se Scotum, Gregorium, D. Aug. & Pr[illegible] bat conclusionem Pasqual. quia non potest esse [illegible] stentia mixti sine humido, & sicco; sed hæ qualitates [illegible] possunt communicari, nisi communicetur & substan[illegible] in qua subiectantur; ergo. quam rationem vt probab[illegible] tantùm affert etiam Aref. *sect.* 2. *loci citati*, §. *Tertio*.

Sed contra; per hos auctores; in qualibet partic[illegible] mixti, est forma mixti, quia homogeneorum, vt dicit [illegible] qual. est eadem ratio totius, ac partium; ergo in qual[illegible] particula, est debitum attemperamentum, ex qualitat[illegible] refractis: modò in illa particula, vel humiditas, & sicc[illegible] sunt cum substantia propriorum elementorum, vel non [illegible] sic; ergo datur penetratio corporum, quod non dicent [illegible] secundum, ergo nulla ratio, quod ex vno elemento n[illegible] possit esse mixtio, quia hæ qualitates non possint co[illegible] nicari, sine propria substantia.

Confirmatur primo, quia per Pasqual. quantum est [illegible] parte substantiæ, vnum elementum est sufficiens [illegible] mixtionis; sed non potest esse [illegible] mixtionis [illegible] capax qualitatum refractarum [illegible] ad debit[illegible] atte[illegible] mentum; ergo in vno elemento dari p[illegible] litates.

Confirmatur secundo, quia per ipsum, c[illegible], & n[illegible]

[illegible], humiditas, & ficcitas funt qualitates actiuæ; ergo [illegible]nt communicari, non communicata fubftantia. quare[illegible]ter

Probatur Conclufio, in vnico elemento, non poteft induci attemperamentum aptum pro forma mixti; ergo vera conclufio. Antecedens probatur, in vnico elemento qualitates actiuæ adiutę à principio intrinfeco, fe reducerent ad ftatum naturalem, alias expellendo; fed attemperamentum mixti debet effe tale, vt duret, & foueat formam mixti, ergo.

125 Dices hoc futurum, etiam cum ex pluribus elementis; quia aliquæ qualitates remanent in fubiecto naturali. negatur confequentia; quia tunc cum mixtio plurium dicat interfecationem, & intermediationem partium eorum, & fi pars v.s. terrę poffit reducere ad priftinum ftatum in fua ficcitate, cum tamen fit coniuncta cum portione alius elementi, cui naturalis eft humiditas, ab illa conferuatur, ne expellatur humiditas introducta, quæ ratio non militat, quando eft tantùm vnicum elementum.

Dices ergo fi adeffet aliquod extrinfecum conferuans illud temperamentum in vnico elemento poffet effe mixtum. negatur fequela, quia cum illud temperamentum non [illegible] à principio intrinfeco, vt exigit natura mixti, cęli non concurrent ad eius productionem; at fine cęlorum [illegible] nullum mixtum effe poteft; vt inter cęteros notat Tol. lib. 1. *de Generatione quæftio. 19. §. duo autem funt.* ex [illegible]is

Sequitur, ad mixtionem requiri faltem duo elementa; & [illegible], refpondeo neceffario requiri terram, vt [illegible]; terra enim eft precipua ratio, [illegible] confiftens, pręter terram, aptior videtur [illegible] aquæ, cum fit minus fluxibilis [illegible], eft actiuior ad refrangendas qualitates terræ, quam [illegible], quæ fatis eft, fi adfit virtualiter, [illegible] eafdem qualitates participat cum aqua, non videtur [illegible] impoffibile, quod ex fola terra, & fubftantia [illegible] aqua poffit etiam produci debitum attemperamentum pro forma alicuius mixti, quia humiditas aeris [illegible]re ficcitatem terræ.

Obijcies primo Ariftotel. *tex.* 49. vbi dicit, omnia corpora [illegible] adeffe in omni compofito. Refpondeo adeffe [illegible] virtualiter; certum eft enim etiam per ipfum [illegible], vt notauimus *cum de numero elementorum*.

126 Obijcies fecundo, ex eodem *de Generatione animalium cap.* [illegible] vbi dicit, certa [illegible]uentia ex certo elemento generari, ergo ex vno elemento poteft effe mixtio: & C[illegible] nam fub aqua fiunt multæ generationes. Ad Ariftotelem refpondeo, intelligere quo ad elementum prędominans; vniuerfaliter enim *illo tex.* 49. docet, in omni mixto effe plura elementa, ideo addidit ibidem, *ex ijs conftamus, ex quibus nutrimur*; & fi aliqua mixta videantur nutriri tantùm vno elemento, puta aqua, & confequenter, ex illo tantum conftare, tamen ipfemet refpondet, aquam, qua nutriuntur, effe mixtam terra: Ad confir. refpondeo cum Tol. *loco citato, §. fuper eft.* quando ex vno elemento fiunt generationes, illa elementa non funt pura [illegible] poffunt falui, qui dixerunt, in vnico elemento poffe effe mixtionem.

Quæres vbi fiat mixtio. Refpondeo cum Tol. *loco citato §. circa locum*, poffe fieri, & in aqua, & in aere, quia ad quemlibet ex illis locis poffunt virtute celefti alia elementa trahi ad mixtionem; frequentius tamen fieri in terra, vbi omnia facilius reperiuntur.

Quomodo Elementa remaneant in Mixto.
Quæftio Tertia.

127 Senfus quæf eft, an quando ex elementis ad inuicem mixtis, fit mixtum, in eo mixto remaneant etiam formæ elementorum mixtilium; vel tantum eorum virtutes, & qualitates, fcilicet an perfeueret cum forma mixti forma terræ, aquæ, &c. vel tantùm humiditas, ficcitas, &c.

Prima fententia vult remanere tantum virtualiter, & nullo modo formaliter: tribuitur D. Thom. Caietan. Scot. Gregor. Capreol. Durando, & alijs quam plurimis ex antiquis, quos fequuntur ferè omnes recentiores, Conimbricenf. 1. *de Generatione cap.* 10. *quæft.* 3. Ruuius *quæft.* 4. Hurtadus *difp. 6. de elementis* §. 7. & alij, qui tamen non penitus conueniunt in explicando, quo modo remaneant virtualiter; vt eft videre apud Ruuium *qu. 5. loci citati.*

Secunda fententia eft Aref. 1. *de Generatione difput.* 7. *quæft.* 51. *fect.* 4. qui vult, elementa remanere non tantùm virtualiter, fed etiam formaliter; non quod remaneant formæ reales elementorum in mixto; fed tantum gradus formales illarum, eo modo, quo in anima rationali eft gradus formalis animæ fenfitiuæ, & vegetatiuæ, quem communicando fe ipfum formaliter communicat fubiecto

Tertia fententia eft, elementa remanere in mixto fecundum formas reales. eft Auicen. Auer. Philoponi: Albert. Magn. Niphi, Zimaræ, Scaligeri, Contareni, Vegæ, Aureoli, Zab. Dandini; Nobilij, & aliorum apud Ruuium, & Aref. *locis citatis*; fed hi auctores, & ipfi diuifi funt in modo explicandi, vt refert idem Aref. *fectio.* 1. hos omnes fequitur nofter Pafqual. Pro noftra fententia, fit

Prima Conclufio. in mixto elementa non remanent tantùm virtualiter ita vt nullo modo remaneant eorum formæ fubft. (addo has vltimas particulas, vt Conclufio, comprehendat omnes auctores primæ fententiæ, qui etfi diffident in explicando, quomodo remaneant virtualiter; conueniunt tamen in hoc, quòd non adfint vllo pacto formæ elementorum.) 128

Probatur primo Conclufio auctoritate Ariftotel. 2. *de Generatione tex.* 49. vbi habet, *in quolibet compofito omnia corpora fimplicia ingefta reperiuntur*; fed fola continentia. quo ad virtutes non faluat corpora fimplicia ineffe; ergo.

Probatur fecundo, ita elementa funt in mixto, vt poffint feparari, fed fi adfunt tantùm virtutes eorum, non poffunt feparari; ergo non fufficit continentia virtualis; maior patet, tum ex Ariftotel. dicente 1. *de Generatione text.* 84. *cum tamen, quæ commifcentur ex ante difiunctis videantur coire, vt rurfus difiungi poffint*; tum etiam; quia mixtio, & vnio; omnia autem, quæ vniuntur, funt feparabilia. fequela minoris probatur, ea, quæ debent feparati fupponuntur fecundum entitatem, qua feparentur; fed fi adfunt tantum virtutes, & formæ funt corruptæ, non fupponuntur fecundum entitatem; ergo neque poffunt feparari.

Dices. poffe feparari, quo ad virtutes, fed contra, qualitates exiftunt refractæ in eadem parte mixti, & cum fint accidentia, non poffunt ad inuicem feparari, fed ad fummum corrumpi: ergo vt faluetur feparatio, debent adeffe ipfæ formæ fubftantiales.

Probatur Tertio, fi adeffet materia nuda, & in illa introducerentur omnes qualitates elementorum, in effe refracto, æquè effent elementa virtualiter: ac modo in fententia contraria: fed tunc non poffet dici mixtio ex elementis, neque in fententia aduerfariorum: ergo vera Conclufio.

Secunda conclufio. Formę elementorum non manent in mixto fecundùm gradus formales. eft contra fecundã fententiam. Probatur primo in mixto non adfunt formales operationes, & paffiones illarum formarum: ergo neque illarum gradus. Antecedens patet, quia ibi non adfunt qualitates in fummo &c. confequentia probatur, quia vbi funt gradus formales alicuius formæ, funt, & effectus, eo modo, quo effent ab ipfa forma: patet in gradu animæ fenfitiuæ, & vegetatiuæ in homine. 129

Refpondet Aref. illos gradus non contineri fecundum integram rationem; fed in effe quodammodo refracto. Sed contra, quia ficut forma ipfa non fufcipit magis, & minus, cum fit fubftantia: ita neque gradus. Contra fecundo, quia illis gradibus, fi fic continentur, debent conuenire omnia prędicata effentialia, ac ipfis formis: alioquin non effent ijdem fpecificè: quia fpecies funt ficut numeri, qui confiftunt in indiuifibili: ergo non poffunt effe refractæ. patet à fimili in gradibus vegetandi, fentiendi, &c. in anima rationali.

Probatur fecundo, gradus animarum, ideò continentur in vna anima formaliter, quia funt ad inuicem fubordinati; non fic gradus formarum elementorum in mixto: non enim vnus gradus per alium contrahitur: ficut in anima: ergo non poffunt contineri formaliter.

Tertia conclufio elementa manent in mixto fecundum formas: fequitur ex pręcedentibus: attamen probatur etiam, & primo auctoritate Ariftotel. 3. *Cœli tex.* 31. elementa dicuntur materia mixti: ergo remanent in mixto.

Re-

Respondent, esse materiam transeuntem. sed contra, quia in materia transeunte non fit vnio formæ, quæ de nouo gignitur, vt patet dùm ex carne generantur vermes; sed elementa, quæ vocantur materia mixti 3. *Cœli* 2. *de Generatione* dicuntur ea, in quibus fit vnio formę mixti; ergo sunt materia permanens.

Probatur secundo, mixtio dicitur vnio miscibilium alteratorum; vbi vnio dicit introductionem formę substantialis mixti, vt diximus; ergo introducitur in mixtibilibus alteratis: modò, vel elementa sunt hæc mixtilia alterata, vel non. si sic; ergo in illis introducitur forma mixti; ergo perseuerant, cum formis; demptis enim formis non sunt amplius elementa; si non sunt elementa hæc mixtilia, explicent quid possit esse: subiectum alterationis est ens actu ex Aristotel. scilicet compositum substantiale, quod vtique aliud non video ante formam mixti, quàm ipsa elementa.

130 Probatur tertio, in mixtione requiritur saltem terra, & aqua; vel saltem terra humida propter consistentiam mixti ex Aristotel. *text.* 49. *citato* 2. *de Generatione*; sed hæc ratio militat etiam in mixto in facto esse; ergo in mixto est saltem formaliter terra, & aqua, vel terra cum humore.

Probatur quarto, eo modo dicitur mixtio, vnio miscibilium, quo modo generatio est vnio materiæ, & formæ, sed si in generatione non remanerent materia, & forma secundùm entitates, non diceretur earum vnio; ergo neque dicetur mixtio vnio elementorum, nisi remaneant secundùm formas. Confirmatur, quia vnio est relatiuum ad partes vnitas in facto esse; ergo si mixtio est vnio elementorum, remanent elementa in facto esse secundùm formas.

Probatur quinto, quia estò in sententijs aduersariorum possent saluari definitio mixtionis, & cętera omnia; melius tamen, & proprius saluantur, si ponantur formæ ipsæ, nisi aliquid obstet, ne ponantur; sed nihil obstat, vt patebit ex solutione argumentorum: ergo dicendum illas adesse. prętcr has rationes, multas alias congerunt nostri aduersarij, quæ cum patiantur solutionem, vt eas de facto soluunt; ideò missas facio, sicut & multas auctoritates Aristotel. quas nostri afferunt pro se, pręcipuè Dandinus 2. *de Anima digres.* 8. *parte* 3. innuimus eas, quarum solutiones non satisfaciunt.

131 Quarta Conclusio. formæ elementorum remanent in mixto refractæ quò ad virtutem: explicatur, & probatur simul. formæ elementorum, cum sint substantiæ, non suscipiunt magis, & minus: neque physicè in entitate: neq; metaphysicè in prędicatis essentialibus: attamen, his non obstantibus, in mixto refractis earum qualitatibus, non possunt se ad pristinum statum reuocare, vt extra mixtum: sed conseruant debitum attemperamentum, & in hoc sensu dicuntur refractæ, quo ad virtutem. ergo vera Conclusio.

Dices si nihil entitatis formarum deperditur, quomodo refranguntur in virtute. Respondeo refringi, quia qualitates naturales vni formæ elementorum, in vna parte mixti inexistentes, intendi non possunt, nisi contrariæ remittantur: at illę non possunt remitti, quia conseruantur ab alia parte mixti, in qua est alia forma elementi, cui illæ sunt connaturales, & ita impediuntur inuicem elementa, ne in proprijs qualitatibus intendantur. modò ad argumenta, quæ quidem multa, & difficilia.

Instatur primo contra nostram sententiam, hæ formæ non sunt in eadem parte materiæ: tùm quia non sunt ad inuicem subordinatę: tùm quia requirunt diuersas dispositiones: neque in diuersa, quia mixtio esset iuxta positio. Respondeo, esse in diuersis partibus mixti: ad instantiam, non esse tantum iuxta positionem, nisi materialiter, quia in omnibus, est eadem forma mixti, in qua vniuntur, & sit forma mixti.

Instatur secundo, ergo non omnes partes mixti essent mixtæ, probatur, quia in aliqua ipsarum erit tantùm forma vnius elementi, & forma mixtionis. respondeo concedendo totum: immo hoc sequitur necessariò ex natura mixti: sicut enim partes componentes non sunt compositæ, ita neque partes mixti sunt mixtæ.

Dices, ergo illæ partes non habebunt formam mixtionis, & sic, non essent aurum, lignum, &c. probatur, quia quod habet formam mixtionis est mixtum: hę partes non sunt mixtæ: ergo. Respondeo negando consequentiam, ad probationem, quod habet formam mixtionis, vt *quo* est mixtum, negatur vt *quod*, conceditur; sic in casu nostro, ideo enim hæ partes habent formam mixtionis, [illegible] sunt id, ratione cuius oritur forma mixtionis; id [illegible] enim oritur, quia illæ miscentur, mixtum vero habet vt *quod*.

Dices ergo illæ partes non sunt mixtum, & si habent formam mixtionis, vt *quo*: ergo non sunt v. s. aurum, argentum, &c. quæ sunt vera mixta. Respondeo negando consequentiam. ad probat. aurum, argentum, &c. esse, vel mixtum, vel partem mixti in actu exercito, quia mixta sunt huiusmodi propter formam mixtionis, quæ [illegible] in mixto, quia adest mixtio miscibilium: dum mixtili[illegible] in actu exercito in mixto, illa forma est etiam in [illegible] conseruatur, si autem non sint amplius partes, illa elementa reducent se ad pristinum statum, & soluetur forma mixtionis: ex quo patet ad instantiam Hurtadi, si [illegible] separaret formam vnius elementi, quam dicimus [illegible] nere in mixto, quòd non esset amplius mixtum, & [illegible]

Dices si diuidatur lignum in duas partes, quælibet vere dicitur quoddam suppositum mixtum: ergo malè [illegible]mus partes mixti posse dici mixtum, & sic corruit tota [illegible] stra doctrina. Respondeo, duplex genus partium [illegible]ri in mixto: primum spectat ad mixtum, vt conti[illegible] quoddam est, & vt sic, illud constituit, & de his tantum procedit instantia: secundum genus partium spectat illud, vt mixtum est, scilicet ratione quarum facta e[illegible] producta forma mixtionis, & de his negatur, quod [illegible] illas diuidatur, fiat diuisio in diuersa supposita mixta, [illegible]rum quidem est, quod vix poterit fieri hæc diuisio, [illegible] elementa sunt adeo in mixtione ad inuicem pe[illegible] interſecata, vt quæcunque pars detrahatur à mixt[illegible] pluribus elementis, & sic spectans ad continuitatem, non ad mixtionem: ideò facta quacumque diuisione per partes solent dici mixta, & retinent eandem den[illegible] nationem, ac ipsum totum.

Instatur tertio, aurum, v. s. est homogeneum; er[illegible] remanent in eo, formæ elementorum, quæ differunt [illegible]cie. Confirmat. quia mixtum secundùm omnem sui p[illegible]rem petit homogeneam dispositionem, non sic formæ elementorum. Ad argum. respondeo, esse homogene[illegible] quo ad formam mixtionis, & hoc sufficit, sicut dicitur homogeneus homo, & si tot formas contineat par[illegible] Ad confirm. adesse dispositionem homogeneam, [illegible] ex formis, & earum qualitatibus refractis vnum resulta[illegible] peramentum vni formæ in toto mixto, quod non offi[illegible] quin, & formæ elementorum adesse possint, quia [illegible] tunt suas qualitates in summo essentialiter. Per hæc pa[illegible] ad omnes rationes Auersæ *quæst.* 43. *sect.* 3.

Instatur quarto, forma mixti esset forma simplex, [illegible] continet nec actu nec virtute formas elementorum. Respondeo esse formam simplicem, sed mixti, quia re[illegible] ex vnione miscibilium.

Instatur quinto, si non corrumperentur formæ ele[illegible]torum, generatio vnius non esset corruptio alterius, [illegible]spondeo, & respondi axioma, non verificari, quando ad sunt plures formæ subordinatæ substantiales.

Instatur sexto non possent ad inuicem continuari, q[illegible] differunt specie. Respondeo non continuari per se, [illegible] quatenus vniuntur in forma mixti.

Instatur septimo fieret vnum per accidens: quia fo[illegible] mixti adueniret materiæ complete per formas elemen[illegible]rum. Respondeo aduenire formis elementorum suppos[illegible]tis, quæ ei subordinantur, atque adeò non habent ra[illegible]nem actus vltimi.

Instatur octauo, mixtum diceretur formaliter aqu[illegible] ra, aer, &c. Respondeo denominationem su[illegible] secun[illegible] vltimam formam: quæ dat vnitatem: hæc autem est [illegible]ma mixtionis: potest quidem dici habere in se terram, aquam, &c. neque hoc est peccatum mortale in phi[illegible]phia, vt videntur velle inferre nostri aduersarij.

Instatur nono, vel omnes formæ element[illegible]rum sun[illegible] quales in viribus; vel non. Si primum, ergo omnia [illegible] essent eiusdem speciei: Si secundum, e[illegible] ele[illegible] quod pręualet, cętera destru[illegible], quod, si dic[illegible] mentum non se posse reduce[illegible]e ad pristin[illegible] sta[illegible] mixtum naturaliter nunquam dissoluetur. Res[illegible] primo argum. posse retorqueri, & [illegible] ponente[illegible] tùm qualitates elementares in mixto, quia et[illegible] per[illegible]

d[illegible]

debet remansisse aliqua qualitas preualens, ratione cuius mixta differant;& dicitur in vno mixto, vnum elemẽtum, in alio aliud prædominari, quod igitur ipsi respondebunt de qualitatibus, ego respondeo de elemento. Respondeo secundo non esse æquales in uiribus, quia aliquod elementum prædominatur: non destruuntur tamen cętera, quia primo resoluenda forma mixti, quæ non per quamcunque alterationem qualitatum dissoluitur; alioquin in omnibus mixtis danda esset æqualitas ad iustitiam; ne autem statim elementum prædominans conturbet necessarium contemperamentum, retunditur tùm à contrarijs qualitatibus, vt diximus, quæ resistunt, pręcipuè adiutis à principio innato, nec statim vinci possunt: tùm etiam ab extrinseco, præcipue ab influxibus Cęli, à quibus multùm pendet cõservatio mixtorum, quia vtique refrangunt virtutem elementi prædominantis, & adiuuant cętera, ne succumbant: in mixtis enim multum locum habent Cœli, ideò multa in illis referenda. innititur hæc responsio à Conimbricens. *de generatione cap. 4. quæst. 22. art. 3. §. secundum pronunciatum.*

Instatur 10. ex Aristotel. *lib. 2. de partibus animalium cap.* [illegible] postquam dixit, mixta componi ex elementis, quæ[illegible], subiungit, *sed fortasse melius dici posset, conficì ex virtutibus.* Confirmat. ex alijs locis, quæ afferunt Aref. & aduersarij, in quibus videtur velle non remanere actu elementa in mixto. Ad argum. respondeo Aristotel. ita loquitur [illegible] ad mixtionem concurrunt semper omnes qualitates: non autem omnia corpora simplicia. Ad confirmat. respondeo, non remanere actu, scilicet vt habentia rationem actus vltimi, quia aduenit forma mixti [illegible] sensus, quia cum dixisset *tex.* 84. non remanere actu, addit, *neque corrumpi, quia salua manet eorum virtus*: ne scilicet quis existimasset negasse remanere actu, scilicet secundum entitatem: ideo addidit, *neque corrumpi*, scilicet secundum entitatem, igitur per ly *actu* non negauit remanere secundùm entitatem: alioquin corrupta essent [illegible] sibi [illegible] adixisset, sed tantùm negauit esse actu, sed [illegible] posito. Ex hactenus disputatis.

De[illegible], quomodo qualitates elementorum remaneant in mixto: remanent enim in esse refracto, neque in omnibus eandem habent refractionem. sed iuxta diuersa temperamenta introducenda, applicantur elementa in tali statu: vt ex eorum pugna sequatur necessariò refractio ad formam mixti producendam.

An Mixtum possit conuertere in se Elementum, & è contra. Quæstio Quarta.

PRima Conclusio. mixtum non potest in se conuertere elementum. Probatur, quia non potest mixtum efficere hanc conuersionem, nisi refrangat elementum in suis qualitatibus reducendo ad debitum temperamentum, &c. sed hoc non potest: ergo. Probatur minor, hęc refractio fit medijs qualitatibus contrarijs: sed mixta, vel non habent qualitates contrarias elementis, vt vinum respectu aquæ, vel si habent, in elemento sunt in summo, in mixto refractæ; ergo per qualitates mixti qualitates elementorum refrangi non poterunt. 135

Confirm. ex Aristotele, qui non alia ratione videtur *tex.* 49. negare elementa posse nutrire.

Secunda Conclusio. elementum potest aliquo modo in se conuertere mixtum. Probatur, & explicatur simul conclusio, non potest illud conuertere, dum mixtum est: sed primo debet extrinsecè agendo inducere ad eius corruptionem, quo corrupto, poterit in se aliquid eius conuertere.

Confirm. ex Aristotel. qui 1. *de generatione tex.* 88. dicit, *si gutta vini inijciatur decem mille pateris aquæ forma vini perit, & in aquam conuertitur*. ex his.

Deducitur responsio ad quæstio. his diebus satis famosam: an vinum possit in se conuertere aquam: dicendum enim, non posse iuxta nostram primam conclusionem. videantur Aref. *lib. 1. quæst.* 52 qui huius sententiæ accerrimus propugnator eam auctoritatibus, rationibus, & experientijs quamplurimis confirmat. nos de hac quæst. in tractatu de Euchar. Hæc sufficiunt in vtrunque lib. de generatione.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES

In Libros Aristotelis, De Anima.

P R O OE M I V M.

NOn paruum dissidium inter Doctores quem nam locum inter lib. Philosophiæ Naturalis obtineant lib. de Anima: nostrum non est hanc litem examinare, & iudicium ferre, qui tantùm intendimus, ex Aristotelico fonte dulcissimum scientiarum nectar haurire; ex multa ipsius doctrina, veritatis amaranthum legere, vbicunque floruerit. Nos quæcunque fuerit methodus Arist. post lib. de generatione, hos de anima, sumimus quæstionibus examinandos. Nullam huc vsque materiam pertractauimus, aut nobiliorem, aut magis necessariam: Cœli, etsi potiantur incorruptibilitate, attamen anima, ex qua parte est rationalis sua immortalitate non exceditur, excedit eos; quòd spiritualis: quòd cognoscitiua, quod capax æternæ mercedis: nec philosophia magis nobis necessaria, quàm secundùm hos lib. in his nobis sternitur via ad intelligentiam summi Dei, & Angelorum in Theologia assequendam: dignum igitur, vt maiori, quo possumus studio, in nobilissimæ, & vtilissimę materiæ explicationem incumbamus.

PRIMI LIBRI DE ANIMA.

S V M M A.

DIuiditur primus Liber de Anima, in duas partes principales; In prima vsque ad tex. 20. (principium autem) tanquam in Proœmio, vt notat D. Thom. ponit intentum, de quo agendum, aperit difficultatem, in agendo de assumpta materia. In secunda agitur de Anima secundum opiniones antiquorum. Hæc secunda pars subdiuiditur in alias duas; In prima vsque ad text. 36. (considerandum autem) refert opiniones; in secunda disputat contra illas. A nobis hic lib. nullo tract. examinabitur, vtpotè quorum nihil intersit, an Aristot. meritò, nec ne antiquos confutauerit, sed statim transitum facimus ad secundum lib. in quo traditur doctrina de Anima.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES in Secundum de Anima.

SECVNDI LIBRI SVMMA.

Postquam Aristot. in primo lib. egit de anima secundùm antiquorum opiniones, in hoc secundo tradit propriam doctrinam, diuiditur lib. in duas partes principales: in prima quæ est vsque ad text. 27. (potentiarum autem) agit de essentia animæ. In secunda de eius potentijs, sed hæc secunda diuiditur in tres alias partes. In prima vsque ad text. 33. (quare primum) distinguit potentias ad inuicem; in secunda vsque ad text. 51. (determinatis autem) agit de potentijs animæ vegetatiuæ. In tertia de potentijs, & functionibus animæ sensitiuæ. nos hunc lib. percurremus ... tract. primus erit de anima in communi. Secundus de anima vegetatiua. Tertius de anima sensitiua. vnde sit.

Tractatus Primus. Qui est de Anima in communi.

Quid sit Anima. Quæstio Prima.

136 Dvplicem definitionem animæ tradit Aristoteles hic, primam *text.6.* secundam *text.* 24. prima ponitur sic, *anima est actus primus corporis physici organici potentia vitam habentis.*

Dicitur primo *actus*, & sumitur pro actu transcendentaliter, & stat genericè.

Dicitur secundo *primus*, quia duplex est actus, primus, & secundus, secundus est operatio, anima autem non est operatio; sed principium operationis.

Dicitur tertio, *corporis physici*, seu naturalis, circa quam particulam contendunt expositores, quid intelligat Aristotel. Ex dictis in phys. patet intelligi compositum substantiæ, ex materia, & forma: & benè sequitur in casu presenti; quia anima aduenit materiæ actuatæ per formas substantiales partiales, consequenter, composito substantiali. est etiam ad mentem Aristotel. *tex.3.* vbi cum dixisset corpus particeps vitæ (quod vtique ponit in definitione animæ) esse substantiam addit, *& ita substantia vt composita.*

Dicitur quarto, *organici*, ad differentiam illorum corporum, quæ organa non participant; eò quod exercere non debeant opera vitæ, ad quæ data sunt organa, vt instrumenta: organum enim idem est, ac instrumentum.

Dicitur quinto, *potentia vitam habentis*, quia corpus physicum organis dispositum potest informari anima dante vitam; ideò ipsum, vt subiectum animæ, est potens viuere; ex quo patet non definiri animam; vt actum actualem, vt sic enim esset actus corporis habentis vitam actu, non potentia; cum enim anima est in corpore, corpus actu habet vitam; sed definitur anima, vt sic secundùm suam entitatem; Aduertunt autem D.Thom. *hic* Conimbricens. & alij, idem esse dicere corpus organicum, & corpus potens viuere; quia organa sunt instrumenta necessaria ad vitam, quòd ideò forsan *tex.4.* ly *organici* omissum est ab Aristotel. per has particulas excluduntur ab hac definitione forma cadaueris, quæ simpliciter non est actus corporis organici, nisi per accidens, vt benè notat Hurtad. *disp.1. de Anima sect.* 1.§.6. & formę cęteræ substantiales, quæ non sunt actus corporis organici.

137 Secunda definitio animæ traditur ab Aristot. *loco citato* his verbis *anima est id, quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primo.* Quæ particulæ vt notant Conimbricens. *cap.2 quæst. vnica art.1.* non sunt sumendæ neque omnino disiunctiuè, neque penitus copulatiuè; sed cum tali accommodatione, quod conficiant aptam definitionem pro anima in communi. tali scilicet pacto; anima est id, quo viuimus (viuere enim sumitur hic pro functionibus animæ tantùm vegetatricis, vt ipsemet Aristot. *tex. 3.* explicat) vel, est id, quo viuimus, & sentimus, & loco mouemur (pro functionibus animæ sensitiuæ) vel est id, quo viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus (pro munijs animæ intellectiuæ.)

In hac definitione vt excludantur multa argumenta aduertendum ly *est id*, sonare pro est principium intrinsecum *quo*; principium enim *quod* est ipsum compositum; vnde facit sensum; anima est principium intrinsecum, seu formale. quo viuimus, &c.

Aduertendum secundo, dici id, quo *primò*, qui... est primum principium ad differentiam potentiarum ... bus medijs, si anima exerceat opera, quæ ponuntur ... finitione, non tamen sunt principium primum q... sentit, & intelligit. hic solet disputari, an traditæ de... tiones sint essentiales; res parui momenti: videa... nimbric. *locis citatis.* Runius *hic tract.* 1. *primo quæ*... Hurtad. *loco citato*, & alij.

An Anima sit substantia. Quæstio Secunda.

Ant occasionem huius quæst. errores quorund... recensent Conimbricens. *cap.1. quæst.* ... *ar.*5 q... enim dixerunt animam aliud non esse, quam qu... temperamentum primarum qualitatum, ita Galen... *3. & 4. lib. qui inscribitur, quod animi mores corpori... peramenta sequantur*, quidam verò harmoniam co... riarum qualitatum, in vnam temperiem coeuntium ... Dinorchus, Empedocles, cui addunt, & Plato. qu... numerum, & circulum animam appellauit: propte... omnes errores, quibus videtur sequi animam ac... quoddam esse, sicut temperamentum, harmonia, ... præsens qu: Pro qua sit.

Vnica Conclusio anima est substantia, ... Aristot. *hic tex.4.* clarè, & probatur primo: ex corpore, & an... vnum per se; ergo est substantia. Antecedens patet ... nem esse vnum per se, vt homo est; est autem ho... corpus, & animam. consequentia etiam patet; quia ... bus diuersorum prędicamentorum, vt diximus, in p... non fit vnum per se; sed corpus est substantia; erg... anima.

Probatur secundo, dantur formæ substant. ex ... phys. ergo anima est substantia; probatur consequent... perfectiores operationes elicit anima, quam cęte... formæ substant. ergo si illæ sunt substantiales, & a... Confirmatur, quia substantia non ordinatur, vt disp... ad accidens; sed omnia, quæ sunt in viuente, sunt in... ne ad animam; ergo anima est substantia; alioquin ... viuente esse debeat aliqua forma substantialis, substan... ordinaretur ad accidens.

Sed pro Galeno instatur primo, soluto temperam... non adest amplius anima; ergo anima nō est aliud, q... temperamentum. negatur consequentia, ideò ab... anima, quia tollitur debita dispositio per destruction... temperamenti.

Instatur secundo, ab anima oriuntur diuersæ passiones iræ, melancholiæ, &c. sed hæ sunt à diuerso tem... to; ergo, Respondeo animam in suis effectibus pend... corpore, dum est in illo; ideò ex diuerso temperam... diuersos elicere effectus.

Posset instari tertio, anima, excepta rationali, non potest esse sine materia; ergo non est substan... ; quia s... stantia per se subsistit; sed huic argumento iam sat... mus *tract. de forma in phys.* cum probauimus dari fo... substantialem. legatur ibi.

An omnis anima sit forma informans. Quæstio T...

Ormarum, vt diximus in phys... *tract. mox* ... dicuntur informantes; ali... ...

mantes dicuntur esse actus subiecti, & vniri ipsi tanquam proprio susceptiuo: assistentes verò excludunt vnionem, *neque* sunt actus subiecti,cui assistunt; sed tantùm, vt extrinseci motores illo subiecto vtuntur in aliquibus operationibus,sicut Angeli dum corpora assumunt:modò,quærimus,an omnis anima sit forma informãs, vt videtur velle Aristoteles in definitionibus allatis,quibus diximus omnem animam difiniuisse. non defuerunt,qui hoc negarēt, & vellent animam rationalem esse tantum formam corpori assistentem, vt Nauclerus est in naui, sic Auer. Themistius,Philop. Anaxarcus,& alij apud Conimbric. *quæst.* 6.*art.*2.preter quos tractant hanc qu. etiam Ruuius *tract.* 1.*quæst.*3. Hurtad. *sect.*3. Pro solutione.

Notandum animam, quantum ad pręsens spectat, vel esse materialem,quia fiat ex materia, vel immaterialem, quia a Deo creetur,de vtraque soluenda qu. pro qua sit

Prima Conclusio. animæ materiales sunt formæ informantes, de hac conclusione nō est dubium,vt notat Hurtad. & probatur primo auctor. Aristotel.*hic* vbi dicit,animam actum corporis; saltem de materiali intelligendum.

Probatur secundo,anima materialis est forma corporis vt vnita, ergo forma informans. Antecedens probatur, forma materialis educitur de materia; ergo vnitur; eductio enim est vnitio ex aliàs dictis; consequentia probatur, quia per hoc distinguuntur forma assistens, & informans.

Probatur tertio, forma materialis pendet in esse à materia; ergo est forma informans. Antecedens suppono ex dictis in physic. consequentia probatur; quia materia nequit fouere dependentiam formæ, si ab ea sit separata; ergo ei vnitur: ergo forma informans.

141 Secunda Conclusio. anima rationalis est forma corporis informans, hæc conclusio est de fide, definita *in Concil. Vienensi sub Clemente V. in Clementina vnica de summo Trinitat.* §. 2 item in *Concil. Lateranens. sub Leone Decimo* [...].

Probatur primo Conclusio auctor. Aristotelis qui *toto* 1.*cap.* agens de anima in communi dicit, & replicat, esse actum corporis precipuè *text.* 7. & 8. *Si igitur commune, quid de omni anima sit dicendum ipsa perfectio prima primaque actus est corporis naturalis* tex. autem 8. *vniuersaliter igitur diximus, quodnam anima sit: est enim ea substantia, quæ est, vt ratio*, nomine rationis intelligit ipsam formam, quæ est pars principalior essentiæ: quæ nomine rationis appellatur ab Aristotel. vt alibi notauimus; ergo citra controuersiam, anima rationalis per Aristotel. est actus informans corpus

Probatur secundo, ex anima rationali,& corpore fit vnum per se: ergo est actus,& forma informans. Antecedens probatur,quia homo,quà est homo, est vnum per se; sed est homo per animam rationalem, ergo ex anima rationali, & corpore fit vnum per se. consequentia probatur, quia ex forma tantùm assistente, non fit vnum per se,vt patet de intelligentijs assistentibus Cœlo.

Probatur tertio id, quod rem constituit in certa specie, est aliquid intrinsecum;sed homo per animam rationalem constituitur in specie hominis; ergo est aliquid intrinsecum; ergo forma informans; omnia sunt clara; vltima consequentia probatur,quia cum sit actus, non potest esse intrinseca homini, nisi vt forma, ergo informat: alias rationes habes apud Conimbr. Hurtad. Ruuium. & alios

142 Sed contra secundam conclusionem, instatur primo, operationes animæ non tribuuntur corpori, ergo non est actus corporis. Probatur consequentia, quia operationes formarum tribuuntur habentibus illas. Respondeo negando consequentiam,ad probat. operationes formarum tribui habentibus illas vt *quo*, & nego, vt *quod* scilicet vt composito,concedo; sic non dicitur materia ignis calefacere,quæ est operatio formę ignis;benè dicitur ipse ignis. qui est compositum; corpus autem in casu nostro habet animam, vt *quo* quia est eius subiectum receptiuum, homo vt *quod*, quia est compositum ex corpore, & ipsa anima; ideò homo dicitur intelligere.

Instatur secundo, anima rationalis non potest communicare suas operationes,neq; potentias corpori,ergo neq; se ipsam. Antecedens patet,quia neque intellectus, neque intellectio recipiuntur in corpore. Respondeo concesso antecedente,negando consequentiam; ideò autem non potest operationes, & potentias communicare, quia cum inhærere debeant,vt pote accidentia spiritualia, non possunt inhærere rei materiali, anima verò rationalis non inhæret, quia subsistens.

Instatur tertio, anima rationalis spiritualis,indiuisibilis, maximè distit à corpore materiali diuisibili,&c. ergo non possunt vniri simul. Respondeo animam rationalem, & corpus maxime distare, in genere entis, non in genere actus, & potentiæ quare negatur consequentia.

Instatur quarto, omnis forma informans dicit relationem ad proprium subiectum; non sic anima rationalis ad corpus;ergo.probatur minor, quia relatio est tanquam ad id, à quo pendet in esse; sed anima rationalis non pendet in esse à corpore; ergo. Respondeo negando minorem; ad probat. relationem formarum, vt sic,esse ad materiam, tanquam ad suum terminum a quo pendent, vt exerceant informationem,propter quam sunt formæ;in formis verò materialibus extenditur relatio etiam tanquam ad id, a quo pendent in esse,& conseruari.

Instatur quinto, anima est per se subsistens; ergo non potest esse forma informans. Probatur consequentia,quia informare est esse in alio; subsistere esse per se. Confirmatur, quia alioquin haberet naturalem inclinationem ad corpus; ergo dum in statu separationis per se stat, esset in statu violento. Ad argumentū respondeo negando consequentiam, ad probationem non opponi *per se stare*, & *informare*,sed *per se stare*,& *inhærere*, quia inhærere dicit esse in alio cum dependentia in esse; non sic informare, quod tantùm importat esse alterius actum, a quo tantùm pendet in actuatione; quia sine subiecto non datur actuatio; & est genericum ad informare, cum, vel sine dependentia in esse. Ad confirmationem patebit infrà, cum de statu separationis animæ. 143

Instatur sexto ex Aristotel. *tex.* 11. vbi dicit loquens de anima,vt sic, quasdam partes esse inseparabiles, quia sunt actus corporis,quasdam nequaquam, quia nullius corporis actus sunt; quod vtique intelligi debet de anima intellectiua. Confirmatur, quia in fine eiusdem text. addit *at obscurum est, nec dum patet si anima actus sit corporis, vt gubernator actus est nauis*, ergo secundum Aristot. anima non est forma informans. Ad argumentum respondeo cum D. Thom. Aristotel. loqui de potentijs animæ, quæ partes eius sunt,non de diuersis speciebus animarum;animæ autem aliquæ potentiæ sunt inseparabiles à subiecto, cuius anima est forma,vt in forma, vt in omnibus potentijs animæ vegetatiuæ, & sensitiuæ; aliquæ verò separabiles, vt potentiæ animæ intellectiuæ, quæ etiam separata anima à corpore remanent cum anima. Ad Confirmationem dico ita dubitatiue loqui, quia nondum sibi videbatur sufficienter hoc probasse. De reliquo quoties dicit Aristot. formam non esse separabilem à materia; quòd habeat finem; & similia, intelligendus est de formis materialibus tantùm,& quæ per physicam generationem fiunt.

An aliqua forma totalis det esse organicum corpori.
Quæstio Quarta.

Sensus quæst. est, an in corpore pręter animam sit vna forma totalis substant. quæ constituat diuersa illa organa,quæ in viuētibus reperiuntur,per quæ corpus, quod est pars viuentium, constituatur in esse talis corporis; & solet dici forma corporeitatis, & forma mixtionis: non enim procedit quæst. de forma illa corporeitatis, quam Auic. Zabar. ponebant in materia, & reiecimus *in Physic. tract. de materia*. 144

Prima sententia est Scoti *in* 4.*dist.*11.*quæst.*3.§ *de* 2.*art.* & expressius §. *ad rationes*, *circa finem illius*, nempe *ad quartam*, qui hanc formam admittit; sequitur nobilius 1. *generat. cap.* 4. fuit etiam Heurici, quo ad hominem tantùm; quòd ideò affertur, & impugnatur à Scoto, quod eam ponant in homine, non in cęteris viuentibus.

Secunda sententia contraria est communis D. Thom. 1.*parte quæst.*76.*art.*4.Tol.1.*Physic. quæst.* 15. Suarez *disp.* 15.*sect.*10 *num.*8.Conimbricens. 1. *de generatione quæst.* 2. *art.* 2.Ruuij *hic quæst.* 6. & omnium, qui pluralitatem formarum substant. negant.

Vnica Conclusio non datur forma hæc totalis dans esse organicum. Probatur primo, vel forma mixtionis est homogenea; vel eterogenea. non homogenea, quia esse organicum,est esse omnino dissimile; ergo non potest haberi

beri per formam homogeneam : si secundum , ergo non est vna totalis; sed diuersæ formæ discontinuæ, & tantùm contiguæ ; ergo vera Conclusio.

145 Neque potest dici , esse eterogeneam eminenter , quia hoc non sufficit , ad eterogeneitatem,quam habent organa formaliter ; compositum enim non potest esse formaliter tale , nisi per formam formaliter talem ; si autem forma sit tantùm eminenter talis,& compositum erit tantùm eminenter tale ; sic quia forma solis , non est nisi eminenter calida,nec sol nisi eminenter calidus,homo autem formaliter sensitiuus , quia anima rationalis etiam formaliter est sensitiua.

Probatur secundo,esse organicum requirit diuersas dispositiones ; ergo etiam diuersas formas ; ergo vera Conclusio . Antecedens patet,alia dispositio est in corde, alia in aure , epathe , &c. prima consequentia probatur , quia variantur dispositiones ad variationem formarum . Secunda sequitur , quia si sunt plures formæ ; ergo non est vna totalis. hinc

Sequitur multò minus in viuentibus posse dari vnam formam totalem , quæ det esse corporeum toti illi aggregato ex organis , quia illud corpus deberet esse in aliqua specie , saltem incompleta ; non enim datur genus vt sic existens ; sed omne existens , est indiuiduum (vt alias diximus contra Auic. & Zab. quantum enim ad hoc militat etiam contra Scotum) sed in alia specie esse non posset , quam organici , sed esse organicum non potest haberi per vnam formam totalem, ergo neque esse corpus.

146 Sed contra Instatur primo , si non datur forma mixtionis totalis,homo non diceretur generare hominem , probatur consequentia,anima creatur, materia præexistit , ergo nihil est , per quod dicatur generari , &c. Respondeo responsione,quam alibi dedi , cum de vnione *in 2. Physic. tract. de causa formali.*

Instatur secundo, anima supponit corpus in esse corporis constitutum ; consequenter vnum , ergo per aliquam vnam formam . Respondeo corpus constitui in ratione corporis , per formas partiales , quas quæstione sequenti admittemus in viuentibus,per quas tamen non est verum vnum ; neque in aliqua vna specie constitutum , seclusa anima : quod nullum absurdum dicit.

Instatur tertio , idem numero fuit corpus Christi , dum erat exanime in sepulchro, ac viuum , sed vnitas , & identitas habentur à forma,ergo datur forma, quà corpus constituatur idem corpus . Respondeo ad saluandum , quod idem corpus fuerit, viuum , ac mortuum , satis esse , si eadem organa cum suis formis partialibus , ex quibus dicimus corpus coalescere, fuerint in sepulchro , quæ fuerunt animata : & si aggregatum ex tot organis , dicitur vnum corpus , non dicitur, quia vere vnum , sed quia omnia illa vniuntur in vna anima : sicut multæ militum phalanges dicuntur vnus exercitus : non quia vna forma vniantur , sed quia omnia vniuntur sub vno duce , ita in casu nostro.

An in vno composito esse possint plures formæ substantiales. Quæstio Quinta.

147 QVærendum esset , an organa corporis constituantur per proprias formas,quæ sint substantia,quia tamen hoc maximè pédet ex decisione , an sit possibile in eodem composito,esse simul plures formas substant. quod,vtique sequetur,si ponamus in organis præter animam,dari etiam formam propriam substantialem , ideò primo moueo præsentem quæst. Pro qua.

Prima sententia est negatiua D.Thom. 1.*parte quæst.76. art.3.4.& 5. ad 3.* & *opusc. de plural. formarum* . Caietan. *ibidem prima parte* Fer. 2. *contra gentiles cap.*58. Capreoli,*in 2.dist.*15.*art.*1.& omnium Thomist. Val.*tom.*1.*disp.6. quæst.2 puncto* 3.Conimbricens. 1. *de generatione capit.* 10. *quæst.3.art.2.& cap.4.quæst.*19.Fons. 7.*Met.cap.*12. *sect.*8. 9.10 Tol.1.*Phys. quæst.*15. Suarez *disput.*15.*sect* 10.*tota* . Rubij,*tract de modo, quo anima informat corpus quæstio.* 6. Hurtad.*de forma substantiali disp.4.sect.3* & aliorum apud Ares. 1.*de generatione disp.2.quæst.*10.*sect.* 1.

Secunda sententia est Auicen.1.*sufficientiæ cap.* 2. Ianduni 1.*de anima quæst.*8.Veneti 7.*Metaph.* Auicembron 1.*de generatione tex.*24.Auerrois, Soncin. Henrici, Scoti, Ochami,Mayronis,Niphi,Philop. Nobilij, Zabar. Trombetæ,Dandini, omnium illorum, qui 2. *de generatione qu. penultima* , ponebát elementa formaliter in mixto,& aliorum apud eundem Ares. *sect.*2.*locis citatis*,quos ipse [...]tur,qui, & si differant , in modo ponendi plures , vel [...]ciores formas simul, has , vel illas , &c. omnes tamen hoc conueniunt , quod possint simul in eodem composito esse plures formæ substantiales . sequitur etiam no[...] noster Pasqual.

Notandum , quòd tota difficultas consistit , an possint formæ substantiales inuicem subordinari . si enim non possint subordinari , certum est non posse esse simul , q[...] forma substantialis non subordinata , complet tot[...] materiam : atque adeò dicit incompossibilitatem , cum quacunque alia forma . pro quo sit

Prima Conclusio. formæ substantiales possunt inuicem subordinari : probatur primo,non implicat,neque ex parte materiæ, in qua forma subordinata, & subordinans recipiendæ sunt, neque ex parte ipsarum formarum , e[...] nulla implicantia . consequentia patet, quia dato antece[...] non appatet penes quid possit esse implicantia. antece[...] probatur, non ex parte materiæ : quia materia ta[...] petit omnes formas : dato igitur , quòd sit aliqua forma, quæ non possit recipi,nisi alia recepta,materia poterit [...]bas recipere,sed neque ex parte formarum, quia [...] eò quòd forma substantialis debet esse specificum [...] hoc non,quia sicut ad esse specificum,concurrit etia[...] teria, ita poterit concurrere materia , cum alia fo[...] quia quælibet forma substantialis completè actue[...] riam : sed hoc est, quòd nos probamus,non implicare formam non actuantem completè .

Probatur secundo , si pugnat dari formas substan[...] subordinatas,vel quia actus sunt,vel quia substantia [...] primum , quia non implicat esse actum , & potentia[...] spectu diuersorum,neque secundum, quia ita dicit c[...] ptum substantiæ gradus metaph. animalitatis : sicut qu[...] bet forma physica,sed animalitas est subordinata ra[...] litati : ex animali enim , & rationali metaphysice fi[...] mo , ergo & vna forma physica substantialis poterit [...] subordinata alteri .

Probatur tertio,si implicaret, esse, quia nullum c[...] situm potest esse in duplici specie : alioquin diuersa [...] ret predicata essentialia, & hoc sequeretur in nostra [...] clusione,quia quælibet forma substantialis, secum [...] propriam speciem , sed hoc non obstat . ergo possunt [...] inuicem subordinatæ . minor probatur, quia , etsi fo[...] subordinata ponat compositum in specie, subordinans [...] men non dicit diuersam speciem , sed illam includit , [...] quam ex qua vna vltima completa coalescat .

Secunda Conclusio . In vno composito esse poss[...] mul plures formæ substantiales . Probatur primo fo[...] quæ sunt subordinatæ , ideo sunt , vt simul esse po[...] materia : subordinatio enim dicit simultatem ad al[...] iuxta naturam eorum , quæ dicuntur subordinata : [...] mæ substant. ex precedenti conclusione, subordinatæ possunt,ergo possunt esse simul,in eodem subiecto.

Probatur secundo:in mixtis dantur actu formę el[...] torum,cum formis mixtionis,ergo. Antecedens patet *quæst. penultima de generatione*, consequentia tenet [...] valet arguere ab actu ad potentiam,non è contra. hę [...] clusiones ex quæst.sequenti magis Confirmabuntur.

Sed contra vtramque conclusionem instatur pr[...] num est tantùm esse compositi : ergo ab vna tantù[...] ma . Dato anteced. Distinguo consequens , vna [...] forma non subordinata,concedo consequentiam, vna [...] pliciter,& nego,quia cum sunt plures subordinatæ , [...] tollunt vnitatem esse , quia vltima subordinans te[...] omnes subordinatas , vt tribuat suum esse , vt dix[...] tertia probationes primæ conclusionis : at si essent [...] non subordinatæ , tolleretur vnitas esse , quia e[...] non continetetur in esse,quod dat altera.

Instatur secundo , quælibet forma ponit in vlt[...] cie : ergo compositum esset in pluribus speciebus [...] Respondeo non posse dici , in pluribus speciebus [...] sè,quia vltima forma alias includit , sicut rigorose [...] sunt dici duo,compositum,& forma, quia form[...] tur tanquam pars in composito . Expe[...] nem primæ conclusionis .

Instatur tertio,esse specificum sumitur à f[...] libet res habet tantùm vnum esse speci[...] tantùm formam. Data [...] ad min[...]

m[illegible] res habet vnum eſſe ſpecificum eo modo ſum[illegible] ab [illegible] quia vnitas eſſe ſpecifici poteſt [illegible] cum pluribus formis ſubordinatis, vt diximus, [illegible] *vnum eſſe [illegible]* ſic cum pluribus formis ſubordinatis, [illegible] etiam ab vna tantum forma ſed ſubordinata [illegible] vero ſit cum vna tantum forma, ſum[illegible] ſimpliciter.

Inſtatur [illegible] ſubiectum generationis eſt ens in potentia [illegible] in materia ſunt formæ ſubordinatæ, eſſet ens [illegible] vltima forma, ergo. Reſpondeo aliud [illegible] in generatione [illegible] remanere idem [illegible] ſubſtantiale, quod prius, cum generatio [illegible] formæ ſubſtantialis, ad differentiam [illegible] hoc autem bene ſequitur in [illegible] quæ [illegible] ſint formæ ſubordinatæ, tamen [illegible] per [illegible] formam, per quam [illegible] compoſitum ſubſtantiale.

An partes [illegible] corporis organici, conſtituantur per proprias formas ſubſtant. Quæſtio Sexta.

151 P[illegible] differentia aduertendū, quod aliud eſt [illegible] partes [illegible] differant ſubſtantialiter & aliud, [illegible] proprias formas ſubſtant. primo enim [illegible] eſſe ſubſtantiam carnis, [illegible] ab ipſa anima, [illegible] Secundo [illegible] ſubſtantialem [illegible] ſinem, [illegible] differre ſubſtantialiter, [illegible] *a p. 1 [illegible] ſect. [illegible]* 1. [illegible] *an anima [illegible]* D. Thom. [illegible] *ad* 14. [illegible]

[illegible] formas ſubſtantiales eſt [illegible] *q. præcedenti, & q. [illegible] de ſpiri[illegible]* quæſtione [illegible]

[illegible] *quæſt.* [illegible] *parte 3. [illegible] de* [illegible]

[illegible]

152 [illegible] proprias formas [illegible] Probatur primo [illegible] Ariſtotel. [illegible] corporis [illegible] ana[illegible] propriæ [illegible] accidentales, vt [illegible]

Reſpondent [illegible] D. Thom. *quæſt.* [illegible] *art. 4. ad* [illegible] ipſam animam, [illegible] *eſt* [illegible]

Sed [illegible] organicum in de[illegible] *potentia [illegible] habere*, ſed hæc non [illegible] potens [illegible] *organicum* [illegible]

Confirmatur [illegible] Ariſt [illegible] corporis [illegible] per [illegible] quod [illegible] actus [illegible]

Probatur ſecundo [illegible] qualitatum [illegible] *[illegible] a mixtione ſit, vt dix[illegible] m [illegible] carnis, & ceterarum partium to[illegible]* [illegible] diuerſitate mixtionis ab anima, [illegible] quare ad ablationem carnis tollatur, anima, vult eſſe carnis non haberi ab anima; alioquin nullum dubium, cur tollatur, ſed haberi à mixtione, cuius diuerſitas dat occaſionem dubitandi, quare tollatur anima, dum tollitur caro, &c.

Probatur tertio, in Symbolo Athanaſ. dicitur, *ſicut anima rationalis, & caro, vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus*, ergo eſſe carnis non habetur per animam; ergo per propriam formam. Secunda conſequentia patet, prima probatur, quia probatur, Deum, & hominem poſſe eſſe in vno, eodem que ſuppoſito, ſicut anima, & caro in eodē, ſed ſi caro non eſſet diſtincta ab anima, nō deſumeretur ſimilitudo, quod conueniant in eodem ſuppoſito; ergo [illegible] probatur, aliud non eſſe caro, quam ipſa met anima in tali parte materiæ talibus diſpoſitionibus affecta, ſed nihil dicitur conuenire in eodem cum ſe ipſo; ergo non poſſent dici anima, & caro in eodem ſuppoſito conuenire, ergo non poſſet deſumi ſimilitudo. Sed [illegible] 153
loco citato, ſect. 9. §. quartum quemadmodum, nomine carnis intelligere corpus, & benè: ſed poſtea §. *dicendum* exiſtimat corpus eſſe ſolam materiam diſpoſitam accidentibus, ſed perperam, materia enim diſpoſita non eſt corpus.

Probatur quarto, alio argumento Theologico. in conſecratione [illegible] panis conuertitur formaliter ex vi verborum in corpus Chriſti; nec anima adeſt, niſi concomitanter, vt docet Tridentinum *ſect. 13. cap. 3* ergo corpus, vt [illegible] propriam formam præter animam.

Reſpondeo primo, ex vi verborum fieri præſentem [illegible] vt det eſſe corporis; concomitanter vero, vt det eſſe viuens.

Sed [illegible], anima eſt entitas omnino ſimplex, ergo [illegible] ſe tota in eodem modo eſt producibilis, ſed ex vi verborum non eſt producibilis, vt dat eſſe viuens, ergo neque vt dat eſſe corporeum, eſt enim ſermo de productione [illegible] animæ.

Contra ſecundo, illud corpus fit præſens ex vi verborum, quod [illegible] in triduo mortis, quis conſecraſſe, ſed tunc non fuiſſet in corpore anima, vt dans eſſe [illegible] ergo nec etiam nunc de facto. maior probatur, quia eadem verba practica habent eandem virtutem, [illegible], &c. minor probatur, quia anima non poteſt dare eſſe corporeum, quin etiam eſſe viuum, ſed tunc non eſſet conſecr[illegible] corpus viuum. 154

Contra tertio, [illegible] anima concomitanter eſt præſens ſub [illegible] quia [illegible] corpori; ſed cum ſit [illegible] ſimplex [illegible] vnitur, vel non vnitur [illegible] ergo ſi vt dat eſſe corporeum [illegible] præſens formaliter, quia [illegible] vnitur corpori, ſed et corpus, ergo etiam vt dat eſſe viuens fiet præſens formaliter.

Reſpondet ſecundo [illegible] *loco citato quæſt. præced. ſectio.* [illegible] *§ ad [illegible]*, nomine corporis formaliter, aliud non venire, [illegible] materiam diſpoſitam ad animam: in quam reſponſionem non eſt cur nos inuehamur; inuehitur enim conſenſio omnium Patrum, qui nomine corporis non intelligunt ſolam materiam, ſed carnem talem, de qua poſſit verificari illud Chriſti Domini, *caro mea vere eſt cibus*, illa enim caro dicitur cibus, quæ formaliter venit ex vi verborum, at quæ materia cum ſolis accidentibus dicitur cibus? legatur *tota ſect. citata*, nec deerit doctrina, quæ diſpliceat. Ab hac reſponſione non abhorret Auerſa *quæſt.* 41 *ſect.* 2.

Probatur quinto, ratione naturali, caro, & neruus differunt ſubſtantialiter; ergo partes eterogeneæ habent propriam formam ſubſtantialem. antecedens probatur, caro, neruus, cor, cerebrum, &c. habent propria accidentia per [illegible], & proprietates, quæ non conueniunt alteri, ergo differunt ſubſtantialiter; ex proprietatibus enim, & accidentibus variis, & durabilibus arguimus formas ſubſtantiales: non enim alio modo ſibi determinant propria accidentia pes [illegible] & cor, quam argentum, & aurum; ſi [illegible] pes, & cor differre tantum accidentaliter, cur non de auro, & argento? conſequentia [illegible] [illegible] ſubſtantialem [illegible] contra [illegible] propriam [illegible] ſubſtantiales.

[illegible] *locis citatis*, [illegible] ab eadem anima.

quæ secundùm dissimiles sui partes causet diuersitatem organorum; neque implicare illam formam adhuc dici viuam, & continuam, quia cum organa sint partes vnius corporis, dicuntur differre tantùm specie incompleta, seu partiali, quæ autem sic differunt, possunt continuari; cui responsioni videtur assentire & Suarez, nec Ruuius dissentit, nisi quò ad nomen; hanc enim differentiam quam Hurtad. appellat specificam incompletam, ipse appellat substantialem, indiuidualem.

Sed contra primo, quia assumunt, quod est probandum,
155 scilicet quia sunt partes vnius corporis, posse continuari, & si differant substantialiter; hoc enim est, quod nos negamus, quia cum sint partes, sed eterogeneę, vt continuentur, debent vniri in aliquo homogeneo, cuiusmodi non esset anima, si ab ipsa est eterogeneitas partium.

Contra secundo, quia etiam in artefactis, si conficiatur statua, cuius pars sit argentea, alia testacea, alia ænea, &c. possent dici partes illæ continuæ, differrent enim tantùm specie incompleta, qui sunt partes vnius statuæ: sed hoc nemo dicit; ergo neque in naturalibus; est eadem omnino paritas.

Probatur sexto, mortuo animali adhuc remanet caro, neruus, cor, caput, &c. ergo habent proprias formas substantiales; consequentia patet, quia tunc non adest anima, quæ hæc tribuat. antecedens probatur, eodem modo differunt caro, neruus, &c. post abscessum animæ, ac cum aderat ipsa anima, ergo remanent. Confirmatur illud antecedens, quia dicimur comedere carnem vitulinam, hædinam, &c. item veneramur Reliquias sanctorum carnē, ossa, &c. ergo verè remanent, quæ primo erant.

Respondet Valent. *loco citato, puncto 3. in fine* cum D. Thom. *quæst. 76. ar. 8. in corpore*, non esse eandem carnem, neruum, &c. sed similem, quæ responsio est conformis illi sententiæ, quòd detur resolutio vsq; ad materiam primam.

Sed contra primo, post discessum animæ adhuc organa differunt substantialiter; quia eo pacto differunt, ac primo, ergo per eandem formam, ac primo. probatur, quia non datur corruptio formarum substantialium, nisi corrumpantur accidentia propria, sed post mortem viuentis eadem accidentia manent in organis, vt sensus experiuntur, nec decipiuntur, vt alibi diximus; ergo manent etiam eędem formæ substantiales.

Contra secundo, quia non apparet quodnam possit esse efficiens formarum, substantialiter, quæ de nouo producuntur in organis in discessu animæ, vt benè notat Aref. *sect. 3. §. quinto idem*

156 Probatur septimo, caro, neruus, cor, sunt formaliter talia, sed non per animam, ergo per propriam formam. maior patet. minor probatur. anima rationalis, nec per aduersarios est formaliter caro, neruus, &c. sed tantùm virtualiter, ergo non potest tribuere hæc formaliter.

Confirmatur primo, ideo anima est formaliter vegetatiua, sensitiua, &c. quia deberet dare hęc formaliter homini, ergo vt tribueret esse carneum, deberet esset carnea formaliter.

Confirmatur secundò, effectus formalis fit, per exhibitionem ipsius formæ; ergo tale euadit compositum formaliter; qualis formaliter est forma: sic lux, & si sit eminenter calida secundùm aliquos, non tamen tribuit corpori lucido esse formaliter calidum: sed anima non est formaliter carnea; ergo neque compositum euadet formaliter tale. alias rationes habes apud Aref. si plures desideras.

Contra nostram conclusionem instatur primo, sine formis partialibus, posita sola anima in materia, compositum esset homo; ergo non sunt necessariæ aliæ formæ. Respondeo, casum esse impossibilem, quia anima habet relationem non ad materiam vt sic, sed ad corpus: sine organicis formis, materia non esset corpus, consequenter non esset susceptiuum animæ, nec posset illa informari.

Instatur secundo, anima rationalis est perfectissima, ergo potest tribuere quidquid possunt aliæ formæ, ergo alię non dantur. Respondeo, quod non continet esse corporeum formaliter: immò nec sensitiua, & vegetatiua, & si materiales dant esse corporeum; quia non sunt formaliter tales, cum sint homogeneę: per quod patet ad *text. 31. 2. de anima*, & si anima superior inferiorem contineat, sicut quadratum triangulum; non tamen deduci, quòd possit continere etiam formas carnis, ossis, &c.

Instatur tertio, ex Aristotel. *hic tex. 9.* recedente anima, oculus est æquiuocus, oculus, sicut depictus, ergo non habet propriam formam, alioquin remaneret eadem, recedente anima. Respondeo Aristotel. loqui de oculo, & cęteris partibus eterogeneis quò ad facultates animæ, quibus organa exercent suas operationes, & quia recedente anima, etiam hæ potentiæ recedunt: ideò quantum ad hoc sunt æquiuocæ organa, sicut depicta, &c. intelligitur hæc responsio ex eodem Aristotel. 4. *Meteor. cap. vltimo*, vbi habet de membris, cum suas ipsorum functiones obire possunt verè talia dicuntur, vt oculus, si aspiciat, cum non possunt id pręstare, per communitatem nominis cum illis, ita dicuntur, vt mortui hominis oculis.

Instatur quarto. 8. *Met. tex. 15.* si homo per aliam formam esset homo, per aliam bipes, homo non esset vnus 15
sed hoc sequeretur in nostra sententia, si pes habet propriam formam; ergo. Respondeo Aristotel. argumentari contra Platonem, & per formam intelligit ideam, si enim alia esset idea pedis, ab idea hominis, non esset vnus, quia esset duplex forma totalis, non subordinata, sed hoc non sequitur in nostra sententia, vt patet *ex quæstione precedenti*.

Instatur quinto, *ex 1. de anima text. 9.* vbi negatur esse plures animas, quia non esset à quo vnirentur, sed hoc etiam procedit in nostra sententia de tot formis. Respondeo; ideo negari pluralitatem animarum, quia si essent plures distinctæ realiter, non essent subordinatæ, quia anima rationalis formaliter dicit vegetatiuā, sensitiuam, &c. vnum autem vegetatiuum non subordinatur alteri; ideo non possent in vna anima vniri: at formæ partiales sunt subordinatæ.

Instatur sexto, cum hæ formæ dispositiones sint ad animam debent recedere adueniente anima; ergo non dantur hæ formæ. Respondeo, tunc dispositiones ad formam desinere adueniente forma, quando non sunt subordinatæ; aut eas forma continet formaliter: at in casu nostro sunt formæ partium eterogenearum, subordinatæ ad animam, nec anima eas continet formaliter.

Instatur septimo, viuens completè, & perfectè subsistit ergo per vnicam formam. Respondeo negando consequentiam; sicut vna essentia specifica, potest esse à pluribus formis, si sint subordinatæ, ita vna subsistentia, est eadem omnino ratio.

Instatur octauo, in nutritione anima vertit alimentum in carnem; ergo potest dare esse carnem, ergo alia forma superflua. Respondeo aliud esse producere carnem effectiuè; aliud dare esse carnem formaliter.

Instatur nono, plus differunt potentia visiua, & adiutiua; quam caro, & os, sed vna anima potest illas potentias 15
constituere: ergo etiam dare esse, carnem, ossa, &c. Respondeo constituere illas potentias effectiuè operando per illas: ab eodem autem principio, esse possunt plures effectus etiam specie distincti: at esse carnem, ossa, &c. deberent dare formaliter, quod esse non potest ab aliqua forma, nisi sit formaliter talis; anima autem non est formaliter caro, os, &c.

Instatur decimo, forma substantialis dat esse simpliciter; ergo vna non supponit aliam; ergo non possunt esse plures simul. est argumentum, quod magni facit Caiet. *artic. 4. quæstio. 76.* vbi carpit hanc sententiam mordacibus verbis, vt assolet contra doctrinam Scoti. Respondeo cum Scoto, esse simpliciter dici ad distinctionem esse secundum quid, scilicet quod danr formæ accidentales: igitur quælibet forma substantialis dat esse simpliciter, quia non quod dant accidentia; ergo vna alias non supponit, negatur consequentia, quia hoc non impedit, quin vltima forma alias supponens det esse simpliciter: quando instat Caietan. ex Aristotel. *in Topic.* esse simpliciter, est, quod dicitur nullo addito. Respondeo, aliud non velle Philos. nisi nobis tradere differentiam esse accidentalis, quod etsi sit esse, est tamen cum addito, scilicet secundum quid, scilicet imperfectè: esse verò simpliciter absque hoc addito, scilicet perfectè, quare verò forma substantialis det esse simpliciter; & si vna alias supponit, non forma accidentalis, non facit pro solutione argumenti; satis n bis est, ex eò quòd quælibet forma substantialis, dat e e simpliciter non sequatur, vnam alias non posse sibi subordinare, quia id, quod intelligitur per ly *simpliciter*, habetur etiam per formam, quæ alias supponit.

Insta-

Instatur vndecimo, forma alias substantiales supponens adueniret enti completo; ergo daret esse secundum quid. Respondeo distinguendo anteced. adueniret enti completo simpliciter, negatur, quia cum sint formæ subordinatæ ad vlteriorem, subiectum nō est simpliciter completum; adueniret enti completo, in illa specie, v.s. carnis, ossis, &c concedo, quia verè in his speciebus materia est completa; ergo daret esse secundum quid, negatur consequentia, quia esse secundū quid est, cum forma adueniens, non pertinet ad essentiam: at cum formæ sint subordinatę, vltima forma constituit vnam essentiam cum omnibus illis.

An anima informet quidquid est in viuente.
Quæstio Septima.

159 NOtandum primo, partes corporis esse in triplici differentia; aliæ sunt solidæ, & principales, vt caro, ossa, nerui, &c. aliæ fluidæ, vt sanguis, lac, semen; aliæ excrementitie, quarum aliquæ pertinent ad integritatem, & ornatum corporis, vt capilli, vngues, &c. aliquę nequaquam, sed sunt merè excrementitiæ, vt lachrymæ, sudor, &c. de omnibus quærit quæst.

Notandum secundo, (quod maximè deseruiet in progressu qu.) aliquid posse augescere dupliciter. primo per iuxta positionem tantùm, cum v.s. vna pars additur alteri parti. Secundo per intus receptionem, cum scilicet quælibet pars augescit, & hoc secundo modo augescunt, quæ viuunt, vt docet Arist. te.. *tex.* 14. quia omnes partes proportionaliter alimentantur, vnde quod primo modo augetur partes ipsius non seruant eandem proportionem in toto, quam primo, benè quod augetur secundo modo. his notatis

Prima Conclusio. partes solidæ, & principales sunt informatæ ab anima. est communis Probatur primo, anima est actus corporis organici; ergo vera conclusio. cōseqnētia probatur. esse organicum inuoluit has partes solidas, & principales; ideo anima non informat, donec sit perfectè organizatum, scilicet habeat omnes has partes; ergo.

Probatur secundo, omnes istæ partes viuunt, vt experientia patet, dum augescunt per intus receptionem, & in aliqua ex illis, si offendamur, dolorem sentimus; ergo sunt animatæ

Verum quidem est, animam principaliter residere in corde, hepate, & cerebro; quia ab his trasmittuntur necessaria cęteris organis, vt suas functiones exequantur v. s. sanguis, spiritus, calor, &c. nec aliud voluit Arist. cum 7. *de motu animalium*, dixit esse ponendam animam, in quodam principio corporis; & hoc dixit cor.

160 Instatur primo, non in qualibet parte intelligimus; ergo non in omnibus est anima. Respondeo hoc esse, quia debitum organum non adest in qualibet parte; quod requiritur prętcr animam, ad operationes vitales; adest tamen anima

Instatur secundo, abscissa manu, adhuc remanet anima; ergo non est in omnibus partibus, quia ad corruptionem illius totius corrumperetur. respondeo animam, vt conseruetur, requirere debitam organizationem, quæ per vnius, vel alterius membri abscissionem non tollitur; ideò conseruatur: non conseruatur verò in membro abscisso, quia in illo tantum non est debita organizatio

Secunda Conclusio. partes fluidæ non sunt informatæ anima; nomine partium fluidarum intelligo 4. humores, scilicet sanguinem, choleram, melancholiam, flegma, quibus addo, lac, semen, & spiritus vitales: principalior difficultas est de sanguine; de cęteris enim fere omnes conueniunt, non esse animatos.

Probatur tamen conclusio primo vniuersaliter de omnibus, sanguis, flegma, & omnia quæ veniunt nomine partium fluidarum, non nutriuntur, ergo non sunt animata. probatur anteced. quia crescunt per iuxta positionem, consequentia probatur, quia anima principaliter intendit restaurare ex alimento, quæ consumuntur: quod per nutritionem fit; ergo omne quod viuit nutritur.

Confirmatur experientia, quæ docet, omnia, in quibus certò scimus esse animam, nutriri.

Probatur secundo de sanguine, quia ex Aristot. *lib.* 2. *de partibus animalium cap.* 3. sanguis est vltimum animalis alimentum, sed alimentum semper est aliud ab alito; ergo sanguis non habet animam

Probatur tertio, anima (non loquor de rationali) est cōtinua in suis partibus, secundū quas informat organa corporis, sed sanguis nō continuatur, sed fluit per omnes partes: immò ex epathe sanguinis fonte, transmittitur ad cętera organa successiuè, vt producitur; ergo non est animatus. Ad has rationes respondet Hurtadus *disp.* 1. *sect.* 6. qui contrarium asserit de omnibus, excepto lacte, & semine, sed non saluat difficultatem. 161

Probatur quarto, argum. Theologic. sanguis non venit formaliter in consecratione sub speciebus hostiæ; ergo non est pars integralis corporis. probatur consequentia. totum corpus venit formaliter ex vi verborum, vt definit Concil. Trid. *loco citato, quæst. pręcedenti.* hinc

Confirm. de lacte, semine, & spiritibus vitalibus, quòd non informetur anima, quia lac secūdum communiorem non differt essentialiter à sanguine, sed est magis concoctus, & fit ex sanguine mestruo desecato tamen, vt tradit Arist. Magnus Alber. D. Tho. & alij Semen verò est superfluum alimenti, quod fit ex sanguine exactissimè decocto, vt tradunt Arist. Gal. & alij apud Conimbricens. 1. *de generatione cap* 4. *quæst.* 25. potest tamen dici semen viuere potestate, quatenus tales includit dispositiones, vt corrupta propria forma in loco debito, ex eo educatur anima, & viuat. Spiritus autem vitales aliud non sunt, vt notant ijdem Conimbricens. & tradit Galen. 6. *de vsu partium*, quàm tenuissimæ particulæ sanguinis purissimi, seu exhalationes, qui & ipsi nec continuantur, nec nutriuntur

Instatur primo, sāguis est pars corporis; ad multas operationes deseruit; statim effuso moritur animal; ergo in eo est anima. Respondeo cum Durando *in* 4. *dist.* 44. *qu.* 1. sanguinem esse partem, non integralem, sed tantùm necessariam ad tuendam vitam: qua ratione effuso moritur animal, quia cum indigeat continuo alimēto, in defectu cibi, sanguine nutritur: at deficiente sanguine non habet vnde nutriatur, quia sanguis est alimentum proximum: quoad operationes non deseruit eliciendo illas, sed tantùm dispositiuè, sicut & spiritus vitales, quatenus proprio calore, &c. seruant debitum attemperamentum in organis, quibus vtitur anima in suis operationibus. 162

Instatur secundo, sanguis mouetur huc, & illuc; ergo animatus. respondeo moueri ab extrinseco per virtutem animæ attractiuam, & expulsiuam, quæ ad nutritionem, & diuersa ministeria eum mouet, quò opus est, non quidem vt instrumentum coniunctum, vt manum; sed sicut cibum trahit per os, & euomit aliquando, nec tamen illum animat.

Instatur tertio, ex Aristot. 3. *de partibus animalium cap.* 19. ait sanguinem palpitare, & moueri intra venas. Confir. ex Scriptura, 17. *Leuit.* vbi dicitur, anima omnis carnis esse in sanguine; ergo sanguis est animatus. Ad Arist. respondeo, aliud non velle, quàm sanguinem ebullire, & agitari ratione spirituum calidorum, qui *ex* ipso fiunt, & attrahuntur; qua de causa etiam animali recenter occiso sanguis palpitat. Ad confirm. ita loqui Sacram scrip. quia à sanguine vita pendet, modo supra explicato.

Instatur quarto, cum Hurtad. in consecratione calicis comitanter fit presens anima Christi; ergo quia vnitur cū sanguine: quæ enim concomitanter fiunt pręsentia, fiunt ratione connexionis, & vnionis, ex Tridentino citato; ergo sanguis est animatus. Respondeo, fieri pręsentem concomitanter, quia informat corpus, quod propter naturalem connexionem, quam habet cum sanguine, fit pręsens concomitanter sub illis speciebus.

Instatur quinto, Verbum diuinum assumpsit sanguinem; ergo est animatus, quia alioquin assumpsisset duas naturas integras: ergo posset de sanguine pędicari, sicut de homine, vt supra, *Deus est sanguis, sanguis est Deus.* Respondeo assumpsisse sanguinem, vt partem necessariam corporis ad conseruationem: negatur autem, quod possit dari mutua predicatio: quia ideò prædicatur Deus de homine, quia subsistit in natura humana, cuius pars est sanguis, & si anima non informetur: ideò cum assumptus sit tantùm, vt pars non sequitur, quòd debeat pędicari: sicut nec prædicatur de corpore, capite, &c. quia vt partes tantùm sunt assumptæ

Tertia Conclusio. partes excrementitiæ quocunque modo, non informantur anima (de sudore, & lachrymis certum est) de vnguibus, & pilis probatur primo, quia ex 163

communi Philos. & medicorum, sunt excrementa, quæ abijciuntur à natura; at natura nullam partem animatam reijcit, vtporè informatam tanquam necessariam partem corporis organici proprij subiecti.

Probatur secundo, quia non crescunt per intus positionem; sed per additionem nouarum partium: immò nec habent poros, aut humorem, quæ experimur in animatis, quæ nutriuntur; ergo non informantur anima, nec obstat, quòd nec vngues, nec pili non possunt in infinitum protendi; ideò enim accidit vt notant Conimbricens. *qu. 23. art. 1. §. nec officit.* non quia habeant determinatam magnitudinem, sicut viuentia, sed quia partes, quæ à radice adduntur, non possunt amplius extra pellere, propter magnam molem, ideò sistunt, & illa materia excrementitia alia via à natura abijcitur: hac de causa, vngues, & pili præcisi, & rasi citius nascuntur propter minorem resistentiam in propellendo.

Hæ rationes militant etiam in dentibus, qui nascuntur ex materia excremētitia, quæ superest in nutritione ossiū, quod ideò Aristot. 2. *de generatione animalium cap. 4.* eiusdem rationis eos fecit cum ossibus; nec obstat, quod videamur in illis dolere, quod est proprium animæ sensitiuę: quia dolemus in carne interposita, non in dentibus, qui plura vult de tota hac quæstio. videat Hurt. *loco citato,* Ruu. *lib. 2. tract. de modo, quo anima informat &c. quæst. 8. & 9.* & Conimbricens. *quæst. 23. 24. 25. 1. de generatione,* in quibus multa sunt ad curiositatem.

Quotuplex sit Anima. Quæstio Octaua.

164 ALiqui plura genera animarum, quàm tria posuerunt: aliqui pauciora, vt referunt Conimbric. *hic cap. 3. qu. 1.* & Ruuius *tract. de pluralitate formarum q. 1.* communis tamen sententia cum Aristot. & D. Thom. 1. *parte quæst. 18. art. 1.* tria tantùm asserit animarum genera, scilicet vegetatiuum, sensitiuum, & intellectuale, cum quo sit

Vnica conclusio. nec plura, nec pauciora dantur genera animarum, quam tria enumerata. Probatur: tres sunt, nec plures, nec pauciores modi operandi, quibus animata eleuantur supra inanimata: ergo vera Conclusio, probatur consequentia, quia, & si ex diuersis operationibus, non possit colligi diuersitas principiorum, quia ab eodem principio plures operationes esse possunt: tamen cum quælibet res vnum tantùm modum operandi sibi determinet, ex diuerso modo, quo eliciuntur operationes, diuersitas principiorum potest inferri. anteced. probatur, vel enim ab animatis fiunt operationes per qualitates sēsibiles materiales, sed medio organo corporeo; vel fiunt per qualitates minus sensibiles, scilicet intentionales, vtendo speciebus, & rerum simulacris, sed dependenter ab organo corporeo: vel operantur medijs qualitatibus intentionalibus, sed non materialibus, neque dependenter ab organo, quibus medijs operari non cōuenit rebus inanimatis: sed omnes operationes animatorum ad aliquem ex his modis reducuntur, vt patebit discurrenti, & hi modi verè sūt diuersi: ergo nec plures, nec pauciores, esse possunt: at secundum primum modum sumitur genus animæ vegetantis: iuxta secundum genus sensitiuæ, & tertio genus animæ rationalis: ergo triplex tantum genus animarum, scilicet vegetatiuum, sensibile, & intellectiuū, seu rationale.

D. Thom. Caiet. Alaman Conimbric. & alij *locis citatis* diuersitatem, in modo operandi animæ vegetantis ab inanimatis sumunt, ex eò, quod inanimata, etsi per qualitates materiales operentur, non tamen sunt principium intrinsecum operationum: sed hoc fundamento simpliciter prolato nos niti non possumus, qui diximus, aquam se ipsa se ipsam infrigidare: grauia, & leuia se ipsis moueri, immò aduertens etiam Caiet. quòd omnia naturalia sunt principium intrinsecū motus, quia *natura principium motus eius, in quo est* addit, naturalia esse tantùm principium intrinsecum, vt *quo*, animata verò, vt *quod* (in *hoc* non moror) satis sit innuisse per ly *principium intrinsecum*, precisè non rectè haberi distinctione animatorum ab inanimatis ex ipsomet Caiet. nos alia via, & tutiori incedimus.

165 Sed contra instatur primo, diuisio deberet assignari, vel in genera, vel in species: non est in genera, quia anima rationalis non est genus, neque in species, quia anima vegetatiua, & sensitiua plures habent species sub se: ergo mala diuisio. ad anteced. respondeo, cum anima vegetatiua sit subordinata sensitiuæ, & vtraq; rationali, non posse animā, vt sic diuidi in eas tāquam in genera, vel species, quæ enim, vt sic aliquod totum diuidunt, vnum opponitur alteri, nō subordinatur, vt patet de rationali, & irrationali, respectu animalis: diuiditur igitur anima, secundum diuersos modos essēdi subordinatos, quos separatim habere potest: secundum quos negatur cōsequentia, malam esse diuisionē: quia anima verè contrahi potest, vt separatim existat secundùm enumeratos gradus, non quidem secundùm quēlibet seorsim à cęteris; non enim potest esse gradus sentiendi, sine vegetatiuo, nec rationalis sine vtroq; quod ideo di[...] est, secundùm gradus subordinatos, sed esse potest separa[...]tim in vegetatiuo, sine sensitiuo, & in vtroq; sine rational[...]

Instatur secundo, quælibet anima vegetatiua in planti[s] & sensitiua in brutis, addit propriam perfectionem anim[æ] vegetatiuæ, & sensitiuæ vt sic; ergo tot erunt membra, in quæ anima diuidatur. probatur consequentia, qui[a] [...] anima rationalis constituit distinctum membrum in di[ui]sione, quia addit aliquam perfectionem, supra vegetatiua, & sensitiuam. Respondeo negando consequentiā, ad p[ro]bat. ideò animam rationalem constituere diuersum me[m]brum, quia diuersum modum operandi dicit; ex quo sum[i]tur diuersitas graduum essendi, quos separatim p[o]test a[ni]ma habere, iuxta quos, vt diximus, diuisa est anima, [...] ta membra: at omnes animæ vegetatiuæ ad inuicem, [...] sensitiuæ ad inuicem conueniunt in modo operand[i], [...] patebit discurrenti.

Instatur tertio, anima rationalis non distinguitur rea[li]ter, à sensitiua, & vegetatiua, nec à vegetatiua ipsa se[nsiti]ua; ergo mala diuisio. probatur consequentia, quia di[uisio] est in ea, quæ realiter distinguuntur. Dato, non co[ncesso] anteced. de quo infra, negatur consequentia, ad probat[ionem] [...]nisionem esse in ea, quæ distinguuntur: quia anima ve[ge]tatiua esse potest distincta à sensitiua in plantis, sensiti[ua à] rationali in brutis, & secundùm hos gradus, quos sep[ara]tim habere potest, anima diuiditur.

Quæres, an ratio animæ, quæ diuiditur, sit ratio vni[]ca. Respondet affirmatiuè cum D. Thom. 2. *contra G[ent.] cap. 61.* vbi hanc veritatem sustinet auctorit. Aristot. [con]tra Auerr. sequitur Ferr. *ibid.* & ratio est; quia anima, vt dicit esse formam informantem corpus organicum, [...] per ipsum acquirat viuere, sed omnis ani[m]a hoc p[...] nec vna, per proportionem ad aliam, vt patebit discurren[]ti; ergo. tota hæc quæst. magis patebit in progressu cum de singulis animabus.

Quot sint gradus viuentium. Quæstio Nona.

GRadus vitæ, seu viuentium, seu animatorum, (quæ [...] sonant) aliud non significant secundum Arist. *cap* [...]niti modos distinctos, quibus communicari possunt separatæ operationes vitales; seu vt alij, dicit diuersas ra[t]iones, quibus vita est participabilis ab animatis in ordine ad [o]perationes vitales, separatim tamen; quare tot esse debe[nt] gradus viuentium, quot modis in distinctis subie[c]tis experiri possumus, separata diuersa opera vitæ. Pro nos[tra] sententia, sit

Vnica Conclusio. si sumantur gradus viuentium, s[ensu] exposito, sunt plures quam 4. censetur contra Aristot. *loco citato* D. Thom. *ibidem,* Caiet. & Ferr. *eodem cap.* [Co]nimbricens *quæst. 2. art. 2.* Ruuium *de pluralit. animar[um] quæst. 1. num. 18.*

Probatur vnica ratione. pluribus modis, quàm 4. [vita] est participabilis sensu exposito, separatim; ergo vera [con]clusio. consequentia patet, quia vt diximus, ex hoc tan[tum] Arist. sumpsit diuersitatem graduum, vt patet *in text.* [...] *ex* essentiali principio vitæ: vt sic enim 3. tantum e[...] gradus, sicut etiam 3. tātùm animæ separatim reperiri p[ossunt], (in quo decepti sunt) vt notat Ruuius, qui 3. tan[tum] gradus, posuerunt, quia non loquuntur iuxta sensum A[rist.] anteced. probatur, animatorum, alia participant tan[tum] esse vegetatiuum; alia vegetatiuum, & sensitiuum, non [lo]co motiuum; (quod intellige de motu progressiuo) [...] pra hæc addunt loco motiuum; alia etiam intellectiuu[m] (ecce 4. gradus admissi ab Arist.) sed in[su]per anim[...] alia habent tantùm duos sensus; alia 4. alia q[uin]que [...] mo ex eodem Aristotel. *hic text.* 24. quædam pl[...] habent potentiam generatiuam; ergo duplex gra[dus] [ve]getandi, &c. ergo pluribus modis quam quatuor [...] participabilis, ergo vera conclusio.

Co

168 Confirmatur ex Ariſtotel.*tex.*17.ideò appetitiuum non conſtituit diuerſum genus viuentium,quia ſemper eſt cum ſenſitiuo; nec ſenſitiuum ſeparatum,vt ipſe probat, poteſt reperiri ab appetitiuo, ergo ſi ſeparatum eſſe poſſet,diuerſum gradum conſtitueret; ergo à paritate,cùm multæ aliæ potentiæ vitales ſeparatæ reperiantur, conſtituunt diuerſos gradus; conſequentia probatur, quia non magis participat rationem potentiæ vitalis, potentia appetitiua, quàm generatiua,viſiua, &c.

Sed contra inſtatur primo, gradus vitæ conſtituuntur per animam; ſed ſunt tantum tres animæ; ergo etiam tres gradus. Reſpondeo gradus vitæ in ſenſu expoſito, ſumi tantùm radicaliter ab anima, proximè à potentijs vitalibus, ſecundùm quas poteſt vita participari: at ab eadem anima poteſt inanimato participari vna potentia, non alia propter diuerſa impedimenta, &c.

Inſtatur ſecundo,omne ſenſitiuum,eſt etiam loco motiuum,aliquo pacto,ſaltem dilatationis,reſtrictionis,&c.ergo loco motiuum non conſtituit diuerſum gradum: ſi verum eſt anteced. concedo totum; neque per hoc infringitur noſtra concluſio,quia dantur alij modi diſtincti,quibus vita eſt participabilis ſupra quatuor, quibus fulciatur veritas noſtræ concluſionis.

An in quolibet viuente tot ſint animæ quot gradus eſſentiales vitæ. Quæſtio Decima.

169 GRadus eſſentiales vitæ intelligo vegetatiuum, ſenſitiuum,& rationale,ad differentiam eorum,dequibus quæſt. præcedenti,& eſt ſenſus quæſtio. an cum in viuente multiplicantur hi gradus, v. s. in Leone vegetatiuus, & ſenſitiuus; in homine vegetatiuus, ſenſitiuus, & rationalis, etiam multiplicentur animæ realiter diſtinctæ.

Prima ſententia,vbi plures ſunt gradus eſſentiales, multiplicat animas. ita Plato, Galen.Iand. Phylop. Ochamus, Mirand. & alij apud Conimbricenſ. 1. *de generatione quæſ.* 21. *art.* 1. & Ruuium, *tract. de modo,quo anima informat quæſt* . quos ſequitur ex recentioribus Zabar. *de facultatibus animæ cap.* 8. *&* 9. & *hic text.* 31. non tamen omnes hi auctores eodem modo loquuntur; nam aliqui tres animas ponunt in homine; aliqui duas tantùm ſenſitiuam,& rationalem

Secunda ſententia etiam cum pluralitate graduum eſſentialium vnicam ponit animam, quæ tamen illos contineat, eſt Ariſtotel. 1. *de anima text.*66.*&* 91. D.Thom. 1. *part. quæſt.*76.*art.*3.*&* 4. 2.*contra Gent.cap.* 58. Scoti *in* 2. *diſt.* 15.*queſt.vnica.* Caiet.Suarez,*diſp.*15.*ſect.*10.*num.* 18. Hurtad. *diſp.*1.*de anima ſect.*4. Conimbric. & Ruuij, *eiſdem locis*,& communis. cum quæ ſit.

Vnica concluſio. non ſunt plures animæ in vno viuente. Probatur primo *ex lib. de Cœleſtibus dogmatibus cap.* 15.*apud D.Thom.* 1. *parte loco citato*, vbi habetur, *neque duas eſſe animas in homine dicimus, vnam animalem, qua animetur corpus,& alteram ſpiritualem, quæ rationem miniſtret, ſed vnam,& eandem eſſe animam in homine, quæ, & corpus ſua ſocietate viuificat, & ſemetipſam ſua ratione diſponit.*

Probatur ſecundo, non fuerunt plures animæ in Chriſto; ergo neque in cæteris viuentibus.conſequentia patet, quia eodem modo in Chriſto fuerunt diuerſi gradus eſſentiales vitæ,ac in cæteris.Antecedens probatur,quia in morte anima vegetatiua, & ſenſitiua, vel remanſerunt in corpore,& hoc non,quia non fuiſſet Chriſtus verè mortuus, vel corruptæ,& hoc non, quia quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit (quod ſaltem verificatur de partibus principalibus naturæ humanæ, quales vtique eſſent hæ animæ) vel eas conſeruauit ſeparatas à corpore, & hoc eſt multiplicare miracula ſine neceſſitate, & ponere, nouam locutionem in Eccleſia, videlicet in morte Chriſti plures animas fuiſſe ſeparatas.

170 Probatur tertio,*ex Clement. vnica de ſumma Trinitate* vbi dicitur Verbum factum eſſe hominem,eò quòd aſſumpſit partes naturæ humanæ ſimul vnitas,ſcilicet corpus,& animam rationalem: neque alias animas dicit ſancta Synodus aſſumpſiſſe, quæ tamen partes eſſent neceſſariæ naturæ humanæ; ergo ſola anima rationalis eſt in homine.

Confirmatur, *ex illo Matth.* 10.nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: at ſi adeſſet diſtincta anima vegetatiua,& ſenſitiua, vtique poſſent occidi, quia materiales, vnde, vt verificaretur Verbum Domini,dicendum fuiſſet, animam autem rationalem,&c.

Confirmatur ſecundo,*ex illo Gen.*1.*inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ,& factus eſt in animam viuentem*, ergo anima rationalis, quæ à Deo inſpirata, dedit eſſe viuens, quod ideo in Hebreo legitur *ſpiraculum vitarum*, ad ſignandum, vt exponit Caiet. animam rationalem infuſam Adæ à Deo, tribuiſſe omnem gradum vitæ; ergo in homine vna tantùm anima. quare ex his omnibus auctoritatibus multi Doctorum ſententiam de pluralitate animarum tanquam erroneam, à ſcholis dicunt eijciendam; aliqui tanquam hæreticam; præcipuè quia *in* 8. *Synodo Generali,quæ eſt Conſtantinop.* 4. videtur generaliter damnati omnis pluralitas animarum, etſi ſpeciatim contra Manichæos,anathema feratur,qui duas animas ponebant in quolibet homine,vnam à bono Deo; aliam a Deo malo.

Probatur quarto, ratione. abſcedente anima rationali in homine, vel corrupta ſenſitiua in brutis, adhuc homo poſſet viuere,& brutum,ſi animæ eſſent diſtinctæ,ſed hoc eſt contra experientiam; ergo. probatur ſequela, anima vegetatiua requirit diſpoſitiones particulares,& imperfectiores,quàm anima ſenſitiua, & ſenſitiua, quàm rationalis; ergo abſcedente rationali poſſunt remanere diſpoſitiones ad ſenſitiuam, & corrupta ſenſitiua remanere diſpoſitiones ad vegetatiuam; ergo poſſunt etiam remanere ipſæ animæ vegetatiua,& ſenſitiua,ergo vera ſequela. 171

Probatur quinto, quo magis animal in vna operatione incumbit, eò magis ab alijs impeditur, vt dum intenſius homo vacat ſpeculationi,impeditur digeſtio: ergo eſt tantùm vnica anima, quæ omnes has exequitur functiones; alioquin nulla ratio, cur ſimul omnes perfectè non abſoluat.

Probatur ſexto, non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate, ſed hic nulla neceſſitas, vt patebit ex ſolutione argumentorum: ergo

Sed contra inſtatur primo,anima rationalis eſt ſpiritualis, ergo non poteſt continere gradus vegetandi, & ſentiendi,qui ſunt materiales. Confirmatur, quia anima rationalis eſt incorruptibilis, cæteræ corruptibiles, ſed corruptibile, & incorruptibile differunt genere, ergo non poſsunt in homine identificari,in vna anima. Ad argum. reſpondeo: animam vegetatiuam. & ſenſitiuam eſse materiales, reſpectu entitatis, in qua ſunt: formaliter autem abſtrahunt a materiali, & ſpirituali. Ad confirmationem negatur maior, quia anima ſenſitiua, & vegetatiua in homine ſunt incorruptibiles, neque vllum abſurdum, quia hæ animæ formaliter abſtrahunt a corruptibilitate, & incorruptibilitate,ſicut à materiali,& ſpirituali. vide Suarez *loco citato num.* 27.

Dices ergo animal non erit genus ad hominem,& bruta, quia anima, per quam bruta conſtituuntur in eſse animalis, eſt corruptibilis: per quam verò conſtituitur homo, incorruptibilis: ſed corruptibile, & incorruptibile differunt genere: ergo. Reſpondeo negando conſequentiam: ad probationem eſse animalis deſumi, à toto compoſito,& quia tam per animam ſenſitiuam corruptibilem: quam incorruptibilem, animal conſtituitur corruptibile: ideò eſt verum genus ad hominem,& ad bruta. 172

Inſtatur ſecundo, in eodem homine ſæpe fiunt operationes oppoſitæ, iuxta illud. *caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*,&c. ergo diuerſa principia, à quibus diuerſæ operationes emanent. Reſpondeo animam ſecundùm diuerſas potentias has operationes elicere, quod ſatis eſt. Addo, quòd multoties,non ſunt operationes contrariæ,quia, etſi in idem obiectum ferantur, non tamen ſecundùm eandem rationem: ſicut appetitus ſenſitiuus appetit aliquid, quia bonum ſenſibile: voluntas refugit, quia non conforme rationi, &c.

Inſtatur tertio, operationes debent recipi in anima: at operationes ſenſitiuæ, & vegetatiuæ materiales recipi nõ poſsunt in anima ſpirituali: ergo plures animæ. Reſpondeo ſatis eſse,ſi recipiantur in organo, ad actionem enim vitalem ſatis eſt, ſi recipiatur in eodem ſuppoſito, vbi eſt principium *quo* productiuum, licet ſecundùm diuerſam partem. Vide Hurt. *diſput.*3.§.16. *&* 7.

Inſtatur quarto, ex Ariſtotel. *lib.* 2. *de generatione animalium, cap.* 3. vbi habet, conceptum prius viuere vita

plantę, deinde sensitiua, postea fieri hominem; ergo plures animæ. Respondet D. Thom. quem sequuntur Conimbricens. Ruuius, & alij, hoc esse verum, sed adueniente anima sensitiua, corrumpi vegetatiuam, & adueniente rationali, ipsam sensitiuam. Respondeo cum Alberto Magno, & alij. Aristotel. intelligendum esse, quo ad operationes, quia anima prius operatur operationes vitæ vegetatiuæ; deinde sensitiuæ; postea intellectualis, quia successiuè dispositiones necessariæ ad has operationes introducuntur.

Quomodo eadem anima contineat plures gradus essentiales vitæ. Quæstio Vndecima.

173 TOta quæst. procedit de anima sensitiua in brutis, quomodo contineat gradum vegetatiui, & in homine de anima rationali, quomodo contineat gradus sensitiui, & vegetatiui, quod aliquo modo contineantur nullum dubium, supposita vnitate animæ, quia bruta verè vegetant, & homo verè vegetat, & sentit. pro resolutione.

Notandum, aliquid dupliciter dici posse contineri in alio. Primò eminenter. Secundo formaliter: eminenter dicitur aliquid contineri, cum ab aliquo diuersæ naturæ potest produci; vel saltem eius operationes elici; sic lux continet calorem: formaliter verò, cum ab aliquo eiusdem rationis potest produci, vel eius operationes effici, sic vnus calor alium continet: hoc notato:

Vnica Conclusio. vbi sunt plures gradus essentiales vitæ, in vna anima, omnes sunt formaliter: censetur contra D. Thom. 1 *parte quæstio. 76. artic. 4. in corpore*, & aliquot Thomist. est tamen cum communi apud Suarez, *disp. 15. sect. 8. num. 27.* Ruuium, *Tract. de pluralitate animarum, quæst. 2.* Hurtad. *disput. 1. de anima sect. 4. §. 28.* Probatur primo, bruta sunt formaliter viuentia. item homo est formaliter animal; ergo vera conclusio. Consequentia Probatur, quia bruta, & homo sunt formaliter talia, vt *quod*; ergo per aliquid, quod sit formaliter tale, vt *quo*, sed hoc nō potest esse, nisi ipsa anima, ergo. Antecedens probatur, viuens dicitur vniuocè de plantis, de brutis, & hominibus; sicut & animal de brutis, & hominibus: sed de plantis viuens, & de brutis animal dicuntur formaliter, ergo etiam in homine animal dicetur formaliter, & viuens de brutis, & homine, ergo.

Probatur secundo, anima vegetatiua respectu sensitiuę, & vtraque respectu rationalis se habent tanquam gradus superior respectu inferioris; ergo continentur formaliter. consequentia probatur, quia ex gradu superiori, & inferiori metaphysicè componitur vna essentia; ergo vterque concurrit cum sua formalitate. patet ex animali, & rationali respectu hominis. antecedens probatur, ita se habet anima vegetatiua ad sensitiuam, & vtraq; ad rationalem; sicut viuens ad sensitiuum, & vtrumque ad rationale, quia viuens est tale per animam vegetatiuam, & sensitiuum per sensitiuam, sed viuens respectu sensitiui, & vtrumque respectu rationalis sunt gradus superiores in recta linea prędicamentali; ergo

Confirmatur, omnia quæ sunt in plantis quo ad vegetare, eodem gradu, & perfectiori experimur in brutis, & quæ in brutis quoad sentire, experimur in homine, sed in plantis gradus vegetandi, & in brutis gradus sentiendi, sunt formaliter: ergo.

174 Sed contra instatur primo ex Aristotel. 2. *de anima tex.* 31. gradus animæ inferior continet superiorem, sicut triangulum quadrangulus, sed non continetur triangulus formaliter, sed potentia, vt ipsemet testatur; ergo. Respondeo igitur Aristotel. tantùm, velle gradus viuendi superiores contineri in inferioribus, sicut accidit in figuris; non stat autem similitudo in omnibus, quod sicut tantùm materialiter triangulus est in quadrangulo; ita, & animæ, & quando dixit contineri potentia, vel virtute, respondeo cum Ruuio *num. 41.* duplicem esse modum continendi aliquid formaliter, Primò formaliter tantùm, cum vnum est eiusdem omnino rationis, & ordinis cum alio, vt calor, qui alium calorem producit. Secundo formaliter, & eminenter simul, cum vnum, est eiusdem rationis, & vniuocationis cum alio, sed modo quodam eminentiori, & altioris ordinis; quia igitur gradus vegetandi ab animali, & vegetandi, & sentiendi ab homine, & si formaliter contineātur, tamen in modo perfectiori continentur, ideò dixit Aristotel. contineri potentia, vel virtute, scilicet eminenter, & formaliter simul.

Instatur secundo, differentia inferior non continet formaliter superiorem; ergo neque gradus superior formaliter continetur in inferiori. negatur consequentia, quia anima est forma physica; at differentię sunt conceptus inadæquati, sumpti ex eadem anima, quæ includit diuersos gradus essendi; prout autem dicit vnum gradum, non dicit alium formaliter, licet sit simul omnes formaliter: ideò gradus inferior dicit superiorem, non sic differentia.

Instatur tertio, anima sensitiua differt specie à vegetatiua, & vtraque à rationali; ergo non potest, nec vegetatiua in sensitiua; nec vtraque includi in rationali. consequentia probatur, quia quæ differunt specie, non communicāt ad inuicem. Respondeo, vel est sermo de anima vegetatiua in plantis respectu brutorum, & de sensitiua brutorum respectu rationalis, vel de vegetatiua, & sensitiua vt sic; primo modo, verum est totum argumentum, quia tam plātè, quam bruta sunt in specie atoma, vlterius non communicabili. si secundo modo respondeo, differre tantùm vt superius ab inferiori, quia vegetatiuum, est contrahibile per sensitiuum brutorum, & vtrumque per rationale in homine. Vide etiam Auersam *quæst. 46. sect. 4. §. postremo* Ex quo.

Deducitur non esse assignandam aliquam differentiam in genere vegetatiui, neque in genere sensitiui, quæ contrahat vegetatiuum ad sensibile, & sensibile ad rationale quia quælibet differentia intra genus vegetatiui, & sensitiui non potest nisi vegetatiuum, & sensitiuum construere: non fit igitur gradus vegetatiuus proprius brutorum per aliam differentiam, quam per sensitiuum; nec sensitiuus fit proprius hominis, nisi per rationale contrahendum, sicut sensitiuum contrahit vegetatiuum.

Instatur quarto, ergo anima vegetatiua plantarum, sensitiua brutorum non conuenient in genere, cum vegetatiua, & sensitiua hominis: probatur consequentia *ex* [illegible] *Metaph. cap. 13.* quia corruptibile, & incorruptibile differunt genere; sed anima rationalis est incorruptibilis, cęteræ corruptibiles; ergo. Respondeo cum Fonseca *eodem loco Met. §. quoniam verò contraria.* Aristotel. loqui de genere non logico; sed physico, seu de materia, quia corruptibile, & incorruptibile diuersam habent materiam, sed hoc non est contra nos: nobis satis est, quòd conueniant genere logico.

Instatur quinto, gradus inferiorēs in anima subordinantur superioribus, sicut formæ partiales eidem animæ, sed istæ non continentur formaliter in anima; ergo neque gradus. negatur antecedens, quia illæ formæ subordinantur animæ tanquam ex parte subiecti, quod debet esse organicum per has formas: at gradus animæ superioris sunt subordinati tanquam rationes contrahibiles, in eadem anima: quare concessa minori, negatur consequentia, quia subordinatio illarum formarum, non importat continentiam, nec formalem, nec virtualem.

Quot sint genera potentiarum in communi. Quæstio Duodecima.

QVinque genera potentiarum animæ, vt sic, ex Aristo. *cap. 3.* admittunt omnes cum D. Thom. 1. *parte quæst. 78. art. 1.* scilicet vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, loco motiuum, & intellectiuum. pro quorum intelligentia.

Notandum distinctionem potentiarum in communi sumendam esse ex diuersitate tendendi in obiecta intra tres gradus operandi, ex quibus diximus, desumi distinctionem animarum; potentiæ enim supponunt animam; cum igitur ex modo operandi omni modo diuerso supra inanimata deductus sit numerus animarum, quia ex modo operandi, colligitur modus essendi, nunc ex diuersitate in communi operandi, intra illos modos sumitur distinctio potentiarum.

Vnica conclusio, quinque sunt genera potētiarum, quæ videlicet enumerata sunt in principio quæst. Probatur, vel anima operatur per modum naturæ sine vlla cognitione, & sumitur potentia vegetatiua; vel vnitur obiecto ex[illegible] seco secundùm esse sensibile per species, &c. & sum[illegible] potentia sensitiua, vel vnitur secundùm esse quiddi[illegible]uum, & sumitur intellectiua, vel fertur per modum inc[illegible]nationis, & prosequutionis, in obiectum, & sumitur appetitiua,

tiua, vel fertur tanquam in loco, & sumitur potentia loco motiua.

Obijcies primo, duplex est potentia cognoscitiua, intellectualis, & sensitiua; ergo etiam duplex appetitus. Respondeo negando consequentiam, quia vterque appetitus tendit in obiectum eodem modo per modum inclinationis ad finem; at intellectus, & sensus valdè differunt, vt diximus, intendendo.

Obijcies secundo, ex Aristotel. 3. *de anima tex.* 48. principium mouens in animalibus est intellectus, aut appetitus, aut sensus; ergo potentia loco motiua, non est potentia distincta. respondeo cum D. Thoma, *loco citato ad* 4. sensum, appetitum, & intellectum, esse ad summum principium imperans motum, prçter quod danda est vis elicitiua motus, & hæc constituit distinctum genus potentiç.

Quomodo distinguantur potentiæ ab anima, & inter se.
Quæstio Tertiadecima.

177 PRo perfectâ quæst. intelligentia notandum potentias animæ posse dupliciter considerari. Primo prçcisè secundum id, quod se tenet ex parte tantùm ipsius animæ, scilicet secundum efficaciam vitalem ad operandum. Secundo possunt considerari prout inuoluunt ad sua opera elicienda, organa determinata, talia obiecta, &c. & vtroq; modo, potest procedere quæst. principaliter autem procedit primo modo, in quo sensu.

Prima sententia, concedit in anima potentias, realiter distinctas, quæ sint accidentia superaddita, ita D. Thomas 1. *parte quæstio.* 77. *art.* 1. & *quæst. vnica de anima, art.* 12. & *alibi*. Caiet. *loco citato parte* 1. Capreol. *in* 1. *dist.* 3. *art.* 2. & Thomistæ communiter Zabar. *de facultatibus animæ cap.* 3. & 4. & alij, quos sequuntur Suarez *in Met. disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 13. Conimbricens. *cap.* 3. *hic quæst.* 4. Ruuius *tract. de potentia animæ in generali quæst.* 1.

Secunda sententia negat potentias in anima realiter distinctas ita Gregor. *in* 2. *dist.* 3. *quæst.* 24. *art.* 3. Gabr. *quæst. vnica, art.* 1. *conclusione* 2. Ocham. *quæst.* 24. & cęteri Nominales, quibus addendus est Scotus *in* 2. *dist.* 16. *quæstio. vnica* cum tota sua schola, quæ eti si ponat potentias distinctas ex natura rei ab anima; attamen in doctrina Scoti, huius modi distinctio est minor distinctione reali rigorosa, & etiam modali; atque adeò non est vera distinctio realis, sunt & alij pro hac sententia, ex recentioribus eam sequuntur Hurtad. *disp.* 4. *de anima, sect.* 4. cum qua sit.

Prima Conclusio. potentię animę prçcisè sumptę (quo sensu intelligentur etiam quinque concl. sequentes) non distinguuntur realiter ab anima. Probatur primo si distinguerentur, non darentur actiones vitales; hoc est absurdum; ergo. probatur sequela: actio vitalis dicitur talis, quia fit à vita, si potentiæ distinguerentur realiter ab anima, non essent vitæ; ergo.

Dices primo: potentiæ, etsi distinctæ sunt tamen aliquid animæ, quæ est vita; ergo hoc sufficit, vt actiones ab ipsis possint dici vitales. sed contra, quia ens dicitur vitale, per ordinem ad vitam; ergo ętsi potentiæ, sint aliquid vitæ, non poterunt dare esse vitale, quia alioquin vitale, non diceretur per ordinem ad vitam.

178 Dices secundo, ens vitale dici per ordinem ad vitam proximè, vel remotè, & operationes essent à vita remotè; quia anima est principium proximum potentiarum: sed contra. quidquid conuenit alicui, ex vi productionis, conuenit per ordinem ad principium proprium productiuũ; quia principium productiuum debet esse tale, vt possit producere rem statu ei debito; sed actionibus vitalibus competit esse vitales ex vi productionis, quia vitali modo petunt produci; ergo per ordinem ad proprium principium productiuum; sed hoc non esset vita, nisi remotè; ergo verè non essent dicendæ vitales.

Probatur secundo, preciso quocunque distincto ab anima intellectiua, adhuc est formaliter intellectiua; ergo potentiæ non distinguuntur realiter. consequentia probatur, quia est formaliter intellectiua per intellectum. Antecedẽs probatur, quia anima intellectiua est formaliter talis.

Respondet Ruuius *loco citato, quæst.* 2. *num.* 29. separato intellectu, animam fore intellectiuam radicaliter, quia principium intellectus.

Sed contra primo, quia gradus viuendi sunt formaliter tales; ergo non satis animam intellectiuam remanere radicaliter intellectiuam, quæ constituitur per gradum vitę intellectualis.

Contra secundo, quia si anima intellectiua non est formaliter intellectiua. sed tantùm radicaliter, alia formalitas est ei assignanda: aliquid enim est formaliter, sed non superest, quæ formalitas ei conueniat.

Probatur tertio. Si potentiæ distinguuntur realiter, ergo anima, verè non dicetur intelligere; ergo, vt infert Scotus, anima non dicetur propriè beata; hæc omnia sunt absurda: immò consequentia hæretica; ergo. consequentia probatur, quia ideò est beata, quia Deus intellectum videt, seu intelligit. Sequela etiam probatur, quia intellectus propriè dicetur intelligere, & anima tantùm denominatiuè; sicut & ignis tantùm denominatiuè dicitur calefacere, quia calefacit per calorem distinctum, &c. ergo dicendum potentias non distingui realiter.

Probatur quarto, ex Scoto *loco citato* §. *dico igitur*, illud concedere debemus in natura, quod melius est, ex Aristotele 2. *de generatione tex.* 59. sed paucitas, si sit possibilis, melior est; ideò in Deo omnium perfectissimo, vna simplicissima est entitas; sed possibile est vnam, & eamdem animam sine distinctione potentiarum omnia prçstare, vt patebit ex argum. solutione: ergo non sunt ponendæ potentiæ distinctæ. sunt & aliæ rationes pro hac conclusione apud ipsum Scotum *eodem loco*.

Secunda Conclusio. potentiæ non distinguuntur mo- 179
daliter ab anima. est contra aliquos ex auctoribus primæ sententiæ: Probatur vnica ratione. modus habet tantùm modificare: ideò totum suum esse est ad rem modificatam: potentia verò dicit principium reale productiuum: ergo potentiæ esse non possunt puri modi.

Confirmatur, si discurramus per omnes modos, nullus est productiuus veri effectus, à se distincti: ergo potentiæ esse non possunt modi. Pro hac conclusione faciunt etiam aliquæ rationes allatæ pro conclusione prçcedenti.

Tertia conclusio. potentiæ sunt de essentia animæ. huius sententiæ meminit Scotus *loco citato*, quam sequuntur Gregor. *in* 2. *dist.* 16. *quæst.* 3. Ocham. *quæst.* 24. Marsil. *in* 1. *quæst.* 7. Marcellus *in suo lib. de anima, cap.* 75. & omnes Nominales apud Conimbricens. *quæst. quæ supra*, quibus consentit, & Pasqualigus.

Probatur primo: gradus vitæ sunt de essentia animæ: ergo & potentiæ. consequentia probatur, quia potentiæ sunt constitutiuæ graduum: gradus enim intellectualis per intellectum formaliter constituitur: quia formaliter est intellectiuus: anteced. etiam probatur, quia gradus sunt inuicem subordinati tanquam prædicata contrahentia, vel contrahibilia.

Probatur secundo, anima est essentialiter principium operatiuum: ergo potentię sunt ei essentiales. consequentia probatur, quia per potẽtias est huiusmodi principium. antecedens etiam probatur, anima est essentialiter vita: sed vita est essentialiter principium operatiuum, quia ab operibus vitæ pendet vita: ergo principium operatiuum est essentiale animæ.

Confirmatur, natura cuiuslibet rei dat intrinsecè ea, quibus possit sibi parare, vnde conseruetur; sed sine operibus vitalibus, non potest vita conseruari; ergo principium harum operationum est essentiale vitæ: ergo, & animæ.

Probatur tertio, esse intellectuale est differentia essen- 180
tialis hominis: ergo intellectus est differentia essentialis animæ rationalis: ergo intellectus est essentialis: ergo & cęteræ potentiæ. vltima consequentia patet, quia non est maior ratio, de vna, quam de alia. prima probatur, quia sicut se habet concretum, ad concretum, ita abstractum, ad abstractum, ergo si respectu animati rationalis, differentia est intellectuale, respectu animæ rationalis erit intellectus. Secunda consequentia probatur, quia differentia est essentialis.

Respondent Conimbricens. *art.* 3. §. *ad secundam* rationale esse gradum metaph. qui sumitur à forma, & à materia, seu à tota entitate. sed contra: quia rationale, seu intellectuale, vel sumitur à materia, & forma, scilicet anima, vt dicit intellectum, ita vt si non diceret intellectum, neque posset sumi hic gradus; & si sic: ergo intellectus est essentialis: si verò ab anima, vt distincta ab intellectu; ergo sine intellectu in anima, habetur esse intellectuale, quod est falsum.

Re-

Respondet Ruu. *num. 29. citato* rationale, quod est differentia hominis, esse idem ac intellectuale radicaliter: sed hoc non est intellectus. sed contra; quia rationale, quod est differentia, dicit esse discursiuum, sed hoc habetur per intellectum formaliter; ergo rationale identificatur cum intellectuali formaliter; ergo inuoluit essentialiter intellectum.

181 Quarta Conclusio. potentiæ distinguuntur ab anima, in qua sunt, formaliter inadæquatè. probatur, & explicatur conclusio. anima v. s. rationalis includit diuersas formalitates, nempe gradum formæ, vegetatiui, sensitiui, &c. qui non distinguuntur in eadem anima, nisi formaliter, seu ratione ratiocinata, non realiter; comparata igitur anima ad vnam tantùm ex his formalitatibus, se habet tanquam includens ad partem inclusam; ergo distinguitur à qualibet ipsarum inadæquatè; quia omne inclusum distinguitur inadæquatè ab includente; sed non sunt partes physicæ realiter distinctæ; sed tantùm Metaphis. distinctæ ratione, seu formaliter; ergo distinguitur inadæquatè, sed formaliter; sed potentiæ sunt identificatæ cum gradibus; ergo eadem distinctione distinguuntur: ergo vera Conclusio.

Confirmatur, quia eodem modo se habet totum metaphys. ad suas partes ac physicum ad suas, sed phys. à qualibet parte inadæquatè distinguitur, sed realiter, quia partes realiter sunt distinctæ; ergo etiam metaph. inadæquatè distinguetur à qualibet ex proprijs partibus, sed partes Metaph. non sunt distinctæ, nisi formaliter, ergo distinguetur inadæquatè formaliter: at potentiæ sunt partes essentiales animæ; ergo distinguentur inadæquatè formaliter ab anima.

Quinta Conclusio. potentiæ diuersorum graduum distinguuntur ad inuicem ratione ratiocinata, est Aristotel. *tex. 22.* Probatur, quia sunt essentiales proprijs gradibus, sed gradus distinguuntur inter se ratione ratiocinata, ergo & potentiæ.

182 Sexta Conclusio, potentiæ cuiuslibet gradus ad inuicem comparatæ, nullo pacto distinguuntur; atque adeò potentia visiua, auditiua, &c. si considerentur secundùm virtutem vitalem operandi non distinguuntur vllo pacto inter se, & sic de cæteris.

Probatur primo, gradus sensitiuus, secundùm suum esse physicum, est sensitiuus, ergo includit potentiam sensitiuam, quia per ipsam est sensitiuus, sed non potest includere potentiam, vt sic sensitiuam, quia non datur à parte rei, neque magis vnam, quam aliam, neque plures distinctas: quia constituitur per vnicam formalitatem, ergo omnes potentiæ sensitiuæ sunt idem formaliter.

Probatur secundo, quia potentię non comparantur tanquam superius, & inferius: ergo non distinguuntur. Probatur antecedens, quia nec potentia auditiua, contrahitur per visiuam, neque è contra, & sic de cęteris. Consequentia probatur, quia quæ sunt de essentia, & distinguuntur, comparantur tanquam contrahentia, & contrahibilia in illa essentia, vt patebit discurrenti per omnia prędicata essentialia distincta, in aliqua essentia.

Probatur tertio, intellecta formalitate, quæ importatur per esse potentiam vitalem sensitiuam, scilicet, quæ modo sensitiuo feratur in obiectum, & determinatione talis obiecti, & talis organi, habetur sufficiens potentia ad talem actum circa tale obiectum: ergo potentiæ non petunt distingui formaliter, secundùm id præcisè, quod se tenet ex parte animæ.

Confirmatur, quia omnis distinctio rationis, seu formalis, quæ potest excogitari, inter potentias semper inuoluit modificationem obiecti, organici, &c. ergo si pręcisè sumantur, non distinguuntur.

183 Septima Conclusio. potentiæ sumptæ secundo modo, & non pręcisè, distinguuntur semper ad minus formaliter, & ab anima, & inter se. probatur, quia quælibet potentia diuersomodo modificatur ab obiecto; ita intellectus sumitur, vt tendit circa verum: volūtas circa bonum: & sic de cæteris. item anima v. s. rationalis sumitur, vt dicit esse intellectiuum pręcisè, non considerando, an vt principium operatiuum, rationaliter circa verum, vel circa bonum: patet autem tali pacto, & potentias ad inuicem, & easdem ab anima ratione distingui (dixi ad minus formaliter, quia aliquando distinguuntur etiam realiter, vt in potentijs, quæ distincta organa includunt v. s. auditiua, visiua, &c. si non adęquatè, quia inuoluit & animam, quæ est eadem in omnibus, saltem inadæquatè). modo remanent soluenda argumenta primæ sententiæ contra primam nostram conclusionem.

Arguitur igitur primo: potentiæ sunt in eodem genere cum proprio actu: ergo sunt accidens, sicut actus ipsarum; ergo distinguuntur realiter. Secunda consequentia probatur, quia substantia, & accidens non possunt identificari. negatur antecedens vniuersaliter: tùm de potentia actiua: tùm de passiua cum Scoto §. *rationes istæ*: immò etiam per aduersarios anima est immediatum principium potentiarum, quæ sunt accidentia, consequenter non est in eodem genere cum potentijs.

Sed respondet Caiet. *quæst. citata 1. parte* §. *ad euidentiam*, antecedens verificari de omni potentia, cum actu, ad quem essentialiter ordinatur, huiusmodi sunt potentię in ordine ad proprios actus: at anima, non sic se habet respectu propriarum potentiarum, ad quas, essentialiter non ordinatur, ideo argum. adhuc est in robore.

Sed contra primo, quia doctrina Caiet. ad summum verificatur de potentia passiua, quia cum fiat vnum per se ex ipsa, & actu, ad quem essentialiter ordinatur, ille actus debet esse in eodem genere: alioquin non fieret vnum per se: ex rebus enim diuersorum prędicamentorum non fit vnum per se, vt docuimus, cum Aristotelem *in Phys.* Contra secundo, quia effectus, vt talis solum dicit non fieri ab efficiente imperfectiori, tanquam à causa principali, non igitur requiritur, vt potentia actiua, & actus eius sint in eodem genere.

Arguitur secundo, ex Ruuio potentiæ specificantur ab actibus, sed actus sunt accidentia, ergo, & potentiæ. Confirmatur, quia potentiæ sunt in secunda specie qualitatis ergo accidentia. Respondeo: potentias specificari quò ad esse formale potentiæ, non quò ad entitatem, scilicet, quia si actus est intellectio, potentia dicetur vis intellectiua, non volitiua, auditiua, &c. ad confirm. respondeo potentias esse in secunda specie qualitatis, quia scilicet considerantur vt determinatæ ab obiectis, organis, &c. ad modum qualitatis, & accidentis: nec est absurdum aliquod substantiale secundùm aliquam formalitatem concipi, vt accidens (vt dicunt) Metaphysicum, seu prędicabile, licet non prędicamentale. Horum duorum argum. inefficaciam confessus est etiam Auersa vnus de contrarijs, *quæst. 4. sect. 1.*

Arguitur tertio, multa conueniunt potentijs, quæ non possunt verificari, nisi ab anima, & inter se distinguantur; ergo. antecedens patet: quia dicitur intellectus intelligit, non voluntas. Confirmatur, quia habitus potentiarum distinguuntur realiter; ergo & potentiæ. ad argumentum respondeo, multa dici de potentijs, vt modificatis ab obiectis, & organis, & quia tali pacto distinguuntur; ideò quæ dicuntur de vna, multoties dici non possunt de alia, quare concesso anteced. concedo, & probationem; ideò enim non potest dici intellectus vult, quia tunc sumitur intellectus, vt determinatus circa verum: vt sic autem non vult. ad confirmationem respondeo, habitus produci à diuersis actibus circa diuersa obiecta: non subordinata, per quos potentiæ ad illa obiecta determinantur: ideò sunt distincti.

Arguitur quarto, idem principium afficeretur cognitionibus contrarijs, vt cum sol videtur bipedalis, & intellectus iudicat maiorem. respondeo. hoc prouenire ex diuersa determinatione obiecti, vel organi, quia anima de se est principium indifferens; prout autem determinatur, ita operatur, nec est alligata vni tantùm operationi, sed diuerso modo potest operari, si diuerso modo applicetur.

Arguitur quinto, inanimata operantur per potentias distinctas: ergo & animata. negatur consequentia, quia animata agunt vitaliter, at actio vitalis requirit esse à vita immediatè, vt supra probauimus.

Arguitur sexto, ex Aristotele *tex. 11.* vbi docet, intellectum non esse actum corporis: ergo per Aristotel. distin- 184
guitur realiter intellectus ab anima: probatur consequentia, quia alioquin esset actus, sicut est anima. respondeo, responsione, quam dedi *quæst. 3. ad 7.*

Arguitur septimo contra tertiam conclusionem, posse supponit esse, ergo potentiæ non possunt esse de esse[illegible]. Respondeo posse supponere negatiuè esse, scilicet non posse intelligi posse, ni intelligatur esse, &c. non autem supponitur

nitur tanquam quid diſtinctum: quia aliquod ens poteſt eſſe eſſentialiter operatiuum.

Arguitur octauo, contra ſextam concluſionem, ſi potentiæ cuiuſcunque gradus, non diſtinguerentur ad inuicem; non eſſent niſi tria genera potentiarum, ſicut ſunt tantùm tres gradus eſſentiales vitæ. Reſpondeo, non eſſent niſi tria potentiarum genera; ſi potentiæ ſumantur precisè, concedo; ſi ſumantur, vt modificatæ, nego: quia tali pacto diſtinguuntur, & conſtituunt quinque genera ſupra aſſignata cum Ariſtotele, hanc reſponſionem impugnat Zabarella *cap. 3. citato*, ſed non expugnat.

Vnde potentiæ ſumant ſpeciem. Quæſtio Decimaquarta.

186 NOtandum primo, diſtinctionem ſpecificam potentiarum quæri intra quinque genera aſſignata: quare ſicut diſtinctio generica proceſſit de potentijs modificatis, determinatis, &c. ita etiam ſpecifica quæritur de potentijs determinatis per organa, per obiecta v. s. potentia, vt tendit ad intelligibile, non ad volibile, vt ad ſonum, non ad colorem. hoc notato.

Prima Concluſio. potentiæ ſpecificantur ex actibus, & obiectis formaliter ſumptis eſt Ariſtotel. *tex. 33.* D. Thom. *quæſt. 77. 1. parte art. 3.* Caiet. *ibidem*, Fer. & aliorum, quos ſequuntur Conimbricenſ. *cap. 3. quæſt. 5.* & Ruuius *tract. citato quæſt. 8.*

Probatur prima pars, quod ab actibus & obiectis ſumẽda ſit vnitas ſpecifica, quia potentia dicitur in ordine ad actus, circa obiecta, & inuoluit tranſcendentalem ordinem ad illa: ergo ab illis ſumenda vnitas; Probatur conſequentia: quia ordo tranſcendentalis eſt differentia eorum, quæ tali ordine referuntur: ſed talis ordo ſpecificatur extrinſecè à proprio termino: ergo potentiæ ſpecificantur per actus, & obiecta.

Secunda verò pars, quod ſpecificentur ab his formaliter. probatur, quia eadem potentia poteſt verſari circa plura obiecta ſpecie diſtincta, vt circa album, & nigrum viſus: inſuper plures potentiæ poſſunt reſpicere idem numero obiectum, v. s. idem color poteſt, & à viſu cognoſci, & ab intellectu, ergo danda aliqua ratio formalis in actibus, & obiectis, à qua ſumatur vnitas potentiarum: conſequentia probatur, quia alioquin tot eſſent potẽtiæ, quot obiecta diſtincta ſpecificè: neque idem obiectum ſpecie poſſet à pluribus potentijs ſpecie attingi, quod nemo dicit.

Secunda Concluſio. ratio formalis qua ab obiectis ſpecificantur potentiæ, eſt ratio motiua, ſub qua obiectum mouet, vel immutat potentiam. probatur primo, quia potentia tendit ad obiecta, quatenus ei proportionata ſunt; ſed ſunt proportionata: quia tali pacto poteſt ab illis immutari, & moueri, vt poſſit operari: ergo ratio formalis, à qua ſumitur vnitas ſpecifica, eſt ratio ſub qua immutatur.

187 Probatur ſecundo, id debet dare vnitatem ſpecificam, quod poteſt illam diſtinguere à quacunque alia: ſed hoc eſt tantùm ratio immutandi: ergo. minorem probo, quia id tantùm poteſt illam adæquatè diſtinguere, quod oritur ex intrinſeca eius natura, quia alia eſt natura vnius, ac alterius, ſed hoc eſt ratio immutandi, quæ ideò talis eſt, quia talis exigitur à natura potentiæ, ergo ex his

Deducitur primo, omnes illas potentias ſpecie conuenire, quæ eodem modo immutantur à ſuis obiectis, & ſi obiecta ſecundùm propriam naturam conſiderata ſpecie, vel etiam genere differant: ideò potentia viſiua hominis, & leonis vt potentiæ, ſpecie non differunt: differunt verò intellectus diuinus: Angelicus, & humanus etiam vt potentiæ intellectiuæ, quia modo diuerſo immutantur.

Deducitur ſecundo, ratio, quare actus opinionis, ſcientiæ, &c. & ſi differant ſpecie, pertineant ad eandem potentiam ſpecie, ſcilicet intellectum, quia videlicet non ſpecificant ſecundum ſuas rationes formales, quibus differunt eſſentialiter; ſicut, nec viſio albi, & nigri; nec intelligibilitas lapidis, & Leonis, quæ ſpeciè differunt, tali modo, ſpecificant proprias potentias; ſed quatenus eodem modo in ipſis potentia immutatur.

Deducitur tertio, rationem formalem aſſignatam, qua potentiæ ſpecificãtur, dare vnitatem ſpecificam atomam; quia ſcilicet illa ratio formalis, ſub tali formalitate non perfectius participatur ab vno obiecto, quàm ab alio, & ſi obiecta, & actus ſpecie inter ſe differant.

Inſtatur primo, potentia v. s. viſiua hominis, & Leonis 188
ſunt idem ſpecie; ergo diſtinguuntur ab anima realiter. probatur conſequentia, quia quæ genere differunt, non poſſunt conuenire ſpecie. Reſpondeo negando hanc conſequentiam, ad probationem potentiam viſiuam hominis, & leonis non differre genere, vt potentiæ ſunt; ſed tantùm materialiter, quo ad entitatem: quæ autem entitate differunt, poſſunt ſpecie logica, & etiam genere conuenire. addo hoc ſequi etiam per aduerſarios, quia etiam per ipſos potentia ſenſitiua hominis, & brutorum, quantùm ad id, quod dicunt præciſè ex parte animæ, genere differunt, & tamen ſunt idem ſpecie

Inſtatur ſecundo, quæ ſunt idem realiter, non poſſunt differre ſpecie, ſed per nos potentiæ ſunt inter ſe idem realiter; ergo non poſſunt differre ſpecie per actus, & obiecta. reſpondeo potentias, vt modificatas, de quibus tantùm eſt difficultas, non omnes eſſe idem realiter, vt patet de potentijs organicis; tamen hoc non obſtante, etſi eſſent idem omnino realiter, poſſunt ſpecie differre, quia in eadem entitate eſſe poſſunt plures formalitates, ſecundùm quas dicatur cum vno ſpecie conuenire, cum alio differre: ſicut etſi idem ſit realiter in Petro, rationale, & animal, attamen in primo differt ſpecie à Leone, in ſecundo, cum eodem conuenit

Inſtatur tertio, actus ſunt poſteriores potentijs, vt potè ipſarum effectus; ergo non poſſunt ſpecificare. Reſpondeo actus non ſpecificare, quà effectus potentiarum, ſed quatenus talis rationis formalis, quæ in ipſis habetur ab obiecto; ideò enim talis eſt actus, quia obiectum ita immutat potentiam: vide Caiet. *loco citato*, §. *ad euidentiam huius.* quare falſa eſt iſta conſequutio *talis eſt actus, quia talis eſt potentia*; ſed vice verſa, *talis eſt potentia, quia talis eſt actus*; etenim potentia ordinatur ad actum, non actus ad potentiam.

Quæres, vbi ſubiectentur potentiæ. Reſpondeo, cum 189
per nos præcisè ſumptæ non diſtinguantur ab anima, ſunt vbi eſt anima; tamen conſiderata virtute effectiua, vt determinata per tale obiectum, v. s. vt dicit reſpectum ad audibile, viſibile, atque adeò, vt induit rationem viſus, auditus, &c. reſident in determinato organo, vbi tales ſenſationes eliciuntur, ſi potentiæ ſint organicæ, ad quas organa requiruntur, tanquam diſpoſitiones, quibus talis operatio exerceatur, iuxta quorum perfectionem, vel imperfectionem, etiam ſenſationes ipſæ perfectiores, vel imperfectiores euadunt: ſi verò non ſint organicæ, reſident in ipſa anima. De anima in communi Satis.

Tractatus Secundus. Qui eſt de Anima Vegetatiua.

EXpeditis ijs, quæ ſpectant ad animam in communi; examinanda ſuperſunt, quæ concernunt eandem in particulari, & quia primum locum obtinet anima vegetatiua, vtpotè à qua deſcendimus ad ſenſitiuam, & hac media ad rationalem; ideò de illa præſentem tract. inſtituo, in quo quæro primo.

An compoſitum ex anima vegetatiua vere viuat. Quæſtio Prima.

NOtandum primo rationem vitæ in communi ſumptæ, 190
in qua conueniunt omnia, quæ viuunt, & quæ dicitur perfectio ſimpliciter ſimplex melior ipſa, quàm non ipſa in quocunque ſubiecto, importare principium intrinſecum ſe perficiendi per actiones vitales, quod deinde diuiditur in tale principium creatum, vel increatum. In increato eſt ſine vllo motu per actionem, quæ eſt eius ſubſtantia; In creato verò, cum motu per actionem accidentalem, &c.

Notandum ſecundo, ad rationem vitæ non ſatis eſſe quamcunque actionem immanentem; alioquin cum aqua ſe infrigidat, diceretur viuens, quia immanenter operatur: item grauia cum deorſum tendunt, &c. ſed requiritur actio, quæ de natura ſua, ex ſuo conceptu eſſentiali, ſit immanens, quæ erit cum terminus ipſe erit huiuſmodi, erit autem terminus immanens de natura ſua, cum implicabit eſſe à principio extrinſeco adæquatè, ſine concurſu eius, in quo recipitur in quocunque ſtatu: ex eo autem colli-

colligimus vitam requirere actiones de natura sua immanentes: quia viuentia habent, tot organorum apparatus ad illas actiones eliciendas: ergo signum est actionem vitalem de natura sua esse immanentem, vt non possit esse ab extrinseco: alioquin frustra tot organa: quia actio, quæ de natura sua potest esse in proprio supposito agente, & etiam extra, non petit plura instrumenta ad actionem intra quàm ad extra, vt patet de aqua se, & aliam infrigidante. hoc notato

191 Vnica Conclusio, compositum ex anima vegetatiua verè viuit, est communis cum Aristotel. pluribus locis præcipuè 1. *magnorum moral. cap.* 4. vbi habet *animæ portionem esse, qua alimur*: at alimur gradu vegetatiuo.

Probatur primo, vegetatiua se perficiunt actione de natura sua immanenti: ergo viuunt. consequentia patet, *ex 2. & 1. notab.* Antecedês probatur. vegetatiua nutriuntur, & crescunt, sed nutritio, & accretio sunt actiones immanentes de natura sua, quod patet, tùm ex tot organis: tùm quia nunquam vidimus, in inanimatis ea, quæ poscuntur ab his actionibus: quòd ideò si viuentia in illis organis offendantur, impediuntur etiam quò ad has actiones: tùm quia nunquam vidimus accretionem, & nutritionem esse ab extrinseco: ergo.

Probatur secundo, vegetatiua quantum ad substantiam actionis, eodem modo nutriuntur, ac animalia: ergo est actio vitalis: ergo viuunt. probatur vltima consequentia, quia actio vitalis dicitur à vita. Prima probatur, quia animalia nutriuntur, quatenus animalia, consequenter quatenus viuentia: ideò deficiente nutritione, deficit & eorum vita. Antecedens etiam probatur, quia proportione seruata omnia, quæ reperiuntur in animali ad nutritionem, accretionem, &c. etiam in plantis habentur.

192 Sed contra Instatur primo, ignis per principium intrinsecum se ipsum auget, & tamen non dicitur viuens: ergo neque planta. respondeo negando consequentiam: quia actio, qua ignis se ipsum auget, non est de natura sua immanens, cum possit esse ab extrinseco; non sic in nutritione plantę, &c. idem dicendum de motu grauium, & leuium; quia cum vbicatio, quæ est terminus illorum motuum, possit esse ab extrinseco, illæ actiones non sunt de natura sua immanentes; expendantur benè notabilia, & facilè hæc & similia argumenta euanescent; potest etiam videri Zab. *de facultatibus animæ cap.* 11. qui has, & alias obiectiones soluit

Instatur secundo, augmentum factum in nutritione posset esse ab extrinseco, non sunt: ergo actiones immanentes de natura sua; ergo vegetatiua non viuunt. respondeo posse esse ab extrinseco materialiter, non formaliter, vt augmentum est; ideò deficerent vegetantia; & si Deus possit illa conseruare sine nutritione; tamen non potest illa nutrire; nisi & ipsa concurrant.

Instatur tertio, vegetare est superius ad intellectuale; & tamen non participatur ab Angelo; licet secundùm se totum sit vita; ergo vegetare, non est viuere. respondeo vegetare esse ordinatum ad restaurationem, & conseruationem viuentium; & quia tantùm corporea indigent restauratione, conseruatione, &c. quia continuo deficiunt: ideò illis tantùm conuenit vegetare; quare vegetare non est superius ad intellectuale vt sic, sed ad intellectuale corporeum tantùm, sicut, & sensitiuum. pro tota hac quæst. videatur diffusè Hurtad. *disp.* 3.

Quot sint potentiæ animæ vegetatiuæ, & quomodo distinguantur. Quæstio Secunda.

193 PRima conclusio, tres sunt potentiæ principales animæ vegetatiuæ, videlicet potentia generatiua, nutritiua, & augmentatiua est Aristotel. *text.* 34. 35. D. Thom. 1. *parte quæst.* 78 *art.* 2. Caiet. *ibidem* Zabar. *de facultatibus animæ, cap.* 10. & communis. Probatur vnica ratione. nutritio, & accretio in viuente sunt actiones de natura sua immanentes, & vitales, & quas quæst. præced. diximus: ergo à principio intrinseco viuentis: ergo datur potentia augmentatiua, & nutritiua. rursus viuens habet causam vniuocam, à qua producatur: ergo datur potentia generatiua in viuente, qua aliud generetur: ergo vera conclusio

Secunda Conclusio. prɇter has potentias dantur etiam aliɇ secundariæ, quæ his deseruiant: probatur, quia viuens non potest nutriri, neque augeri, neque generari, nisi alimentum attrahat: ergo requiritur potentia attractrix. debet illud conquoquere: ergo requiritur potentia concotrix, debet retinere; ergo requiritur potentia retentrix: debet excrementa secernere, & expellere; ergo requiritur potentia expultrix; ergo

Tertia conclusio. potentia nutritiua, & augmentatiua sumptæ vt determinatę (in hoc enim tantùm sensu procedit quæst.) non distinguuntur realiter. est Aristotel. *text.* 34. 42. & 1. *de generatione tex.* 41. sequitur Durand. *in* 1. *parte* 2. *quæst.* 2. *dist.* 3. Titelmanus *lib.* 8. *physic. cap.* 8. & alij apud Conimbric. *cap.* 6. *quæst. vnica*, & Ruuium *tract. de potentijs animæ vegetatiuæ quæst.* 2. contra Alb. Mag. Caiet. Ægid. & alios apud eosdem

Probatur primo, potentiæ vt determinatæ, ex dictis, non distinguuntur penes virtutem vitalem animæ, quæ eadem in omnibus, sed secundum organum, modificationem obiecti, &c. sed nutritiua, & augmentatiua, non habent diuersa organa, obiectum, &c. ergo non distinguuntur realiter. minor probatur, quia nutritio, & augmentatio æqualiter fiunt, quò ad omnes partes aliti, & vtraque versantur circa alimentum: ergo.

Probatur secundo, quia nutritio dicit augmentum: ergo potentia nutritiua, & augmentatiua, non distinguuntur. Antecedens probatur, quia augmentum imp[illegible] productionem nouæ quantitatis; at cum animal nutritur necessariò vertit alimentum in sui substantiam, consequenter producitur noua quantitas. Consequentia probatur, quia si nutritio, vel materialiter dicit augmentum: er[illegible] etiam potentia nutritiua dicit augmentatiuam: ergo n[illegible] distinguuntur realiter.

Probatur tertio, si Deus suspenderet efficaciam calor[illegible] & potentia nutritiua operaretur, vtiq; cibus conuerteretur in substantiam aliti, & fieret augmentum, & tamen non esset nutritio: quia non restaurarentur partes deperditæ, in quo consistit nutritio: ergo potentia nutritiua non distinguitur ab augmentatiua.

Probatur quarto, si sunt realiter distinctę, & si augmentatiua, necessariò supponat nutritiuam, saltem nutritiua poterit operari independenter ab augmentatiua: sed hoc est falsum: ergo. Minor probatur, quia si animal nutritur, vertitur alimentum in substantiam ipsius: ergo augescit.

Confirmatur, quia eodem penitus temperamento vtitur anima in nutritione, & in augmentatione: ergo vera conclusio. antecedens patet, quia eodem penitus loco nutritio, & augmentatio perficiuntur. consequentia probatur, quia non distinguuntur penes virtutem vitalem, sed neque secundum temperamentum, quo vtuntur in operando: ergo.

Quarta conclusio. potẽtia nutritiua, & augmentatiua formaliter distinguuntur. Probatur, potentia nutritiua vt talis tendit ad acquisitionem substantiæ in alito: augmentatiua verò ad acquisitionem quantitatis: ergo vera conclusio.

Quinta conclusio. potentia generatiua non distinguitur realiter à nutritiua, & augmentatiua. hæc conclusio est Aristotel. *text. citatis pro tertia conclusione*, Durand. *in* 1. *dist.* 3. *parte* 2. *quæst.* 2. Titelm. & aliorum, quos sequuntur Conimbricens. *quæst. vnica*, §. 2. *conclusio cap.* 4. Ruuius, *tract. de potentijs animæ veget. q.* 2. *num.* 33. contra Apollin. Iauel. & alios. ex modernis contra Fons. 7. *Metaphys. cap.* 1. *quæst.* 5. *sect.* 4. pro intelligentia

Aduertendum potentiam generatiuam non sumi pro potentia organizante corpus, sed pro potentia, qua producitur semen, vt innuit D. Thom. 1. *parte quæst.* 8. *art.* 2. *ad* 2. quidquid dicat Zabar. *cap.* 11. *circa finem*: loquimur enim de potentia vitali viuentis; at virtus, qua semen iam decisum organizatur, non est potentia ipsius viuentis, à qua productum semen, cum potentia vnius, non possit esse in alio subiecto, omnino distincto, cuiusmodi est semen decisum; sumpta igitur potentia generatiua pro factiua seminis

Probatur conclusio, primo estò in parte determinata tantùm producatur semen, vt docuit Aristotel. 1. *de generatione animalium cap.* 1[illegible] & 18. [illegible] *in lib. de semine*, & alij, quod experienti[illegible] dem[illegible] in arboribus [illegible] per eandem met potentiam fit nutritio, & p[illegible] semen: ergo non distinguuntur realiter. consequentia patet. Antecedens probatur; sumpta potenti[illegible] vt determinata ad talem partem, illæ partes etiam nutriuntur

medio eodem temperamento, quo vtitur anima, in producendo ibi semen, quia in eadem parte, duplex temperamentum esse non potest: sed potentia generatiua aliud non est, quam anima determinata per tale temperamentum. ergo per eandem potentiam.

Probatur secundo, semina arborum per eandem potentiam augentur, & generantur: ergo potentia generatiua, & augmentatiua, non distinguuntur realiter. consequentia patet. anteced. probatur, quia partes quæ in accretione à semine acquiruntur per potentiam augmentatiuam, sunt eiusdem rationis, cum primo productis per potentiam generatiuam: ergo

Probatur tertio, eadem potentia nutritiua vertit sanguinem, in lac; medullam v. g. in ossa, vt omnes fatentur; ergo eadem indistincta realiter poterit semen producere. Probatur consequentia, quia sicut semen non est de substantia viuenti, in quo producitur; ita neque lac: ergo par ratio de vtroque

Sexta conclusio. potentia generatiua distinguitur formaliter, à nutritiua, & augmentatiua: probatur vnica ratione. generatiua vt talis versatur circa alimentum, vt producat virtutem seminalem ad producendum simile in speciem nutritiua verò, & augmētatiua, vt vertant in substātiam ipsiusmet viuentis, sed hęc formaliter differunt: ergo.

197 Instatur primo, contra primam conclusionem non omnia viuentia generant: item generant etiam non viuentia, vt ignis, qui generat sibi simile: ergo potentia generatiua, non est propria animæ vegetatricis. ergo non sunt tres potentiæ. Ad primam partem antecedentis negatur consequentia: quia actus potentiarum, & si adsit virtus ex parte animæ, potest propter aliquod impedimentum impediri. hic in casu nostro, in omnibus viuentibus adest potentia generatiua, non tamen omnia generant: quia in aliquibus desunt aliqua ex requisitis, vt illa potentia exeat in actum. ad secundam partem negatur antecedens, quia generare sibi simile, quod est proprium viuentium, vt docet D. Thom. 1. parte *quæst.78. art.2. ad secundum*, est ex propria substantia tradendo de propria materia, scilicet semen, in quo simile generetur: tali autem pacto nec ignis: nec aliud inanimatum generat. videte Zab. *locis citatis in principio quæstionis*.

Instatur secundo, contra tertiam conclusionem, potentia augmentatiua non semper perseuerat in viuente, quia non semper viuens crescit: ergo distinguitur à nutritiua, quæ perseuerat. respondeo distinguendo antecedens, augmentatiua non perseuerat, quò ad nomen, concedo: quia cum viuens ad quendam statum peruenit, non dicitur crescere, quia non acquirit maiorem substantiam, quàm deperdat: non perseuerat quò ad rem: negatur antecedens, quia accretio consistit in acquisitione nouæ substantiæ quantæ: hęc autem semper habetur, dùm viuens nutritur, vt diximus.

Instatur tertio contra quintam conclusionem: non omnia animalia generant, & tamen nutriuntur, & crescunt: ergo non sunt idem potentia nutritiua, ac generatiua, & augmentatiua. respondeo negando consequentiam: quia aliqua potentia eadem omninò potest requirere plura ad vnum effectum præstandum, quàm ad alium: & si desint requisita pro vno effectu, illum non producet: benè alium: nec tamen sequetur esse potentias distinctas: ita ex defectu apti temperamenti, loci necessarij, optimi alimēti, &c. fit vt aliqua animalia non generent, sed hoc non sequitur potentiam generatiuam distingui à nutritiua, augmentatiua, &c.

198 Instatur quarto nutriri, & augeri sunt dissimilia à generare, quia prima tendunt, in conseruationem indiuidui. Secundum verò in conseruationem speciei, ergo à potentijs realiter distinctis. respondeo negando cōsequentiam: sed sufficit distinctio rationis, & formalis, propter rationes assignatas

Instatur quinto, potentia nutritiua, aut augmentatiua non possunt attingere actum generatiuæ producendo pedem, brachium, &c. Respondeo actum proprium potentię generatiuæ esse productionem seminis, hic autem attingitur à nutritiua, & augmentatiua realiter, licet non vt formaliter nutritiua, & augmentatiua: neque organizatio fit à potentia generatiua immediatè; organizatio enim fit in semine iam deciso à generante.

In quo consistat potentia nutritiua. Quæstio Tertia.

Assignatis proprijs potentijs animæ vegetatiuę, de singulis agendum, & circa nutritiuam mouetur pręsens quæst. cuius tituli sensus est, an potentia nutritiua sit calor naturalis: vel temperamentum viuentium, vel ipsa anima, prout tali pacto, circa alimentum determinata versatur 199

Prima sententia vult, solum calorem esse potentiam nutritiuam, ita Comment. 4. *Met. cap. 2.* & Zimara, *theor. 73.* & alij apud Ruuium *tractat. de potentijs animæ vegetatiuæ quæst. 1.*

Secunda sententia requirit calorem, & temperamentum, & etiam facultatem particularem animæ, ita D. Tho. *quæst. 78. 1. parte art. 2. ad primum.* Alber. Mag. 2. *de anima tract. 2. cap. 9.* Philop. Themist. Ferr. Tol. & alij apud Ruuium, quos ipse sequitur *loco citato*.

Tertia sententia, est aliquorum recentiorum asserentium, potentiam nutritiuam consistere, in eadem anima, vt vegetatiua modificata per qualitates materiales: atque adeò potentia nutritiua, iuxta hanc sententiam est anima, vt operatur cum qualitatibus materialibus, circa alimentum: sicut potentia visiua est anima, vt in organo tali pacto operatur circa coloratum. pro nostra sententia, sit

Prima conclusio. Calor naturalis concurrit effectiuè ad nutritionem. probatur primo auctoritate Aristotelis. *hic text. 50.* vbi habet, *necesse est alimentum talis esse natura, vt digeri possit; digestionem, autem efficit calor, qua propter omne animans habet calorem*, & *in lib. de sensu. & sensili, cap. 4. calor autem augmentat*, & struit nutrimentum. item 2. *de partibus animalium cap. 3.* & alij. 200

Probatur secundo, ratione deducta ab experientia; quia quò maior est calor, eò citius, & perfectius nutritio perficitur; ergo calor concurrit ad nutritionem.

Secunda conclusio. temperamentum partium, quæ nutriuntur, non concurrit effectiuè ad nutritionem (nomine temperamenti intelligo primas qualitates commixtas) est contra secundam sententiam, tamen cum Gal. *lib. 3. de causis Symtomatum*, Auicen. Valeſ. apud Ruu. *loco citato*, probatur vnica ratione: alimentum est formaliter frigidum: ergo non est opus alio frigore: item per solum calorem potest reduci ad debitum attemperamentum humidi, & sicci: quia caloris est attenuare, humida exsiccare, &c. ergo temperamentum non concurrit effectiuè.

Tertia conclusio. solus calor non est sufficiens ad nutritionem (est contra primam sententiam,) sed requiritur potentia ipsa substantialis animæ. Probatur primo ex ijs, quæ diximus *in Phys.* nullum accidens potest, neq; vt instrumentum attingere productionem substantiæ; sed in nutritione sunt producendæ formæ substantiales, carnis, ossium, sanguinis, &c. ergo non possunt produci ab accidente; ergo vera conclusio. vltima consequentia probatur: quia calor, non excedit limites accidentis; consequenter danda potentia substantialis animæ, quæ hæc pręstet.

Probatur secundo, potentia nutritiua est potentia vitalis, quia nutritio est actio vitalis; sed calor non est quid vitale: ergo. minor probatur, quia calor, & omnes qualitates temperamenti, sunt qualitates consequentes naturam inferiorem vita: ergo non sunt quid vitale

Confirmatur, quia quod est vitale perit pereunte vita; sed recedente anima, non illico recedit calor naturalis; ergo.

Quarta conclusio. si sumatur nutritio totaliter pro omnibus actionibus, quæ circa cibum fiunt, ad alendum, potentia nutritiua est ipsa anima, vt per qualitates materiales determinata circa alimentum. est cum tertia sententia. Probatur, quia in nutritione multæ alterationes intercedunt, quæ fiunt à qualitatibus materialibus, quibus præstitis fit conuersio substantialis in formam aliti, quæ nisi ab anima esse non potest; ergo nutritio, sic vniuersaliter accepta habet pro potentia nutritiua animam, vt determinatam. 201

Quinta conclusio. si nutritio sumatur propriè, potentia nutritiua est ipsamet anima tantum, vt versatur circa alimentum debitè dispositum ad substantiam aliti. Probatur conclusio, quia nutritio propriè consistit in restauratione substantiæ aliti, sed hoc tunc fit, quando producitur forma aliti, in alimento, quod fit per animam alimento iam disposito: ergo vera conclusio.

Sed

Sed contra ſecundam concluſionem inſtatur primo auctorit. Ariſtotel. *2. de generatione animalium cap. 4. propè medium*, vbi habet, ab anima effici incrementum vtendo caliditate, & frigiditate, tanquam inſtrumento: ergo concurrit etiam frigus. Reſpondeo concurrere quidem frigus, ſed frigus ipſius alimenti; non autem temperamenti, quod idem dicendum eſt de cęteris qualitatibus temperamenti; ſi quando eas requiſiuiſſe videtur Ariſtot. & apertiſſimè 4 *Meteor. cap. 2.* vbi ex profeſſo agit de concoctione cibi, ſoli calori eam adſcribit, nec actionem alterius à calore memorat.

202 Inſtatur ſecundo, contra tertiam concluſionem, quodlibet agens vnico vtitur inſtrumento ad vnicam actionem; ſed nutritio eſt vnica actio; ergo vnico vtetur inſtrumento; ſcilicet calore naturali. Reſpondeo negando vniuerſaliter anteced. cuius falſitatem demonſtrant effectus artefacti, qui aliquando requirunt ad ſui productionem plura inſtrumenta: quia plures actiones interueniunt partiales, quæ per vnicam perfici non poſſunt: ſic in nutritione. Addo, quòd nutritio conſiſtit in productione formæ aliti: hæc autem fit per ipſam potentiam nutritiuam tantùm, nec calor naturalis, aut alia accidentia, ſi quæ concurrunt, aliud pręſtant, quàm pręparare, diſponere, &c.

Inſtatur tertio, contra quintam concluſionem, omnes actiones, quæ intercedunt in nutritione, ſunt actiones vitales: ergo ſunt à potentia, quæ ſit vita: ergo potentia nutritiua non eſt ſola anima. conſequentiæ patent ex dictis *quæſt. prœcedentibus*. reſpondeo negando antecedens, quia omnes actiones accidentales, quæ intercedunt in nutritione, non ſunt de natura ſua immanentes, conſequenter non ſunt vitales; apparatus enim organorum, qui requiritur ad nutritionem, eſt propter ipſam nutritionem prçciſè, ſcilicet quia non poteſt fieri illa conuerſio in aliti ſubſtantiam, niſi intercedant tot prçcedentes mutationes, & accidentales, & ſubſtantiales, quæ cum intra viuens ipſum perfici debeant, requiritur illa organorum diuerſitas.

Quomodo fiat nutritio, & an neceſſaria omni viuenti. Quæſtio Quarta.

203 Circa primam partem quæſt. pro certo tenendum, plures actiones concurrere, in nutritione, tali autem, pacto peragitur. primo cibus dentibus conteritur, quæ contritio ab aliquibus dicitur prima concoctio, ſed perperam, quia eſt tantùm prçparatio ad concoctionem, quia niſi cōtereretur, difficiliter liquaretur, vt docet Ariſtotel. *de partibus animalium quæſt. prçcedenti*. Secundò tranſmiſſus ad ventriculum liquatur. Tertio concoquitur, in qua concoctione pereunt formæ ciborum, & ſeparantur partes magis defęcatę, & conficitur quidam ſuccus albus, qui dicitur Chylus, & per venas meſenterij peruenit ad hepatem, excrementis tranſmiſſis per inteſtina ad inferiora: in hepate. iterum alia fit concoctio, in qua concoctione ſecernuntur partes puriores, & fit ſanguis, relicta atra, & flaua bili, quarum prima à ſplene trahitur, ſecunda à felle, vltimo ſanguis per venas capillares attractus, ad omnes partes nutriendas apponitur, & iterum particularibus concoctionibus ſecretis alijs recrementis, ex quibus deinde fiunt pili, vngues, dentes, &c. dum expelluntur à vi pulſiua; deinde vertitur à potentia ipſa animæ nutritiua in carnem, medullas, oſſa, neruos, & alias partes nutriendas.

Circa ſecundam partem ſit prima concluſio. nutritio eſt neceſſaria omni viuenti. probatur primo auctor. Ariſtot. *tex. 47.* vbi habet, *quare cum nihil nutriatur, quin habeat vitam, animatum id erit profectò corpus, quod alitur, ea ſane ratione, qua eſt animatum*

Probatur ſecundo, ratione. vi caloris naturalis continuò viuentia conſumuntur, vt experientia patet in morbis; dum vehemens calor efferuet: ergo neceſſe eſt fieri reſtaurationem, per partes ſimiles medio alimento acquiſitas: ergo vera concluſio.

Confirmatur, quia viuentia continuo augeſcunt; nec per rarefractionem hoc accidit; cum potius proceſſu vitæ, viuens magis addenſetur: ergo per acquiſitionem nouarum partium

204 Secunda concluſio. poteſt viuens per aliquod tempus benè conſeruari, abſque actuali conuerſione alimenti in propriam ſubſtantiam. probatur, quia calor non poteſt breuiſſimo tempore tantùm viuentis inſumere, quòd ſtatim perire debeat, niſi reſtaurętur partes deperditę; ergo.

Tertia concluſio. viuens de facto dùm viuit, ſemper nutritur, probatur, quia agens neceſſarium applicatum obiecto, non poteſt non agere: ſed viuens dùm viuit, ſemper habet applicatum alimentum, ſcilicet ſanguinem; ergo ſemper nutritur. Addo etiam in principio vitæ nutriri; quia non eſt expectandum, donec alimentum ad ſanguinem tranſeat, quia anima non educitur, aut infunditur, niſi ſuppoſito corpore perfectè organico; conſequente cum ſanguine: poteſt igitur ſtatim ſanguine nutriri, & ſi nullo alimento nondum prçparato, concocto, &c.

Dices. aliqui per multos dies cibum non ſumunt: erg non ſemper nutritur animal; conſequentia patet, quia n tritio quodam ordine peragitur, ex ventriculo ad hepatem, ab hepate ad partes nutriendas, vt diximus; ſi igitur nihil cibi coquendi mittitur ad ventriculum; nec etiam cęteræ mutationes intercedent. reſpondeo negando conſequentiam, ad probat. partes, vt mox dicemus, nutriuntu ſanguine, aut re ſanguini æquiualenti: ideò eo poteſt vti, & ſi non reſtauretur ſanguis continuè per cibum: nec p quancumque conſumptionem ſanguinis, aut æquiualen moritur viuens; ſicut enim calor naturalis poteſt plus c ſumere, quàm reſtauretur, vt accidit ætate iam matura poteſt ſanguine nutriri, & ſi illum continuè non reſtaure

Quæres quodnam ſit alimentũ, quo nutrimur. Re deo, alimētum diuidi in remotum, medium, & pr xi remotum eſt cibus, & potus: illud autem tantùm pote eſſe cibus, & potus, quod aptum eſt conuerti, in ſub a tiam aliti, & hoc nullo pacto eſſe poteſt elementum p rum, vt innuimus alibi ex Ariſtotel. *2. de generatione,* t 49. ſed debet eſſe aliquod mixtum: alimentum ed vocatur chylus, & cętera ſubſtantialia, in quæ tranſit c lus antequam deueniatur ad vltimum alimentum, q eſt ſanguis in animalibus, ſaltem quo ad plurimas pa vel quid ſimile in plantis, vt docet Ariſtotel. *de partib animalium lib. 2. cap. 3.* quod patet ex eo, quia defici cibo: deficit etiam ſanguis, vt docet idem Ariſtot. *eode loco*; vel id, quod loco ſanguinis eſt in exanguibus: ne obſtat, quòd partes nutriendæ valde inter ſe diſſidea quia per diuerſas mutationes, poteſt idem ſanguis in il rum naturam tranſmutari; conſequenter poſſunt omnes illo nutriri, qui plura vult de nutritione medicos con tranſcendunt limites puri philoſoph. poſſunt etiam vide Conimbricenſ. 1. *de generat. cap. 5. à quæſt. 3. vſque* ad 2. *incluſiuè*, qui exactè explicant, quæ nos ſummis labijs deli bauimus, in tota quæſt.

Quid ſit augmentatio formaliter. Quæſtio Quinta.

POſt nutritionem, agendum de augmentatione, de qu hic agendum *ex lib. de generatione* remiſimus, tāquā de actu potentiæ augmentatiuæ, de qua habetur ſe poſt potentiam nutritiuam. pro prçſenti quæſt. notādu in augmentatione hæc omnia intercedere, fit additio nouæ ſubſtantiæ ad viuens, quod dicitur augeri. Secundo cum alimentum, quod conuertitur, ſit quantum, & quantitas per nos *in Phyſicis*, ſit inſeparabilis à materia, conſequenter quod augetur, acquirit nouam quantitatem. Te tio vſque ad certum tempus, per hanc additionem viue fit maius, quam eſſet ante additionem, & ideò debet ex di ad maiorem locum. modò difficultas eſt, in qu fo maliter conſiſtat motus augmentationis, qui eſt actus potentiæ augmentatiuæ.

Prima ſententia eſt Iand. 4. *Phyſ. quæſt.* 10. Burl. 3. *Phyſ. tex. 6* & Zimaræ, qui exiſtimant augmentationem formaliter conſiſtere in extenſione ad maiorem locum, quæ habetur in nutritione

Secunda ſententia eſt Zabat. *de accretione cap. 9.* ſcilicet augmentationem conſiſtere in his duobus, in aggeneratione nouæ ſubſtantiæ, & in extenſione, quia augmentatio, eſt mutatio ad maiorem quantitatem per motum extenſionis ex alimento in ſubſtantiam conuerſo tanquam ex materia

Tertia ſententia eſt *Areſ. lib. 1. de generat. diſp. 4. ſect. 2* qui vult augmentationem illa duo amplecti, q Zabarel. ſed extenſionem tantùm in recto, nutritio verò in obliquo

Quarta ſententia communis, eſt Ægid. 1. *de generat* 27. Tol. *eodem loco quæſt.* 11. Conimbricen. *quæſt.* 1

R

Ruu. *tract. de augment. quæst.* 6. & aliorum quæ vult augmentationem formaliter dicere acquisitionem quantitatis, quæ sit accidens realiter distinctum à substantia: sunt tamen varij modi explicandi in hac sententia, vt est videre apud Ruu. *loco citato*.

207 Quinta sententia est Marsilij 1. *de generat. quæst.* 10. & *Alb. de Saxonia quæst.* 9. qui auctores volunt accretionem formaliter consistere in generatione nouæ substantiæ additæ, non quatenus est generatio substantiæ in viuente, sic enim est nutritio; sed quatenus est generatio substantiæ quantæ, secundùm quam crescit viuens, ita eam refert Zabarel. *cap.* 7. his positis.

Prima conclusio augmentatio formaliter nō consistit in sola extensione. contra primam sententiam. Probatur primo, quia extensio potest fieri sine additione nouę quantitatis, vt si aliquod corpus rarefiat; at augmentatio fit semper ex materia extrinsecus adueniente, vt docet Arist. *tex.* 22. 1. *de generat.* ergo

Confirmatur, quia accretio semper est cum nutritione, vel saltem illam supponit; sed nutritio fit ex alimento extrinseco: ergo & accretio.

Probatur secundo: per extensionem formaliter non acquiritur quantitas, sed ad summum modus quantitatis: ergo in extensione formaliter non consistit augmentatio. Probatur consequentia, quia augmentatio est motus ad quantitatem.

Secunda conclusio. augmentatio non consistit formaliter in extensione, & generatione nouæ substantiæ simul. contra secundam sententiam. Probatur primo, quia generatio nouæ substantiæ, & extensio sunt duo motus: ergo in illis non consistit augmentatio. Probatur consequentia, quia augmentatio est vnicus tantum motus.

Probatur secundo ad hominem per ipsum Zabar. *cap.* 10. augmentatio primario tendit ad maiorem quantitatem, quàm consequitur extensio, ad quam tendit secundario; ergo augmentatio non consistit in extensione formaliter. probatur consequentia, quia nihil consistit formaliter in eo, quod ex se consequitur.

208 Probatur tertio, per Zab. *eodem loco*. fit extensio in viuente, quod augetur, quia impletis alimento foraminibus partium nutriendarum, & conuerso in substantiam earundem partium, alia foramina oriūtur; modo, vel antequam fiant noua foramina, dicitur viuens auctum; vel non. Si primum, ergo augmentatio non consistit in extensione; quia nondum sequitur; Si secundum contra primo, quia verè est eadem quantitas ante, & post foramina; foramen enim non affert secum quantitatem communicandam viuenti. Secundo, quia per maiorem rarefactionem sine vllo augmento poterant illa foramina oriri; & tamen non dictum fuisset animal auctum. Tertio, quia alimento conuerso in substantiam, antequam alia foramina exoriantur, habet viuens quantitatem, quam non primo, ergo maiorem; ergo habetur augmentatio, quia per Zab. augmentatio est motus ad maiorem quantitatem, & extensio secundario intenditur.

Tertia conclusio. augmentatio non consistit formaliter, in extensione connotando nutritionem contra tertiam sententiam. pro hac conclusione militant aliquæ ex rationibus pro preced. conclusionibus, pretetea.

Probatur primo, extensio precisè non est motus ad quantitatem; ergo neque connotando nutritionem; ergo vera conclusio. antecedens admittitur ab ipsomet Aresio *sect.* 1. *contra primam sententiam*. prima consequentia probatur: id, quod connotatur, non potest tribuere cōnotanti, nisi quod ex se formaliter dicit; at nutritio, vt huiusmodi, non est motus ad quātitatem, sed ad substantiam. Secunda consequentia sequitur, quia augmentatio cum sit motus ad quantitatem, formaliter debet dicere acquisitionem quantitatis.

Probatur secundo, augmentatio est motus ad quantitatem, vt ipsemet Aref. fatetur; ergo debet esse acquisitio veræ quantitatis, sed in sua opinione formaliter non est acquisitio nisi noui modi quantitatis, vt ipse dicit *sect.* 2. ergo vera conclusio. Consequentia antecedens probatur, quia etiam in rarefactione acquiruntur modi quantitatis, nec tamen dicitur motus ad quantitatem.

Respondet Aref. *eadem sect. ad secundum*, rarefactionem non esse augmentationem nisi reductiuè, & si per ipsam producantur noui modi quantitatis: quia deest connotatum, scilicet non fit supposita nutritione. Sed contra: quia quod illa extensio fiat post factam nutritionem, non eleuatur, quod verè per illam producatur quantitas; ergo non est magis motus ad quantitatem, quam pura rarefactio: ergo neque magis est augmentatio: quia augmentatio est motus ad quantitatem

Quarta conclusio. augmentatio non consistit formaliter in productione nouæ quantitatis. contra quartam sententiam. probatur primo, si producatur quantitas de nouo in viuente sine noua substantia, non dicitur viuens auctum: ergo augmentatio non consistit in productione quantitatis de nouo. Antecedens probatur, quia id, quod augetur, est verè caro, sanguis, ossa, &c. vnde dicebat Aristotel. 1. *de generatione, text.* 41. *res aduentitia, quatenus potestate caro, ad nutritionem quatenus potestate caro quanta ad augmentationem*, sed sola quantitas non est sic: ergo. 209

Probatur secundo, quantitas, vel supponitur, vel consequitur necessariò, ad aggenerationem nouæ substantiæ: ergo vera conclusio. Antecedens probatur, quia si quantitas est proprietas ingenerabilis, & incorruptibilis in materia, vt nos cum communi docuimus, supponitur, dum alimentum conuertitur simul cum materia. si verò non sit proprietas, nisi compositi materialis, eò ipso quod producitur forma substantialis, ad productionem compositi consequitur: consequentia probatur, quia ad ea, quæ consequuntur, cuiusmodi est quantitas, non datur specialis motus. alia argum. pro hac conclusione affert Aref. his omnibus sententijs reiectis. pro nostra sententia

Notandum primo in nostra sententia, qui posuimus quantitatem coęuam materiæ, non posse precisè consistere augmentationem in productione nouæ quātitatis, quia nulla de nouo producitur

Notandum secundo, siue substantia materialis dicat de se partes, siue vt stat sub quantitate molis, tamen cum impenetrabilitate non dicit, nisi vt quantitate affecta: neque naturaliter potest esse nisi sub quantitate cum mole, si quātitas coęua materiæ. quare cum in nutritione producitur substantia in alito; ne dum producitur ipsa substantia, caro, ossa, &c. sed etiam, vt habet partes molem dicentes, quatenus quantitate necessario sunt affectæ, & hæc duo inadæquatè distinguere possumus: aliud enim est carnem produci, & aliud hanc carnem molem dicere. quod docuit & Aristotel. *eodem text.* dicens *quanquam autem alimentum idem, quòd auctio, tamen ratione discrepat*, his notatis.

Quinta conclusio. augmentatio formaliter consistit in aggeneratione substantię, vt molem dicit: est cum quinta sententia. Probatur primo, per exclusionem cęterarum sententiarum: non enim videtur superesse, in quo consistat. 210

Probatur secundo, augmentatio est motus tendens ad acquisitionem molis in aucto: sed acquisitio molis ex dictis, non potest esse in sola substantia: neque in sola quantitate: ergo in productione substantiæ, vt molem dicit.

Confirmatur, quia in nutritione verè producitur caro quanta; neque aliter potest produci: sed nutritio precisè, non dicit fieri carnem quantam: quia si per impossibile sine quantitate posset produci, non tolleretur ratio nutritionis; ergo caro vt quanta erit terminus augmentationis: ergo vera conclusio.

Probatur tertio: augmentatio, vt verus motus dicit realem influxum productiuum, sed non extensionis, vt contra primam sententiam arguebamus: neque quantitatis: quia hæc supponitur, neque substantiæ, vt sic: quia nutritio: ergo substantiæ, vt quantitate affectæ habentis partes constituentes molem.

Confirmatur eò ipso quòd potentia nutritiua operatur, operatur & augmentatiua: quia per nutritiuam addūntur partes de nouo, consequenter viuens augetur, sed ab augmentatiua non producuntur partes substantiæ, vt sic, quia spectat ad nutritiuam: ergò illę partes, vt molem dicunt.

Probatur quarto, potentia nutritiua, & augmentatiua non distinguuntur realiter, ex dictis: ergo habent eundem terminum realem, sed quicumque terminus realis assignetur augmentatiuæ, quàm substantia, vt molem dicit, distinguetur realiter: ergo.

Sed contra nostram sententiam instatur primo, augmentatio est motus ad quantitatem, sed per nos esset ad sub-

ſubſtantiam, ergo. Reſpondeo diſtinguendo antecedens eſt motus ad quantitatem præciſè, negatur; ad aliquod vt quantitate affectū conceditur: quare diſtinguitur minor. per nos eſſet motus ad ſubſtantiam præciſè, negatur; ad ſubſtantiam vt quantam, conceditur, & negatur conſequentia; neque aliud voluit Ariſtot. dum dixit augmentationem motum eſſe ad quantitatem; ideò docuit accretionem, & nutritionem eſſe idem ſubiecto, licet non ratione; ergo cenſuit circa idem ſubiectum verſari: modo igitur explicato, circa ſubſtantiam vt ſic, & ſubſtantiam vt quantam.

211 Inſtatur ſecundo ratione, qua impugnauimus quartam ſententiam: quod ſubſtantia ſit quantitate affecta, & molem conſtituat, conſequitur neceſſario ad productionem ſubſtantiæ; ergo ad eam non eſt dandus motus ſpecialis; ergo augmentatio in hoc non conſiſtet. Reſpondeo per hoc tantùm probari, non eſſe motum realiter diſtinctum, quod vltro concedo; non tamen ratione diuerſum à nutritione.

Dices ad ea, quæ conſequuntur, non datur motus, nec etiam ratione diſtinctus; ſic dum aliquæ qualitates comproducuntur ſubſtantiæ, non dicitur data alteratio; ſic dum in prima generatione, comproducitur quantitas, ſeu ſubſtantia quanta, non dicitur data augmentatio: ergo neque dicetur data augmentatio in nutritione modo explicatur; ergo augmentatio, quæ eſt verus motus in alio conſiſtet. Reſpondeo negando aſſumptum; ad probationes; ideò non dici datam alterationem ad qualitatem comproductam; quia alteratio rigorosè loquendo ſupponit ſubiectum actu, quod alteratur, quod non eſt dum comproducitur; datur tamen tunc etiam motus ad talem qualitatem; ad id de quantitate; reſpondeo, ideo non dici in prima productione auctam; quia augmentatio ſupponit ſubiectum iam exiſtens, quod augeatur, ſicut & prima generatio non eſt nutritio; ſeu aggeneratio, quia vt ſic ſupponit ſubſtantiam exiſtentem, cui alia aggeneretur: in prima tamen productione etiam datur motus, ratione diſtinctus ad ſubſtantiam vt quantitate affectam.

212 Inſtatur tertio, augmentatio eſt verus motus realiter diſtinctus à cæteris; ergo non eſt idem re cum nutritione. Reſpondeo augmentationem eſſe realiter diſtinctam ab alteratione, & motu locali, non tamen à nutritione; neque per hoc tollitur, quin ſint tres ſpecies motus.

Inſtatur quarto, nutritio eſt motus inſtantaneus, non ſic augmentatio; ergo. Reſpondeo in ſubſtantia duo nos poſſe conſiderare. Primo eſſe formale, ſcilicet carnis, oſſis, &c. Secundo eſſe entitatiuum, & quatenus habet partes, &c. licet primo modo nutritio poſſit eſſe inſtantanea, tamen entitatiuè eſt ſucceſſiua, vt magis patebit quæſtio. ſequenti, quia ſucceſſiuè diſponitur alimentum, cum fiat media alteratione, &c.

Inſtatur quinto, tunc dicitur viuens auctum, cum maiorem occupat locum; ſed hoc non habetur in ſola additione ſubſtantiæ quantæ; ergo. Confirmatur, quia hæc additio durat toto vitæ tempore, non ſic augmentatio. Reſpondeo tunc dici auctum, quia cum augmentum ſequatur extenſio; ſi ſit maior ſubſtantia, quæ additur, quam quæ deperditur, tunc augmentum cognoſcitur ſenſu; non tamen conſiſtit in hoc formaliter. immò non credendum ſenſui, qui poteſt decipi; quia poteſt occupari maior locus per ſolam rarefactionem, & ſenſus iudicabit auctum, quod verè non eſt auctum; per hæc patet ad Confirmat. nec aliud voluit Ariſtot. cum dixit augmentum eſſe coniunctū cum motu locali, & quæ augentur, loco mutati, &c. niſi ad augmentationem ſequi maiorem loci occupationem, &c. non quia in illa formaliter augmentatio conſiſtat.

213 Inſtatur ſexto, per augmentationem dicitur totum augeri; ergo quia totum extenditur. negatur conſequentia, quia benè ſaluatur in noſtra ſententia totum augeri: quia facta additione ſubſtantiæ de nouo quantæ, habet maiorem molem, quam primo: ergo eſt auctum: neq; hic modus augmenti conuenit non viuentibus, vt videtur velle Areſ. inferre: quia illa non augentur ab intrinſeco ſecundùm omnem ſui partem, vt in caſu noſtro, alia argumenta videri poſſunt apud Areſ. *quæſt. citata ſect.* 1. & Zabar. *cap.* 7. facilè ſoluentur. ex dictis.

Deducitur primo, definitio augmentationis huiuſmodi. *Augmentatio eſt motus ſucceſſiuus à potentia vitali anima, quo viuens ſecundum omnem ſui partem acquirit, nouam ſubſtantiam quantam.* patet definitio.

Deducitur ſecundo, quomodo diſtinguantur nutritio, & augmentatio: non enim diſtinguuntur realiter, vt communis ſententia tenet apud Ruu. *loco citato, quæſt.* 2. quia eſt idemmet motus Phyſicus, quo producitur ſubſtantia; & vt dicit molem, ſed tantùm diſtinguuntur formaliter, ſeu ratione, vt enim concipitur tendere ad carnē, oſſa, &c. dicitur nutritio; vt ad carnem, oſſa, &c. quanta, & molem dicentia, ratione cuius viuens dicitur auctum, appellatur augmentatio,

An augmentatio ſit motus continuus. Quæſtio Sexta,

DVpliciter poteſt intelligi prænotatus titulus primo, an augmentatio ſit motus continuus, ſcilicet, an cum viuens incipit augeri, ſemper augeatur. Secundo, an ſit continuus tali pacto, quòd nulla pars in inſtanti ſit producta; poſtea tranſacto tempore, alia pars, alio inſtanti, ſed quælibet pars augmenti aſſignabilis, aliquo continuo tempore ſit peracta; & in hoc ſecundo ſenſu tantùm procedit quæſt. primo enim modo ſumpta continuitate, patet ex dictis, quid de ea dicendum in hac quæſt.

Prima ſententia eſt augmentum fieri per inſtantia diſcreta, ita vt in vno inſtanti producatur minima pars determinata, poſtea diſponatur materia, & in alio inſtanti alia pars, &c, ita tribuitur Auerſ. 3. *Phyſ. com.* 8. Magn. Alb. & alijs, quos ſequitur Tol. 1. *de generatione quæſt.* 11. & Hurtad. *de augment. ſect.* 3. qui adducit pro ſe D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 24 *art.* 6. de cuius mente infra, & Scotum *in* 4. *diſtin.* 44. *quæſtio.* 5. ſed illa diſtinctio tres tantùm continet quæſtion. *in* 1. *quæſt. eiuſdem diſt.* agit Scotus de augmen. §. *per hoc ad fundamenta, circa finem*; ſed docet contrarium, ſcilicet augmentationem continuam.

Secunda ſententia exiſtimat aliquando poſſe fieri in inſtanti, ita aliqui apud Ruu. *tract. citato, quæſt.* 3. §. 2. *opinio*, quibus concordat, & Areſ. *lib.* 1. *de generatione, quæſt.* 3. *ſect.* 3. in quo tamen excipit nutritionem in homine, eò quòd anima rationalis, quæ debet alimentum in ſubſtantiam conuerſum informare, non poteſt localiter moueri in inſtanti.

Tertia ſententia docet augmentationem ſemper fieri continuè. ita D. Thom. 3. *parte queſt.* 33. *art.* 1 *in corpore*, Greg. *in* 1. *diſt.* 17. *quæſt.* 2. *art.* 1. Burle. 3. *Phyſ. tex.* 6. Thaneus *eodem loco quæſt.* 3. quibus addere poſſumus, & Scotum, qui & ſi velit nutritionem fieri diſcretè, tamen augmentationem ponit continuam, vt diximus paulo ante, & communiter omnes recentiores, vt eſt videre apud Conimbricenſ. 1. *de generat cap.* 5. *quæſt.* 16. & Ruuius *eodem loco quæſt.* 3. *&* 4. cum qua ſit

Vnica Concluſio. augmentatio eſt motus continuus. Probatur primo, auctorit. Ariſtotel. omnis motus eſt continuus. 5. *Metaph. cap.* 13. ſed augmentatio. 5. *Phyſ. tex.* 18. & 8. *tex.* 55. eſt verus motus: ergo continuus.

Probatur ſecundo ratione. ita fit augmentatio, quo pacto fit nutritio; ex dictis enim ſunt idem motus phyſ. at nutritio fit prout alteratio, quia per alterationem in alimentum debitè diſpoſitum introducitur forma aliti, in quo conſiſtit nutritio; ſed alteratio fit continuè; ergo nutritio; ergo augmentatio: quod alteratio in alimento fiat continuè Probatur; alterans eſt agens neceſſarium: ergo alterata vna parte alimenti, ſtatim alterabit aliam, & ſic deindeinceps. ergo alteratio fiet continuè.

Dicent, alterans alterare ſimul totam partem alimenti, poſitam intra propriam ſphæram, poſtea fieri præſentem aliam partem, & dum alia fit præſēs, intercedere quietem, antequam alio inſtanti alteretur pars de nouo facta præſens.

Sed contra primo agens naturale agit vniformiter difformiter, magis in patte propinqua; ergo non poteſt ſimul in omnes partes eandem diſpoſitionem producere; ergo ſucceſſiuè: ſi ſucceſſiuè: ergo & continuè, quia cum ſit agens neceſſarium applicatum, non eſt cur non agat

Contra ſecundo alimentum fit præſens continuè: ideo ſi alimentum deficiat, deficit & viuens: ergo & alterat fiet continuè. Recolite, quæ diximus, cum de alteratione, an ſit motus continuus, huc enim benè recurrunt.

Probatur tertio. Si augmentatio fieret per inſtantia diſcreta, daretur vltima diſpoſitio ad formam ſine forma.

hoc

hoc est absurdum: ergo probatur sequela; in tota illa minima parte, secundùm quam totam simul viuens augetur per aduersarios, vltima dispositio non est simul producta: quia non datur minima alteratio: tùm quia alteratio est continua, consequenter supponitur vna pars, prius altera disposita: ergo pars primo disposita expectauit donec alia disponeretur; vt secundùm omnes simul fieret conuersio, & augmentatio: ergo vera sequela.

Contra conclusionem instatur primo nutritio, & augmentatio per nos non distinguuntur realiter, sed nutritio est generatio substantialis: ergo fit in instanti; ergo, & augmentatio. Confirmatur: in prima generatione viuentia producuntur in certa magnitudine: ergo & in aggeneratione. Ad argumentum negatur consequentia: quia & si substantia non fiat successiuè, & continuè formaliter, vt substantia, cum per quamcumque minimam partem habeatur perfectum esse substantiæ, entitatiuè; tamen vt habet molem, potest produci continuè, &c. Ad confirmationem in prima aggeneratione requiri determinatam magnitudinem, quia debent posse vti suis facultatibus, ad quod debita magnitudo requiritur: at in aggeneratione, & augmentatione, iam supponitur anima, in debita magnitudine: ideo potest minorem, & minorem informare, prout illa minor non existit separata, sed alteri continuatur.

217 Instatur secundo. Si augmentatio esset continua, & successiua, inciperet per vltimum sui non esse, sed hoc est falsum: ergo. Probatur minor, quia illo instanti extrinseco, quo valet, *nunc non est augmentatio immediatè post erit*; vel est vltima dispositio in subiecto, vel non. Si primum ergo datur vltima dispositio sine forma, si secundum vltima dispositio fit continuè: ergo immediatè post non erit dispositum subiectum, neque fiet augmentatio. Respondeo continua, & successiua dici quod producantur per vltimum esse; quia scilicet non est assignare partem determinatam, secundùm quam primo incipiant: reuera tamen incipit per aliquam partem: quando verò ad signandam extrinsecè primam partem, dicitur *non est augmentatio nunc, statim post erit*, tunc non est vltima dispositio, sed statim post erit, quia eodem modo se habet, ac ipsa forma, & quando additur; vltima dispositio fit continuè: ergo immediatè post non erit subiectum dispositum. respondeo, quod fit continuè respectu diuersarum partium subiecti, quas possumus assignari vltimo disponi, non tamen sequitur, quòd immediatè post non erit aliqua pars vltimo disposita licet à nobis non assignabilis. Eadem omnino dicenda sunt de modo, quo incipit, & desinit augmentatio, quæ de alteratione, 1. *Lib. de generatione tract. 2. q. 2.*

Instatur tertio, decretio non fit continuè: ergo neque accretio. consequentia patet; quia eadem ratio. antecedens probatur: quia cum in parte, quæ corrumpitur debeat aliquid prima generatione, tanquam in materia separata produci, requirit determinatam quantitatem. respondeo negando antecedens, ad probationem sola viuentia habere determinatam magnitudinem, vt infra; cum autem in partibus, quæ continuè corrumpuntur in decretione, non generetur aliquod viuens, non est necessaria determinata magnitudo. Addo quod benè semper illæ partes corrumpuntur in aliquod, in quo continuantur alijs partibus eiusdem.

Instatur quarto, ex Hurtado in prima generatione subiectum disponitur totum simul; ergo & in aggeneratione potest. antecedens probatur: quia viuentia requirunt determinatam magnitudinem, ad hoc, vt forma introducatur: ergo totum simul disponitur; alioquin daretur pars vltimo disposita ad formam sine forma. respondeo negando antecedens, ad probationem non censeri aliquam partem vltimò dispositam ad formam, sine forma: quia cum forma nequeat esse, nisi indeterminata magnitudine, non censetur illa pars vltimo disposita nisi, cum & aliæ requisitæ sunt dispositæ, & si sibi nihil superfit recipiendum, quod est maximè aduertendum; alioquin argumentum haberet vim, quæ ratio non militat in aggeneratione.

218 Instatur quinto, ex Aref. potest pars alimenti conuertendi, esse minimæ resistentiæ, & agens validius; ergo tunc poterit fieri in instanti. Respondeo cum Ruu. *quæst. 3. num 29.* negando consequentiam, quia quantumuis minima pars semper est secundùm vnam partem magis proxima agenti; quàm secundùm aliam, cum sit diuisibilis; consequenter cum actio sit vniformis difformiter, prius vna pars conuertetur, quàm alia.

Instatur sexto ex Aristotel. 8. *Phys. tex. 23.* vbi docet incrementa, & decrementa, continua fieri non posse, sed sicut gutta excauat lapidem, in qua excauatione non est assignare partem vnam vni guttæ partem aliam alij parti, sed totum simul est motum. respondeo Aristot. velle quod augmentum, non fiat continuè primo modo posito in principio quæst. (in quo diuersum sentimus) sed primo disponi alimentum, sicut aliquæ guttæ primo disponunt, postea totum simul fit augmentum tempore sequenti expleta dispositione: dicitur igitur totum simul, non vt denotetur fieri instantaneè, sed determinato tempore, ante quod non fuit augmentum; alioquin sibi contradiceret, cum omnem augmentationem, vt vidimus, numeret inter species motus; motus autem est continuus ex eodem; solum enim intendit Aristot. probare nullum motum posse esse continuum contra Heraclitum, sed aliquando intercedere quietem. neque alio sensu potest loqui etiam Diu. Thom. *in hoc tex.* & 2. 2. *quæst. citata*; concedit enim supra hunc tex. augmentum esse motum, sed quiete interruptum: si motus est, ergo continuus. Addo quod excauatio lapidis non fit tota simul, cum fiat per motum localem. quare dum dicit augmentum fieri totum simul, desumpta similitudine ab excauatione lapidis, non potest intelligere de fieri instantaneè, sed sensu explicato. Talis Aristotel. expositio potest desumi ex simili expositione, quam Zabar. *cap. 9.* dat Auerroi in hoc proposito, quam consequenter daret & *hic* Aristotel. alia argumenta faciliora videri possunt apud Conimb. Ruu. Aref. *locis citatis.* Ex dictis.

Deducitur nutritionem esse motum continuum ex parte modi, quo fit, licet quatenus dicit productionem substantiæ, de natura sua hoc non requirat: quia substantia, vt sic; immò etiam vt quanta potest secundùm omnes sui partes simul produci; sicut in prima generatione. quare augmentatio, quæ per nos est tantùm. motus ad substantiam vt quantum, est tantùm motus per se continuus ex modo quo fit; non quia ratione termini non posset esse in instanti secundùm omnes sui partes.

Quomodo fiat augmentatio. Quæstio Septima.

AD veram augmentationem propriam viuentium, de qua tantùm est sermo, tres conditiones requirit Aristotel. 1. *de generatione tex. 32.* primo vt fiat ex materia extrinsecus accedente. Secundo id, quod augetur secundum omnes partes augeatur. Tertio vt post augmentum sit idem, ac ante. De singulis propria quæstio instituenda, vt natura augmentationis melius innotescat. Circa primam quæritur, quomodo peragatur augmentatio, & ratio dubitandi est: quia si ex materia extrinsecus adueniente, videtur, vel alimentum, & partes, quæ nutriuntur, penetranda; vel tantùm iuxta ponenda, quod non transcendit modum, quo augentur, & inanimata. pro solutione. 219

Notandum primo, dupliciter posse esse difficultatem. primo quomodo fiat augmentatio formaliter, & si viuens non videatur acquirere maiorem locum, sed tantùm nouam substantiam quantam; in quo consistit propriè augmentatio. Secundo, quomodo fiat augmentatio, secundùm quam acquiritur maior locus.

Notandum secundo, in partibus viuentium adesse interpositos hinc inde poros, & quasdam quasi cauitates, quibus recipitur alimentum, quo partes nutriantur; non tamen in qualibet parte minima est proprius porus; alioquin vnum corpus non esset magis porosum, quàm aliud contra experiētiam. his notatis pro difficultate in 1. sensu.

Respondeo augmentationem fieri tali pacto, quod vltimum alimentum sanguis; vel aliud recipitur in poris, & concauitatibus, postea à potentia nutritiua vertitur in substantiam illius partis, in cuius concauitate fuit receptum, & sic augescit viuens, quia ei additur substantia quanta, quam primo non habebat. Ex quo 220

Deducitur verè etiam per quancumque augmentationem, viuens acquirere maiorem locum, & si ad sensum nō appareat: quia dum alimentum erat in poris, ille locus occupabatur ab alimento, quod nō erat pars viuentis postea

facta conuersione, occupatur à parte viuentis, consequenter viuens maiorem occupat locum, ac primo. Pro difficultate in secundo sensu, de qua varij modi apud Aresium *quæst.* 33. *sect.* 1.

Respondeo cum eodem Aref. alimento conuerso vi caloris naturalis, viuens extendi ad maiorem locum, in qua extensione, virtute eiusdem caloris alij pori oriuntur ad nouum alimentum recipiendum; neque sequitur per hoc partium tenuitas (quod tanquam absurdum reijcit Zab.) quia partes, quæ extenduntur, & si secundùm omnem dimensionem extendantur etiam secundùm omnem dimensionem nutriuntur; vnde noua substantia addita, per nutritionem impedit tenuitatem, quæ alioquin sequeretur; si autem maior loci occupatio tantùm fieret, quia conuerso alimento fiunt partes tantùm magis distantes per nouos poros productos, vt vult Zab. *cap.* 10. partes iam non seruarent eandem proportionem in toto, vt patebit discurrenti contra experientiam. Ex hoc

221 Deducitur primo, quare cum ad certam ætatem peruenit animal, non amplius extendatur ad maiorem locum; dicendum enim cum Zabar. *de accretione cap.* 6. principaliter fieri accretionem ratione ossium, quæ secundum omnem differentiam augentur, licet magis secundùm longitudinem: quia sic requirit natura corporis, &c. quia igitur processu temporis à calore naturali vehementissimo continuè consumitur humidum ossium, consequenter magis exsiccantur, & consolidantur; cum autem exsiccata, & consolidata sunt, non potest amplius calor naturalis illa extendere ad maiorem locum, sed totam suam vim insumit in restaurando partes, quæ continuò consumuntur, nec alij pori oriuntur in ossibus, nisi qui ex consumptione caloris producuntur, non ex rarefactione: existimo enim vsque dum fit excretio ex duplici causa oriri poros, & ex consumptione humidi, & ex extensione; alioquin cùm alimentum tantùm, quòd intra poros recipitur, conuertatur, non posset saluari, quomodo plus alimenti conuertatur in adolescentia, quàm substantiæ consumatur si tantum essent pori ratione consumptionis: ideò cum ratione extensionis noui pori fieri non possint: quia partes duriores, sed tantùm pori ex consumptione, amplius animal non crescit; potest tamen, & si non augeatur secundùm ossa, augeri secundùm carnem, quæ difficilius ad tantam soliditatem adducitur, vt non possit amplius dilatari: hac de causa post debitum incrementum ossium, & solidatum partium, solet animal carnosius fieri, vt notat præter Zabarel. & Aref. *quæstio.* 32. quamuis possit dici, aliquando non esse animal carnosius, sed pingue orta pinguedine ex defectus caloris naturalis debilitati, qui non potest ad debitam concoctionem alimentum adducere.

Deducitur secundo, sumpta augmentatione pro acquisitione maiori loci, non durare toto vitæ tempore; ideò Aristotel. 3. *de Anima* triplicem statum in hominibus distinxit, videlicet accretionis vsq; ad annum 21. consistentiæ ad 35. & decretionis annis sequentibus ex Conimbricens. 1. *de generatione cap.* 5. *quæst.* 14.

222 Deducitur tertio, quomodo augmentum in primo sensu duret toto vitæ tempore, neque vnquam interrumpatur: quia & si alimentum per motum localem fiat præsens &c. ramen cum calor agat vniformiter difformiter prima parte alimenti vltimo disposita, & conuersa, fit propinquus alteri parti, & in aliam agit, dum noui pori aperiuntur, & nouum alimentum apponitur, & sic de cæteris successiuè, & continuè.

Ad difficultatem initio positam, respondeo cum augmentum fiat modo explicato, intercedere quidem appositionem, sed non solam: quia licet respectu alicuius partis sit appositio, tamen respectu aliarum, & totius, est intra susceptio, per quam ipsius totius intima, ab alimento quasi penetrantur, & in ipsius natura transit seruata eadem proportione à partibus in toto; quo pacto augeri, non competit inanimatis, vt patebit consideranti. Videatur Ruuius *quæstione septima numero* 89. vbi explicat quomodo differant iuxta positio, quæ interuenit in augmentatione viuentium, & quæ in augmentatione inanimatorum.

An viuens augeatur secundum omnes partes. Quæstio Octaua.

Notandum primò partium integralium, de quibus est præsens quæstio alias esse eterogeneas, alias homogeneas; de eterogeneis certum est, omnes augeri, & in tantum augeri in quantum augentur homogeneæ, vt docet Aristotel. 1. *de generatione tex.*, 5 quare difficultas est de homogeneis, quæ cum diuidantur in aliquotas, seu non communicantes, & proportionales, seu communicantes, de omnibus debet esse nostra quæst. quia Aristot. simpliciter dixit, quod augetur, secundùm omnem partem augeri, nulla vsus distinctione de aliquotis, vel proportionalibus. 223

Notandum secundo, cum quælibet pars aliquota infinitas habeat communicantes, consequenter si ipsa augetur, augentur, & illæ, quia alia non dicunt entitatem, quàm entitatem aliquotæ, in qua sunt inclusæ. Pro nostra sententia

Prima Conclusio. partes omnes proportionales non augentur immediatè recipiendo alimẽtum. Probatur quia alimentum debet intus suscipi, sed quælibet pars proportionalis non habet proprium porum: ergo vera conclusio.

Confirmatur, quia partes proportionales sunt infinitæ, pori finiti, vt omnes concedunt; ergo non quælibet potest nutriri, si nutritio, & augmentatio fit per poros.

Secunda conclusio. non quælibet pars aliquota singillatim sumpta augetur per intus susceptionem, probatur eadem ratione, quia non omnes aliquotæ habent poros; ergo, antecedens probatur, pori enim sunt finiti; sumpta igitur quæcumque pars inter duos, vt supra poros, potest in duas æquales diuidi; quæ erunt ad inuicem aliquotæ, licet proportionales, respectu partis, quæ in illas fuit diuisa.

Confirm. quia quæcumque proportionalis, & si sensum fugiat, potest diuidi in duas aliquotas: ergo si non augetur quælibet proportionalis per intus susceptionem: neque quælibet aliquota.

Tertia conclusio. illæ tantùm partes augentur per intus susceptionem, quæ sunt porosæ. huic conclusioni subscribit Zab. *de accretione cap.* 19. Conimbricen. 1. *de generat. cap.* 5. *quæst.* 15. *art.* 2 §. *ad* 1. & alij apud Aref. *quæst.* 33. *citata sect.* 1 §. 2. *sententia* quam probabilem dicit. Probatur ex conclusionib. precedentibus: ideò non omnes proportionales, & omnes aliquotæ augebantur per intus susceptionem: quia non omnes habebant poros: ergo solum quæ habent poros tali pacto augentur. 224

Quarta conclusio. omnes partes non sumptæ singillatim augentur per intus susceptionem. probatur: quia tali pacto sumptæ constituunt partes porosas, quas possumus determinare, sed hæ augentur per intus susceptionem: ergo & illæ. probatur consequentia, quia porosæ augentur secundum se totas, sed aliam non dicunt entitatem, quàm partium inclusarum; ergo etiam inclusæ augentur.

Confirmatur, quia quicumque numerus partium assignetur post augmentationem factam, erit secundùm proportionem maioritatis, quàm ante auctionem fuisset: ergo quælibet est aucta.

Quinta conclusio. in accretione ad maiorem locum quælibet pars simpliciter augetur. est cum Aref. probatur, quia hæc accretio fit per extensionem, sed quælibet pars extenditur: ergo vera conclusio 225

Quare, cum Aristotel. dixit, auctionem secundùm omnem partem fieri, in vtroque augmento, & quòd est tantùm ad maiorem substantiam; & quod est ad maiorem locum, saluari potest sensu exposito

Sed contra primam, & secundam conclusionem instatur. quælibet pars singillatim sumpta non est aucta per intus susceptionem: ergo cum sit aucta erit aucta per iuxta positionem; ergo non erit augmentum diuersum ab augmento inanimatorum. respondeo negando primam consequentiam, quia sicut non est aucta singillatim, sed tantùm vt porosæ constitutiua, per intus susceptionem est aucta, licet etiam intercesserit appositio

Quæres quid intelligat Aristoteles, dum *text.* 35. *primi, de generatione*, videtur velle, quamcumque partem eius, quod augetur augeri quidem secundùm formam, non tamen secundum materiam; omissis varijs expositionibus, quas affert Aresius, *quæstione* 33. *citata sectio.* 3.

Respon-

Respondeo responsione, quam ipse dat ex Auerroe, per formam intelligere figuram, quæ semper eadem manet, dum eadem viuit, & si manus augeatur, non per hoc mutat figuram: per materiam verò intelligere ipsam substantiam constantem ex materia, & forma, quarum partes aliquæ, cum continuè defluant, incrementum suscipere non possunt, apertissimè ipsemet Aristotel. se declarat iuxta hunc sensum *tex.* 36. 37. legatur

An in augmento viuens perseueret idem numero. Quæstio Nona.

226 QVod idem numero viuens perseueret, præter auctor. Aristotel. *text.* 33. vt diximus, suffragantur multæ etiam rationes, si enim quis paruulus aliqua inuratur cicatrice, toto vitæ tempore durat; item si quis in cucurbita paruula aliquas litteras imprimat, crescente illa, crescunt & litteræ, ergo signum est eũdem numero esse hominem, & eandem numero esse cucurbitam: quia accidentia non transmigrant de subiecto in subiectum; remanet igitur idem ne dum specie, vt volunt Conimbricens. *cap.* 5. *quæst.* 12. ab omnibus impugnati; sed etiam numero indiuiduũ, facto augmento

Difficultas tamen est, si viuens in minima materia genitum, & per nouam additam peruenit ad debitam magnitudinem immò continuò calor naturalis, à prima conceptione consumit aliquas partes, quomodo possit saluari identitas numerica. De qua

Prima Sententia est manere idem numero, quia etsi acquirantur, & deperdantur partes materiæ, forma tamen semper permanet eadem, quæ ab informatione vnius partis transit ad aliam; ita Zab. *cap.* 17. *lib. de accret.* Niphus 1. *de generatione, tex.* 38. Pompona, & alij

Sed contra primo, quia etiam materia est essentialis; ergo etiam ratione ipsius debet dici idem numero.

Contra secundo, quia omnis forma materialis educitur de potestate subiecti; cum igitur actus materialis pendeat in conseruari ab illo subiecto numero, de cuius potentia est eductus, pereunte materia, perit etiam forma materialis.

Secunda Sententia est, esse idem numero per æquiualentiam, sicut dicitur idem fluuius, & si omnes partes aquę sint mutatæ; ita Scotus *in* 4. *dist.* 44. *quæst.* 1. Sotus, Bannes, & alij

Sed contra, quia in hac sententia non possent saluari experimenta de cicatrice, literis, &c. si enim omnes partes mutantur, vt in flumine, mutantur etiam illa accidentia ad corruptionem proprij subiecti: vt si in aliqua parte aquæ in fluuio, quid simile reperiatur, & si illi parti alia succedat; non tamen subit qualitates partis precurrentis; sic esset in augmentatione, si tantùm per æquiualentiam idem remaneret.

227 Tertia sententia distinguit duplex genus partium, quædam vocantur spermaticæ, & primigeniæ, quæ scilicet in prima generatione acquisitæ: quædam verò nutrimentales, seu alimentitię: docet igitur hæc sententia partes spermaticas nunquam deficere, & ratione harum dici idem numero; ita dicuntur sentire Auerroes, Phylopo. Buccaferrus, & alij quos sequitur *Tol.* 1. *de generatione quæst.* 9.

Sed contra, quia potior actio est in his partibus, vt potè tenuioribus, mollioribus, & humidioribus in quas calor facilius inuehitur.

Secundo, quia istæ partes sunt inuicem oppositę non secus, ac nutrimentales; ergo agent etiam actione corruptiua ad inuicem.

Quarta sententia distinguit de partibus solidis, & mollibus, & docet partes solidas semper easdem remanere, nec à calore resolui; immò cum siccitas à calore adiuuetur potius illas partes conseruari, & ratione harum dici idem numero ita Aref. 1. *de generatione quæst.* 35. *sect.* 3. §. *vera sententia explicatur*, cui sententiæ addere possumus, & Ruuius *tract. de augment. Sæpius citat*1, *quæst.* 9 qui etsi velit omnes partes, etiam solidas pati à calore, & corrumpi, licet minus, quam partes molles; dicit tamen cum ex magna parte remaneant hæ partes solidæ, dici vnum numero.

228 Sed contra primo: quia acquisito statu consistentiæ adhuc viuens nutritur etiam secundùm partes solidas; ergo tunc oriuntur pori ratione consumptionis: ergo etiam à principio calor consumebat has partes, ergo non remanent semper eędem, consequenter corruit tota fabrica Aresij.

Secundo; vel Ruu. & Aref. loquuntur de partibus solidis spermaticis tantùm, vel etiam de nutrimentalibus. Si de primis, adhuc viget difficultas, quomodo debeat dici viuens idem numero ex minimis illis partibus in conceptione acceptis, & non diuersum ex tot, & in tanta quantitate additis etiam ex illis quas principales vocant. certum est, si vni phialæ vini misceatur vnum congium, non dicetur idem numero vinum. Si vero loquantur de omnibus solidis toto augmenti tempore, nec est ablata difficultas, quomodo sit idem numero, ac quando conceptum facta tanta partium variatione.

Confirmatur quia si post instans conceptionis relictis tantùm partibus solidis facta fuisset tota additio simul, non diceretur idem numero propter illas partes; ergo neque post est dicendum idem numero pręcisè tantum ex illis partibus. Pro solutione

Notandum primo non consumi in processu vitę omnes partes, quas à principio viuens accepit; alioquin non possemus saluare quosdam næuos, qui à prima conceptione recognoscuntur; vel danda esset transmigratio accidentium.

Notandum secundo. Si minimæ parti addatur maxima quantitas, quamuis retineatur eadem figura, non per hoc posse dici idem numero ac primo erat: consequenter, & si concedamus non omnes partes primigenias resolui, non per hoc tantùm potest saluari identitas numerica viuẽtis.

Notandum tertio cum augmentum, & decrementum viuentium fiat successiuè per partes, ita vt nunquam detur actio totalis, qua totum destruatur, & si post multas augmentationes nulla pars, vel minima ex prima materia remanserit, non tolli identitatem numericam; ratio est, quia cum per vnius partis additionem, vel ablationem non destruatur idẽtitas numerica alicuius totius; in qualibet augmentatione idem totum dicendum, quod augetur; sic licet in prima augmentatione vna pars sit destructa, non per hoc negatur totum, quod prius, remansisse; iterum in secunda, & si alia pars deperdita, tollitur, quin sit idem totum, quod fuit terminus, ad quem primæ augmentationis; & sic de singulis; quare facta tota augmentatione, cum nunquam sit ablatum totum, quod primo erat; quia semper successiuè in qualibet augmẽtatione erat idem totum, quod ante illam, remanet vt sit idem numero: his notatis 229

Respondeo ad difficultatem, post augmentum viuens esse idem numero, quia nunquam data est actio totalis, qua totum destrueretur; sed continuis, & successiuis augmentationibus idem numero perseuerabat. Probatur primo veritas huius doctrinæ, ex reiectione omnium ceterarum, non enim videtur superesse, quomodo possit saluari identitas numerica alio modo.

Probatur secundo, quia tota difficultas est in saluanda identitate numerica post tot mutationes; sed optimè saluatur in hoc modo explicandi: ergo. minor probatur, in tertia, vt supra augmentatione erat idem numero quod in secunda, in quarta quod in tertia, in quinta quod in quarta, & sic de cęteris, vt patet ex tertio notab. ergo verè est idem numero.

Sed contra instatur primo, omnes partes, vel saltem maior pars ipsarum sunt mutatæ; ergo & totum; ergo non remanet idem numero. prima consequẽtia probatur; quia totum non habet aliam entitatem, quàm partium. distinguo antecedens, maior pars partium est mutata materialiter, seu singillatim, concedo: formaliter, seu collectiuè, seu vt totum constituebat, negatur anteced. quare negatur prima consequentia, ad probatio. licet non habeat totum aliam entitatem, quam partium, quia tamen semper vna pars loco alterius succedebat, & cum preexistentibus idem totum constituebat, modo explicato, non dicitur totum mutatum; ideò negatur etiam secunda consequentia. Hæc responsio colligitur ex D. Thom. 1. *parte quæst.* 119. *art.* 1. *ad* 5. ex quo loco si benè expendatur, desumitur doctrina, quam attulimus ad difficultatem resoluendam. 230

Instatur secundo, ergo erit vnum numero tantum per æquiualentiam, & sic incidemus in secundam sententiam impugnatam. consequentia probatur, per nostram doctrinam, in tantùm dicitur idem numero, in quantum aliæ partes de nouo loco illarum succedunt, quod est esse idem

per æquiualentiam. Respondeo negando consequentiam ad probat. per nos in aucto remanere aliquas partes, quod non accidit in eo, quod remanet idem per puram æquiualentiam; & licet nouæ partes succedant, sicut dum per æquiualentiam, tantùm remanet idem; tamen hæc successio fit paulatim, vt dicit idem D. Thom. *eodem loco*; atque adeò pars, quæ additur, transit in totum præcedens, non nouum constituens; at non sic, si sit idem tantùm per æquiualentiam: quia plures simul possunt succedere; ita vt non transeant in totum præcedens; sed nouum constituat. non desunt alia argumenta, quibus impugnetur, remanere idem numero videantur apud Aresius *loco citato, sect.* 4. omnia remanent soluta, dato quod per continuam successionem partium, non tollatur identitas numerica, vt probauimus.

An viuentia habeant certos terminos magnitudinis, & paruitatis. Quæstio Decima.

231 PRo tituli intelligentia notandum primo terminum magnitudinis, de quo quærimus, an detur in viuentib. esse vltimum terminum, quo ad magnitudinem, sub maiori quo esse non possint: terminum verò paruitatis vice versa esse vltimum, quo ad paruitatem, sub minori quo nequeunt esse.

Notandum secundo hos terminos solere distingui in intrinsecos, & extrinsecos: intrinseci vocantur *maximum quod sic*, & *minimum quod sic*: extrinseci verò *minimum quod non*, & *maximum quod non*; *maximum quod sic*, dicitur terminus quantitatis, sub qua esse potest viuens, non sub maiori; *minimum quod sic* dicitur terminus quantitatis sub qua esse potest non sub minori; *minimum quod non* dicitur terminus quantitatis, sub qua esse non potest propter maioritatem, sed sub minori, & dicitur *minimum*, quia inter omnes partes, sub quibus esse non potest propter maioritatem est minima; dicitur *quod non*: quia sub ea esse non potest, & sequitur immediatè *maximum quod sic*; *maximum quod non* dicitur terminus quantitatis, sub qua esse non potest; propter minoritatem; sed sub maiori, & dicitur *maximum*, quia inter omnes partes, sub quibus esse non potest. propter minoritatem, est *maximum*; dicitur *quod non* quia sub illa viuens esse non potest, & sequitur immediatè *minimum quod sic*. his notatis

Prima Conclusio animata habent terminos magnitudinis, & paruitatis. hæc conclusio est contra Venerum. 1. *Phys. cap.* 4. conformis tamen communi sententiæ Philos. Ruuij, 1. *Phys. cap.* 4. *quæst.* 1. Masij *ibidem quæst.* 2. *sect.* 1. Murciæ *disp.* 2. *quæst.* 1. Conimbricens. *quæst.* 1. *ar.* 2. 3. Aref. 1. *de generatione quæst.* 33. *sectio.* 2. Tol. Pla. Perer. & aliorum.

Probatur primo, auctor. Aristotel. 4. *de generatione animalium cap.* 4. vbi habet, *cuiusque animalis certa est magnitudo, tum, ad maius, tum ad minus*, & 2. *de anima text.* 41. *nam ignis quidem accretio, in infinitum progredi potest, & eousque fit quousque sit combustibile, at eorum omnium, quæ natura constant scilicet viuentium est finis tam magnitudinis, quàm accretionis, & alijs locis* idem habet.

232 Probatur secundo ratione. partes viuentium pendent in conseruari, ab vna parte principali, à qua influxus recipiunt, vt in animali est cor, in plantis radix; & debent esse organicæ, vt per illam viuens operetur, ergo viuentia habent terminum magnitudinis, & paruitatis: antecedens, patet, consequentia probatur; quo ad primam partem: quia si partes essent nimium distantes, non possent recipere influxus à parte principali, ad tantam distantiam. quo ad secundam etiam partem: quia operationes vitales requirunt determinatam quantitatem, vt sub minori exerceri non possunt

Dices posse calorem intendi; & sic extendi ad quancumque distantiam. Respondeo non posse, eò quod tunc dissolueretur temperamentum debitum.

Probatur tertio, quia nunquam visum est animal, vel planta, sicut pulex, nec sicut mons: ergo signum est, viuentia habere determinatam magnitudinem, & paruitatem.

Secunda Conclusio, viuentia habent terminos intrinsecos magnitudinis & paruitatis, *maximum quod sic*, & *minimum quod sic*. est cum Aref. §. 5. *sententia*. Probatur conclusio, vt detur *maximum quod sic*, & *minimum quod sic*, satis est, si assignetur quantitas, quæ sit maxima in magnitudine, & minima in paruitate, vt sub maiori, & minori existere non possit; sed hoc est assignabile: ergo. probatur minor, sit vt supra determinata quantitas, quam viuentia requirunt ex præcedenti conclusione, versus magnitudinem, decem palmaris, versus paruitatem palmaris; quantitas decem palmaris erit *maximum quod sic*: quia sub maiori existere non potest, & palmaris *minimum quod sic*; quia non potest esse sub minori: ergo

Tertia conclusio. viuentia non habent terminum magnitudinis extrinsecum *minimum quod non*: habent tamen extrinsecum paruitatis, *maximum quod non* prima pars probatur, quia vt daretur *minimum quod non*, necesse esset, assignare in quantitate, sub qua esse non posset ob maioritatem, partem omnium partium minimam; sed non datur: quia quacumque assignata alia minor assignari potest; ergo 233

Dices eadem ratio militat etiam *in maximo quod sic*; quia quæcunque quantitas assignata pro termino, adhuc potest diuidi. respondeo negando assumptum; ad probat. & si sit diuisibilis, non facit ad rem, quia *maximum quod sic*, dicit totam quantitatem, sub qua esse potest; vnde vt sic non est diuisibilis, alioquin non esset *maximum quod sic*, at *minimum quod non*, non dicit totam quantitatem, sub qua esse non potest, sed tantùm vltimam penitus partem ab intrinseco, quæ non datur.

Secunda pars probatur: quia verè datur maxima quantitas, ex tota quantitate, sub qua esse non potest propter minoritatem vt sup. palmaris, sed hoc est *maximum quod non* ex dictis: ergo; in hoc videmur contrarij Aresio, qui loquens de terminis paruitatis, tùm intrinseci, tùm extrinseci dicit eandem esse rationem, ac de terminis magnitudinis, licet autem non detur *minimum quod non* potest tamen dici, quod viuentia habeant etiam quo ad magnitudinem terminum extrinsecum, scilicet primam partem quantitatis ab extrinseco assignabilem; ex illa, sub qua esse non potest ob maioritatem, in quo conuenimus cum Aresio.

Sed contra primam conclusionem Instatur primo, anima de facto reperitur in quacunque minima parte corporis: ergo etiam sic posset poni: ergo non requirit determinatam magnitudinem. respondeo negando primam consequentiam, quia vt vnita alijs partibus, ex omnibus conficitur determinata quantitas; non autem si sit sola; non enim valet in viuentibus, non datur minimum inexistens, ergo nec minimum existens, propter rationem assignatam

Instatur secundo, producto viuenti, in maxima, vel minima quantitate, sub qua esse potest, si datur determinatus terminus, qui excedi non possit, sequeretur non posse illud viuens, si ab animali venenoso mordeatur, intumescere; neque per alium morbum conttahi: hoc est absurdum: ergo etiam dari hos terminos. Sequela probatur: quia alioquin non esset vltimus terminus, sub quo esse potest, vt supponimus. Respondeo distinguendo sequelá, sequeretur non posse intumescere, si esset sub omni magnitudine, seu paruitate, sub qua esse potest, siue sanum, siue infirmum, concedo, quod nullum pareret absurdum: si esset sub omni magnitudine, & paruitate, sub qua esse potest in statu naturali sanitatis, de quo est nostra doctrina, & videtur intendere etiam argum. negatur, quia habito omni termino, sub quo esse potest, naturaliter, acquirere posset maiorem, vel minorem supernaturaliter, vel infirmitatem. 234

Instatur tertio, non nullæ plantæ videntur semper crescere, vt vitis, & quædam arbores radicosæ, quarum radices alias arbores producunt, & sic videntur in infinitum excrescere. Confirmat. quia Crocodrillus quandiu viuit, semper crescit. Respondeo negando assumptum, neq; arbores radicosæ excrescunt in infinitum, & si ex ipsis rami subtus terram occlusis, radices agunt, arbores producunt, non remanet eadem arbor: sed noua producitur, cuius signum est, quòd non sumit alimentum à radice arboris, ex cuius ramo prodijt, sed ex radice, quam egit ramus ipse. Ad Confirmat. si assumptum sit verum, dicendum non excrescere in infinitum: quia tandem moriuntur, sed neque per hoc vnquam excessisse debitum terminum, sicut, nec Gygantes, & si staturæ adeo proceræ, vnquam excesserunt maximum quod sic. pro maiori intelligentia totius quæst. videri potest Per. *lib.* 10. *cap.* 22. 23.

An

An prędicti termini reperiantur in inanimatis.
Quæstio Vndecima.

235 QVærit tantùm quæstio de potentia naturali: supernaturaliter enim certum est, non habere inanimata hos terminos, sed posse in infinitum Syncategorematicè augeri, & minui: & etiam quærit tantùm de natura propria inanimatorum: per accidens enim certum est, habere terminum magnitudinis: quia omnia intra ambitum Cęli continentur. de hac quæstio. variæ sententiæ videri possunt apud Aresf. *quæst.* 35. *sect.* 4. Pro nostra sententia, sit

Prima conclusio. inanimata non habent terminum, quo ad magnitudinem, seu *maximum quod sic*. est D. Tho. 1. *parte quæst.* 7. *art.* 3. Auer. 6. *phys. com.* 32. Scoti *in* 2 *dist.* 2. *quæst.* 9. Durandi *dist.* 18. *quæst.* 1. Tol. 1. *Phys. quest.* 9. Conimbric. *cap.* 4. *quæst.* 1. Aresf. *loco citato*, Ruuij, & aliorum apud istos. Probatur primo auctorit. Aristotel. 2. *de Anima tex.* 41. *citato*, vbi habet. *ignis quidem accretio in infinitum, quousque est combustibile.*

Probatur secundo, quo maior est ignis, & cętera non viuentia, eo euadunt fortiora ad agendum, & resistendum contrarijs: ergo nulla magna quantitas ei repugnat

Probatur tertio, implicat applicari stuppam ad ignem, & illam non comburi, hoc sequeretur; si haberet terminum magnitudinis: ergo. Antecedens patet. sequela probatur: sit ignis *in maximo quod sic*, ei concesso ab aduersarijs, non potest esse maior: ergo neque comburere, quia per combustionem ignis augetur

Respondet Fet. 1. *Phys. quæst.* 7. *ad tertium*, ignem combusturum stuppam, sed non sibi vniturum, atq; adeò non crescet vltra *maximum quod sic*, sed contra: quia si paruus ignis ex combustione sibi vnit ignem de nouo productũ, ita vt vnum continuum efficiatur, cur non magnus ignis?

236 Secunda conclusio. inanimata non habent terminum paruitatis, seu *minimum quod sic*, est cum Scoto *loco citato* Perer. *lib.* 10. *cap.* 23. Ruu. 1. *Phys. cap.* 4. *quæst.* 1. Aresf. *loco citato*, & alijs contra multos ex auctoribus pro pręcedenti cõclusione, qui voluit inanimata non habere *maximum quod sic*, benè *minimum quod sic*. probatur primo auctorit. Aristotel. *lib. de sensu, & sensibili*, vbi docet *cap.* 3. homogenea non diuidi ad minimum

Probatur secundo ratione. agens agit vniformiter difformiter: ergo non datur minimum in inanimatis. antecedens, suppono; consequentia probatur, actio vniformis difformis requirit, vt agens agat prius in partem magis propinquam, sed quacunque assignata, aliæ, & alię propinquiores assignari possunt in infinitum; ergo non datur minimum, in quod totum simul agens inducat formam substantialem: ergo forma substantialis inanimatorum, non sibi determinat minimam quantitatem

Respondet, agens agere quidem vniformiter difformiter quò ad productionem accidentium, non formæ substantialis, sed contra: quia sequeretur dari materiam vltimo dispositam ad formam sine forma; neque saluatur dicendo, non haberi vltimam dispositionem, vsque quo determinata quantitas sit tota disposita, quia cum forma substantialis, quæ corrumpitur, non possit esse cum omnibus qualitatibus ad formam generandam illa materia remaneret, sine vlla forma, vsque dum determinata quantitas disponatur, quod non militat, in animatis, quia adsunt formæ substantiales partiales

237 Probatur tertio, ratione Aresf. homogenea habent partes eiusdem essentiæ, & denominationis: ergo sumpto minimo, quod ponunt vt supra aquæ, vel pars, quæ potest assignari, est aqua, vel non. Si secundum: ergo aqua non est homogenea, si primum: ergo forma aquæ potest esse in parte minori minima: ergo non datur minimum.

Respondebit Tol. *loco citato*, ex fundam. quod iacit §. *in his conclusionibus*. aliud esse loqui de minima parte vt sic in homogeneis: quia cum homogenea sint continua quacumque assignata pro minima potest alia, & alia assignari, aliud de minima parte per se existẽte separata, quod alij dicunt, diuersum esse loqui de minimo inexistente, & de minimo existente. respondebit igitur quacumque assignata, si alia, & alia assignetur, futuram veram aquam, dum omnes sunt vnitæ, at si separentur, corruptum iri: sed contra, vbi valet distinctio de minimo inexistente, & existente, partes non appellantur eadem denominatione, qua minimum existens, vt supra caput hominis, in quò tantùm non potest esse anima rationalis, pedes, &c. quia anima sibi determinat minimum existens, non dicuntur homo: at in inanimatis, quocunque minimo assignato, appellantur partes eadem appellatione: ergo quia quantum est ex parte formæ in illa minima parte esse potest. aliæ rationes videri possunt apud auctores citatos.

Sed contra primam conclusionem Instatur primo, qualitates sunt determinatæ quo ad magnitudinem: ergo 238
etiam quantitas: ergo inanimata non possunt augeri, in infinitum. respondeo distinguendo antecedens, sunt determinatæ de natura sua: nego: quatenus dispositiones, adhuc distinguo, quò ad intensionem: concedo: quo ad extensionem, nego: ideò autem sunt determinatæ, vt dispositiones, quia inanimata sunt determinata, quo ad essentiam: sed quia non sunt determinata quò ad extensionem, ita neque qualitates: quare negantur prima, & secunda consequentia.

Instatur secundo, forma cadaueris habet determinatam quantitatem: ergo inanimata habent terminum magnitudinis. respondeo non dari formam cadaueris, sed tantùm remanent formæ partiales, quæ habent terminos magnitudinis, & paruitatis, non quatenus inanimata; sed quatenus partes animalis, vt sic enim requirunt terminos, quia eterogenea, quæ ex eis fiunt, eos requirunt; ad illorum enim diminutionem, etiam eterogenea diminuerentur; nec alio sensu dixit Aristotel. 1. *Phys. tex.* 34. si à minima carne aliquid esset separabile, daretur minus minimũ.

Instatur tertio, contra secundam conclusionem ex 2. *de cœlo tex.* 10. vnumquodq; est propter suam operationem, ergo requirit determinatam quantitatem; alioquin ad tam paruam posset deuenire, vt non posset operari, sicut securis potest esse tam parua, vt non possit scindere. Respondeo negando consequentiam, quia inanimata sub quacunque minima quantitate, semper possunt operari; & si in minima diuisa corrumpuntur, prouenit ex contrario ambiente vehemẽti. quare si poneretur minima pars ignis circundata à magno igne nunquam corrumperetur

Dices, ergo in actione vniformi difformi dabitur pro- 239
cessus in infinitum; quia nunquam poterit assignari, pars minima, qua minor non possit produci. Respondeo in hoc sensu concedendo antecedens, immò etiam aduersarij tenentur concedere, quia negant minimum inexistens; ergo quacunque assignata, alia pars minor, & minor potest assignari; si igitur per ipsos non est absurdum in ipsa re producta dari processum in infinitum in partibus; ego absurdum non existimo, dari quò ad paruitatem, sub qua potest produci. est par ratio: processus verò in infinitum, in quem philosophi adeò inuehuntur est inter causas, quia danda causa à qua res fiat, ne in infinitum progredi debemus

Instatur quarto, inanimata requirunt determinatas dispositiones; ergo & quantitatem. respondeo negando consequentiam: quia qualitates se tenent ex parte formę, & quantitas ex parte materiæ: quælibet autem forma habet particulares dispositiones. immò neque in viuentibus requireretur quantitas determinata, nisi esset dependentia partium ad inuicem

Instatur quinto, viuentia propter operationem requirunt *minimum quod sic*; ergo & inanimata; videtur enim eadem ratio. respondeo negando consequentiam: quia vita essentialiter pendet ab operatione partium, medio calore naturali; at in minima quantitate calor requisitus pro debito attemperamento, qui non per hoc minueretur, statim absumeret humidum radicale; igitur requirunt determinata organa, vt possit æqualiter, quod absumitur per alimentum, reparari; alioquin viuentia ab intrinseco secum ferrent propriam ruinam, quod non militat in inanimatis.

Nonnulla dubia circa potentiam generatiuam.
Quæstio Duodecima.

DIscussis, quæ spectabant ad potentiam nutritiuam, &
augmentatiuam, antequam applicetur vltima manus 240
huic tractat; vnum vel alterum dubium soluendum, circa potentiam generatiuam: diffusior enim tractatio potius ad medicos spectat, quàm ad Philos. Supposito, vt diximus *quæst.* 2. *huius tract.* potentiam generatiuam sumptam

pro

pro productiua seminis, non esse distinctam nisi formaliter ab augmentatiua, & nutritiua, & si resideat in parte determinata viuentium. nunc

Dubitatur primo, quænam sit potentia efformatiua fœtus, de quo variæ sententiæ videri possunt apud Conimbricens. 1. *de generatione cap.4.quæst.26.* omnibus omissis. Suppositis nostris principijs, quod accidentia non possint attingere productionem substantiæ; cum formę partiales, quibus fœtus efformatur, excedant virtutem actiuam seminis: & supposito, quod in generatione fęmina actiuè concurrat, quod auctorite Hippocratis, Gal. multorum ex Medicis, Philos. & Theolo. docent Conimbricens. *loco citato, quæst.27.art.1.* & Hurtad. *de generatione disp.2 sect.6.* & probabilius videtur.

Respondeo fętum efformari ab anima matris, ita Ochamus *in 3.quæst.3.* Gabr. *quæst. vnica dist. 4.* cui adstipulatur Hurtad. *loco citato §. 72.* ratio est, quia anima habet vim producendi omnes partes, quæ in fętu reperiuntur, vt patet in nutritione; ergo cum anima matris pręsens adsit, illi attribuendum. non inficior quidem, etiam semen ipsum per proprias dispositiones, & vterum concurrere; sed tantùm accidentaliter: vera autem productio formarum substantialium ab anima fit in femina

Instabis. Si ab anima fit efformatio fœtus, cum brachium, vel aliud membrum abscinditur, posset efformari; sed hoc est contra experientiam; ergo. respondeo negando sequelam; non ex parte agentis est defectus, sed ex parte subiecti; natura enim ad primam efformationem pręscribit semen: ad restauranda alimentum, & si sint eiusdem rationis partes, quæ per augmentationem adduntur, cum primo genitis, non sequitur eadem materia posse etiam integrum restaurari, quia aliud est, quòd minima particula ossis producatur: aliud, quòd totum os integrum efformetur: vnde dixit Gal. *lib. de semine cap. 17.* virtutem delineantem esse efficaciorem in prolis generatione; quàm in prole genita. plura apud Conimbricens. & Hurtadum *locis citatis*.

241 Dubitatur secundo, quid sit generatio viuentium propria. Respondeo cum D.Thom. 1. *parte quæst. 27. art. 2. esse originem viuentis a viuente principio coniuncto, in similitudinem naturæ*

Dicitur primo, *origo*, quæ abstrahit, à quacunque causalitate, vt hac definitione comprehendatur, etiam generatio Verbi Diuini, & solum significat emanationem, & processionem geniti à generante.

Dicitur secundo *viuentis à viuente*. per quod excluduntur, quæ fiunt ex putri, quæ non dicuntur fieri per veram generationem, cum non sint, à viuente. insuper, quæ producuntur tanquam partes eiusdem producentis, vt in nutritione; tunc enim non est origo vnius viuentis ab alio viuente

Dicitur tertio *principio coniuncto*, quia viuentia dum generant, communicant de propria substantia: per quod diximus, generare propriè, non conuenire igni, & cęteris inanimatis

Dicitur vltimo *in similitudinem naturæ*: scilicet debet esse eiusdem speciei genitum cum generante: immò addunt Theologi, similitudinē debere esse ex vi talis actionis: ideo Eua facta ex costa Adæ, non est genita: tum quia facta à Deo, consequenter non in similitudinem naturæ; tùm quia non fuit mulier ex vi talis actionis: sicut enim fęminam fecit, poterat, & muscam ex vi illius actionis producere

Dubitatur tertio quare inter omnia opera vitæ vegetatiuæ Aristotel. *text. 34.* vocauerit opus naturalissimum, generare sibi simile. respondeo: quia hæc est differentia inter potentiam generatiuam, & nutritiuam, & augmentatiuam: quod illa ad conseruationem speciei tendit: istæ ad conseruationem indiuidui: natura autem maximè affectat conseruationem speciei, vt potè, in qua potest perpetuari, non autem in indiuiduo: quia corruptibile: ideò Aristotel. generare vocauit opus naturalissimum. Hactenus de toto hoc tract.

Tractatus Tertius. Qui est de Anima Sensitiua.

TErtium Tractatum in ordine debemus animę sensitiuæ, qua mediante sternamus nobis viam ad rationalem, & tanquam ab imperfectioribus nostra methodus tendat ad perfectiora, igitur

An anima Sensitiua sit indiuisibilis. Quæstio Prima.

TAnquam certum suppono primo neque in quæst. vocco primo animam Sensitiuam esse veram animam, ne 24
dum secundùm gradum vegetatiui: quem formaliter continere, diximus *tract. pręcedenti*, & quem veram animam statuimus, sed etiam secundùm gradum, sensitiui: quia etiam vt sic, est principium se perficiendi ab intrinseco per veram actionem vitalem, vt patebit in progressu, in quo consistit vera ratio vitæ

Suppono secundo animam sensitiuam esse cognoscitiuam, vt docet Sacra scriptura Isaiæ. 5. *bos cognouit possessorem suum*, & alibi, & etiam ratione, quia bruta possunt doceri, & instrui in aliquibus, quod fieri nequit nisi per cognitionem, qua, quod erudiens tradat, cognoscatur: ideò plantæ incapaces disciplinæ: his suppositis, quæ ab omnibus conceduntur. prima quæstio est, an anima sensitiua sit in partes diuisibilis, vel tota in toto, & tota in qualibet parte, & sermo est de anima sensitiua, quæ non sit rationalis: quæ enim contrahitur per rationalem eiusdem naturæ est cum illa: quia non distinguuntur realiter ex dictis.

Prima sententia docet esse indiuisibilem. ita D. Thom. 1 *parte quæst.76 art.8.2.contra Gentil.cap.76. quæst. vnica de anima art.10.* D.Bonauentura *in 1.dist. 8. 1. parte qu...* Mag. Alber. Caiet. Fer. & alij apud Ruu. *tract. de modo, quo anima informat corpus, quæst. 3.* quos omnes sequitur noster Pasqual.

Secunda sententia vult esse diuisibilem ad diuisionem subiecti, in quo recipitur ita Duran. *in 1.dist.8. quæst.3.* Ægidius *ibidem*. Suarez *disp.15.sect.8. num. 32.* & alij apud eundem Ruu. quos ipse sequitur, & Hurta. *disp. 2. de anima sect.4.* quibus assentiuntur, & Conimbricens. quatenus *cap.1.quæst.8.art. 3.* vtramque opinionem probabilem iudicant, & cum hac sententia, sit.

Prima conclusio. anima sensitiua est diuisibilis ad diuisionem subiecti. probatur primo anima purè sensibilis 24
educitur de potentia materiæ: ergo est diuisibilis; antecedens patet, quia alioquin crearetur, consequenter esset incorruptibilis, independens à materia, &c. sicut anima rationalis. consequentia probatur quidquid educitur secundùm se totum, de aliquo subiecto, non petit ab alio educi: at ex vna parte materiæ educta anima sensitiua, petit educi etiam ex alia: ergo non educitur secundùm se totam: ergo secundùm partes: ergo est diuisibilis. maior probatur, quia secundùm se totum educi, est educi adæquatè. minor etiam probatur: quia anima est actus corporis organici: at vna tantùm pars, non est corpus organicum; ergo ex vna parte educta, petit educi etiam ex alia

Confirmatur, quia subiectum eductionis concurrit ad vnitatem numericam formæ, quæ educitur: ergo ex distinctis numero partibus, non potest educi eadem numero anima: ergo educitur secundùm diuersas sui partes.

Dices, eadem ratione probaretur nec animam rationalem posse indiuisibiliter informare plures partes corporis, quia secūdùm se totam informaret quamlibet partem, consequenter adæquatè. respondeo disparem esse rationem: eductio enim est productio: ideo res semel producta non petit amplius produci: at pura informatio, sicuti est in anima rationali, non est productio, sed supponit tem productam: vnde si res producta, petat informare plures partes, erit tota in toto, & tota in qualibet parte

Probatur secundo, in nutritione producitur noua pars animæ sensitiuæ: ergo est diuisibilis. consequentia patet, antecedens probatur: pars alimenti, quæ transit in substantiam animalis, animatur: non anima, quæ pręerat in parte animalis, quæ consumitur: neque anima, quæ est in alijs partibus, quibus fit additio: quia forma materialis non transit de subiecto in subiectum: neque tota anima, quæ de nouo producatur: quia producta ex diuerso subiecto, & diuersa productione ab anima existente in cęteris partibus, non posset dici vna, & eadem numero anima, ergo producitur noua pars animæ, qua animetur.

Respondet Pasqual. non produci animam de nouo, quo ad entitatem, sed quo ad nouum modum existendi: qua- 24
tenus

tenus per augmentationem determinatur per nouum mo dum exiſtendi ſuperadditum ad exiſtendum in partibus de nouo additis, &c. ſed contra: quia in formis materialibus, modus exiſtendi ſecum trahit eductionem, quia in tantum in aliquo exiſtit, quatenus ex illo educitur.

Probatur tertio, anima purè vegetatiua, & etiam ſenſitiua animalium, quæ dicuntur imperfecta, eſt diuiſibilis, tùm auctorit. Ariſtotel. *hic tex.* 20. & *de breuitate vitæ capite vltimo*, vbi docet, horum animam eſſe vnam actu, & plures potentia; tùm experientia: quia plantæ, & illa animalia, diuiſa adhuc viuunt; ſed quæuis anima ſenſitiua non eſt minus immerſa materiæ, quam prędictæ animæ: ergo eſt diuiſibilis.

Secunda concluſio, anima ſenſitiua aliquo modo poteſt dici indiuiſibilis. probatur, & explicatur ſimul. anima ſenſitiua, licet ſecundùm diuerſas partes ſit educta de diuerſis partibus materiæ: quia tamen eſt forma multùm perfectior, quàm formæ inanimatorum, ideò non ſibi determinant pro adæquato perfectibili quamlibet partem ſubiecti, ſed certa, ac determinata organa ſimul, extra quæ nequit conſeruari, & exiſtere, & equorum quodlibet ſi deficiat, perit & anima, ad differentiam inanimatorum, quorum formæ in qualibet parte ſeparata poſſunt exiſtere; in hoc igitur ſenſu poteſt huiuſmodi anima dici indiuiſibilis: quo ſenſu dixit Ariſtotel. *cap.* 1. *de iuuentute, & ſenectute, prope finem*, animas perfectorum animalium non pati diuiſionem, ſed eſſe maximè vnam: quia illæ cum ſint perfectiores, quàm animæ plantarum, & inſectorum animalium, de quibus loquutus fuerat, plura petunt organa, quæ non habentur, ſi ſint diuiſa: ideo maximam dicunt vnitatem.

245 Sed contra primam concluſionem inſtatur primo, anima ſenſitiua eſt actus corporis organici; ergo tota in toto, & tota in qualibet parte. Probatur conſequentia in quacunque parte corporis eſt anima, de cuius eſſentia eſt eſſe actum corporis organici; ſed non eſt actus corporis organici reſpectu vnius tantùm partis: ergo eadem, quæ eſt in vna parte, eſt etiam in alia: ergo eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. reſpondeo primo, quod ſi hoc argumentum probaret, probaret de omni anima: quia de omni verificatur, quod ſit actus corporis organici. Reſpondeo ſecundo, negando conſequentiam, ad probationem in quacunque parte corporis animati, non eſſe animam, ſed partem animæ; non eſt autem de eſſentia partium animæ eſſe actum corporis organici, ſed tantùm reſpectu totius animæ, in quo notanda differentia inter animam, & cęteras formas diuiſibiles, quod illæ non ſibi determinant certas partes: ideò quælibet pars habet eandem denominationem, ac tota forma; at anima ſenſitiua, cum propter materialitatem non poſſit eſſe tota in toto, & tota in qualibet parte, vt potè forma perfectior, ſibi determinat certas partes, ſecundùm quas ſit apta informare corpus organicum, & cum his tantùm partibus coniunctim competit eſſe animam.

Inſtatur ſecundo, in formis diuiſibilibus, ex qualibet parte conſtituitur natura completa, non ſic in anima ſenſitiua: non enim pars leonis dicitur leo: ergo. reſpondeo eadem diſtinctione, in formis inferioribus anima, concedendo maiorem, negando in anima propter rationem allatam.

246 Inſtatur tertio, in ſenſitiuis, ſi vna pars offenditur, & alia dolet: ergo eadem anima in omnibus partibus. probatur conſequentia, quia non poteſt fieri paſſio, vbi non eſt applicatio contrarij inferentis paſſionem; ergo, ſi dum ſit applicatio vni parti, & alia patitur, ideò accidit: quia eadem anima ſecundùm entitatem, in omnibus partibus. reſpondeo primo, hoc euenire etiam in animalibus imperfectis, & tamen ſecundùm communiorem non habent animam indiuiſibilem. reſpondeo ſecundo negando conſequentiam, ad probationem, dum vna tantùm pars læditur, aliam non pati, ſed tamen moueri, propter naturalem ſubiectionem, quam omnia membra habent ad appetitum ſenſitiuum, qui motum imperat; quaſi ad defendendam partem lęſam. ad hoc autem non eſt neceſſe, vt anima ſit indiuiſibilis, ſed ſufficit, ſi requirat plures partes ſimul ad hoc, vt operetur, & ſit. alia argum. videri poſſunt apud Ruuium & Hutt. qui omnia ſoluunt. ex dictis

Deducitur animam purè vegetatiuam eſſe diuiſibilem in plures partes: rationes enim, quæ probant diuiſibilitatem in ſenſitiua brutorum, probant etiam diuiſibilitatem in vegetatiua plantarum, vt patebit conſideranti; immò hæc maiorem habet diuiſibilitatem; quatenus pauciora organa requirit: ideò diuiſa, in aliquibus partibus poteſt conſeruari: quia in illis debita organa reperiuntur.

An ſenſus concurrat actiuè ad ſenſationem. Quæſtio Secunda.

Circa præſentem quæſt. varij fuerunt ſenſus, vt eſt videre apud Conimbricenſ. *hic cap.* 6 *quæſtio.* 1. & Ruu. *tractat.* 1. *de obiectis ſenſibilibus quæſt.* 1. pro vera ſententia, ſit 247

Prima concluſio. ſenſus eſt potentia actiua reſpectu ſenſationis. eſt D. Thom. *de veritate quæſt.* 16. *art.* 1. *ad tertium*, & communi apud eoſdem Conimbricen. & Ruu. probatur primo auctorit. Ariſtotel. *hic tex.* 37. vbi eodem modo dicit fieri accretionem, & ſenſationem; ſed ad accretionem anima concurrit actiuè; ergo etiam ad ſenſationem.

Probatur ſecundo ratione. ſenſatio eſt actus vitalis; ergo ſenſus concurrit effectiuè ad ſenſationem. probatur conſequentia, quia actio vitalis, quæ de natura ſua eſt immanens, in illo recipi debet, à quo producitur, ſed recipitur in ſenſu: ergo à ſenſu efficitur. Confirmat. quia actus vitalis non poteſt eſſe, niſi à principio vitali. vide Hurtad. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *ſubſect.* 1.

Probatur tertio. Si ſenſus non concurreret actiuè ad ſenſationem, vt diceretur ſentire, ſufficeret receptio ſpeciei; ſed hoc non ſufficit: ergo. Sequela antecedens probatur, quia, qui negauerunt ſenſui concurſum actiuum, poſuerunt ſenſationem in receptione ſpeciei. minor etiam probatur, quia ſpecies recipiuntur in aqua, & in ſpeculo; nec tamen aqua, aut ſpeculum dicuntur ſentire.

Secunda concluſio. Senſus reſpectu ſenſationis non eſt tantùm potentia actiua; ſed etiam paſſiua. Probatur: quia ſenſatio elicita effectiuè à ſenſu in eodem remanet, cum ſit actus immanens: ergo ne dum eſt potentia actiua, ſed etiam paſſiua. & in hoc tantùm ſenſu appellauit Ariſtot. aliquando ſenſum potentiam paſſiuam; vel etiam reſpectu obiecti ſenſibilis: quia ſenſus circa ſenſibile nihil agit, ſed tantùm patitur recipiendo ab eodem ſpecies, ad differentiam potentiarum, animæ vegetatricis, quæ circa propria obiecta operantur.

Sed contra hanc concluſionem poteſt inſtari *ex textu.* 140. vbi docet actum ſenſibilis, & ſenſitiui, eſſe ſicut tunc actio, & paſſio, quæ ſunt vnus motus; ſed actus ſenſibilis, eſt producere ſpecies, ergo actus ſenſitiui erit eas recipere tantùm; ergo non erit potentia actiua. reſpondeo Ariſtotel. loqui de ſenſatione, ad quam concurrit etiam obiectum media ſpecie, quæ eſt vnus motus, & in ſenſu recipitur. expendatur text. 248

Inſtatur ſecundo, recepta ſpecie ſit ſenſatio: ergo ſenſatio eſt ſola receptio ſpeciei; ergo ſenſus non concurrit actiuè. reſpondeo diſtinguendo antecedens, ſit ſenſatio formaliter, negatur: ſit virtualiter, quatenus recepta ſpecie, ſenſus ſit potens ad ſentiendum, conceditur: quare negatur conſequentia.

An dentur Species ſenſibiles quæ concurrant cum ſenſu ad ſenſationem. Quæſtio Tertia.

Species ſenſibilis diuiditur in impreſſam, & expreſſam; expreſſa ſolet appellari actualis tendentia ſenſus ad obiectum: quia per illam ſenſus exprimit in ſe proprium obiectum: impreſſa verò dici ſolet, quod ſe teneat ex parte potentiæ complens illam ad eliciendam expreſſam, & de hac eſt preſens quæſt. quæ duo quærit: primo an dentur huiuſmodi ſpecies impreſſæ. Secundo an concurrant ad ſenſationem. 249

Prima ſententia docet non dari huiuſmodi ſpecies impreſſas, ita Porphyr. *in lib. de ſenſu* Platin. *Enneade* 4. *lib.* 5. Gal. Hipo. Durand. *in* 2. *diſt.* 3. *quæſt.* 6. Ocham, & alij apud Conimb. *cap.* 6. *quæſt.* 2. Verum hi auctores ſunt diuiſi, nam aliqui negant quancunque ſpeciem; alij tantùm quo ad ſenſus externos; alij ſolum quò ad aliquem ex externis; alij verò vt Durandus, & ſi ponunt ſpecies poſſe produci in ſenſibus; volunt tamen nihil facere ad ſenſationem: cuius opinionis videtur etiam Zab. de ſenſu agente cap. 8.

Se-

Secunda Sententia, concedit species, vt productiuas sensationis. est communis D. Thom. *hic tex.* 138. & 1. *parte quæst.* 56. *art.* 1. *in corpore*, & alibi, Scoti, D. Bonauenturæ, Argentinæ, & aliorum, quos omnes sequuntur Conimbricens. *hic cap.* 6. *quæst.* 1. *art.* 2. Ruu. *tract. citato qu.* 1. & 3. Hurtad. *disp.* 12. *sect.* 1. Lanfranchi *Opuscul.* 14. *cap.* 7. cum quibus

250 Prima conclusio, quo ad primam partem quæst. dantur Species sensibiles (pono conclusionem indefinitam, non respectu huius, vel illius sensus, de hoc enim infra) probatur primo auctoritat. Aristotel. *hic tex.* 138. *vnumquodque enim sensitiuum, susceptiuum est sensibilis sine materia, vnde abeuntibus sensibilibus, insunt sensus, & phantasiæ*, quo text. nota ly *sensibilis sine materia*, quod speciem denotat, quæ dicitur quoddam esse spirituale habere vt *quæstione sequenti*.

Probatur secundo, in speculo videntur, quæ ei opponuntur: ergo dantur Species sensibiles, quæ in illo reflectant probatur consequentia: quia non est obiectum, cum distet: ergo aliquid exprimens obiectum: ergo species.

Probatur tertio. Si inter obiectum visu perceptum, & oculos, ponatur corpus opacum, impeditur visio: ergo dantur Species sensibiles; probatur consequentia, quia inter posito corpore opaco, adhuc remanet obiectum intra spheram visus; ergo, si amplius non videtur, causa est, quia impeditur transmissio specierum; ergo

Confirmatur quia, ideo virga, cuius medietas sit supra, alia medietas infra aquam, fracta apparebit: quia per diuersam lineam transmittuntur species, ab vna parte, ac ab alia; ergo

Probatur quarto, dormientes phantasiamur: item recordamur rerum præteritarum; ergo dantur Species sensibiles, quæ semotis sensibilibus, in sensibus insint.

251 Secunda conclusio. Species sensibiles impressæ concurrunt effectiuè cum sensibus ad sensationes. probatur primo auctorit. Aristotel. *tex.* 140. vbi docet, eundem esse actum sensitiui, & sensibilis, sed sensibile concurrit media specie; ergo species concurrit effectiuè.

Probatur secundo. Species concurrit ad sensationem, vt sensum de se indifferentem ad omnem sensationem, determinet potius ad hanc, quàm ad illam; ergo concurrit effectiuè. probatur consequentia, quia si non influit simul cum potentia; sensus remanet quo ad influxum, indeterminatus, & indifferens, ac sine specie.

Probatur tertio, species concurrit ad sensationem, sed non potest concurrere nisi in genere causæ efficientis: ergo. prima pars antecedens probatur, quia natura nihil facit frustra, cum igitur semper ac elicitur sensatio, semper adsit species, concurrit ad sensationem. Secunda pars etiã probatur: quia non concurrit in genere causæ materialis, quia cum sensatio sit actio immanens, eo ipso, quòd sensus, se solo potest producere, potest etiam recipere; nec in genere causæ formalis, vt de se patet; ergo remanet, vt concurrat in genere causæ efficientis.

Dices esse meram conditionem, ad hoc vt eliciatur sen-
252 satio. sed contra. meræ conditioni non correspondet esse effectus, sed speciei correspondet: quia eo pacto, quo species representat, ita sensus exprimit in se ipso sensibile; ergo non est mera conditio.

Probatur quarto, ad hoc vt eliciantur multæ sensationes, requiritur præsentia obiecti; ergo obiectum concurrit effectiuè, sed loco sui constituit Speciem: ergo species concurrit effectiuè. antecedens patet experientiâ. consequentia probatur: quia ad hoc vt tantùm sit terminus expressus per sensationem, non requiritur præsentia, vt patet in sensibus internis cętera de se sunt clara.

Instatur primo contra primam conclusionem, Species est diuersæ rationis, ac obiectum; ergo non potest illud representare; ergo non datur. antecedens patebit, *quæst. sequenti*; vltima consequentia probatur, quia ideò per nos dantur species, vt repręsentent obiecta. respondeo ad antecedens, species esse alterius rationis in essendo; non in repręsentando, vt *quæst. sequenti*.

Instatur secundo. Species essent nobilioris naturæ, ac obiecta materialia, ideò dicuntur habere quoddam esse spirituale; ergo non possunt produci ab obiectis; ergo non dantur. hæc consequentia probatur: quia non apparet, quodnam aliud agens habere possint. respondeo in essendo species esse ignobiliores obiecti, & si habeant esse quoddam spirituale: quia hoc esse est in entitate materiali. patebit cum explicata fuerit natura specierum.

Instatur tertio. Si daretur species, prius deberent cognosci: sed hoc est falsum; ergo. Confirmatur, quia non esset visio intuitiua. Ad argumentum respondeo, negando sequelam: quia Species est similitudo virtualis, non formalis; formalis autem similitudo realis debet prius cognosci: quid vtraque sit *quæstio. sequenti*. Ad confirmat. negatur assumptum: quia species nõ est medium, vt *quod*, sed tãtum, vt *quo*, & sicut dum medio lumine gloriæ Deus videtur, non cessat esse visio intuitiua, ita & si media specie: est enim par ratio in vtroque casu.

Instatur quarto contra secundam conclusionem, sensatio est actio vitalis: ergo est tantùm à vita: ergo non à specie, quæ non est à vita. respondeo primo, si hoc esset verum, nec habitus supernaturales concurrerent ad actus vitales amoris, cognitionis, &c. quia nec illi habitus sunt vita, quòd dici non potest. respondeo secundo sensationem duo dicere, & esse repręsentatiuum obiecti, & vitali modo esse repręsentatiuum: primum vt sic non dicit vitalitatem: sed tantùm vt fit per sensum, quod est principium vitale; ideò ad sensationem potest concurrere principium non vitale, dummodo ratione alterius principij, sine quo esse non potest, necessario sit vitalis: quia vitali modo producitur. 25

Instatur quinto, ergo etiam species vt supra, videret, audiret &c. negatur consequentia: quia tantùm principium adæquatum denominatur ab actu, at species est tantùm complementum principij.

Instatur sexto. Sensatio est actus simplex: ergo esse non potest à duobus principijs: ergo à solo sensu. Pro responsione, & quod deseruiet ad maiorem intelligentiam prædictorum.

Notandum circa modum, quo sensus, & species concurrit ad sensationem, ita speciem ad potentiam comparari, vt per ipsam cõstituatur vnum integrum principium actionis, & species sit subordinata potentiæ tanquam actus eam complens ad operandum, quæ sicut se sola non potest actum elicere: ita nec potentia sine illa: sed actus requirit potentiam per speciem completam: quare potentia, & species non concurrunt, tanquam duo agentia partialia, quibus effectus pars, vnicuique correspondeat: sed tanquam vnum totale principium. cui, & quò ad speciem, & quò ad potentiam, totus effectus attribuendus: quia nec species, nisi cum potentia, nec potentia nisi cum specie completum principium est sensationis, vt sic autem totus effectus est ab vtroque, & quamuis in actu sit formalitas, quæ correspondet potentiæ, scilicet vitalitas, & quæ correspondet speciei, scilicet esse repręsentatiuum hoc non ponit veram partialitatem principiorum: quia neutrum sine alio est completum principium alicuius partis effectus: vnde species non est propriè causa instrumentalis potentiæ: quia æquè principaliter concurrit, nec aliquid producit per se ordinatum ad actum potentiæ, cum eundem penitus actum eliciant, quod ręquiri in instrumentis, alibi docuimus. per hæc patet ad argum ad quod negatur consequentia: quia potentia, & species non se habent tanquam duo principia: sed tãquam vnicum: quia cuilibet ipsorum totus tribuitur effectus.

Quæres, cum ad sensationem concurrant organum, potentia animæ, & species, an in omnibus recipiatur sensatio. Respondeo, sensationem recipi tantùm in organo ratio est, quia sensatio est accidens materiale, potentia est ipsamet anima per nos, quæ in homine est spiritualis: materiale autem esse non potest in spirituali: neque per hoc sequitur falsò denominari potentiam sentientem, quia potentia stat pro toto coniuncto, scilicet ex anima, & organo: quare vt sentiens denominetur, satis est, si secundùm vnam partem, scilicet animam actum eliciat, secundùm aliam, scilicet organum eundem recipiat, quod enim sufficit ad saluandum actum immanentem, & vt agens denominetur immanenter operans, sufficit etiam ad saluandum, vt dicatur sentiens: sed si suppositum secundùm vnam partem operetur, secundùm aliam operationem recipiat, dicitur verè operari immanenter, vt alibi diximus cum Hurtad. *disp.* 3. *subsect.* 2. ergo hęc doctrina desumitur ex D. Thom. *quæst. vnica de spiritualibus creaturis art.* 4. *ad tertium*, vbi docet, eas tantùm potentias esse in anima, tanquam in subiecto, quæ non pendent ab organo: 25

quæ

quæ autem pendent ab organis, in illis ſubiectari: at eadem eſt ratio de potentijs, & de operationibus eorum: huius ſententiæ ſunt interpretes Græci, vt tradunt Conimbricenſ. *quæſt.2.art.2.cap.6.* & expreſsè eam ſequitur Hurtad. tùm *loco citato*, tùm *diſp.4. ſect.3.*

Cuius naturæ ſint ſpecies ſenſibiles impreſſæ.
Quæſtio Quarta.

255 NOtandum primo, circa ſpecies ſenſibiles impreſſas; hæc eſſe certa. Primo produci in inſtanti ab obiecto experimur enim ad poſitionem obiecti ſtatim produci ſpecies. Secundo aliquas ex illis pendere ab obiectis in conſeruari; aliquas nequaquam; ablato enim colorato, tollitur & ſpecies ab oculo, ſed non tollitur ſpecies producta in phantaſia. Tertio produci in gyrum vniformiter difformiter: quia quò magis diſtat obiectum, eò debilior ſpecies producitur. Quarto transfundi per corpus diaphanum; impediri autem per opacum. Quinto reflectere, vt apparet in ſpeculo.

Notandum ſecundo, Similitudinem repreſentatiuam duplicem eſſe; alia dicitur formalis; alia virtualis. formalis adhuc duplex; alia formalis realis; alia formalis intentionalis; formalis realis eſt illa, quæ habet conuenientiam ſpecificam cum repreſentato in eo, quod per ipſam repreſentatur, vt ſupra imago Cęſaris, eſt ſimilitudo formalis in figura, in colore, in cęteris, ſecundùm quæ Cęſar repreſentatur, & conueniunt ſpecie imago, & Cęſar: formalis intentionalis eſt ſpecies expreſſa, ſcilicet ſenſatio, quæ dicitur ſimilitudo formalis, quia formaliter exprimit. immò eſt expreſſio obiecti: dicitur intentionalis ad differentiam formalis realis & quia per ipſam ſenſus tendunt in obiecta; immò eſt ipſa intentio expreſſiua. ſimilitudo virtualis, ſeu effectiua, (quod idem eſt,) eſt illa quæ habet virtutem producendi id, quod repreſentat, ſicut ſemen poteſt dici ſimilitudo virtualis, quia virtute continet filium repreſentatiuum Patris. eſt autem hæc differentia inter has ſimilitudines, quòd formalis realis primo debet cognoſci: quia ex cognitione imaginis ducimur ad cognitionem prototypi, formalis intentionalis non debet prius cognoſci; quia eatenus formatur, quatenus obiectum cognoſcitur, alioquin prius eſſet formanda, quàm obiectum cognoſceretur. Similitudo autem effectiua, nec ipſa debet prius cognoſci: quia habet tantùm efficere ſenſationem; immo, & ſi prius cognoſceretur, non per hoc cognoſceretur obiectum: quia non eſt ſimilitudo formalis, vt ſi quis ſemen cognoſcat, non cognoſcit per hoc Patrem exprimendum per filium, à ſemine ſimilem producendum. his notatis

256 Prima concluſio. prędictæ Species ſunt accidentia materialia de genere qualitatis. probatur non ſunt ſubſtantia: ergo qualitas. conſequentia probatur: quia Species ſunt actiuę ex dictis; ſed in tota latitudine prędicamentali ſola ſubſtantia, & qualitas ſunt actiua. antecedens probatur; aut eſt materia, aut forma, aut compoſitum; non materia, quia materia habet neceſſariò annexam quantitatem, conſequenter daretur penetratio corporum; non forma, quia forma ſubſtantialis ordinatur ad conſtituendum compoſitum ſubſtantiale, ſpecies verò ad complendam potentiam ad operandum vitaliter; non compoſitum propter rationem, quæ aſſignata de materia: ergo ſunt qualitates materiales: quia inſunt potentiæ materiali: immateriale autem non adhæret materiali. ex quo

Deducitur error primo eorum, qui dicebant Species quædam corpuſcula. Secundo eorum, qui illas eiuſdem naturæ faciebant cum obiectis. Tertio eorum, qui dixerunt Species diuerſæ naturæ ab obiectis, quo ad modum exiſtendi, non quo ad eſſe.

Secunda concluſio. prędictæ ſpecies producuntur de potentia ſubiectorum, in quibus recipiuntur. probatur: Species ſunt accidentia: ergo vera concluſio. probatur conſequentia: quia hæ qualitates educuntur, cum non creentur: ſed non poſſunt tranſire de ſubiecto, in ſubiectum: ergo de illis educuntur, quibus inhærent.

257 Tertia concluſio. prædictæ Species ſunt ſimilitudines tantùm virtuales, ſeu effectiuè. probatur *ex 2. notab.* Similitudo formalis realis conuenit ſpecie ſecundùm id, quod repreſentat cum repreſentato, & formalis intentionalis reddit potentiam formaliter cognoſcentem: hæc non conueniunt ſpeciebus: ergo non ſunt ſimilitudines formales: ergo vera concluſio. Prima conſequentia ſequitur. vltima patet. minor probatur. Species eſt diuerſæ naturæ ab obiecto, quod repreſentat *ex concluſione precedenti*, nec per ipſam ſenſus redditur formaliter cognoſcens, vt experimur, dum in phantaſia multæ ſpecies conſeruantur, nec tamen actualiter cognoſcimus: ergo

Probatur ſecundo. Species de ſe ordinatur ad informandam potentiam: ergo non eſt ſimilitudo formalis. conſequentia probatur; quia forma ordinata ad aliquod ſubiectum, ei communicat ſuum effectum formalem: ergo ſpecies redderet potentiam formaliter cognoſcentem: ſed hoc eſt falſum *ex numero præcedenti*: ergo

Probatur tertio. Si ſpecies ſenſibiles eſſent ſimilitudines formales reales, nunquam viderentur obiecta, in propria magnitudine; hoc eſt falſum, quia videntur montes magni, & parui, vt ſunt: ergo. maior probatur, imago repreſentat res, cuiuſmodi ipſa eſt, ideò ſi imago bipalmaris, ex illa non cognoſcimus prototypum vt tripalmarem: ſed ſemper vt bipalmarem.

Probatur quarto, quod non ſint ſimilitudines formales intentionales: quia ex dictis concurrunt effectiuè complendo potentiam ad eliciendam ſimilitudinem formalem intentionalem; ergo ipſæ non ſunt huiuſmodi. antecedens patet ex dictis. probatur conſequentia: quia non complerent ad eliciendum, ſed ſe ipſas communicando.

Sed contra inſtatur primo, cognoſcens fit ſimile obiecto, ſed fit huiuſmodi per ſpecies impreſſas: ergo ſunt ſimilitudines formales. Reſpondeo negando minorem: fit enim ſimile per cognitionem formaliter, per ſpeciem verò impreſſam tantum virtualiter: quatenus redditur potens in actu primo, vt fiat ſimile formaliter. 258

Inſtatur ſecundo. Species impreſsæ dicuntur ſenſibiles; ergo ſentiuntur: ergo ſunt ſimilitudines formales, quæ cognoſcuntur. reſpondeo negando primam conſequentiam, dicuntur enim ſenſibiles: quia faciunt nos ſentire modo explicato: de ſe enim non ſunt ſenſibiles, niſi fortè reflexè, quod ideò ab aliquibus dicuntur immateriales, & ſpirituales.

Quarta concluſio, prędictæ ſpecies ſunt diuiſibiles in eſſendo, & in repreſentando. quod ſint diuiſibiles in eſſendo, eſt omnium ferè Doctorum: quia educuntur de ſubiecto diuiſibili: quod verò etiam in repreſentando ſint indiuiſibiles eſt contra Tol. & alios, qui, dato, ſpecies quò ad entitatem eſſe diuiſibiles, quia educuntur de ſubiecto diuiſibili, dicunt tamen, quamlibet partem illius ſpeciei, totum obiectum repreſentare, & ſic indiuiſibiles in repreſentando. eſt autem hęc concluſio quò ad vtramque partem cum Ruu. *quæſt.8. tract. citato*, Hurtad. *diſp.2. ſect.5.* & alij.

Probatur primo, album non poteſt repreſentari per ſpeciem nigri: ergo non ſunt indiuiſibiles in repreſentando. antecedens probatur, quia alioquin per ſpeciem vnius coloris, omnes videri poſſent, quod nemo dicet. conſequentia etiam probatur. ſit obiectum, cuius partium alia ſit nigra, & alia alba, per eandem ſpeciem non poſſunt repręſentari; ergo non quælibet pars ſpeciei emiſſæ ab obiecto repreſentat totum obiectum; ergo non ſunt indiuiſibiles in repreſentando. 259

Probatur ſecundo quælibet pars obiecti eſt cauſa adæquata ſpeciei, ſui ipſius repreſentatiuæ: ergo non pendet in ſui repreſentatione ab alia comparte: ergo non ſunt indiuiſibiles in repreſentando. antecedens probatur: quia eodem modo emittit ſpeciem, dum continuatur alijs partibus, ac ſi ſeparata emitteret, at tunc eſſet cauſa adæquata. prima conſequentia probatur: quia vnus effectus non poteſt habere plures cauſas adæquatas. Secunda conſequentia probatur: quia vt totum repreſentaret indiuiſibiliter, penderet à cęteris, quarum eſſet ſimilitudo, ideò ſine illis, illarum non eſſet repreſentatiua.

Probatur tertio, partes diſcontinuæ non repreſentantur per vnam ſpeciem tantùm, ergo neque continuæ. antecedens patet, conſequentia probatur, quia quæ nunc ſunt continuæ, & actu ſentiuntur, poſſunt diſcontinuari breui ſpatio perſeuerante ſenſatione: ergo per eandem ſpeciem ſentiuntur; ſed non per vnam; ergo neque, cum continuabantur.

Sed contra inſtatur primo, lumen productum in medium ſecundùm quamlibet partem producitur à toto luminoſo: 260

minoso: ergo & species. respondeo negando consequentiam, quia species est repræsentatiua obiecti; sicut autem quælibet pars est, secundùm suum esse, distincta ab alia, ita secundum repræsentatiuam rationem, quod non accidit in lumine.

Instatur secundo, obiecta minutissima, si sola sint, sentiri non possunt, si cum alijs continuata, benè: ergo quia ab omnibus simul vna tota species immittitur, & à quolibet ipsorum. respondeo primo, valere etiam contra aduersarios, quia etiam per ipsos nō videntur per vnicam speciem sicut v.g. decem homines non repræsentātur per vnicā speciem, quia non sunt vnum totum obiectum, sed plura; non prouenit igitur ex eo quòd ab omnibus illis minutissimis vnica species immittatur. Respondeo igitur secūdo negādo consequentiam, ideò autem primo non videbantur, bène post; quia primo propter debilitatem, non habebant vim ad immutandam potentiam ad tantam distantiam, quæ debilitas suppletur ex coniunctione cum alijs, quæ omnia simul habent vim illam immutandi, & si non quodlibet singillatim; debet enim inter speciem, & potentiam esse proportio, & iuxta perfectiorem, vel imperfectiorem potentiam, perfectior etiam, vel imperfectior requiritur species, & hæc imperfectio potest suppleri ex consortio plurium, sicut imperfectio alicuius agentis naturalis potest suppleri, aliud agens applicando.

261 Quinta conclusio. in qualibet parte medij, & potentiæ sunt species omnium partium obiecti, quod sentitur. est cum Ruuio, & Hurtad *locis citatis*. Probatur primo in quacunque parte medij, & per quamcunque partem potentiæ videri possunt omnes partes obiecti: ergo in quacunque sunt omnes species: antecedens experientia patet. consequentia probatur: quia tantùm illæ partes videri possunt, quarum species immittuntur; si ergo per quamcunque omnes possunt videri, omnes species ibi esse, est necesse.

Probatur secundo in qualibet parte medij, & potentiæ imprimuntur illę species, à quarum obiectis duci possunt lineę rectæ; sed ab omnibus partibus obiecti duci possunt lineæ rectæ ad quamcunque partem medij, & potentiæ: ergo. maior probatur: quia quælibet pars obiecti per rectam lineam sentiri potest: ergo ab illis species immittitur, minor experientia innotescit; ergo. Ex hactenus dictis

Deducitur primo, species impressas imprimi tantùm in organo potentiarum, non in ipsis potentijs animæ præcisè, quia accidens materiale, non potest recipi in subiecto spirituali, cuiusmodi sunt potentiæ animæ rationalis, quæ sunt ipsamet anima.

Deducitur secundo, produci à solis obiectis, non ab ipsis speciebus ad inuicem: quia cum sint ex intrinseca natura, similitudines virtuales, ab eo recipiunt esse similitudines, à quo recipiunt esse; at esse similitudinem ab eo accipiunt cuius sunt repræsentatiuę, scilicet ab obiectis, consequenter ab eisdem accipiunt esse.

Deducitur tertio, non esse nobiliores obiectis, quia obiecta eas producunt, tanquam causæ æquiuocæ: at causa æquiuoca est nobilior proprio effectu.

262 Deducitur quarto. Species esse capaces intensionis, cum enim producantur ab obiectis, & obiecta agant vniformiter difformiter, consequenter magis intensæ in partem propinquiorem; tùm etiam, quia, si adsit obiectum capax intensionis, quilibet gradus intensionis propriam emittit speciem, seu partem speciei, propter rationem assignatam in diuersis partibus, quò ad extensionem; est enim par ratio.

Deducitur quinto, rectè appellatas esse species intentionales; non quia sint entia rationis, & secundæ intentiones; sed quia per ipsas, potentiæ eliciunt suas sensationes, quæ intentiones dicuntur: quia per ipsas actu tendunt in propria obiecta.

Quare vt paucis colligatur tota natura harum specierum; species impressæ sunt qualitates actiuæ, materiales ab obiectis productæ de potestate aeris, vel alterius mediantis, inter obiecta, & potentias, & de potestate organorum, quæ ex intrinseco virtuales similitudines obiectorum, à quibus producuntur, complent ipsas potentias, vt possint elicere proprias sensationes circa eadem obiecta. Ad abundatiorem doctrinam videri possunt Ruuius, & Hurtadus, *locis citatis*, & ex nostris Nouarin. qui *lib. 3. axioma. à numero* 637. omnia quæ ad naturam harum specierum possunt desiderari, solita facilitate explicata dedit.

Quid, & quotuplex sit obiectum Sensibile. Quæstio Quinta.

QVo ad primam partem quæst. respondeo, obiectum sensibile esse id, quod potest terminare operationem, potentiæ sensitiuæ, seu quod attingitur à sensu. 26

Quo ad secundam partem. respondeo cum Aristotel. *tex.63*. sensibile primo diuidi in sensibile per se, & sensibile per accidens. rursus sensibile per se diuidi in sensibile proprium, & sensibile commune: sensibile per accidens dicitur illud, quod per se non sentitur, sed vt coniungitur sensibili per se: vt puta filius Petri est sensibile per accidens, quia vt sic non videtur; sed quatenus videtur eius color, magnitudo, &c. sensibile proprium dicitur illud, quod ita est proprium vnius sensus externi, vt ab alio externo percipi non possit; neque circa illud potest contingere error: ver. grat. color respectu visus est sensibile proprium. sensibile commune vocatur illud sensibile, quod à pluribus sensibus externis potest sentire, & numerat Aristotel. quinque sub sensibili communi; *motum, quietem, numerum, figuram, & magnitudinem*. pro maiori autem intelligentia.

Notandum primò, & si possint assignari plura sensibilia communia, vt faciunt perspectiui, tamen diuisionem esse sufficientem, quia in membra magis communia, ad quæ cętera reducuntur.

Notandum secundo, vt prędicta sensibilia communia verè sint huiusmodi, non esse sumenda formaliter, sed materialiter. sic motus pro sola variatione situs: quies pro consistentia rei: numerus pro discontinuatione plurium figura pro terminatione quantitatis: magnitudo pro extensione partium: alioquin hæc omnia si formaliter sumantur non spectabunt ad sensum, sed ad intellectum.

Quæres vtrum sensibile commune immutet sensum per propriam speciem: tractant hanc quæst. ex professo Conimbricens. *cap.6. quæst.5*. & Ruu. *tract. citato qu.11 §. posterior quæst. pars*. respondeo cum D. Thom. *hic lectio. 13*. Thięneo, & alijs, quos sequuntur ipsi Conimbricens. & Ruu. cum sensibilia communia sint tanquam modi determinantes, & modificantes sensibilia propria; non enim potest percipi color, nisi aliquam figuram, magnitudinem &c. habeat; per eandem speciem immutare, ac immutat sensibile proprium; sed per eandem, vt est repræsentatiua sensibilis proprij sub tali magnitudine, figura, motu, quiete, &c. Videatur D.Thom. *loco citato*, qui clarissimè omnia exponit. Contrarium sentiunt Scotus *in 4. distinctio. 12. quæst.3*. Ægid. *2. de anima tex.65*. & alij, quorum rationes solutæ habentur apud Ruu. *loco citato*. 26

An sensibile supra sensum impediat sensationem. Quæstio Sexta.

ARistotel. *in hoc 2. tex.75.98*. docet si sensibile ponatur supra sensorium impedire sensationem, ideò quærimus, an hoc sit verum, nec ne. De quo alij dixerūt, omnē sensum requirere aliquod medium: alij tantùm visum, & auditum; alij verò nullum per se. Auctores videri possunt apud Conimbricens. *cap.11. quæst.3*. & Ruu. *tract. de sensu externo quæst.4*. de quo, & Nouar. *1. axioma. num. 255*. pro nostra sententia sit. 26

Vnica Conclusio, sensibile positum supra sensum, non impedit sensationem, si adsint requisita. Probatur primo experientia, humores inter cutem, & carnem causant dolorem: in olfactu euaporationes ascendunt vsque ad cerebrum; gustus immediatè percipit sapores: visus lucem; & si eget medio, quò ad colores, est per accidens: quia eget lumine, quod impeditur per interpositionem corporis opaci: item sonus intra aures productus percipitetur; ergo sensibile supra sensum non impedit sensationem.

Probatur secundo: posito sensibile supra sensum, si aliud non obstet, habetur sufficiens principium sensationis, & est agens necessarium: ergo eliciet sensationem: et o vera conclusio, consequentiæ patent. antecedens probatur, si omne sensibile, quatenus huiusmodi necessario producit speciem, de quo infra, positum supra sensum potest producere: quia eodem modo potens ad agendum, sensus 26

ſus ad recipiendum: atque adeò complebitur per illam ſpeciem,& fiet ſenſatio: ſi non omne ſenſibile, vt ſic, requirit ſpeciem producere ſaltem poſito ſupra ſenſum, ex coniunctione illius, ſenſus redditur potens ad ſentiendum: quia obiectum ſufficienter erit applicatum, vt poſſit concurrere, cum illo ad agendum: ergo poſito ſenſibili ſupra ſenſum, & ſufficiens principium.

Quo ad auctorit. Ariſtotel. Scotus, Ruu. & alij diuerſimodè reſpondent: ſed reuera non ſaluant auctorit. quare ſatius exiſtimo fateri nos in hoc ab Ariſtotel. diſcedere ex noſtra concluſione.

Sequitur non omnem ſenſum medium requirere, neq; extrinſecum, neque intrinſecum; alioquin eſſet verum, quòd ſenſibile ſupra ſenſum impediret ſenſationem: item omnis ſenſus operaretur per ſpeciem in medio primo producendam, quod infra negabimus.

An excellens ſenſibile lędat ſenſum. Quæſtio Septima.

267 QVòd excellens ſenſibile lędat ſenſum pręter auctorit. Ariſtotel. *tex.* 123. multæ experientię docent. Si quis firmis oculis ſolem intueatur obcęcatur; à nimio ſtrepitu ſurditas cauſatur, &c. tota difficultas eſt quomodo hoc contingat.

Prima ſententia eſt Caieta. 3. *de anima ad text.* 123. 124. & Tol. *quæſt.* 4. qui dicunt, lędi ſenſum per ſe, vt obiectum eſt ab excellenti ſenſibili, quia producit ſpeciem intentionalem, quæ cum ſit accidens reale poteſt eſſe improportionata,& ſenſum lędere, producit autem vt obiectum eſt.

Secunda ſententia communi apud Conimbricenſ. *cap.* 12. *quæſt.* 1. & Ruu. *tract. de ſenſu tactus, quæſt. vnica.* docet, ſenſum lędi per accidens ab excellenti ſenſibili, ſcilicet nō vt obiectum eſt, ſed ratione alicuius adiuncti.

268 Vnica concluſio. excellens ſenſibile lędit ſenſum tantùm per accidens. probatur primo ſpecies, vt ſpecies eſt, perficit potentiam: ergo quò perfectior perfectius perficiet: ergo ſpecies, vt ſpecies non lędit ſenſum per ſe: ergo neque ſenſibile, quia non operatur, niſi per ſpeciem.

Probatur ſecundo, nihil dicit ordinem intrinſecum ad ſui offenſiuum; ſed ad ſenſibile excellens ſenſus dicit intrinſecum ordinem, vt potè ad ſui obiectum: ergo non lęditur per ſe; ergo per accidens tantùm. Confirmatur, quia nihil lęditur, niſi à contrario, at ſpecies non eſt contraria ſenſui.

Dices, in quo conſiſtit hæc lęſio per accidens, ſeu ratione adiuncti? reſpondeo, ideò eſſe, quia à ſenſibili excellentiori producta intenſiori ſpecie in ſenſu, requirit maiorem copiam ſpirituum, vt operetur, hi autem ſpiritus ſecum deferunt calorem pluſquam patiatur temperamentum organi, & ſic diſſoluto debito temperamento impeditur ipſius ſenſus operatio; tùm quia aliqui colores, quia plus lucidi diſgregant virtutem viſiuam, vt colores albi. Ex quo

Deducitur læſionem non dici fieri in ſenſu, quaſi quòd fiat in potentia ſenſitiua animæ: quia ipſa incapax eſt, ſed quia impeditur eius operatio, propter lęſionem in ſolo organo.

Ad motiuum primæ ſententiæ patet ex dictis, ſpeciem vt ſpeciem, non officere ſenſui, propter rationes aſſignatas.

An ſenſibile debeat eſſe pręſens ad ſenſationem externam eliciendam. Quæſtio Octaua.

269 QVæſtio pręſens ſolet agitari de potentia naturali, & de potentia ſupernaturali,& iuxta vtrumque ſenſum varij ſunt ſenſus Doctorum.

Prima ſententia affirmat, ſenſibile debere eſſe pręſens, vt ſentiatur, nec aliter fieri poſſe, etiam de potentia abſoluta. eſt Gabr. *in 2. diſt. 3. concluſione.* 2. quam ſequuntur teſte Ruu. aliqui ex recentioribus.

Secunda ſententia oppoſita docet, ne dum ſupernaturaliter, ſed etiam naturaliter poſſe ſenſibile abſens, & non exiſtens ſentiri. hanc ipſe Ruu. tribuit Buridanæ *lib. 2. de anima quæſt.* 21. *&* 22. quam dicit ſecutos quoſdam ex recentioribus.

Tertia ſententia procedit cum diſtinctione, & docet naturaliter ſenſibilia requiri pręſentia: ſupernaturaliter poſſe percipi etiam abſentia. ita Molina 1. *parte quæſt.* 55. *art.* 2. *diſp.* 2. *membro* 5. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *parte diſput.* 53. *ſect.* 4. & *diſp.* 55. *ſect.* 2. ſequuntur Conimbricenſ. *cap.* 6. *qu.* 3. Ruu. *tractat. de obiectis, atque ſpeciebus ſenſibilibus quæſt.* 13. & Hurtad. *diſput.* 17. *ſect.* 5. §. 38. hanc ipſe Ruu. tribuit etiam D. Thom. Scoto; Soto, Ledeſmæ, & alijs. cum quibus omnibus ſit.

Prima concluſio. ad ſenſationes externas ſenſibile na-
turaliter requiritur pręſens. Probatur primo auctoritat. 270
Ariſtotel. *hic text.* 52. 59. 60. vbi hanc differentiam ponit inter ſenſum, & intellectum; quòd ſenſus pręſentiam obiecti requirat, non intellectus.

Probatur ſecundo ratione, vel omne ſenſibile mouet ſenſum immediatè per ſe, vel per ſpeciem; vel aliquando per ſpeciem, aliquando per ſe: ſi omne, vel aliquod per ſe, certum eſt requiri pręſentiam obiecti; ſi per ſpeciem, ſpecies pendet in conſeruari ab obiecto, vt experientia demonſtrat: ergo

Reſpondebunt, non pendere in conſeruari pro breuiſſimo tempore, quo vtiq; ſenſationes fieri poterunt. ſed contra; quia ſi ſic, ſemper ſenſationes elicerentur abſente ſenſibili, ſicut in ijs, quæ pendent in conſeruari, & tamen per aliquod breue tempus eſſe poſſunt abſque conſeruante, ſemper eorum effectus experimur. diſcurrite per odores, ſonos, &c. qui ſecundùm aliquos huiuſmodi ſunt naturæ, &c.

Secunda concluſio. per Dei potentiam eſſe poſſunt ſenſationes externæ etiam abſente, & non exiſtente ſenſibili. Probatur primo in Euchariſtia aliquando videtur miraculosè Chriſtus ſub ſpecie pueri; aliquando eius caro, & ſanguis, &c. ſed hęc fiunt per ſpeciem à Deo productam cauſantem ſimul cum potētia ſenſationem talium ſenſibilium, & ſi non ſint pręſentia ſecundùm eſſe reale, vt docet Diu. Thom. 3. *parte quæſt.* 76. *art.* 8. Scotus, Durandus, & alij, ergo vera concluſio.

Probatur ſecundo, poſita ſpecie expreſſa ſenſationis ne- 271
ceſſariò ſenſibile videtur, quia eſt expreſſiua formaliter talis obiecti; ſed huiuſmodi ſpecies poteſt à Deo conſeruari etiam abſente, & non exiſtente ſenſibili; ergo tunc fiet ſenſatio; ergo vera concluſio. minor non eſt cur ab aliquo negetur; quia Deus poteſt in genere cauſæ efficientis ſe ſolo quidquid poteſt cauſa ſecunda (ſecluſis forſan actibus vitalibus.)

Confirmatur, quia lumen, quod pendet à luminoſo, poteſt à Deo conſeruari ſine illo; ergo poterit & ſenſatio; eadem enim currit paritas.

Dicent eſto Deus poſſit ſupplere concurſum actiuum ſenſibili ad ſenſationem, non tamen poteſt ſupplere terminationem, quam exhibet, ad quam requiritur obiectum pręſens. reſpondeo, ad hanc terminationem non requiri pręſentiam obiecti ſecundum eſſe reale; ſicut obiectum non pręſens poteſt terminare actum cognitionis, & illum ſpecificare; ita etiam in ſenſatione, verum quidem eſt, quòd non repreſentaretur, niſi vt pręſens: quia talis eſt natura ſenſuum externorum, vt ſentiant obiecta pręſentia: quia in illa feruntur ſecundùm ſitum, diſtantiam, &c. nec alias poſſunt producere ſpecies niſi huiuſmodi repręſentatiua. Ex quo

Deducitur, ſenſus externos non eſſe capaces notitię abſtractiuæ; quia abſtractiua notitia, vt docent Theol. vel tendit ad obiectum, vt ſic, abſtrahendo à pręſentia; vel cognitum in alio, qui modus cognitionis non competit ſenſibus externis. huic concluſioni non obſtat auctoritate Ariſtot. qui ſolum ſecundùm viam naturalem locutus eſt.

Contra primam concluſionem inſtatur primo, ex Ariſt. 272
in lib. de inſomnijs cap. 2. vbi docet, etiam abeunte ſenſibili, aliquando remanere ſenſationem; quo ſenſu videtur loqui etiam D. Auguſt. 11. *de trinit. cap.* 2. reſpondeo, aliquando euenire, quod lęſus ſenſus, vel alteratus à pręced. ſenſibili, dum ad nouum conuertitur, non adeò ſubitò poteſt recipere ſpeciem, vnde phantaſia decipitur, & intellectus iudicat eſſe idem obiectum, quod prius, licet re vera non ſit. Videte Conimbricenſ. *quæſt.* 2. *citato art.* 3. §. *verum*, & Ruu. *quæſt. citata, num.* 186.

Inſtatur ſecundo, odor, impulſus, & alia huiuſmodi pendent in conſeruari à proprijs cauſis, & tamen per aliquid temporis poſſunt durare ſine illis: ergo & ſpecies ſenſibilium. reſpondeo negando antecedens: habent quidem minimam entitatem, qua de cauſa citius elangueſcunt, non tamen pendent in conſeruari.

Instatur tertio contra secundam conclusionem; ergo posset gustus gustare rem absentem: ergo illa nutriri, & tactus rem absentem tangere; ergo corpus comburi igne absente. respondeo concessis sequelis, negando consequentiam, quia ad actionem physicam requiritur presentia agentis.

Instatur quarto, sequeretur veras esse duas contradictorias, Petrum currere; quia sic videtur; non currere, quia verè non currit. respondeo negando sequelam: quia esset verum Petrum non currere secundùm esse reale: quia verè non currit, & Petrum currere, vt repręsentatur. Petrum autem currere, vt representatur, & non currere secundùm esse reale, simpliciter non sunt contradictoria. De hac quæst. plura affert Ouiedus *controuers. 4. de anima punct. 4.* nec ieiunus est noster Nouar. *lib. 1. axioma. 265.*

Soluuntur quædam dubia circa sensationem in communi. Quæstio Nona.

273 DVbitatur primo, an sensationes sint productiuæ alicuius termini. respondeo quamcunque sensationem proprium habere terminum ad intra productum. patet hæc responsio primo, quia sentatio eò ipso quòd est actio dicit productionem, non sui ipsius; ergo alicuius termini. Secundo per sensationem formaliter exponitur obiectum sensui; ergo per ipsam producitur expressio formalis. Tertio si in intellectu datur terminus intellectionis, vt communiter asserunt esse verbum, quod formatur, dum intellectus exprimit in se obiectum intelligendo: ergo etiam in sensu dabitur aliquod productum, quod producatur, dum sensus cognoscit proprium obiectum, quod aliqui vocant idolum.

Dices, Aristot. *9. Metaph. cap. 9.* ad actionem immanentem requirit, vt non terminaret ad aliquod opus; sed sensationes sunt actiones immanentes: ergo. respondeo Aristot. tantùm voluisse nihil per actiones immanentes produci extra, vt alibi tetigimus.

Aduerto tamen terminum sensationum, non esse medium, in quo sensus sentit obiectum, quasi quòd in hoc termino obiectum sentiatur, sicut in statua Cęsaris, Cęsar, sed quia sentit obiectum, illum terminum producit.

274 Dubitatur secundo, an sensus percipiant proprias sensationes: ita vt oculus videat se videre, auris audire, &c. respondeo primo, nullum sensum attingere proprias sensationes, vt *quod*: ratio est, quia illorum sensationes non participant rationem propriam obiectiuam: at nullus sensus potest ferri extra proprium obiectum. minor est certa. maior inductione monstratur: quia visio non est colorata: auditus, sonus, & sic de ceteris: quod etiam docuit Aristoteles, *de somno, & vigilia cap. 3.* vbi habet, non enim visus videt se videre. respondeo secundo quemlibet sensum attingere propriam sensationem eodem actu, ac obiectum, vt *quo*: ratio est, quia sensationes tali pacto sunt repręsentatiuæ obiectorũ, igitur dum percipit sensus obiectũ percipit, & sensationẽ vt *quo*, quia ipsis obiecta pcipit.

Instabis: intellectus intelligit actus sensuum internorum; ergo & ipsi sensus eos percipiunt. probatur consequentia, quia intellectus ab eorum operatione pendet in operari. Respondeo negando consequentiam, ad probat. satis esse, si sint in sensibus materialiter, non requiri quod sint formaliter, vt cogniti. alia argum. videri possunt apud Conimbricens. *3. de anima cap. 2. quæst. 1.*

275 Dubitatur tertio, an plures sensationes simul esse possint in eadem potentia. respondeo, cum Scoto *in 1. dist. 3. quæst. 6.* posse; ratio est, ptimo ab experientia, oculus enim percipit simul nigrum, & album. Secundo, quia potentia non adæquatur per vnicam speciem, consequenter vna non impedit aliam; neque quod volunt Thomistæ, quod oculus per eundem actum percipiat album, & nigrum, subsistit; quia potest deficere visio quò ad nigrum, si sensibile nigrum tollatur, remanente visione quò ad album; atque adeò patet fuisse duas sensationes. Verum quidem est, quòd multoties non adeò perfectè sentiuntur plura, ac si tantùm vnum; sed hoc non prouenit ex parte obiecti, quod non imprimat perfectam speciem, neque ex parte potentiæ, quæ non concurrat secundùm se totam ad omnes simul; sed ex parte attentionis, quæ ab anima adhibetur. hæc enim ad plura distracta, non adeò perfectè ad singula vacat: immò aliquando, & si sensationes eliciantur, viuens non percipit se percipere obiectum defectu huius attentionis; vt quis absortus vehementi speculatione, intuens diuersa obiecta.

Dubitatur quarto, an in sensatione contingat error. respondeo iuxta diuisionem sensibilis allatam, circa sensibile commune nunquam falli sensum circa magnitudinem, & figuram, vt sic, &c. quia non potest non percipere magnitudinem aliquam, & aliquam figuram, quæ imbibuntur in quocunque sensibili, potest autem falli circa cętera sensibilia communia, & in communi; & in particulari, vt experientia patet multoties sensum apprehendere sensibile proprium quiescere, & si moueatur, fractum in duas partes, quod est integrum, &c. circa sensibile proprium potest errare sensus circa hoc, vel aliud sensibile in particulari: sic oculus apprehendit vt fuscum, quod est album, &c. circa verò sensibile proprium in communi, non potest esse error: quia nullus sensus potest ferri extra proprium obiectum; sic oculus semper percipit coloratum; nec circa hoc fallitur; & in hoc tantùm sensu dixit Aristot. *text. 63.* sensum circa sensibile proprium non falli. 276

Pro perfecta autem intelligentia, quando est dubitatum, an sensus possit falli, aduertendum, dubium non esse de verò errore formali, qui consistit in eo, quod attribuitur alicui, quod ei non competit, vel negatur, quod verè conuenit: de hoc enim nullum dubium cum sensui non competat compositio, aut diuisio; sed sensus est, an erret aliquando apprehendendo obiectum presens, aliter quàm sit; & in hoc tantùm sensu processere nostræ responsiones.

An sensus externi perfectiores sint in homine, quàm in brutis. Quæstio Decima.

SVpponendum primo cum Aristotel. *3. de anima cap. 1.* D. Thom. *1. parte quæst. 78. art. 3.* & ferè cum omnibus Theol. phil. & medicis, sensus externos esse tantùm quinque, videlicet, visum, auditum, odoratum, gustum, & tactũ. 277

Supponendum secundo, dum quæritur, an sensus externi sint perfectiores in homine, quàm in brutis. quæst. non esse, de perfectione specifica ex iis, quæ diximus, cum de specificatione potentiarum, constat sensus omnes eiusdem speciei esse in omnibus animalibus; sed dubium est, de quadam perfectione accidentali, quæ prouenit ex perfectiori dispositione organorum, quibus sensationes exercentur. his suppositis.

Tractant ex modernis hanc quæst. Conimbricens. *2. de anima quæst. 1. art. 2.* & Ruu. *tract. de sensibus externis quæst. 2.* cum quibus.

Prima conclusio, sensus tactus perfectior est in homine, quàm in cęteris animalibus. est expressa Aristotel. *tex. 94* & D. Thom. *ibidem.* & probatur; quia perfectio cuiuslibet sensus consistit in temperamento, quod exigit in primis qualitatibus, quod quidem in tactu est quædam æqualitas illarum; sed hæc reperitur magis in homine, quàm in cęteris animalibus: ergo.

Secunda conclusio. Sensus gustus etiam perfectior est in homine. est Aristotel. *eodem loco.* probatur primo eadem ratione, ac de tactu; quia gustus tactus quidam est, vt docet idem Aristotel. vnde & ipse accedit ad idem attemperamentum. 278

Probatur secundo, quia homo plures saporum differentias percipit, quàm cętera animalia. Sic si sit quædam minima amaritudo, vel acrimonia percipietur ab homine, non à brutis.

Tertia conclusio. Cęteri tres sensus odoratus, auditus, & visus perfectiores reperiuntur in multis animalibus, quàm in homine. est etiam Aristotel. *eodem loco,* & D. Thom. *lect. 19.* nec potest melius probari, quàm multis experimentis, quæ afferuntur à naturalistis, de acuitate olfactus, visus, & auditus, multorum animalium, quæ vtique in nullo homine reperitur. sic aquila dicitur acutius videre prę homine; talpa audire; formica olfacere, &c.

Sed contra hanc vltimam conclusionem instatur. anima sensitiua perfectior est in homine, quàm in cęteris animalibus, ex coniunctione cum anima rationali, ergo perfectiores habet potentias prę illis: ergo omnes sensus sunt perfectiores in homine. Respondeo dato antecedente, negando consequentiam, quia cum anima sensitiua ex cõiunctione reali cum rationali requirat perfectius corpus, quàm cętera animalia, scilicet perfectius attemperamentum,

tum, hoc temperamentum inuoluit quidem perfectiorem tactum, & gustum, vt diximus; non autem cęteros sensus, immò necessariò sequitur, si sit perfectior tactus, & gustus, cęteros esse imperfectiores; quia optima dispositio organorum pro illis infert non adeò bonam pro istis. fusius apud Ruu. *loco citato*, §. *pro solutione* 1.

An omnes Sensus externi requirant Speciem impressam. Quæstio Vndecima.

279 TOletus 3. *de anima quæst.* 2. & Valles, 2. *contra med. cap. penult.* existimarunt tactum non operari per speciem; sed ex eo quòd qualitates actiuæ imprimant sui similem in tactu; vel in non actiuis, quia tactui contiguæ fiant fieri tactus sensationem. Hutt. *disp.* 12 *de anima, sect.* 1. solum visum, & auditum docet per species sentire; alij apud Ruu. *tract. de sensu tactus*, volunt potentiam debere immutari, & realiter, & intentionaliter, per speciem: ipse vero Ruu. etiam vult, ad tactum prerequiri immutationem naturalem, sed hanc nihil aliud esse, nisi contactum obiecti tangibilis. Conimb. verò *cap.* 11. *q.* 3. docent, omnem sensum operari, per species. Pro nostra sententia.

Prima conclusio. non omnis sensus externus operatur per speciem. Probatur primo non est minus potens sensibile ad sensum, ac intelligibile ad intellectum; sed aliquando intelligibile potest intelligi sine specie, ergo & sensibile sentiri; ergo dandus aliquis sensus, qui possit sentire sine specie: ergo vera conclusio. maior patet; quia sicut intelligibile est adęquatum obiectum intellectus, ita sensibile sensus. minor probatur: quia ex communi DD. sentētia Deus videtur à Beatis sine vlla specie, immò secundum D. Thom. & alios quamplures Theol. Angeli se ipsos vident, sine specie, obiecto supplente vicem Speciei.

Probatur secundo, aliqua sensibilia requiruntur maximè pręsentia proprijs sensibus: ergo non requirunt Species, ergo vera conclusio. anteced. patet. saltem in gustu, & tactu. prima conseq. prob. quia species requiritur, vt vicaria obiecti, ad supplendam eius absentiam. expendatur benè natura intellectus, & sensus, & constabit, quòd si intellectus potest ferri in aliquod obiectū sine specie; cum potest esse intimè pręsens, non est, cur negetur, & sensibus, si habere possunt intimam pręsentiam suorum obiectorum.

280 Secunda conclusio. visus, & auditus operantur per species. probatur primo, quia non vniuntur immediatè proprijs obiectis: ergo per speciem: ergo per speciem operantur. consequentiæ patent ex dictis: quia obiectum debet vniri sensui, vt actiuè concurrat ad sensationem. anteced. probatur de visu experientia, quod visibilia distant à visu; de auditu, sonus fit per motum localem, vt infra, extra aures: ergo visus, & auditus non vniuntur immediatè proprijs obiectis.

Probatur secundo, in sensibus, qui per speciem operantur, percipitur vndè sit obiectum; quia species reprę sentāt, vnde emittuntur: at cum fit visio, & auditus, percipitur vnde primo sit visibile, & primo sit factus sonus: ergo visus, & auditus operantur per speciem.

Tertia conclusio. olfactus, gustus, & tactus non operantur per speciem. Probatur vnica ratione: quia horum obiecta sunt maximè pręsentia his sensibus, vt magis infra: ergo frustra essent species.

Contra primam conclusionem instatur primo ex Arist. *tex.* 121. vbi docet commune esse omnibus sensibus recipere formas sine materia, scilicet species impressas, vt alibi diximus: ergo omnis sensus ex Aristot. operatur per species. respondeo tex. esse adeò clarum, vt nulla interpretatio dari possit, quæ non sit contra litteram; quare sicut ab eo discessimus, in eo, quòd sensibile supra sensum impediat sensationem, discedimus etiam in hoc.

281 Instatur secundo, obiectum est immutatiuum potentię, sed non immutatione reali; alioquin qualitates secundæ, non essent obiecta: ergo intentionali: ergo producendo speciem: ergo per speciem omnis sensus operatur. respondeo aliqua obiecta, esse immutatiua anrecedenter ad sensationem, illa scilicet, quæ pręsentia esse non possunt: quia sui species producunt: aliqua tantùm per ipsammet sensationem, quia sensatio est etiam ab obiecto, & per ipsam potentia immutatur.

Instatur tertio, quilibet sensus antequam operetur, debet fieri similis obiecto, fit autem per speciem impressam: ergo, respondeo primam partem anteced. esse veram de similitudine virtuali, vt alibi diximus, non de formali. ad secundam partem, & speciem, & etiam obiectum, si immediatè fiat contiguum sensui, posse facere similem virtualiter: hæc enim similitudo in hoc consistit, quòd sensus fiat potens ad eliciēdam similitudinem formalem: hoc autem æquè habetur si imprimatur species ab obiecto, ac si obiectum ipsum cōcurrat immediatè sine specie. idem argum. omnino valeret, etiam in intellectu, & tamen intellectus ex sola pręsentialitate obiecti potest reddi potens ad intellectionem.

Instatur quarto, contra secundam conclusionem? sonus potest immediatè attingere sensum auditus: ergo nō operatur per speciē: antec. prob. quia sonus qualitas, quædam est, quæ successiuè producitur per medium: ergo pertinget ad sensorium auditus. respondeo non esse impossibile sonum aliquando attingere auditum: vt si ibi fiat; quo casu non inficiarer superfluas esse species; vt plurimum autem negatur ant. ad probat. negatur assumptum, quòd producto sono à corporibus, quæ percutiuntur, fiat deinde successiuè, in medio, quomodo enim in medio formari possūt verba humana? quomodo concentus? quæ omnia audita percipiuntur. dicendum igitur sonum speciem producere in medium, per quam ad auditū deferatur, & fiat auditio.

Licet autem negauerim gustum, tactum, & olfactum operari per species; concedo tamen aliquando posse, vt si obiectum non esset pręsens, & de potentia supernaturali sentiretur, vt pręsens, quod posse fieri asseruimus; tunc enim Deus speciem obiectorum imprimeret in sensorijs, quibus medijs fieret sensatio.

282 Quarta conclusio. sensus qui nō operantur per species, nec etiam indigent immutatione naturali per qualitatem similem productam in sensorio. probatur, quia qualitates non actiuæ non possunt naturaliter immutare producendo qualitates sui similes: quòd si dicant in illis satis esse si contiguæ sint, idem dicendum etiam de actiuis, cum omnes æquè concurrant ad sensationem. quare & si qualitates actiuæ in tactum producant similem qualitatem, hoc non est, vt fiat sensatio tactus; sed consequenter, vt docet Ruu. *loco citato num.* 36. facta sensatione, quia sensatio fit in instanti: productio illius qualitatis, qua contraria expellitur, non sine successione.

De Sensu Tactus. Quæstio Duodecima.

283 OMnia quæ pertinent ad tactum comprehendit Arist. *cap.* 11. & nos motis diuersis dubitationibus pręsenti quæst. omnia attingemus, quæ necessaria videntur animastico, relicta exquisitiori tractatione Medicis, quod & in cęteris sensibus faciemus in proprijs illorum qu. igitur

Dubitatur primo, quodnam sit organum tactus. respondeo esse neruos, carnem, & quidquid nomine carnis comprehenditur, in quacunque parte corporis. probatur, quia ibi est tactus, vbi est eius operatio; at operatio illius est vbi lęsio, at tum caro, tum nerui ledūtur ab excessu primarum qualitatum; quod ideò in illis dolorem sentimus; ergo, & si contrarium videtur docere Aristot. *in hoc* 2. scilicet solos neruos esse organum tactus, non sibi constat, cum 1. *de histor. animalium, cap.* 4. & 2. *de partibus animalium, cap.* 1. & 5. tradiderit carnem esse organum tactus, quomodo autem possunt conciliari loca Aristotel. videantur Conimbricens. *cap.* 9. *quæst.* 1.

Dices quare ossa, non sint organa tactus. respondeo ossa esse frigidiora, & ficciora vtpotè magis participantia naturam terræ, consequenter non habent debitum attemperamentum pro organo tactus, quod in quadam æqualitate primarū qualitatū cōsistit: quare & si in ossibus videamur dolere, nō tamē dolemus, sed dolor est in neruis, & carne.

Dubitatur secundo, an tactus requirat aliquod medium. respondeo negatiuè, tum de medio externo: quia tangibile debet immediatè coniungi animali tangenti; tum de interno, scilicet aliqua parte animalis, qua mediāte fiat tactus hoc enim medium aliud esse nō potest, quàm caro; at caro est organum tactus, (quidquid dicat Aristot. à quo in hoc discedimus) si caro verum medium tactus constituit, vt videtur statuere *ca.* 11. *citato*. scio non deesse, qui dicāt Arist. se retractasse *in lib. citatis de hist. & de partib. animal.* nihil ad nos. possemus etiam dicere per accidens, & impropriè loquendo tactum aliquando habere medium, neruus enim, qui est sensorium tactus, sentire non potest, dū carne

tegitur, nisi per carnem ei contiguam fiat tangibile; at non est proprium medium: quia medium ipsum non sentit; at caro verè sentit eandem qualitatem, quam sentiendam apponit neruo.

284 Dubitatur tertio, an tactus sentiat solum qualitatem existentem in obiecto, vel etiam receptam in organo. Respondeo vtramque. quidquid dicat Ruu. *de tactu quæst.* 5. & noster P. Lanfranchi *Opusc.* 36. *cap.* 4. *num.* 4. ratio est 1. quia non minus sensibilis qualitas postquam est producta in organo, ac esset, cùm tantùm in obiecto. Secundo, quia si quis applicaret manum Soli, calorem sentiret, & tamen alius non esset calor, nisi qui in organo receptus; Sol enim non est formaliter calidus; ergo sentiret qualitatem in se existentem.

Aduerto tamen & si tactus per nos sentiat qualitatem in se receptam, non tamen sentire eam, quæ ad constitutionem spectat proprij organi; ratio est, quia illa supponitur ad sensationem necessaria; at si & illa sentiretur, vtique sine se ipsa fieret sensatio; quod si sic, & ceteræ qualitates sine illa possent sentiri, consequenter non requireretur debitum temperamentum organi.

Dubitatur quarto, an tactus sétiat in obiecto solas qualitates, quæ excedunt intensionem temperamenti proprij organi; vel etiam æquales, & inferiores. respondeo sentire solum excedentes. est Aristot. *tex.* 118. patet etiam experientia; quod non sentitur aqua calida, vt vnum, nec frigida vt vnum; non enim tactus discernit calorem aquæ, & tamen vt plurimum aliquis calor est in aqua: quia ferè nunquam est frigida in summo; ratio est, quia omne organum debet esse denudatum, à natura obiecti, vt illud sentire possit, vt docet idem Aristot. *tex.* 119. at tactus vtpotè mixtum quoddam, non potest esse denudatus primis quatuor qualitatibus, quæ sunt præcipuum obiectum ipsius, ex eodem Aristot. *text.* 117. ergo tantùm illa sentiet secundùm excessum supra temperamentum. Confirmatur quod temperamentum sensorij tactus est in quadam temperatione primarum qualitatum, vt plures differentias illatum sentire possit.

285 Dubitatur quinto, an tactus differat specie secundùm diuersas partes, in quibus insidet. respondeo, cum communi negatiuè. ratio est, quia idem obiectum habet in omnibus partibus, scilicet qualitates primas, & secundas tangibiles, & eodem modo illum immutat quò ad omnes partes. qui plura vult de hoc sensu videat Conimb. *cap.* 11. *qu.* 1. & Ruu. *loco citato*.

De Sensu Gustus, *Quæstio Tertia decima*.

286 DE gustu, de quo Arist. *cap.* 10. dubitatur primo quodnam sit eius organum. respondeo à cerebro vsque ad cuspidem linguæ deduci duos neruos, ex quibus alij minores, per totam linguam sparguntur, qui deinde teguntur quadam carne rara spongiosa, &c. in his igitur neruis consistit organum gustus. ita communiter philos. & med. apud Ruu. *tract. de sensu gust. q.* 2. in cuspide autē præcipuè viget hic sensus, vt docet Arist. 1. *de hist. anim. c.* 11. ideò, vt cibos degustemus vix cuspide linguæ tangimus.

Dubitatur secūdo, an gustus requirat aliquod medium, respondeo medium externum non adesse, quia nisi cibi arringant linguam, & palatū, non sentiuntur: de interno verò, dico, etiam non haberi, qūia medio humore, qui in omni cibo gustando reperitur, vt docet Arist. *text.* 102. sapor per carnem illam spongiosam peruenit immediatè ad ipsos neruos, sensorium gustus, & fit sensatio.

287 Dubitatur tertio quodnam sit obiectum gustus. respondeo esse saporem, qui aliud nō est, quàm secunda quædam qualitas ex humido aqueo, & sicco terreo, facta à calore prædominante humido, diuersas habet species, recensitas ab Arist. *c.* 10. scilicet dulce, amarum, pingue, salsum, acre, acerbum, acutum, & acidum; & si quæ aliæ ad has reducuntur, inter quas primam contrarietatem constituunt dulce, & amarum ex eodem Aristotel. *tex.* 107.

Dubitatur quarto, an gustus differat specie à tactu, ratio dubitandi: quia *in his lib.* & alibi Arist. gustum, tactum quendam appellat. respondeo affirmatiuè, item gustus in particulari loco tantùm residet, nec implicat in eodem organo esse dispositionem pro vtroque sensu: nec Aristot. aliud vult, nisi gustum, tactum quendam esse, quatenus non sentit sapores nisi immediatè, corpus saporosum tangat, linguam, palatum, &c. De hoc sensu diffusius apud Conimb. *cap.* 10. & Ruu. *loco citato*.

De Sensu Olfactus, *Quæstio Quarta decima*.

DE odoratu agit Arist. *toto ca.* 9. dubitatur primo quodnam sit eius organum. pro quo notandum, à cerebro, 288
vsque ad interna foramina nasi iuxta cauitates oculorum deduci duos quasi canales, in quorum extremitatibus sunt duæ carunculæ ad modum extremitatis mamillæ, quòd ideò carunculæ mamillares appellatæ sunt: ante has carunculas collocatum dicitur quoddam os spongiosum, seu caro Spongiosa, quæ aspiratione dilatatur, & extenditur, retentione aeris constringitur; quòd ideò cooperculum mamillarum appellata est. hinc initium ducunt duo foramina nasi per quæ plures nerui sparguntur; hoc notato. alij organum olfactus in cerebro: alij in neruis; per nares distributis; alij verò in carunculis mamillaribus collocarunt; cum quibus ad dubitationem respondeo, organum olfactus in his carunculis consistere. probatur, quia cerebrum est frigidissimum, consequenter ineptum, vt sit organum alicuius sensus; neque olfacimus, nisi aspirando: quia aspirando aperitur via, ad sensorium olfactus: neq; potest consistere in neruis, qui per nares spargūtur; alioquin attiguo corpore odoroso naribus sentiretur contra experimētum; remanet igitur, vt consistat in carunculis mamillaribus.

Dubitatur secundo, supposito odorem esse obiectum olfactus, quid sit odor. respondeo cū Arist. *de sensu & sensibili c.* 5. & *hic c* 9. odorem nō esse fumidam exhalationē, quia fumida exhalatio substantia quædam est, at nulla substantia esse potest obiectum sensus; sed esse secundam qualitatem ortam ex temperamento primarum, prædominante siccitate: odorū differentias difficiliter percipimus propter huius sensus hebetudinem; ideò nec nomina propria eis applicamus: sed à saporibus transferimus ad odores. videri possunt apud Conimb. *c.* 9. *q.* 2. apud quos etiam soluuntur quædam argum. contra originem odorum à nobis admissam; item apud Ruu. *de sensu olfactus quæst.* 1.

Dubitatur tertio, supposita experientia, quòd corpus odorosum, etiam distans ab olfactu sentiatur, quomodo immutet medium, an realiter producendo realem odorem, 289
qui ad olfactum pertingat, an intentionaliter producendo sui speciem. respondeo cum Auic. 6. *natur. parte* 2. *capit. de olfactu*. Alb. Mag. & alij, vt refert Ruu. *quæst.* 2. *nu.* 18. immutare realiter per fumidam exhalationem, vel vaporem, in quo, insidet odor: resoluitur hic vapor, vel exhalatio ex corpore odoroso, & mixta aeri, vel alij medio, tādem peruenit ad olfactum: ratio est; quia si intentionaliter tantùm moueret odor, non esset, cur impediretur à vitro: sicut nō impediuntur species soni, & coloris: item in instanti posset odor sentiri, cum species non habeant contrarium in producti, vt patet de speciebus coloris: & tandem quia aliquādo realiter odor immutat, vt quando, vsque ad cerebrum pertingit; ergo dicendum semper, eodem mode immutare, scilicet realiter.

Sed contra instatur primo breui tempore totum corpus 290
odorosum resolueretur in vapores. respondeo hoc futurum, si calor continuè agat in corpus odorosum, vt patet de aquis odoriferis.

Instatur secundo exhalatio fumosa, nō posset deferri ad tantam distantiam, in qua dicuntur corui, & alia animalia olfacere cadauera. respōdeo primo multoties hæc animalia casu venire, vbi cadauera. respondeo secundo, si non casu, posse viuenti, aut caloris, vaporem odorosum, etiam ferri ad magnam distantiam.

Instatur tertio eodem modo posset sentiri odor in quocunq; loco sentiatur, sed est contra experientiam, quia magis sentitur in parte propinqua corpori odoroso: ergo agit per species intentionaliter vniformiter difformiter. respōdeo negando sequelam: quia exhalatio dissipatur, quo magis per medium deffertur, ideò in minori quantitate, attingit sensorium olfactus: ideò minus sentitur. hinc

Patet quid dicendum, an olfactus habeat medium: si enim nomine medij intelligatur id, quod mediat inter odorem, & olfactum. olfactus nullum habet medium, quia immediatè proprio sensibili vnitur: si verò de medio, quod interpositum, inter corpus odorosum, & olfactum non impediat olfactionem, dicendum esse aerem, & aquam: quo sensit tantùm forsan, locutus est Arist. Diffusius de hac

hac materia apud Conimb. *toto cap.9.* Ruu. *tract. citato*, & Hurtad. *diſp.17. ſect.4.*

De Senſu auditus. Quæſt. Quinta decima.

291 Circa hunc ſenſum, de quo Ariſt. *cap.* 8. dubitatur primo, quid ſit eius organum. pro reſponſione ſupponendum, intra ipſos aurium anfractus dari membranam quandam, quæ aperit cauitatem orbicularem ad modum tympani, quòd ideò appellatur tympanum; ſuſtentatur hæc membrana tribus oſſibus. Primum ſimile eſt incudi. Secundum malleolo. Tertium ſtapedi, & hoc timpanum affixum eſt cuidam neruo terminanti ad cerebrum, per quem deſcendunt ad ipſum tympanum ſpiritus animales; intra autem illam cauitatem dicitur reſidere quædam ſubſtantia tenuis, quæ ob ſimilitudinem, quam refert, aeris, appellatur aer congenitus: hoc ſuppoſito. reſpondeo cum Ariſtot. *tex.8*5. & *de partibus animalium cap.* 10. & cum communi organum auditus reſidere, in illo aere: quia non apparet ad quid aliud poſſit deſeruire, & cur tanta induſtria illum natura ab omni externo nocumento vallauerit, niſi quia ſollicita de organo auditus. De quo diuitem doctrinam habes apud Philoſoph. eminentiſs. Licetum cap.31. tom. 2. de quæſitis.

Dubitatur ſecundo, ſuppoſito, ſonum eſſe obiectum auditus, quid ſit ſonus. Supponendum primo, ad generandum ſonum tria corpora, vel ſaltem quæ tribus æquiualeant, requiri. ſcilicet corpus percutiens, percuſſum, & medium, quod ex percuſſione vnius ad aliud expellatur.

Supponendum ſecundo requiri, vt corpora percutiens, & percuſſum, quæ dicuntur ſonatiua, ſint dura, vel duris æquiualeant, & magno impetu collidantur, vt corpus interceptum conſtrictum quaſi frangatur, & expellatur: ideò corpora ſonatiua, quò magis polita, eò melior editur ſonus: quia plus corporis intermedij intercipitur ſimul à corporibus inuicem percutientibus, & atteritur.

Supponendum tertio ſonum non fieri ſine motu, patet experientia; & duplicem motum ſemper intercedere, ſcilicet illum, quo corpora ſonatiua ſe collidunt, & illum, quo corpus interceptum frangitur, & reſilit.

Supponendum quarto motum corporis intercepti, à corporibus ſe collidentibus, dupliciter poſſe ſpectari, & vt motus eſt tendens ad diuerſam vbicationem, & vt fractio quædam eſt, & expulſio. his ſuppoſitis.

292 Reſpõdeo, ſonum eſſe attritionem corporis intercepti, à corporibus ſonatiuis (dixi à corporibus ſonatiuis, quia ſi daretur attritio corporis alicuius intercepti inter alia corpora, non per hoc illa attritio eſſet ſonus) probatur primo: quia poſita hac attritione habetur ſonus, & qualis eſt hæc attritio, talis eſt ſonus. Secundo, quia ſi ſonus qualitas quædam eſſet realis de nouo producta, aliquod ſubiectum denominaret, ſed nullum denominat: ergo. huius ſententiæ ſunt Themiſ. & omnes interpretes Græci, immò Ariſtot. ipſe *text.85.* multa argumenta objiciuntur apud Conimbr. *cap* 8. *quæſt.*1. & Ruu. *quæſt.1. tract. de ſenſu auditus*, ſed facilè ſoluentur aduertendo nos non dicere, motum corporis reſilientis, vt ſic eſſe ſonum; ſed vt attritio quædam eſt corporis intercepti, à corporibus ſonatiuis, ſe collidentibus. hinc

Deducitur primo, quodnam ſit cauſa effectrix ſoni; dicendum enim, eſſe ipſa corpora ſonatiua: quatenus ſe collidendo intercipiunt aliquod medium, & illud diſſipāt.

Deducitur ſecundo, ſubiectum ſoni eſſe ſolum corpus interceptum, quia ipſum ſolum eſt, quod atteritur, & frangitur, & in ipſo ſolum ſubiectatur ipſa attritio.

293 Dubitatur tertio, quomodo ſonus deferatur ad auditũ. ad quod relictis varijs Doctor. ſenſibus apud Conimbric. *quæſt.2. art.* 2. & Ruu. *quæſt.*4. reſpondeo, cum communi apud eoſdem, ſonum realem producere ſui ſpeciem in auditum, & totum medium, ſicut color in viſum, & habita ſpecie auditum auditionem elicere: ratio eſt in noſtra ſententia clariſſima; ſonus eſt attritio, ſed hæc attritio non accidit, niſi vbi corpora ſonatiua ſe collidunt: ergo ibi tantùm eſt ſonus realis: ergo, ſi non poteſt realiter ad auditum pertingere, pertinget intentionaliter: quia omne obiectum vniri debet propriæ potentiæ ad eliciendam ſenſationem; ergo per ſui ſpeciem.

Dices primo. Species producuntur in inſtanti, ſonus auditur primo ab illis, qui propè, quam qui longe exiſtunt: ergo non defertur per ſpecies. reſpondeo ſpecies, ſequi naturam proprij obiecti: quia igitur ſonus, vt potè motus plures dicit partes ſucceſſiuas; ita etiam ſpecies ſucceſſiuè producit, quò ad ipſas partes: at quò ad partes medij in inſtanti: ideò autem aliquando videtur prius audiri ab eo, qui propè, quàm ab eo, qui longè: quia in principio motus, eſt minus intenſus, quam in medio; conſequenter non operatur in tanta ſphæra, quod poſſit audiri, ab eo, qui longè; patet experientia, ſonum non ſemper prius audiri ab eo, qui propè, quàm ab eo, qui longè: quia eadem vox eodem tempore auditur ab omnibus in aliqua ſphæra exiſtentibus.

Dices ſecundo. Si per ſpecies in inſtanti deferatur ſonus, eodem tempore dum exploditur bombarda, videretur lumen, & ſonus audiretur, & tamen contra accidit. reſpondeo negando ſequelam, quia lux non pendet à motu in produci, benè ſonus.

Dubitatur quarto, quodnam ſit medium ſoni. reſpondeo duplicem ſenſum habere poſſe hoc dubium: primo, quodnam ſit medium, per quod deferatur ſpecies ſoni. 294
Secundo quodnam ſit corpus aptum, quo intercepto, edatur ſonus. Quo ad primum reſpondeo, eſſe & corpus ſolidum, & corpus fluidum. patet experientia, quòd ſi ſonus edatur in cubiculo clauſo, auditur etiam extra; vbi nota differentiam inter ſpecies viſiles, & audiles: aliter ſentit Hurtad. *diſp.17. ſect.* 3. vbi negat in aqua audiri ſonum; ſed experientias in contrarium non ſoluit, & ſi conetur ſoluere. aduertit hoc etiam Ouiedus *de anima controu.4. punct.* §.2. videatur. Quo ad ſecundum reſpondeo cum Ariſtot. *tex.79.* ex attritione ne dum aeris, ſed etiam aquæ produci ſonum: patet experientia, quia ſub aqua piſces, & natantes ſonum producunt; verum quidem eſt, quòd aqua minus eſt idonea, vt fatetur idem Ariſt.

Dubitatur quinto, quid ſit vox, quæ ſonus quidam eſt; Reſpondeo ex Ariſtot. hic *tex.* 89. & 90. huiuſmodi definitionem deduci poſſe. *vox eſt ſonus animalis factus per colliſionem aeris, à pulmone attracti, atque emiſſi per reſpirationem, cum aere in gurgulione retento, & cum quadam imaginatione.* quæ definitio patebit, ſi explicetur, quomodo efformatur vox: igitur ad vocem efformandam plura concurrunt inſtrumenta. Primo in ore pręter viam, qua deglutitur cibus, & mittitur ad ventriculum, adeſt alia, quæ ducit ad pulmones, multis flexuoſis partibus anfractuoſa; quòd ideò aſpera arteria appellata; huius vię principium in faucibus, quod larinx dicitur; contegitur membrana quadam epiglotis dicta, antequam eſt gurgulio, dictus etiam vuula; in ore poſtea ſunt dentes, labra, lingua, &c. modo pulmones per aſperam atteriam aerem attrahunt, attractum vi motrici expellunt, expulſus impingitur, & diuerberatur per totam aſperam arteriam, cum aere ibi exiſtente, impingit etiam in epiglotidem, poſtea ad guttur impactus ſonum aptus eſt edere; ibi pręcipuè motu linguæ variè diuerberante addentes, & palatum attritus, elicitur ſonus, qui dicitur vox, imperante appetitu, cui omnia membra obediunt ad apprehenſionem phãtaſiæ, vt tali, vel tali pacto diuerberetur, &c. vt tales, vel tales edantur voces; & ſi hæc fiant in homine; in quo enumerata inſtrumenta modo quodam perfectiori reperiuntur edi poteſt ſonus dearticulatus, qui dicitur loquela, aptus ad manifeſtandum alijs internos conceptus. quare ſonus magis patet, quàm vox, cum etiam in inanimatis eſſe poſſit: vox magis, quàm loquela: quia etiam brutis competit; loquela minus cęteris, cum ſoli homini ordinariè loquendo conueniat.

Dubitatur ſexto, quid ſit Echo. reſpondeo cum Ariſtot. 295
tex.80. Echo eſſe ſonum reflexum, ſeu repercuſſum à corpore duro, concauo, &c. circa verò modum, quo fit omiſſis varijs explicandi modis apud Ruu. *qu.* 5. & Conimbricenſ. *qu.2. art.2.* eò quòd ex omnibus inexplicabiles emergant difficultates, vt patebit attentè conſideranti. reſpondeo, fieri Echo: quia ſpecies ſoni vtpotè virtualis eius ſimilitudo, ſi impingat in tale corpus concauum, vim habet producendi eundem ſonum, ſicut in organo habet vim producendi ſenſationem, qui deinde multiplicans ſpecies, ad auditum, iterum ſentitur; ſicut ſpecies viſiles, ſi reflectant in ſpeculo, vim habent producendi imaginem in illo, &c. ideò autem in aliquibus locis eadem Echo multiplicatur; quia ſpecies à ſono primæ Echos producta impingit in aliud corpus concauum, & iterum eundem ſonum producit, cuius ſpecies poſſunt in aliud corpus refle-

ctere, & sic de ceteris; non per hoc tamen fiet processio in infinitum, quia ille sonus semper minus intensus repetitur, vt tandem languescat; & si quæratur cur Echo non nisi vltimas syllabas repetat, dici potest, ideò esse: quia species primarum syllabarum repetetes non audiuntur, dum vltimæ proferuntur; quòd ideò multæ sunt Echus, quæ non ita citò repetentes, totum prolatum sermonem remittunt; & si hic etiam modus explicandi non immunis videatur ab aliqua difficultate, scitote Echo magis inter naturæ portenta admirandam, quàm eius naturam dilucidè explicandam.

De Sensu Visus, Quæstio Sexta decima.

296 DE sensu visus, qui inter omnes externos est præstantissimus, agit Aristot. *cap.* 7. & cum eo omnes expositores præcipuè Conimbric. *cap.* 7. *quæst.* 7. & Ruu. *tract. de sensu visus q.* 8. clarè explicant structuram oculorum, medijs quibus videtur exerceri potentia huius sensus. De hoc sensu dubitatur primo, in quo consistat eius organum. Pro responsione notandum, ad compositionem oculorum concurrere duos neruos, qui optici dicuntur, seu visorij, qui à cerebro descendentes species visus, transmittunt ad sensum communem, & spiritus animales à cerebro ad sensorium ipsius visus, ad sensationem necessarios; porrò hi nerui tendunt alter ad oculum sinistrum, alter ad dexterum, & antequam ad oculos perueniant inuicem connectuntur: deinde iterum diuisi, oculos attingunt: insuper septem musculos; quinque tunicas: tres humores, quorum omnium centrum tenet humor quidam crystallinus, sic appellatus, eo quòd pellucidus sit veluti crystallum: tota lis est, an organum visus sit in hoc humore crystallino, an in congressu neruorum opticorum, vt censuit Auicen. an in aliqua ex tunicis, vt Tol. Respondeo cum Aristot. 1. *de hist. animalium cap.* 9. *& alibi*, Gal. & cum communi, consistere in humore crystallino: ratio est, quia clauso vno oculo intensius videtur, quòd non accideret, si in neruis consisteret: item in aliquibus, qui optimè videbant, testatur Vesal. dissecatione anatomica, se expertum neruos opticos, non coniunctos: ergo in hac coniunctione non consistit organum visus: denuò adeo sollicita fuit natura de humore crystallino, vt tutiorem sedem, ei tribueret, tot tunicis, humoribus, &c. quasi vallauit: ergo signum hoc esse organum. Vide nostri æui philos. principem Licetum l. cit. cap. 27.

297 Dubitatur secundo, an visio fiat per intramissionem, vel per extramissionem. Pro intelligentia dubij notandum, Plat. in Thæreto, quem multi sunt secuti existimasse visionem fieri tali pacto, quòd ab oculis egrederentur radij ad obiectum pertingentes, visibile illud redderent, & affectis alteratione illius obiecti, ad potentiam retrocedentibus, tunc fieri visionem. hoc notato respondeo, visionem non fieri per extramissionem radiorum, sed per intramissionem specierum ab obiecto productarum in potentia visiua, cum Aristot. *cap.* 7. & tota schola Peripat. ratio est primo, quia æquè videretur obiectum paruum ad magnam distantiam, ac magnum; quia si radij emissi ab oculis pertingere possunt ad magnum, possunt & ad paruum. Secundo hi radij sunt, vel corpora: vel accidentia, non primum, quia sequeretur penetratio corporum, vt inferebat Aristot. de lumine: si accidentia, non talia, quòd à potentia egressa transeant ad obiectum, & iterum ab obiecto ad potentiam: quia accidens non transmigrat de subiecto in subiectum: ergo remanet, vt potentia visiua ea educat de obiecto: deinde obiectum similia educat de potentia: ergo visio verè non est per extramissionem: quia potentia nihil extra mittit: sed per intra susceptionem, quia ab obiecto intra suscipit radios. sed, quis non videat, omnia esse inutilia, & ad nihil conduci, quòd potentia radios educat de obiecto, cum de se satis sit visibile? satis igitur est, quòd ab eodem suscipiat speciem, per quam illi vniatur ad visionem eliciendam.

298 Dubitatur tertio, quid sit lumen, sine quo visio esse non potest. pro responsione supponendum ex Scalig. *exercit.* 71. & Zab. *lib.* 1. *de visu cap.* 4. Scoto, & alijs, aliud esse loqui de luce; aliud de lumine. lux enim est, quæ in corpore lucido tanquam forma inhæret: lumen verò, quod à corpore lucido producitur in medium, &c. hoc supposito,

Dico primo lumen esse qualitatem naturalem, & intentionalem simul. est cum Scoto *in* 2. *distin.* 13. *quæst. vnica*, Durando *eodem loco*, Caiet. 1. *parte quæst.* 67. *art.* 3. §. *ad hoc breuiter*. Zab. *lib. citato ca.* 6. & alijs contra Empedoclem apud Aristot. *hic*, qui lumen dixit corpus, & contra alios, qui illud, vel formam substantialem: vel qualitatem tantùm naturalem posuerunt. Probatur primo, quòd non sit corpus: nec forma substantialis. lumen simul est cum corpore diaphano, & deficiente, adhuc illud corpus perseuerat in suo esse; ergo neque est corpus, neque forma substantialis: quia nec duo corpora simul esse possunt: nec aliquod idem ablata forma substantiali remanete.

Probatur secundo, quòd sit forma naturalis, & intentionalis simul. lumen in organo, & in medio receptum est ratio sentiendi visile, nec ipsum sentitur, vt experientia patet: item effectus realis producit, calefacit, exsiccat, &c. ergo est, & qualitas intentionalis, & naturalis. Probatur consequentia, quia non alia ratione species sensiles dicuntur qualitates intentionales, nec qualitates puræ intentionales reales effectus producunt, &c. ergo.

Dico secundo, lucem, & lumen ad corpus opacum terminatum videri per speciem: lumen verò in medio, & organo existens, non videri. Prima pars probatur, quia necessaria est species, cum obiectum immediatè nequit coniungi cum potentia, sic est in casu nostro, ergo. Secunda etiam pars probatur: quia illud lumen non videtur, vt *quod*, sed tantùm, vt *quo*, quatenus est ratio aliud videndi; quæ autem sic sentiuntur, non habent propriam speciem hoc dictum quo ad primam partem contrariatur Scoto, Zabar. & alijs, qui ideò constituunt lumen qualitatem intentionalem, quia illud existimant productum à luce, tanquam sui speciem, sicut color sui speciem diffundit, sed perperam: alioquin, recepto lumine in oculo, & in medio, videretur semper corpus lucidum, sicut recepta specie coloris videtur color, quod tamen est contra experientiam; nisi enim ex directo intueamur solem, illum nunquam videbimus, & si eius lumine perfundamur. 2

Dico tertio, Si obiectum sensibile sit lumen, non est necesse, quod medium sit illuminatum; benè si obiectum sit color. vtraque pars est manifestè Aristotel. 1. *lib. de sensu, & sensili cap.* 2. vbi docet, quædam esse corpuscula, quæ in tenebris videntur. Secunda vero pars *hic*, cum tradit, colorem mouere perspicuum actu, scilicet medium illuminatum, & hoc esse de natura coloris: vtrique parti fauet experientia; si enim parum lumen eminus accendatur, videtur ad magnam distantiam, quò magis medium est tenebrosum, sic fulgent, & videtur fungi, oculi felium; si verò propè colorem ponatur lumen, & medium, sit obscurum viso lumine, non videtur color; quod si aliquando etiam color videatur est, quia lumen colorem illuminans, illuminat, & medium, per quod color videtur; quod ideò si visus fiat distantior, non videbit: quia medium non illuminabitur ad tantam distantiam à lumine illuminante colorem: & tamen si totum medium esset illuminatum, & in illa distantia videretur ille color; ergo vera conclusio, neque hæc ratio militat etiam cum obiectum est lumen, vt aliqui putarunt: quia quò maior obtenebratur locus, vbi visus existit, perfectius cernitur lumen; ratio à priori, huius diuersitatis alia esse non potest; quàm natura diuersa luminis, & coloris, videte Ruu. *quæst.* 3. & Nouarinum 5. *axiom. num.* 608. 3

Dico quarto, lumen primarium non esse productiuum nisi luminis secundarij. pro dicti intelligentia notandum ex Scoto *loco citato* §. *quantum ad tertium*, lumen diuidi in primarium, & secundarium. primarium est illud, quod immediatè, vel reflexè, vel directè producitur à corpore lucido, media luce. Secundarium verò, quod à latere extra incidentiam radiorum diffunditur, sicuti in vmbra: nostrum dictum probatur ratione, quam innuit Scotus. Si lumen primarium alius primarij esset productiuum, cum per fenestram cubiculum illuminatur, deberet totum illuminari à lumine primario producto à radio per fenestram immisso à corpore lucido, sed hoc est contra experientiam; ergo. sequela probatur: quia omne actiuum naturale agit in medium circunstans sphericè, si illud æquè sit dispositum; sed omnes partes cubiculi sunt æquè dispositæ; ergo. 3

Quòd verò lumen primarium, sit productiuum luminis secundarij; Probatur primo: quia lumen extra inciden-

tiam

tiam radiorum, non potest esse à corpore ipso lucido: quia si posset in illas partes medij quicquam producere, produceret ibi primarium; ergo remanet, quod producatur tantùm ab ipso primario. Secundo quia lumen, à Luna diffusum, quam non potest sol illuminare ob interpositionem terræ, non est immediate ab ipso sole; ergo à lumine primario solis, quod incidens in corpus lunare illud secundarium producit; ergo.

302 Dico quinto, lumen secundarium esse productiuum alterius secundarij. probatur, in cubiculo illuminato lumine secundario accidit vmbra ob scabellum, quæ tamen vmbra aliquo lumine est illuminata; alioquin non vmbra, sed tenebræ essent. modò, non est illuminata lumine secundario à primario producto, quia scabellum obiectum impedit lineam, per quam ipsum lumen primarium erat producturum; ergo illa vmbra illuminatur ab alio secundario, producto à secundario, à latere existente, ergo. hinc

Deducitur primo, responsio ad difficultatem huc remissam, *ex 1. de generatione tract. 3. quæst. 2.* quare lumen non intendat se ipsum; si enim sit sermo de luce existente, in corpore lucido, ideò non intendit se ipsum: quia cum sit proprietas corporis lucidi ab initio producitur in ea, intensione, qua potest: si de lumine in medio, ideò non intendit se ipsum: quia non est productiuum luminis, illius generis.

Deducitur secundo lucem, lumen primarium, & secundarium differre specie: quia nulla ratio apparet assignabilis, cur non sint productiua simulis luminis, vt experientiæ conuincunt, nisi diuersa ipsarum natura.

303 Dubitatur quarto, de definitione luminis, quam tradit Aristot. *tex. 69.* his verbis. *lumen est actus perspicui, quatenus perspicuum est.* pro intelligentia aduertendum. perspicuum dupliciter sumi posse. Primo pro quolibet corpore transparenti, vt aere, aqua, igne, &c. quod dicitur, & perspicuum interminatum, eo quòd non moueat visum, secundum aliquam partem determinatam, vt paries v. s. albus, qui tantùm secundum superficiem videtur, sed secundùm totam suam profunditatem peruaditur à viso. Secundo sumitur perspicuum pro corpore, quod lumine participat, tamen ob densitatem, non est transparens, sed tantùm secundum partem terminatam, visum mouet; quòd ideo ab Aristot. *de sensu, & sensili cap. 3.* dicitur perspicuum terminatum. talia sunt astra, & omnes colores; rursus inter diaphana primi generis alia semper lucent, quia scilicet lucem habent à se, vt ignis, &c. alia non, quia lumen ab alio recipiunt, vt aer, & aqua, vitrum, &c. modo respondeo, quòd

304 Dicitur primo, *lumen esse actus perspicui*: quia vt quædam forma accidentalis illud actuat; nomine verò perspicui intelligitur de perspicuo interminato, illuminato alieno lumine; patet; quia illud perspicuum ponit in definitione luminis, quod postea definit dicens. perspicuum esse, quod est visibile alieno lumine, & de quo antea dixerat, colorem esse motiuum eius; huiusmodi autem est tantum diaphanum, quod est secundum se totum diaphanum, & nullum de se habet lumen; sed tantùm est in potentia ad illud.

Dicitur secũdo, quatenus huiusmodi, quia perspicuum habet esse tale à lumine, licet enim semoto lumine, aer, aqua, &c. ex propria natura sint perspicua, vt benè Zabar. *de visu, lib. 1. cap. 3.* tamen non dicuntur actu perspicua; quia actu non transparent, vt possint esse perspicua in ordine, ad visum, nisi cum lumine illustrantur.

305 Dubitatur quinto supposito, omne, in quod tendit visus, esse colorem, vt tradit Aristot. *tex. 66. & alibi*, ita vt etiam ipsa corpora lucida, cum videntur, videantur, vt colorata, vt docet idem Aristot. *lib. de sensu, & sensili; de coloribus. & alibi*, vt refert. Zabar. *cap. 4. loco citato*, dubitatur, inquam, quid sit color. Respondeo cum eodem Aristot. *lib. de sensu, & sensili cap. 3.* colorem esse extremum perspicui in corpore definito, seu terminato.

Dicitur primo *extremum perspicui*, scilicet perspicui secundo modo accepti, in allata diuisione; neque dicitur *extremum*, quasi quòd in profunditate non sit color; sed quia non est color, vt sit motiuus medij, & potentiæ actu, cum à densitate, & opacitate impediatur.

Dicitur secundo *in corpore definito*: quia color existit in corpore, cuius definita pars est apta visum mouere ob densitatem, ad differentiam diaphanorum, quæ non sic se habent, nisi illa, quæ imperfectè sunt diaphana, vt vitrum, quidam Capilli, &c. in quo verò deficiunt à vera diaphaneitate possunt secundùm extremam partem visum terminare, &c. alio etiam modo explicauit naturam colorum Aristot. *cap. citato de visu*, dicens, esse de natura sua motiuum actu diaphani: quia color, per ipsum tantum, vt est illuminatum, aptus est species immittere ad visum, vt visio de se ipso eliciatur; quia vt diximus, color non videtur nisi medium sit illuminatum; & hoc vt benè Hurtad. *disp. 17. sect. 2.* aliam non habet rationem, nisi naturam talem visus, & eius obiecti. possumus etiam cum eodem Hurt. afferre definitionem coloris magis claram, scilicet, *colorem esse qualitatem, non actiuam, ortam ex temperamento primarum qualitatum, quæ cum luce tantùm percipitur à visu.* hæc tamen definitio non admittitur à Zab. *lib. 1. de visu cap. 2.* non hic locus examinis.

Color diuiditur communiter in apparentem, & verum. apparens dicitur non distingui à lumine; sed esse ipsummet lumen diuersimodè receptum in corpore opaco; sic varij apparent colores in collo columbæ ex diuersa radiorum solis reflexione. Color verus dicitur distingui à lumine realiter, quia etiam lumine amoto eandem retinet naturam, & habet diuersas sub se species, inter quas primam contrarietatem constituit album, & nigrum, & cæteri omnes colores medij dicuntur ex horum mixtione affecti. sed de hoc satis sit communiorem sensum innuisse; interim videre Zabar. *loco citato, cap. 2.* Hurtad. *loco citato*, & alios.

Dubitatur sexto, an visus habeat medium. Respondeo regulariter habere, vt experientia patet; & esse omne corpus actu perspicuum, sequitur ex ijs, quæ cum Aristot. docuimus. Dixi regulariter, quia nunquam aliquod visibile immediatè apponitur visui; si enim apponeretur corpus lucidum, quod aliàs esset aptum visum immutare, & terminare, non inficiarer posse sentiri: quia tunc non indigeret medio ad recipiendum lumen, cum obiectum ipsum esset lucidum, quod docet & Nouarin. ex nostro Pasqualig. &c. *lib. 1. axiom. num. 263.*

De Sensibus Internis. Quæstio Decima Septima.

Dari aliquem sensum internum supponendum, primo auctorit. Aristotel. *3. de anima, cap. 2. & 7.* ab omnibus admisso. Secundo experientia, quia bruta recordantur sensatorum præteritorum; & eis visis circa ea mouentur, quod excidit operationem sensuum externorum. 306
Tertio ratione: quia cum sensus externus non feratur nisi in obiectum vt præsens; decens erat, vt constitueretur alius sensus, qui etiam absentibus sensibilibus, circa illa posset operari, vt animal nociua fugere posset, vtilia quærere, &c. hoc igitur supposito.

Dubitatur primo, quotuplex sit sensus internus; ratio dubitandi: quia plures operationes sensitiuæ internę sunt in animali. Primo percipitur obiectum cuiuslibet sensus externi, dum est præsens, & iudicatur de illis. Secundo ne dum hæc obiecta percipiuntur, dum sunt præsentia, sed etiam absentia, vt accidit, dum animal dormiens phantasiatur. Tertio perceptis diuersis sensibilibus, simul componuntur, sic formatur chimera, mons aureus, &c. Quarto ex speciebus sensatis formantur insensata, vt cum ouis apprehendit lupum contrarium. Quinto conseruantur horum species, vt etiam amotis sensibilibus, eadem cognoscantur. Sensus qui primo modo operatur, dicitur sensus communis, eo quòd omnium sensuum radix sit, & obiecta cognoscat, qui secundo modo phantasia, qui tertio imaginatiua, qui quarto æstimatiua, qui vero quinto modo dicitur memoria: aliqui addunt cogitatiuam, & reminiscentiam. cogitatiua idem est, quòd æstimatiua, quæ talis dicitur in homine: quia ex coniunctione cum intellectu dicitur participare quendam discursum imperfectum circa sensibilia præsentia. reminiscentia supra memoriam dicit quandam indagationem vnius ex alio ex sensatis præteritis; dubitatur igitur, quotuplex sit sensus internus; & cum non possit esse dubium, de virtute ipsa animæ præcisè; quia eandem diximus in omnibus potentijs, remanet, an ratione organi, modificationis, &c. de quo; alij quatuor constituunt cum D. Thom. *1. parte quæstio. 78. art. 4.* scilicet sensum communem, phantasiam, æstimatiuam, & memoriam. alij quinque cum Auic. & Alb. Magn. scilicet addunt

addunt

addunt supra quatuor dictos imaginatiuam. alij tres cum Gal. scilicet sensum communem, sub quo comprehendunt phantasiam, & imaginatiuam; & æstimatiuam, & memoriam. alij duos cum Fons. *5. Metaph. cap. 28. quæst. 7. sect. 4.* & Conimbricens. *3. de anima cap. 3. quæst. 2. art. 7.* scilicet sensum communem, & phantasiam, sub qua comprehendunt cęteros sensus. alij denique vnum tantùm sensum internum ponunt diuersis nominibus appellatum, ex diuersis functionibus, ita Ruu. *tract. de sens. inter. quæst. 1.* Hurt. *disp. 17. sect. 7. 8.* Auersa, Ouied. & multi ex recentioribus. modo pro responsione, sit.

307 Prima Conclusio. phantasia, imaginatiua, æstimatiua, & memoria non distinguuntur. probatur non possunt æstimatiua, & imaginatiua sensata componere, vel ex sensatis insensata, nisi & ipsa sensata percipiant; ergo faciunt quidquid phantasia, item memoria potest vti speciebus ab æstimatiua acceptis, alioquin non esset sensus internus, qui cognoscitiuus esse debet; ergo pręstat, quod æstimatiua; ergo vera conclusio.

Confirmatur in intellectu eadem potentia retinet species, cognoscit extrema, componit, & diuidit; ergo etiam sic in sensu.

Confirmatur secundo de memoria, in eodem organo, in quo potentia elicit sensationem, debet esse species, vt compleatur potentia ad sentiendum; ergo in eadem conseruantur species. alioquin essent auocandæ aliunde, quod friuolum videtur; ergo memoria non distinguitur à cęteris potentijs.

308 Secunda conclusio. sensus communis, & phantasia non distinguuntur. probatur primo auctor. Aristotel. *tex. 160.* vbi definit phantasiam esse motum factum à sensu actu, scilicet operationem phantasiæ esse factam per impressionem sensus externi actu operantis, sed hoc est, quod attribuitur sensui communi; ergo.

Probatur secundo, bruta sępe iudicant inter vnum obiectum pręsens, aliudque absens; ergo phantasia cognoscit sensibilia pręsentia; ergo non distinguitur à sensu communi. antecedens experientia patet. prima consequentia probatur: quia non potest esse iudicium, vbi non est cognitio eorũ, de quibus fertur iudicium. vltima consequentia etiam probatur: quia ex modo operandi distinguuntur sensus interni.

Probatur tertio, quod potest maius, potest & minus, si aliud non obstet; modo maius est cognoscere absentia, quàm pręsentia, sed phantasia potest cognoscere absentia, & nihil obstat, quin feratur etiam in pręsentia; ergo potest; ergo non distinguitur à sensu communi. maior patet. minor probatur quo ad secundam partem; quia aliud non videtur posse obstare, quam dispositio organi pro speciebus; positis enim speciebus habetur sufficiens principium cognitionis; sed organum phantasiæ potest species recipere, & retinere, vt in absentia sensata feratur; cur non etiam in pręsentia? ex his.

309 Sequitur vnicum tantùm esse sensum internum realiter, diuersimode appellatum iuxta diuersitatem officiorum, quæ pręstat.

Sed contra instatur primo aliqui benè cogitant, & malè recordantur, alij verò vice versa: ergo hæ potentiæ distinguuntur. negatur consequentia, quia ab eadem potentia potest esse vnus actus, alio perfectior propter diuersitatem dispositionis in organo.

Instatur secundo, animal debet facilè recipere species, & firmiter retinere; ergo requirit in diuerso organo diuersam dispositionem. pro sensu communi, scilicet partem humidam: quia humida facilè recipiunt, & diuersam pro memoria, scilicet partem magis siccam, quia sicca facilius retinent: ergo distinguuntur. respondeo negando consequentiam: quia potest ita organum ex humido, & sicco temperari, vt aptum constituatur temperamentum ad facilè recipiendum, & etiam retinendum. addo quod si hoc esset verum, qui pollent memoria, possent etiam pollere apprehensiua: quia posset vtrumque organum benè habere dispositum, & tamen ferè semper benè memoratiui difficiliter apprehendunt, quia scilicet in eodem organo non potest esse dispositio debita pro vtraque potentia.

Instatur tertio, in cerebro dantur quatuor cellulæ pro quatuor organis quatuor sensuum internorum: ergo sensus interni ratione organorum distinguuntur realiter. respondeo si verum est, in capite reperiri hos quatuor sinus, de quibus aliqui dubitant, negando esse pro organis sensuum internorum, & incertum est, ad quid deseruiant, quod ideo nec Gal. hoc asseruit. alia argum. faciliora videri possunt apud Ruu.

Dubitatur secundo, quodnam sit obiectum sensus interni. Respondeo cum D. Thom. *quæst. citata art. 4. ad 2.* Scoto, & alijs, esse omne obiectum sensuum externorum, & omnes eorum sensationes. probatur primo, auctoritat. Aristot. *text. 136.* Secundo ratione; ideò datur sensus internus cognoscitiuus, vt animalia possint quærere vtilia, nociua fugere, vt dicebamus; sed vtilitas, vel nocumentum pręcipuè sunt in ipsis sensationibus: ergo animalia debent medio sensu interno cognoscere sensationes ipsas sensuum externorum. Tertio experientia, bruta quærunt cibos alias esos: ergo cognoscunt se illos vtiliter gustasse. 310

Sed contra obijcitur primo, nihil est in sensu interno, quin primo in externo; sed sensationes externorum, non cognoscuntur ab externis; ergo. respondeo concessa maiori, distinguendo minorem, non cognoscuntur vt *quod*, concedo, vt *quo*, nego; & hoc sufficit, vt possint cognosci à sensu interno.

Obijcitur secundo, omnis potentia vnicum habet obiectum; ergo & sensus internus; ergo non cognoscit sensationes sensuum externorum. respondeo negando secundam consequentiam, quia obiecta, & sensationes sensuum externorum vnicum conficiunt obiectum; scilicet obiecta sensata per sensus externos; & eodem modo se habent sensationes ad obiecta, sicut accidẽs commune ad proprium. videte Ruu. *quæst. 3.*

Dubitatur tertio, an sensus internus operetur, per species. respondeo affirmatiuè, experientia, vt dicebamus cum de speciebus sensibilibus: quia nobis dormientibus phantasia reuoluit simulacra rerum die perceptarum: ergo, quia earum species sunt in illa impressæ, est communis omnium consensus.

Dubitatur quarto, à quonam producantur huiusmodi species in sensu interno. omissis varijs sententijs, respondeo cum Ruu. *quæst. 9.* produci à specie expressa sensus externi, quæ, cum sit formalis similitudo obiecti, vim habet vt speciem producat, quæ vnita organo sensus interni de ipso obiecto, & sensatione sensus internus eliciat sensationem; medium autem, per quod huiusmodi species deferuntur, sunt spiritus animales; & hac de causa potissimum omnes sensus externi quosdam quasi canales habent, per quosuia pateat ad cerebrum, qua potentia motrix animæ hos spiritus transmittat, cum, & quò necessitas postulauerit; ideò his vijs occlusis impediuntur actus sensuum internorum. 311

Dubitatur quinto quodnam sit organum sensus interni. respondeo cum Gal. D. Thom. & communi (quidquid senserit Aristotel.) esse cerebrum; patet: quia ob nimiam operationem sensus communis, caput laxatur, item cerebro læso operationes sensus interni, & intellectus, qui ab eo dependet, impeditur.

Dubitatur sexto, an in sensu interno sit aliquod iudicium. Pro responsione, notandum tripliciter posse sumi iudicium. Primo impropriissimè, & sumitur pro quacunque cognitione obiecti. Secundo propriissimè, & est, cum collato vno extremo, cum alio cognoscitur conuenientia, vel disconuenientia, & affirmatur, vel negatur vnum de alio. Tertio sumitur iudicium pro cognitione, qua plura cognoscuntur, & secundùm eorum naturam diuersam, & vnum non esse aliud, non tamen cognoscitur conuenientia, vel disconuenientia, quòd ideò non affirmatur, nec negatur vnum de alio. hoc notato respondeo, iudicium propriè sumptum non esse in sensu interno. est communis cum Aristot. D. Thom. & alijs, qui verum iudicium tantùm ponunt in intellectu, in cuius tantùm actu dicitur esse veritas, vel falsitas formalis. ratio est; quia verum iudicium esse non potest sine collatione, seu relatione vnius ad aliud, & cognitione eiusdẽ proportionis, & relationis, sed proportio, & relatio non sunt sensibilia, consequenter non possunt cognosci ab vllo sensu; si enim hæc possent à sensu, possent etiam propositiones formare, consequenter sic ratiocinari, syllogizare, &c. quod nemo dicet; quæ rationes concludunt etiam in sensu interno hominis, qui idem obiectum habet cum sensu brutorum, contra quosdam, 312

dam, qui ex coniunctione sensus in homine cum intellectu, ei verum iudicium attribuebant. quare in sensu interno tantùm iudicium imperfectum iuxta primam, & tertiam acceptionem reperitur, nec maius requiritur, sed hoc sufficit, vt bruta possint propriam vitam tueri, proprium finem assequi. de sensibus internis plura apud Ruu. *tract. citato.* ad sufficientiam diximus.

De appetitu sensitiuo, & potentia loco motiua. Quæstio Decima Octaua.

313 APpetitus elicitus, de quo tantum est sermo, est eadem anima, prout affectat, seu prout inclinatur in obiectum apprehensum cognitione, & si sit apprehensum cognitione sensitiua, dicitur appetitus sensitiuus. de quo prima pars nostræ quæst.

Hic appetitus ex D. Thom. 1. *parte quæstio.* 81. *artic.* 2. & communi Doctorum sensu, diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem. Non quòd sit duplex potentia appetitiua; sed quatenus diuersa præstat, vt enim prosequitur sibi bonum à sensu præmonstratum, & fugit sibi nociua, vocatur concupiscibilis: quatenus verò resistit impedientibus talem prosecutionem, & fugam, dicitur irascibilis.

Huius potentiæ est delectari, & dolere; non enim aliun de oritur delectatio, & dolor, quàm, quia sensus apprehendit obiectum sensatum sensu externo conueniens, vel disconueniens, & illud obijcit appetitui, qui circa conueniens procliuis, quadam naturalitate in illo detinetur; estque delectatio: circa disconueniens minimè, vndè illud fugit. & cum nequeat fugere, abhorret & in illa fuga appetitiua, vt ita dicam, dolor consistit. de modo quo dolor est in appetitu fusius apud Ruu. *tract. de sensu tactus quæst.* 7. *num.* 74. pertinet potius ad phil. moralem. Scio Hurtad. *sect.* 11. *disp.* 17. velle, in quolibet sensu externo esse proprium appetitum particularem, postea adesse etiam appetitum communem; sed nullam video rationem multiplicandi tot appetitus, cum satis sit communis, cui à sensu interno cognitiuo obijci possunt omnia externa sēsata, quæ animal possit fugere, vel prosequi ad tuendam vitam.

De organo autem huius potentiæ non omnes conueniunt; nam alij in corde collocarunt cum Aristot. & Gal. alij verò in cerebro, ita Hurtad. *sect.* 11. Ouiedus, & alij; quibus & ego assentio: ratio est: quia appetitus debet moueri à sensu repræsentante ei obiectum sensatum: ergo in eadem parte esse debet vtraque potentia. alias rationes habet Hurtad. nec obstat, quòd cholera, & melancholia sint in corde: hoc enim aliud non probat, quàm obiecta ibi esse, non dolor: sicut præcisio membri est in pede, non in corde: non tamen in pede dicitur residere appetitus, sed in corde per Aristot. quò ad dolorem contrarium sentitur Ouiedus. 314

Quo ad secundam partem quæst. potentia motiua dicitur vis, quæ membra animalis mouet ad prosequenda sibi necessaria; vel nociua fugienda: quæ potentia ex Aristot. *text.* 55. 3. *de anima* subijcitur appetitioni sensitiuo; huius enim est imperare motum huic potentiæ ad ea assequenda, quæ debentur ad vitam: ratio est, quia si motus ab appetitu non imperaretur, potentia motiua errare posset, cum ipsa nesciat, quid prosequendum, quid fugiendum.

Organum huius potentiæ est musculus, & dicitur esse quoddam ligamentum durum, & neruus mollior, simul coniuncta, diuisa in minutissimas partes, & mixta cum carne, arterijs, &c. quod fuit necessarium, vt sentiret, ad quod requiritur aliqua mollities, & vt moueret, ad quod requiritur aliqua durities: & fuit etiam necessaria illa diuisio, vt aptus, & in plures partes posset esse motus: præter quæ requiruntur etiam temperamentum debitum, & spiritus animales. ex hactenus disputatis. 315

Deducitur octo esse principales potentias animæ sensitiuæ, scilicet tactum, gustum, olfactum, auditum, visum, sensum internum, appetitum, & potentiam loco motiuam. de anima sensitiua satis.

TRACTATVS, ET QVÆSTIONES in Tertium de Anima.

TERTII LIBRI SVMMA.

POstquam Aristot. egit de anima sensitiua, & eius potentijs incipit agere de parte intellectiua, à cap. quem primum huius lib. constituunt Arabes interpretes; quem verò quartum Latini, & Græci; initium dantes tertio lib. à sensibus internis: inhærendo ordini Arabum, diuiditur tertius liber in duas partes principales. in prima vsque ad tex. 37. *(nunc autem) determinat de parte animæ intellectiua; in secunda determinat, quid dicendum de ipsa anima, & multa alia comprehendit prima pars in alias duas subdiuiditur. in prima quæ est ad tex.* 28. *(videtur autem sensibile) agit de intellectu secundum se, in secunda de eodem per comparationem ad sensum, in secunda verò parte primæ diuisionis, quæ in plures disparatas diuiditur, agit Aristotel. quomodo anima, sit quodammodo omnia; quomodo intellectus pendeat à sensu in operando; item de potentia loco motrici; tandem comparat potentias ad inuicem, definiens, quænam simul necessariò esse debeant; Nos in hunc Librum vnicum tract. instituemus de anima intellectiua.*

Tractatus Vnicus. Qui est de Anima intellectiua.

De substantia animæ intellectiuæ. Quæstio Prima.

316 PRima conclusio: anima intellectiua est spiritualis, & indiuisibilis. est de de fide *cap. firmiter de summa Trinit. in principio.* consentiunt multa loca Sacræ scripturæ, & vniuersa Patrum schola cum D. Thom. 1. *parte quæstio.* 67. *art.* 8.

Probatur etiam ratione. intellectus, & voluntas, sunt potentiæ spirituales; ergo & anima intellectiua, cuius sunt potentiæ; consequentia patet: quia anima non distinguitur à suis potentijs; antecedens probatur, voluntas operatur reluctante appetitu, & cognitione sensitiua; ergo est spiritualis, & dirigitur à cognitione spirituali. antecedens experientia patet. consequentia probatur, non potest assignari, in eodem homine duplex potentia, in specie appetitus, & in specie cognitiuæ eiusdem generis materialis, & sensitiua; ergo si voluntas operatur reluctante sensu materiali, adest alia potentia supra sensum, cuius ductu operetur; ergo spiritualis.

Confirmatur ex miro modo, quo anima intellectualis operatur circa quodcumque genus entis, corporei, spiritualis, præsentis, præteritis, vniuersalis, singularis, &c. ad quod nullum vnquam brutum peruenit: at tanta diuersitas non potest prouenire, ex sola organorum dispositione, ergo signum est animam ipsam, esse eleuatam supra sensum, & materiam; consequenter esse spiritualem. alias rationes afferunt Conimbric. *de anima separata disp.* 1. *art.* 3. & 2. *de anima cap.* 1. *art.* 7. Ruu. *tract. de anima separata quæst.* 2. sed mihi videntur pati facilem solutionem.

Contra hanc conclusionem instatur primo: si anima esset indiuisibilis, esset tota in toto, tota in qualibet parte; sed hoc implicat: quia quod est totum alicubi, non est extra illum locum. respondeo satis esse, si secundum nullam partem sit alibi, quin sit ibi, ad hoc, vt dicatur aliquid esse totum alicubi. 317

Instatur secundo, si sic esset, posset dici aliqua pars hominis est homo, quia ibi esset tota forma hominis. negatur sequela, quia ibi non esset tota materia organizata alibi innuimus.

Instatur tertio, sequeretur idem moueri motibus contrarijs. item quiescere, & moueri. Respondeo hoc nullam esse

esse implicantiam, prout informat distinctas partes, vt sic enim habet quandam virtualem diuisionem.

Instatur quarto, quando aliqua pars corporis abscinditur, desineret: quia illa pars amplius non animatur; & non desineret; quia spiritualis non potest, nisi secundùm omnes partes abscedat. respondeo, desinere per hoc tantùm quòd restringitur eius sphera, seu amittit quandam presentiam partialem; & primo informabat decem partes, postea vnam tantùm.

318 Secunda cóclusio. anima intellectiua creatur à Deo, cũ infundenda est corpori. Prima pars est contra Manich. & Prisilian. & alios asserentes animam humanam esse particulam Dei, consequenter increatam. qui error damnatus est à concil. Bracard. *cap. 5.* & contra Tertul. qui asseruit animam intellectiuam productam ex animabus parẽtum. qui damnatus est à magistro *in 2. dist.* 18. & D.Tho. 1. *parte quæst.* 118. *artic.* 3. Secunda verò pars est contra Originem, qui dixit animas creatas cum Angelis ab initio, & mitti in corpus, tanquam in carcerem, in pœnam peccati, quia tunc spiritualia dona fastidiuerunt. damnatus est hic error à Concil. Bracard. *cap. 6.* quare hæc conclusio est de fide.

Probatur etiam ratione. anima intellectiua est spiritualis *ex conclusione preced.* ergo facta ex nihilo; ergo creata à solo Deo. Vltima consequentia probatur: quia cętera patent. ad creandum requiritur potentia infinita, vt suppono *ex materia de creatione*. Secunda pars conclusionis etiam probatur ratione D.Thom. *loco supra citato*; decuit Deum producere sua opera perfecta, sed anima à corpore separata est in statu incompleto: ergo non debet produci, nisi cum corpori est vnienda.

Sed pro Tertul. potest instari 1. *ex gen.* 49. animæ dicuntur egressæ de fœmore Iacob. respondeo Sacrã Scriptur. per animam intelligere sæpè totum hominem. sic *in text. allato*.

Instatur secundo, ergo Deus operatur adulterijs, consequenter peccato, quod est hæreticum. respondeo in adulterio, & in omni peccato duo esse, & actionem phys. qua generatur homo, quod dicitur materiale peccati, & quòd illa actio fit contra rectam rationem, quod dicitur formale peccati. Primum est etiam à Deo tanquam à causa prima. Secundum à sola voluntate humana; cum non sit quid positiuum; Deus cooperatur quò ad materiale, non quò ad formale, ideò negatur secunda consequentia. latius in Theolog. in mater. de peccato.

319 Tertia conclusio. anima intellectiua est immortalis. est de fide. *in Concil. Later.* 3. *sess.* 8. vbi damnantur asserentes, animam esse mortalem: quam immortalitatem habere anima ex propria natura videtur etiam definitum in prędicto Concil. vbi dicitur, non solum verè, & per se, & essentialiter humani corporis formam esse, verum etiam immortalem, vnde videtur, quòd eadem phrasi, *per se, & essentialiter* definiat animam, & esse formam corporis, & esse immortalem.

Sed contra instatur primo, *Ecclef.* 3. *vnus est interitus hominum, & iumentorum*; sed animæ iumentorum in morte pereunt; ergo etiam hominum. respondeo sacrum tex. aliud, non velle, nisi quòd, & homines, & iumenta moriuntur.

Instatur secundo, *ex* 1. *Thimot. qui solus habet immortalitatem*, respondeo loqui de immortalitate omnino independente; anima enim posset annihilari à Deo.

Instatur tertio, *ex sexta Synodo*, vbi dicitur, anima esse immortalis per Dei gratiam; ergo hoc non ei competit ab intrinseco. Respondeo ly *per gratiam* sensum facere, esse donum Dei, quòd sit immortalis, sicut etiam est donum Dei, quòd sit intellectiua, spiritualis, &c. quæ tamen ei competunt ab intrinseco.

320 Quarta conclusio. animam intellectiuam esse immortalem non est contra lumen naturale. est de fide *ex eodem Concil.* vbi inter errores damnantur, qui dicunt animam secundum phil. esse mortalem.

Probatur etiam ratione, primo, quia verum non opponitur vero; sed verum est animam esse immortalem ex lumine fidei, quòd non potest errare; ergo non potest contrarium tanquam verum demonstrari.

Probatur secundo, ex multis demonstrationibus quas afferunt omnes Chatolici ex quibus omnibus vnam tantum seligo; anima est spiritualis ex prima conclusione, ergo est immortalis. probatur consequentia, quia materialitas est radix omnis corruptionis, vt alibi diximus; nec alia ratione intelligentiæ sunt immortales, quàm quia spiritus carentes materia, nec à materia dependentes.

Confirmatur, quia nullum creatum adest, à quo anima in suo esse simpliciter pendeat; alioquin non spiritualis, per se subsistens, independens ab omni materia; ergo est immortalis: nulla enim ratio cur desinere debeat.

Quæres de mente Aristot. respondeo cum Scoto *in 4. dist.* 43. *quæst.* 2. Heruęo, & alijs: dubium fuisse: etenim ipse docuit, ex nihilo nihil fieri, consequenter non potuit cognoscere animam independenter à materia creatam: 321
item posuit mundum æternum 8. *Phys.* ergo, vel animas creatas, ab æterno transmigrasse de corpore in corpus, vt Pithagoræi; quod tamen ipse negat; vel infinitas fuisse, si immortales, contra ea quæ dixit. 3. *Phys.* negans infinitum actu. E contra verò sparsim per lib. de anima ait, animam deforis venire; animam esse quid Diuinum, & si corrumpantur intelligere, & velle; non tamen intellectus: & alia similia; nobis parùm interest, quid ipse senserit. Scio Cardin. Oregium *in suo libello de anima*, doctissimè sustinere Aristot. cognouisse, & voluisse animam immortalem. videte ipsum, & Conimbric. *de anima separata disp.* 1. *art.* 2. & alios.

Quinta conclusio. Animæ intellectiuæ multiplicantur ad multiplicationem indiuiduorum. est D.Thom. 1. *parte quæst.* 76. *art.* 2. & communis, contra errorem Pithagoricorum qui transmigrationem posuit animarum; & contra quosdam, qui vnicam tantùm animam in omnibus posuerunt de facto. est de fide, definita in *Concil. Later. sub Leone X. sess.* 8. quo loco remanent etiam damnati, qui dixerunt secundùm philosophiam vnicam esse animam, & si secundùm fidem multiplicetur, quod sẽserunt Mirand. & Achillinus: quia fides non est contra veritatem, qua debet niti etiam bona philosophia.

Probatur ratione primo, si animæ non multiplicarentur, vnus scire posset secreta alterius, sed hoc nunquam accidit: ergo. Sequela probatur: quia cogitationes postquam habitæ sunt, remanent in speciebus retentis in memoria: ergo si illa anima, in alio corpore ponatur, recordabitur eorum, quæ in alio corpore gessit, vel si eadem est anima in omnibus, scit quid faciat, vbicunque existit. 322

Probatur secundo si vna, & eadem anima plura corpora informarentur: vel successiuè, vel simul pluresi, & diuersi homines essent vnus homo, sed hoc nemo dicit: ergo. Sequela probatur à simili, quia ideò Verbum diuinum, & natura humana dicuntur vnum subsistens: quia eadem subsistentia subsistunt, vt *in Theol. tract. de Incarnatione* dicitur, ergo à simili, si eadem forma humana, dicerentur vnus homo.

Sed contra instatur primo: Aristot. 3. *de anima, tex.* 18. comparat intellectum lumini: ergo sicut vnum lumen sufficit ad omnia illustranda, ita vnus intellectus, ad omnia intelligibilia. respondeo negando consequentiam: cõparatio autem stat in hoc, quòd sicut requiritur lumen ad videndum, ita intellectus ad intelligendum. addo quòd nec etiam vnum lumen est sufficiens, non enim lumen diffusum per medium *B* deseruiet ad videndum in medio *C*. quare nihil concludit argum.

Instatur secũdo, multiplicatio indiuiduorum in eadem specie prouenit à materia ex 12. *Met.* sed omnes homines sunt eiusdem speciei; ergo non propter distinctionem formæ, sed materiæ. patebit responsio in Met. cum de principio indiuiduationis, & illic explicabimus auct. Aristot.

Sexta conclusio. omnes animæ intellectiuæ in substantia sunt æqualis perfectionis: de perfectione specifica nullum dubium; sed difficultas est de perfectione indiuiduali, an ratione differentiæ indiuidualis substantialis, vna anima intellectiua alia sit perfectior, nostra conclusio negatiuè respondet, cum Henric. *quodlibeto 3. quæst.* 5. Duran. *in 2 dist.* 32. *quæst.* 3. & alijs, tùm ex veteribus, tùm ex recentioribus apud Ruu. *in 2. de anima tract. de plural. animarum quæst.* 2. cuius oppositum ipse sustinet cum multis alijs. 323

Probatur primo, vel hæc perfectio cadit supra intellectiuum, vt intellectiuum, vel non. si primum, pertineret ad differentiam essentialem specificam; quod nec ipsi dicent. Si secundum, ergo vna anima intellectiua non est perfectior alia.

Pro-

Probatur secundo, eandem diuersitatem, quæ est in intellectu, in diuersis hominibus, sæpius experimur in eodem homine processu ætatis, vt patet in pueris, senibus, amentibus, &c. ergo non prouenit ex perfectiori anima, quia eadem semper perseuerat in eodem homine.

Sed contra instatur primo, ergo anima Christi, & Iudæ eiusdem fuerunt perfectionis. respondeo, quò ad substantiam concedendo totum, sed Christus Dominus habuit corpus perfectissimè organizatum, insuper dona omnia supernaturalia, &c.

Instatur secundo, vnus homo pollet ingenio præ alio; ergo anima est perfectior. respondeo negãdo consequentiam; diuersitas autem prouenit ex solis organis, quæ cum sint perfectiora, per illa perfectius potest anima operari, (quod est maximè aduertendum propter similia argum.) patet in amentibus, in quibus ex sola organorum læsione tota intellectualis operatio confunditur.

Instatur tertio, organizatio corporis est propter animam; ergo perfectior organizatio propter perfectiorem animam. respondeo organizationem corporis, non esse propter animam vt sic, sed propter operationes animæ; consequenter etiam perfectiorem organizationem propter perfectiores operationes; ad hoc autem non requiritur perfectior anima, vt diximus.

An intellectus in operando pendeat à sensu, Quæstio Secunda.

324 SVpponendum primo, animã intellectiuam, ex communi Theol. & Phil. sententia, tres habere potentias, scilicet intellectum, memoriam, & voluntatem, de quibus omnibus singillatim agendum: & has non distingui realiter inter se, & ab anima ex nostris principijs iactis, cum de distinctione potentiarum *tract. 1. in secundum de anima quæst. 13.* recogitate.

Supponendum secundo, intellectum, de quo primo agendum, esse potentiam de natura sua denudatam ab omni specie rerum intelligibilium, & omni scientia; quod docuit Aristotel. *text. 14.* assimilans intellectum tabulæ, in qua nihil scriptum sit contra Platon. qui ab initio animas productas, dixit, habuisse omnium rerum scientiam, & per corporis informationem omnia oblitas, processu verò temporis eorumdem reminisci; vnde dicebat nostrum scire esse quoddam reminisci: mentionem fecimus huius sententiæ *in logica tractat. de scientia, quæst. 1.* ratio huius suppositi est: quia si intellectus species haberet independenter à phantasia; ergo etiam independenter ab illa illis vti posset, consequenter à prima conceptione homo posset operari intellectualiter, per consequens mereri, demereri, &c. quod est hæreticum. alias rationes, & argum. in contrarium videri possunt apud Conimbricens. *3. de anima cap. 8. quæst. 1, art. 3.* his suppositis. Prima quæst. de intellectu est, an intellectus ad hoc, vt operetur pendeat à sensu. de qua sit

325 Prima Conclusio. intellectus in rerum notitia acquirenda pendet ab omnibus sensibus, externis, & internis. probatur vnica ratione, intellectus debet habere præsens obiectum intelligibile, vt operetur: ergo vera conclusio. antecedens patet. consequentia probatur; non est præsens per species inditas repræsentantes obiectum; ergo debet fieri præsens. per sensus internos; sed sensus interni non sentiunt, nisi obiecta Sensata sensibus externis; ergo intellectus in acquirenda notitia rerum, pendet ab omnibus sensibus externis & internis.

Confirmatur primo communi axiomate, quod multa doctrina affert Nouar. *lib. 3. axiomat. num. 517. nihil est in intellectu, quin primo fuerit in sensu.*

Confirmatur secundo experientia, quòd surdus, & cæcus à natiuitate, cum impediatur præcipuis sensibus, quibus scientia acquiri debet, ferè nihil scire potest. sed de hoc non est vlla difficultas: tota difficultas est, an cum intellectus actu operatur, siue circa obiectum amplius non intellectum, siue circa alias intellectum, cuius species remanserint in memoria, necesse sit, Sensum internum operari: de externis enim patet, non esse necessarium: quia, & si quis cæcus euadat, retinebit tamen scientiam eorum, quæ primo sciebat; siue nondum obiecto intellecto, visum amittat, poterit illius naturam inuestigare. alijs verbis solet hæc quæst. agitari, scilicet, an oporteat intelligentem phantasmata speculari. de quo;

Secunda conclusio. intellectus in operando actualiter pendet ab operatione sensus interni. probatur primo auctor. Aristot. *text. 30. & 39.* vbi habet, *quapropter nunquam sine phantasmate intelligit anima.*

Probatur secundo ratione à posteriori. læsa phantasia, seu organo sensus interni impeditur intellectus, ne possit operari, vt patet in amẽtibus, ebrijs, infirmis cerebro, &c. ergo vera conclusio. consequentia probatur; quia si non sic, aliquam operationem posset intellectus edere rerum, quarum species conseruantur in memoria intellectuali, quia illæ non pendent ab organo læso.

Radix autem huius dependentiæ alia non videtur, quæ magis quieter, præ illa, quam innuit D. Thom. *3. parte qu. 11. art. 2.* quæ sic potest explicari; anima intellectiua in hoc statu, quo informat corpus corruptibile, ita accommodatur eidem corpori, vt nequeat ab illo independenter operari, & cùm operatio intellectus vt sic non sit pendens ab organo corporeo, vt infra, saltem debet esse dependens in hoc, quòd simul requiratur operatio phantasiæ, quæ medio corpore immediatè exercetur; quod adeò verum est, vt etiam in statu innocentiæ tali pacto intellectionem prompserint primi parentes, vt docet idem Diu. Thom. *1. parte quæst. 94. art. 2* & *quæst. 18. de veritate art. 2. ad quintum*, alias rationes affert Scotus *in 1. dist. 3. quæst. 3. & in 4. dist. 45. quæst 2.* sed eas reijciunt Conimbricen. *loco citato*, & Ruu. *tract. de actu intellectus possibilis, quæstion. 1. num. 132.*

Sed contra vtramque conclusionem instatur primo, intellectus intelligit res spirituales, quæ non cadunt sub sensibus: ergo, respondeo intellectum res spirituales intelligere ad modum rerum corporearum, quæ fuerunt sub sensu; hinc, vt percipiamus Deum, Angelos, seu alios doceamus, fingimus simulacra corporea, &c. vnde postea prouenit, quòd defatigato capite, ab huiusmodi formatione, illo doleamus; quare dùm dicitur intellectu intelligente, phantasia phantasiari, non intelligitur, quòd idem obiectum penitus cadat etiam sub phantasia, & de illo formetur idolum phantasticum, sed quod illud, vel aliud simile, ad cuius similitudinem, vel per cuius remotionem intellectus intelligit, ita respondet D. Thom. *1. parte quæst. 84. art. 3. ad tertium.* 3

Instatur secundo, contra secundam conclusionem, non minus pendet sensus internus ab externo, quàm intellectus ab interno; sed internus potest operari, non operante externo; ergo. respondeo negando maiorem, vt experientia patet; ratio est, quod magis pendeat intellectus à sensu interno, quia alioquin operatio animæ intellectiuæ, esset omnino independens à corpore, quod non decuit in statu præsenti, vt diximus: quæ ratio non militat in sensu interno respectu externi.

Instatur tertio. Species intelligibilis non pẽdet à phantasmate postquam est producta; ergo intellectus potest ea vti independenter ab illo. respondeo disting. anteced. non pendet species intelligibilis in esse, concedo antec. in vsu. nego anteced. propter rationem allatam; quare negatur etiam consequentia.

An intellectus sit potentia organica. Quæstio Tertia.

TItulus quæst. est, an intellectus in suis operationibus, quas exercet in corpore existens, addictus sit alicui 328
parti determinatæ, quæ eius organum sit, sicut experimur, in potentia auditiua, visiua, &c. de qua difficultate sit

Vnica conclusio. intellectus non est potentia organica, ita Arist. *hic tex. 4.* D. Thom. *eodem loco*, & *1. parte qu. 75. art. 2.* Gaiet. *ibidem*, Zabar. *de mente humana cap. 13.* Conimbr. *cap. 1. quæst. 2. art. 2. §. quod spectat ad rationem.* Ruu. *tract. de natura actus intellectus possibilis qu. 1. nu. 89.* & est communis.

Probatur primo ratione, quam affert Arist. *tex. 4. cit.* intellectus potest ferri in omnem qualitatem corpoream; ergo ab omni debet esse denudatus; ergo non est addictus alicui organo, quod necessario ex temperamento primarum qualitatum constare deberet. Prima consequentia probatur axiomate satis noto *eodem tex. intus existens prohibet extraneum*; scilicet quod existit in organo impedit, ne alia eiusdem generis in eodem organo sentiantur: sic si lingua amaritudine sit affecta, omnes sapores videntur amari,

amari,&c. eſt ratio,quæ patitur aliquam difficultatem, vt eſt videre apud Conimb.*loco citato* & Nouarinum 1. *axiomatum num*.253. ſatis ſit eam attuliſſe, vt illius axiomatis aliqua notitia inueheretur.

Probatur ſecundo ratione, intellectus de natura ſua non requirit organum; ergo neque corpori vnitur. Antecedens probatur: quia anima in ſtatu ſeparationis perfectè intelliget. Conſequentia etiam probatur; quia vnitus eandem penitus virtutem ad recipiendam ſpeciem (ſi dantur ſpecies intelligibiles) & eandem virtutem elicitiuam intellectionis habet ac cùm eſt ſeparatus.

329 Dices,ſicut idem intellectus in ſuo eſſe immutatus,dum informat corpus corruptibile intelligit cum dependentia à phantaſmatibus,non verò cum eſt ſeparatus; ergo poterit etiam idem,in vno ſtatu operari medio organo corporeo,non in alio. reſpondeo negando conſequentiam, eſt enim diſpar ratio: quia non poſſe operari, niſi operante phantaſia, non ponit vllam imperfectionem intellectus, ſed ſolam connexionem cum ſenſu interno, eò quòd ſit forma corporis, modo explicato: at vti organo corporeo dicit incompletionem in virtute intelligendi, quòd ideò egeat auxilio organi, cõſequenter dicit imperfectionem; quod non eſt dicendum.

Probatur tertio, organa ad aliud non requiruntur, vt patet ex dictis cum de ſpeciebus ſenſibilibus, quàm vt ex illis ſpecies impreſsæ educantur,& vt recipiant expreſſas; ſed hoc non poſſet eſſe in intellectione; ergo intellectus non vtitur vllo organo. minor patet: quia ſpecies ſemper de eodem ſubiecto educuntur, vt patet in ſenſibus externis,& habent determinata ſubiecta; quod ideò illis læſis,& alteratis, & ſpecierum productio variatur; ſed cum anima eſt ſeparata ſpecies impreſſæ, & expreſſæ de ipſa ſubſtantia intellectus fiunt, & in illa recipiuntur; ergo etiam cum eſt vnita corpori; ergo non datur vllum organum propter ſpecies.

330 Probatur quarto cæteræ potentiæ organicæ non attingunt, niſi ſenſilia & ſingularia,vt experientia patet; at intellectus,etiam vniuerſalia,ſpiritualia; inſuper reflectit ſupra ſuos actus; ergo maxima probabilitate dicendum,non eſſe potentiam organicam.

Confirmatur, quia nõ apparet quodnam poſſit eſſe eius organum; deberet enim eſſe in capite, at ibi non eſt tanta diuerſitas temperamenti, vt adſit organum phantaſiæ, & intellectus,quod vtiq; multò perfectius, & etiam alius naturæ requireretur.

Sed contra noſtram concluſionem inſtatur primo:intellectus ſemper intelligit ſpiritualia modo corporeo; ergo eſt corporeus. negatur conſequentia, ſed hoc aceidit, quia non poteſt aliam ſpeciem habere, quam ad ſimilitudinem phantaſmatis, quod eſt ſemper quid corporeum.

Inſtatur ſecundo, læſo cerebro impeditur intellectio; ergo eſt organicus.negatur conſequentia;ideo autem impeditur,quia impeditur operatio phantaſiæ, à qua pendet intellectus,vt diximus.

Inſtatur tertio, in aliquibus eſt optima phantaſia,& peſſimus intellectus; ergo vel intellectus eſt inæqualis ſecundùm ſubſtantiam contra dicta ſuperius; vel habent diuerſum organum. reſpondeo negando anteced. ad ſummum enim aderit phantaſia quò ad vehementem apprehenſionem,in qua,cum requiratur magna animæ attentio, impeditur intellectio; non tamen adeſt optima phantaſia ſimpliciter, quin etiam optimus intellectus; neque in ſtultis datur ſana phantaſia, ſed confuſa, ex qua fit confuſio intellectus.

Quodnam ſit obiectum intellectus. Quæſtio Quarta.

331 ANte omnia aduertendum eſt,obiectum diuidi, in adæquatum, & in proportionatum, in motiuum, & in terminatiuum.adæquatum eſt illud, quod poteſt attingi à potentia quocumque modo attingatur, ſiue per propriam ſpeciem,ſiue per alienam,ſiue per ſe,ſiue per accidens,&c. proportionatum eſt illud, quod talem habet cum potentia proportionem, vt per propriam ſpeciem attingi queat. motiuum, quod mouet potentiam ad operandum. terminatiuum, quod eius actum terminat, & ſi non moueat. hoc notato

Prima concluſio. obiectum adæquatum intellectus eſt quidquid habet entitatem. probatur, quia intellectus operatur modo intellectiuo; ergo reſpicit quidquid eſt intelligibile; ergo quidquid habet entitatem; ergo vera concluſio. probatur ſecunda conſequentia; quia omne ens eſt intelligibile.

Secunda concluſio. obiectum proportionatum intellectus pro hoc ſtatu eſt res ſenſibilis. probatur, quia intellectus per propriam ſpeciem (vt infra) non intelligit, niſi quod cadit ſub ſenſu; ſed ſub ſenſu non cadunt, niſi ſenſibilia; ergo. quod ideò etiam ſpiritualia ad modum ſenſibilium attinguntur.

Tertia concluſio. obiectum motiuum pro hoc ſtatu eſt verum, ſed ſenſibile. probatur, quidquid potentiam mouet, debet contineri ſubadæquato obiecto; quia mouet, vt attingatur; ſed obiectum intellectus eſt verum; ergo debet etiam pro hoc ſtatu moueri à vero; ſed pendet à ſenſibus pro hoc ſtatu, vt moueatur, quorum eſt tantùm ſenſibilia ſentire, ergo illud tantùm verum intellectum mouebit,quod eſt ſenſibile. hanc concluſionem aliqui faciunt contrariam Ruu. *tract.de intellectu poſſibili qu.7.nu.*221.ſed reuera ſi benè expendantur, quæ ibi dicit, nobiſcum ſentit, & ſi non adeò ſe explicet.

Quarta concluſio. ratio formalis obiecti intellectus eſt veritas.probatur, intellectus eſt intelligere, ſeu penetrare cognitione obiectum, quod attingit; ergo ratio formalis, ſub qua illud attingit, eſt veritas. probatur conſequentia,alioquin, ſi non tendit in illud, vt veritatem in ſe habet,non tendit,vt eius naturam ſciat, & cognoſcat; ſed vt neſciat; eſt autem adeò certum, ſolam veritatem eſſe rationem formalem obiecti intellectus, vt etiam cum decipitur, tendat in verum, quod poſtea cum non ſit verè verum,ſed tantùm apparens verum,intellectus euadit falſus.vide Hurtad.*diſp.5.ſect.3.*

An dentur Species intelligibiles. Quæſtio Quinta.

SVpponendum primo, ex dictis. omne obiectum concurrere cum potentia ad ſui cognitionem; quod ideò ſi ſit diſtans, per ſui ſpecies vnitur potentiæ, vt experientiæ de ſpeciebus in ſpeculo, &c. demonſtrant.

Supponendum ſecundo,cauſam materialem, non poſſe producere effectum ſpiritualem, eo quòd nequeat effectus eſſe perfectior ſua cauſa; tantò magis quando cauſa, eſt æquiuoca.his ſuppoſitis.

Prima ſententia negat ſpecies intelligibiles.ita Themi. *cap.*2.Theofraſtus,& Auempace *cap.*4. Heru.*quodlibet.*4. *quæſt.*7.*&* 8.Durand. *in* 2. *diſt.*3.*quæſt.*6.Bacconus *quæſ* 2. *prolog.*& alij ex antiquis; ex recentioribus Areſ. & alij.

Secunda ſententententia communis admittit ſpecies. ita D.Thom. 1.*parte quæſt.*55.*art.*1. Alenſ.Scotus,& alij apud Conimbricenſ.*cap.*5.*quæſt.*3.*art.*2.Ruu.*tract. de intellectu agente quæſt.*2.*num.*93. & Hurtad.*diſpu.* 12.*ſect.*1.§.14.qui omnes eidem ſententiæ ſubſcribunt, cum quibus ſit

Vnica concluſio: dantur ſpecies intelligibiles. probatur primo auctorit.Ariſtot. *hic tex.*17. vbi habet, aliquem intellectum eſſe, cuius eſt omnia facere actu. quod non poteſt intelligi, niſi quod producantur ſpecies, à quibus poſtea euenit, quòd obiecta intelligantur.

Probatur ſecundo ratione. eodem modo concurrit obiectum intellectus ad intellectionem, ac ſenſus ad ſenſationem; ergo debet eodem modo vniri intellectui, ſicut illud ſenſui; ſed non poteſt vniri immediatè, cum ſit diſtans; ergo mediatè; ergo dantur ſpecies. omnia patent ex dictis,cum de ſpeciebus ſenſibilibus.

Probatur tertio, res materialis non poſſet elicere effectum ſpiritualem,ſed obiectum materiale, & ſenſibile, debet concurrere ad intellectionem ſpiritualem: ergo. non per ſe ipſum;ergo per ſpecies ſpirituales: ergo dantur ſpecies. Secunda pars antecedentis probatur: quia res ſenſibilis eſt obiectum intellectus; & cognoſcitur ab illo. Prima conſequentia ſequitur. Secunda probatur, quia non poſſet alio modo vniri intellectui, vt quid proportionatum ad intellectionem eliciendam.

Sed cõtra inſtatur primo, appetitus fertur in obiectum per ſolum ſenſum repreſentatum; ergo & intellectus in obiectum per ſolum phantaſma repreſentatum; ergo non dantur ſpecies intelligibiles.reſpondeo negando primam conſequentiam, quia appetitus fertur in obiectum ſuum tantùm per modum inclinationis: ideò ſatis eſt, ſi ei obijciatur à ſenſu cognoſcente; at intellectus fertur in obiectum,

ctum, sibi vniendo, & illud attrahendo; quare cum obiectum sit distans, sibi vnit per species proprias, &c.

Instatur secundo, ergo intellectus semper intelliget eadem
335 obiecta, probatur consequentia: quia obiectorum vna vice intellectorum remanent species in memoria. Respondeo negando consequentiam, ad probationem præter species intelligibiles requiri operationem phantasiæ, vt diximus circa idem, vel simile obiectum; non est autem semper eadem phantasiæ operatio.

Instatur tertio, productio harum specierum esse deberet intellectio, vel volitio; sed hoc non est dicendum, ergo. Probatur sequela; quia est actio vitalis perficiens animam; at anima rationalis non potest perfici, nisi per intellectionem, & volitionem; ergo. Respondeo negando sequelam, ad probationem negatur assumptum, non enim esset actio vitalis, quia de natura sua non est immanens, cum possit esse ab extrinseco. immò deberet esse, scilicet ab obiecto. negatur etiam, quòd non possit perfici nisi per intellectionem, & volitionem; quia sicut sensus præter sensationes, posset perfici per species receptas, in ordine tamen ad sensationem, ita intellectus.

Instatur quarto, obiectum sensibile est proportionatum intellectui: ergo, & eius species materialis in phantasiam producta: quia quale obiectum talis etiam species; ergo potest concurrere ad intellectionem; ergo non dantur species aliæ intelligibiles. Respondeo distinguendo primum consequens, species illius obiecti, est proportionata, vt & ipsa possit intelligi, quod tantum videtur inferre argumentum; concedo consequentiam, vt vice obiecti cócurrat ad intellectionem, nego consequentiam: quia cum vniri debeat potentiæ, vt eliciat vice obiecti cognitionem, & intellectio sit spiritualis, etiam species in essendo spiritualis esse debet. quare negatur secunda, & tertia consequentia.

A quonam producantur species intelligibiles.
Quæstio Sexta.

336 NOtandum primo, ex Aristotel. *caipte quarto, & quinto*, intellectum diuidi in agentem, & possibilem, seu patientem. intellectus agens dicitur quædam animæ facultas, seu potentia, cuius munus dicitur, aliquo obiecto sensibili representato in phantasmate, producere speciem intelligibilem, quæ illud obiectum representet, de potentia intellectus, qui prompturus est intellectionem; quod ideò intellectus ille patiens, seu possibilis dicitur, quia patitur, speciem ab agente recipiendo, & est potens ad illam recipiendam.

Notandum secundo, in speciebus debere distingui esse entitatiuum ab esse representatiuum: esse enim entitatiuum sibi vendicant iuxta naturam subiecti, de cuius potentia educuntur: spirituale, si de spirituali: materiale si de materiali; at esse representatiuum est illius naturæ cuius est obiectum, cuius sunt similitudo, materialis, vel spiritualis, prout est ipsum obiectum. quare cum diuersę naturæ possit esse potentiæ ab obiecto, etiam diuersæ naturæ possunt esse species in essendo, & in representando. his notatis.

Variæ sunt sententiæ. duæ tamen principales assignari possunt, sub quibus cæteræ comprehenduntur. Prima sententia docet species produci à Deo, cuius est defectum causarum secundarum supplere, vnde cum obiectum, vel propter distantiam, vel propter materialitatem nequeat species intelligibiles producere, Deus ipse supplet. ita Zabarel. *de mente agente capite tertiodecimo, & decimoquarto*. Hurtadus *disputatio. quinta sectione prima* in quam sententiam dici possunt etiam incidere auctores citati apud Conimbricens. *capite. 5. quæst. prima, art. 1. in princip.*

Secunda sententia docet species intelligibiles produci ab intellectu agente concurrente etiam phantasmate, per cuius concursum determinatur intellectus ad has, vel illas species producendas. est communis; licet auctores dissentiant in quonam genere causæ efficientis phantasma concurrat cum intellectu ad species producendas. auctores videri possunt apud Conimb. *capite citato quæstione sexta, articulo secundo*, & Ruuium *tractat. de intellectu agente quæstio. tertia.* Nostram sententiam sequentes conclusiones docebunt.

Prima conclusio. Species intelligibiles non producuntur à Deo: probatur vnica ratione communissima, non 3
enim recurrendum ad Deum, nisi cum causa creata naturalis nequit assignari, sed in casu nostro potest benè assignari, & infra assignabitur; ergo.

Confirmatur, quia concursus Dei supplet tantùm in aliquibus casibus, quibus accidat deficere agens creatum; sed respectu specierum, semper suppleret; quia pro hoc statu non possunt ab intellectu cognosci, nisi obiecta materialia, & ad modum materialium, consequenter ipsa obiecta nunquam possunt producere proprias species: quia materiale non potest producere spirituale, vt magis patebit conclusione sequenti.

Secunda conclusio. Phantasma non concurrit actiuè ad productionem speciei intelligibilis. probatur primo, vel concurrit vt causa vniuoca, vel æquiuoca; non primum, quia est diuersæ naturæ, cum sit materiale, & sensibile, species spiritualis, insensibilis. neque secundum, quia causa æquiuoca debet esse perfectior suo effectu, quod non esset in casu nostro.

Probatur secundo, causa materialis non potest habere nisi influxum materialem, sed phantasma est quid materiale: ergo non potest producere speciem intelligibilem, quæ est quid spirituale.

Dices cum Fonseca, *quinto Metaphysic. capite vigesimo octauo quæstione octaua, sectione quinta, in fine*, & cum Ruuio *numero sexagesimo*, phantasma non posse producere speciem spiritualem, propria virtute; at vt instrumentum intellectus agentis, à quo eleuatur, posse; seu cum Conimbricésibus *capite quinto, quæstione secunda articulo primo, §. placet* ex doctrina Caietani, & Iauelli: phantasma vt sic non posse, benè lumine intellectus agentis illustratum, sed contra vtramque responsionem insto, vel eleuatio, & illustratio mutant influxum phantasmatis, vel non; si secundum, quod est dicendum: ergo semper influit influxu materiali, consequenter improportionato, ad producendum quid spirituale.

Tertia conclusio. Species intelligibiles produntur à solo intellectu agente determinato natura sua, ad pręsen- 33
tiam phantasmatis. explicatur, & probatur simul. intellectus indiget speciebus, quibus determinetur ad hanc, vel illam intellectionem producendam, neque à principio materiali possunt produci, sed à spirituali tantùm: ergo ab ipso intellectu: quia aliud agens spirituale, non adest, à quo producantur: rursus intellectus de se est indifferens ad has, vel illas species producendas, sed posito tali phantasmate, de illo tantùm, non de alio species producit: ergo natura sua est determinatus, vt iuxta pręsentiam phantasmatis, species intelligibiles producat; hanc sententiam fortè intendit Valent. *tomo primo disputatio. sexta, quæstione quinta, puncto secundo*, licet non ita clarè eam enucleet.

Sed contra instatur primo, intellectus agens non cognoscit, quale sit phantasma, vt ad illius instar speciem producat: ergo mala conclusio. Respondeo negando consequentiam: non enim dicimus determinari à phantasmate, tanquam ab exemplari, quod censuit Suarez, *tertio de anima, capite secundo*, sed à natura sua esse determinatum ad pręsentiam talis phantasmatis: in quo sensu non requiritur cognitio: sicut & appetitus, & si non cognoscat obiectum, & sit indifferens ad hoc, vel illud: attamen solum illud appetit, quod ei obijcitur à sensu, quia natura sua est determinatus illud appetere, quod ei obijcitur: ita succinum natura sua est determinatum ad præsentiam paleæ elicere tractationem eiusdem absque vlla cognitione.

Instatur secundo eodem modo, & intellectus possibilis, 3
per solam pręsentiam phantasmatis posset determinari ad intellectionem absq; alia specie, &c. respondeo negando consequentiam: quia intellectus possibilis est incompletus, & debet compleri per obiectum, quod cum in phantasmate sit materiale, nequit concurrere ad intellectionem spiritualem: vnde requiritur eius species spiritualis.

Instatur tertio, intellectus agens est etiam incompletus: ergo debet compleri in suo principio operatiuo: ergo mala conclusio. respondeo negando anteced. quia est completus, quod verò non exeat in actum, nisi pręsente phantasmate, non est, quia aliquem influxum recipiat, sed quia est completus indeterminatè, quæ indeterminatio tollitur à propria natura ad pręsentiam talis phantasmatis.

Dices. Ergo natura propria erit determinatus, & indeterminatus, quod est impossibile. Respondeo intellectum natura propria pro diuerso statu esse, & determinatum,& indeterminatum, quod non implicat: determinatum posito aliquo phantasmate: indeterminatum, si nullum adsit phantasma.

Instatur quarto: ergo intellectus agens proprias cuiuscunque obiecti species producet contra experientiam, probatur consequentia: quia ad hoc esset institutus. Respondeo negando consequentiam: ad probat. esse institutum,vt ad præsentiam phantasmatis, & iuxta illud species producat.

340 Instatur quinto, species expressa intellectus debet representare obiectum,quale est: materiale, si materiale;ergo & impressa, sed species impressa materialis potest produci à proprio obiecto:ergo frustra datur aliud agens.respondeo speciem intellectus, ex dictis debere esse materialem quidem in repræsentando,sed spiritualem in essendo: ideò non potest produci ab obiecto materiali, neque hoc derogat dignitati obiecti, quia cum percipiatur à potentia altioris ordinis,satis est,si natura prouiderit,quid ei quasi famulatū pręstet in vniendo propriè potentiæ.ex his

Remanet impugnata sententia Aresij, & illorum, qui negantes species intelligibiles,& si non eodem principio procederent, conueniebant tamen in hoc, quòd intellectus compleretur per speciem materialem ad intellectionem eliciendum: ostendimus enim principium materiale nequire ad effectum spiritualem,immò aliquis ipsorum non alia ratione vrget ponentes phantasma concurrere ad productionem specierum intelligibilium:nisi quia causa materialis non potest in spirituale.

341 Quæres quomodo distinguantur intellectus agens, & possibilis. Respondeo cum Maiore,Nypho, Abul. & alijs apud Conimb.*cap.5.qu.1.art.2.§.posteriorem sententiam*, distingui tantùm quo ad diuersa munia, prout enim producit species,dicitur agens, vt alia munia præstans, passibilis: ratio est, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate: neque obstat,quòd intellectus producat sui concausam ad intellectionem: quia non producit aliquid sibi deficiens,ex parte sui,sed sibi deficiens ex parte obiecti,& satis est, quòd non secundùm eandem rationem, vtrumque munus præstet; & rursus licet agens non possit producere principium suæ primæ operationis; potest tamen sequentium: sic intellectio est secunda operatio, non prima, quia prima est productio ipsa specierum.

Intellectui agenti varia munera solent assignari;satis sit pręcipuum explicasse, quod est producere species intelligibiles,& omnia alia,scilicet illustrare phantasmata, facere obiectum intelligibile actu, abstrahere species à phantasmatibus,per hoc munus explicantur: quia dum species intelligibiles producit; potest intellectus illicò obiectum intelligere: item obiectum repræsentatum in phantasmate tantùm sensibiliter secundùm circunstantias indiuiduantes: repræsentatur altiori modo, secundum naturam etiam vniuersalem, in ipsis speciebus intelligibilibus, neque has nisi ad præsentiam ipsorum phantasmatum potest producere. videte Conimbricenses, *quæstione secunda*, & Ruu. *de intellectu agente, quæstione secunda*, apud quos etiam sunt quædam argumen.quod non detur intellectus agens,facilè soluentur ex dictis.

An singulare cognoscatur ab intellectu, & quomodo Quæstio Septima.

342 ANtequam deueniamus ad actum intellectus, nonnulla sunt enucleanda de eius obiecto,& primo quæritur de singularibus, an cognoscantur ab intellectu, & quomodo. de qua.

Prima sententia est intellectum non cognoscere singularia.ita Alexan.& Philop. *hic cap.4.& 5.*Themis.*in suo 3. de anima cap.*20.& Auer. *hic comment.9.*

Secunda sententia concedit cognosci quidem singularia, sed non per propriam speciem, sed per speciem, per quam cognoscuntur vniuersalia, habita conuersione ad phantasmata.ita D.Tho. 1.*parte quæs.86.art.1.* Caiet.*ibid.* & 2. *contra Gent.cap.*10. Fer.*ibid & alibi*, & communiter Thomistæ,quos etiam sequuntur Fons.1.*Met.cap. 2. qu.3. sect.5.*& Conimbricens.1.*Phys.cap.1.qu.4. art. 3.*& *hic qu. 4.*& alij apud Ruu. *tract.de intellectu possibili qu.3.nu.* 103. hi tamen auctores dissident inter se de modo;quo per speciem naturæ vniuersalis,singularia cognoscatur;& de modo reflexionis ad phantasmata,vt affert idem Ruu. *n.* 108.

Tertia sententia docet, singularia cognosci ab intellectu,& cognosci per propriam speciem. ita Scotus *in 4.dist. 45.qu.3.*Ricard.*in 2.dist.24.quæst.4.* Greg. *in 1.dist.3.qu.1. art.2.*Marsil.Ocham. Thiæn. & alij apud Ruu. *loco citato. num.*110.quos ipse sequitur; & est hæc opinio his temporibus communis, cum qua sit.

Prima conclusio. intellectus cognoscit singularia.Probatur primo, intellectus dirigit sensus externos circa singularia,ergo ea cognoscit:antec. patet,prudentia enim *ex 3. Ethic.* est habitus intellectus dirigens actus singulares. consequentia probatur; non potest esse directio, vbi non est cognitio. 343

Probatur secūdo,nullus sēsus reflectit supra suos actus, at sæpe datur reflexio supra actus phantasię;cognoscimus enim nos phantasiari; ergo est cognitio ab intellectu, sed hi actus sunt singulares, ergo. est conclusio certa, non indiget, quòd pluribus probetur. multis eam probat Fons. *sect. 2. loco citato.*

Secunda conclusio. intellectus de singularibus format conceptus proprios.est contra Caiet. *loco cit.* & Capreol. 1.*sent. dist.* 35. qui dicunt intellectum nunquam formare conceptum proprium, & determinatum alicuius rei singularis. probatur 1.intellectus iudicat inter vnum singulare,& aliud;ergo format conceptum proprium. anteced. patet, dum affirmat Petrum non esse Paulum: hanc num. cognitionem non esse aliam, &c. consequentia probatur, est verum iudicium affirmans, vel negans de hac re singulari,vt talis est, ergo est eius conceptus proprius.

Confirmatur,quia si non esset conceptus proprius,intellectus nunquam esse posset certus de veritate. probatur sequela; quia si conceptus non est proprius huius singularis,alij,cuius etiam esse potest, forsan non conueniet.

Quòd si dicant,intellectum. cognoscere hunc conceptum,vt huius,esse verum.ergo, dico ego, format conceptum proprium, quo iudicat huic singulari talem conceptum conuenire,ergo verè format conceptus proprios. 344

Probatur secundo, intellectus cognoscit singularia, *ex prçceden. conclusione*: ergo de illis format conceptus proprios. probatur consequentia: quia formare conceptum proprium aliud non est,quam aliquid propriè cognoscere.

Tertia conclusio. intellectus cognoscit singularia per proprias species. probatur primo intellectus cognoscit vnam rem singularem,non esse aliam: ergo habet proprias species.probatur consequentia:quia videt aliquid in vna, quod non est in alia :ergo per aliquam speciem propriam vnius, non alterius. probatur vltima consequentia; non enim species naturæ vniuersalis potest illud repræsentare, quia est eadem respectu vtriusque.

Dices cum auctoribus contrariæ sententiæ, species naturæ communis determinari à phantasmate ad hanc, vel illam rem repræsentandam, dum intellectus ad phantasma se conuertit. sed contra: quia hæc determinatio fuit etiam in productione ipsius speciei: ergo si nunc potest facere, quod eliciatur species expressa propria rei singularis, etiam potuit vt fieret species impressa. 345

Probatur secundo,talis fit species,quale est phantasma; ab ipso enim determinatur intellectus ad species producendas; sed phantasma est rei singularis, ergo etiam talis fiet species.

Probatur tertio, quod potest potentia inferior in potentijs animæ, potest etiam superior; patet inductione; sed sēsus possunt cognoscere rem singularē per propriam speciem: ergo & intellectus.

Probatur vltimo non repugnat dari hanc speciem,quia materialis, cum detur per omnes species naturæ materialis,in communi;non vt singularis; quia Deus res singularissima potest videri per speciem, vt docet Theol.& de facto Angeli per propriam speciem vident quamcunque rem singularem;ergo.

Sed contra primam conclusionem instatur 1.*ex 1.Phys. tex.*49.sensus est singularium,intellectus vniuersalium; ergo intellectus non cognoscit singularia. respondeo differentiam esse,quòd sensus est tantùm singularium; intellectus etiam vniuersalium.

Instatur 2. ergo nulla esset necessitas intellectus agētis, qui ideò ponitur, vt abstrahat à phantasmatib. singularib. 346

respon-

respondeo negando sequelam, ad probat. poni, & producat species intelligibiles, vt diximus.

Instatur tertio: ergo sensus esset superfluus. Negatur consequentia, quia intellectus est subordinatus sensui iuxta illud. *nihil est in intellectu, quin fuerit in sensu.*

Instatur quarto, intellectus est immaterialis, res singularis materialis; ergo non potest esse obiectum intellectus. probatur consequentia: quia inter potentiam, &
343 obiectum debet esse proportio. respondeo negando consequentiam, ad probatio. satis esse proportionem obiectiuam, vt scilicet obiectum habet, quo possit immutare illam potentiam; non autem requiri proportionem entitatiuam.

Instatur quinto: ergo idem erit obiectum plurium potentiarum. respondeo concedendo totum; diuerso tamen modo attingitur ab vna, ac ab alia; & vna plura attingit, quàm alia, quod sufficit, vt sint potentiæ distinctæ.

Instatur sexto contra tertiam conclusionem, res singularis, vt cognoscatur, debet abstrahi à materia: ergo non cognoscitur per propriam speciem. Respondeo per hoc dici debere abstrahi: quia per speciem spiritualem in essendo.

Instatur septimo, ex Fons. intellectus Angelicus: quia nostro perfectior, per vnam, & eandem speciem intelligit, quæ noster per plures: ergo noster, cum sit sensu perfectior, per vnam, & eandem intelligit omnia singularia, quatenus per illam intelligit naturam vniuersalem. Respondeo intellectum Angelicum, non pendere à phantasmate in recipiendis speciebus, ideò posse habere speciem, quæ plura repræsentet; at intellectus noster pendet à phantasmate, à quo determinatur ad speciem singularis, eleuatur tamen in hoc supra sensum, quatenus ne dum singulare, sed etiam vniuersale cognoscit; quòd ideò potest dici tenere medium locum inter intellectum Angelicum, & sensum.

Quodnam sit primum cognitum. Quæstio Octaua.

347 CVm obiectum intellectus esse possit, & vniuersale, & singulare, quærit quæst. vtrum ipsorum prius cognoscatur.

Prima sententia, vult cognosci prius vniuersale. ita Diu. Thom. 1. *parte quæst.* 85. *art.* 3. communis Thomist. apud quos est quæst. famosa.

Secunda Sententia vult prius cognosci speciem specialissimam, ita Scotus *in* 1. *distin.* 3. *quæst.* 2. §. *his prępintellectis* precipuè §. *contra istud obijcitur*, vbi apertè negat singulare esse primum cognitum. hoc dico contra aliquos, qui Scotum existimant voluisse singulare, esse primum cognitum.

Tertia sententia vult primum cognitum esse singulare. ita Durandus *in* 2. *distinct.* 3. *quæst.* 7. *num.* 7. Gregor. Marsil. Niph. & communiter; sequuntur Conimbricens. 1. *Phys. cap.* 1. *quæst.* 4. *art.* 2. Hurtad. *disput.* 5. *quæst.* 6. Ruu. *tract. de intellectu possibili quæst.* 3. *num.* 117. sunt etiam aliæ sententiæ, sed minus principales, quæ ad has reducuntur. Pro decisione,

Notandum primo in hac questio. nos posse comparare; vel singulare, cum singulari, scilicet singulare accidentis, cum singulari substantiæ; vel singulare cum vniuersali; vel magis vniuersale, cum minus vniuersali: & de omnibus singillatim definienda quæst. vt claré innotescat ipsius decisio.

Notandum secundo, cognitionem respectu vniuersalis diuidi in actualem, & virtualem, & vtramque in confusam, & distinctam. actualis distincta est, cum aliquod totum essentiale cognoscitur secundum suas partes essentiales, siue physicas, siue metaph. & distinctè: actualis confusa, quando non sic cognoscitur: virtualis distincta, quando aliquod totum potestatiuum cognoscitur distinctè secundùm omnia sua inferiora: virtualis verò confusa, quàdo non sic cognoscitur. his notatis.

348 Prima conclusio. primum cognitum simpliciter est singulare accidentis. probatur primo intellectus pendet à sensu in cognoscendo; ergo vera conclusio. antecedens patet. consequentia probatur. sensus primo percipit singulare accidentis: ergo etiam intellectus: ergo singulare est primum cognitum.

Cõfirmatur, quia singulare accidentis cognoscitur per propriam speciem; ergo cum primo moueat sensum, illicò mouebit, & intellectum; ergo.

Probatur secundo, intellectus quod primo cognoscit, cognoscit sine discursu; ergo vera conclusio. anteced. patet experientia. consequentia probatur, omnia, quæ non cadunt sub sensu solo discursu cognoscuntur, sed sola singularia accidentium cadunt sub sensu; ergo sola cognoscuntur sine discursu; ergo singularia accidentis sunt primum cognitum. maior etiam est nota experientia. minor remanet probata ex dictis, cum de sensibus externis, & internis. vltima consequentia sequitur.

Confirmatur, quia si nihil est in intellectu, quin fuerit in sensu, & singulare solum accidentis est sub illo, & ab intellectu percipi potest, cur primo, non cognoscatur?

Probatur tertio, non cognoscitur vniuersale, nisi per speciem alienam alicuius singularis, quod fingimus commune multis, seu inesse multis: ergo intellectus primo cognoscit illud singulare: ergo singulare primo cognoscitur: quam vniuersale; sed singulare substantiæ non potest esse primum cognitum, quia supponit primo singulare accidentis; ergo primum cognitum simpliciter est singulare accidentis.

Sed contra instatur primo. Singularia sunt magis materialia: ergo impedient cognitionem. respondeo negando consequentiam: immo quia materialia, adiuuate propter dependentiam intellectus à sensibus pro hoc statu

Instatur secundo, conceptus vniuersalium est imperfectus, quàm conceptus singularium: ergo vniuersalia prius cognoscuntur. Probatur consequentia: quia natura tendit ab imperfectiori ad perfectiora. respondeo, quidquid sit de anteced. negando consequentiam, ad probat. verificari tantùm in dispositionibus subiecti, ad formas recipiendas: at cognitio vniuersalis non est dispositio ad cognitionem singularium. 3

Instatur tertio, inter principia complexa vniuersaliora sunt primo cognita: ergo & in incomplexis: ergo cum primum principium incomplexum sitens, ens erit primum cognitum. respondeo principia complexa vniuersaliora dici primo cognita; quia ab earum cognitione pendet cognitio minus vniuersalium, vt conclusione sequenti patebit: & etiam quia ex terminis magis sunt nota. hinc tamen non sequitur etiam sic in incomplexis: quia complexa supponunt cognitionem terminorum primo habitam originaliter per sensus, circa aliquod singulare; non supponeret autem, si primum cognitum simpliciter esset vniuersale.

Instatur quarto, ex Aristotel. 1. *Phys. tex.* 49. vniuersalia sunt notiora ratione; ergo prius cognoscuntur. respondeo hoc dici, quia intellectus se solo discurrendo deuenit ad eorum cognitionem, & ad cognitionem singularium dependenter à sensu.

Instatur quinto, omnis potentia fertur primo ad suum obiectum adæquatum, respectu autem intellectus est solum ens: ergo primo fertur in ens: ergo non singulare accidentis. respondeo negando maiorem; potentia enim visiua non fertur ad omne coloratum, quod est eius adæquatum obiectum; neque auditiua ad omnem sonum feruntur quidem omnes potentiæ ad obiectum, quod attingunt, sub propria ratione formali; sic visus ad album, vt coloratum: auditus ad vocem, vt sonus est, &c. sed in hoc sensu negatur minor, quod in solo ente, vt sic in communi, sit ratio adæquata obiecti intellectus: est enim etiam in ente singulari, immò in hoc solum est motiua primo intellectus propter rationes assignatas.

Secunda conclusio, cognitione actuali distincta prius cognoscitur magis, quàm minus vniuersale; patet conclusio, *ex notab.* ad hoc vt cognoscatur distinctè totum, necesse est vt cognoscantur eius partes essentiales, seu physicæ, seu metaph. ergo illæ primo cognoscuntur; sed illæ sunt magis vniuersales: ergo. 350

Tertia conclusio, cognitione virtuali distincta prius cognoscitur minus, quàm magis vniuersale: patet etiam *ex notabil.* vt hac cognitione aliquod totum potestatiuum cognoscatur, est necesse, vt innotescant omnia eius inferiora; sed eius inferiora sunt minus vniuersalia.

Quarta conclusio. ablatis omnibus impedimentis cognitione actuali confusa prius cognoscitur minus, quam magis vniuersale. est Scoti apertissima *loco citato*. Probatur

batur à priori, cognoſcuntur confusè, quæ ſunt magis propinqua ſenſui; ſed huiuſmodi ſunt minus vniuerſalia: ergo. maior probatur: quia noſtra cognitio pendet à ſenſibus; ergo ea primò cognoſcuntur, ad quorum cognitionem medijs ſenſibus facilius poteſt accedi. minor etiam probatur, quia ſingulare accidentis, quod immediatè cadit ſub ſenſu maiorem dicit connexionem, cum ſpecie ſpecialiſſima, quam cum genere, vt ſupra, color, ſapor, calor, &c. ſunt talis ſingularitatis magis, quia ſunt in homine, quàm quia in animali, vel ſubſtantia, &c. quia multoties ſubſtantia vt ſic, vel animal vt ſic, non requirit talia accidentia, benè homo.

351 Sed contra hanc concluſionem inſtatur primo, cognitio quò magis confuſa, eò minus diſtinctè repreſentat; ergo ſecundum rationes vniuerſaliores. reſpondeo non dari cognitionem magis confuſam ablatis impedimentis; ſed omnes eſſe eodem modo confuſas. verum eſt quòd cognitio confuſa non repræſentat diſtinctè; ſed ad hoc non eſt neceſſe, vt repreſententur rationes magis vniuerſales; ſed ſatis eſt, ſi non diſtinctè ſingularitas, numeritas, &c.

Inſtatur ſecundo, à longe intuens oculus videt quidem eſſe ens, corpus, &c. non verò hominem; ergo. reſpondeo tunc adeſſe impedimentum, ideò dixiſſe *ablatis impedimentis.*

Inſtatur tertio, ex Ruuio. *Primo Phyſicor. capite primo quæſtione tertia prima parte.* Fortius mouent ſenſus accidentia, vt ſuprà, corporis, quod eſt vniuerſalius quàm carnis: ergo prius cognoſcitur magis, quàm minus vniuerſale. conſequentia probatur, quia quod fortius mouet ſenſum, primo à ſenſu percipitur; ergo etiam ab intellectu. Reſpondeo negando antecedens: quia ablatis impedimentis cognoſcimus accidentia carnis prius, quàm corporis: ideò primo dicitur eſſe caro, quàm corpus.

Inſtatur quarto, ex D. Thom. infantuli omnes homines vocant Patres, & Matres; ergo prius cognoſcitur magis, quàm minus vniuerſale. reſpondeo hinc confirmari noſtram concluſionem: quia magis patet, homo, quàm pater, & mater: vel dicito cum Hurtad. §. 53. ideò hoc accidere, quia nutrices infantulis ſępe ſæpius memorant nomina patris, & matris.

352 Quinta concluſio. cognitione actuali confuſa, ſi adſint impedimenta, prius cognoſcitur magis, quàm minus vniuerſale. probatur quia id primo intelligitur, quod primo cadit ſub ſenſu; ſed ſi adſint impedimenta, ſenſus prius percipiunt accidentia communia; ergo. minor patet experientia, viſus exiſtens eminus, ſeu etiam aliquo humore alteratus videt quidem coloratum, videt eſſe corpus, &c. non tamen diſcernit, quodnam corpus, quodnam coloratum. quare videt tantùm indiuiduum vagum.

Sexta concluſio. cognitione virtuali confuſa aliquando cognoſcuntur magis, aliquando minus vniuerſalia, prout adſunt, vel non adſunt impedimenta. eodem modo philoſophandum, ac de actuali confuſa.

Ad auctoritates Ariſtotel. ſi quæ poſſent afferri: quoties afferentur, dixiſſe vniuerſaliora prius cognoſci, dicendum, eſſe locutum, de cognitione actuali diſtincta; ſi quando dixiſſe minus vniuerſalia, eſſe locutum de cognitione actuali confuſa poſito aliquo impedimento.

Quare primum cognitum ſimpliciter eſt ſingulare accidentis; & ſi non adſint impedimenta ſingulare ſignatum ſpeciei ſpecialiſſimæ; ſi adſint impedimenta, ſingulare vagum magis, vel minus vniuerſale iuxta plura, vel pauciora impedimenta; inter autem ipſa vniuerſalia, quandoque magis, quandoque minus vniuerſale.

Quomodo intellectus cognoſcat ea, quæ non cadunt ſub ſenſu. Quæſtio Nona.

353 INtellectum cognoſcere ea, quæ cadunt ſub ſenſu per propriam ſpeciem iam ſtabilitum eſt: quærit nunc titulus, de modo, quo intellectus cognoſcat ea, quæ à nulla potentia ſenſitiua percipiuntur; videlicet naturas vniuerſales; ſubſtantias omnes corporeas; ſubſtantias ſpirituales; Deum, & Angelos: accidentia ſpiritualia: animam ipſam; proprios actus, & alia omnia, quæ ſcimus ab anima intellectuali cognoſci, nec tamen cadunt ſub vllo ſenſu. Pro deciſione;

Notandum primo, duplicem tantùm modum habere intellectum, quo obiecta attingat: primo, in ſe ipſis per propriam ſpeciem. Secundo per diſcurſum in alio.

Notandum ſecundo, cum de omni obiecto ſit dictum; debere vniri potentiæ cognitiuę ad exprimendam cognitionem; etiam in obiectis, quæ per diſcurſum in alio attinguntur, aſſignandum eſſe, vel obiectum ipſum, vel aliquid loco obiecti, quod ſimul cum potentia cognitionem eliciat, his notatis

Prima concluſio: omnia, quæ non cadunt ſub ſenſu, ab intellectu attinguntur per proprios conceptus. probatur, ad hoc vt ſic attingantur, ſatis eſt, ſi talia enunciet, quæ illis propriè conueniant, & cum illis reciprocentur; ſed ſic eſt in iis, quæ ſub ſenſu non cadunt; ergo. minor probatur: quia cum dicitur Deus bonitas infinita: intelligentiæ cum dicuntur Cœlos indefaticabiliter mouere: ſubſtantiæ eſſe ſubſtare accidentibus, &c. ſunt conceptus adeò proprij, vt alijs nunquam competant; ergo.

Secunda concluſio. Omnia, quæ non cadunt ſub ſenſu, non attinguntur ab intellectu per proprias ſpecies. 354
Probatur primo, intellectus agens eſt potentia determinabilis ad productionem ſpecierum per phantaſmata ex dictis: ſed eorum, quæ ſub ſenſu non cadunt, non dantur propria phantaſmata: ergo neque producitur propria ſpecies.

Probatur ſecundo, ſi darentur propriæ ſpecies eorum, quæ non cadunt ſub ſenſu, non eſſet minus certum illa dari, ac accidentia ſenſibilia, ſed hoc eſt falſum; ergo. maior probatur, cognoſcerentur in ſe ipſis. minor etiam probatur: quia vt experientia patet, non niſi poſt multum diſcurſum ea dari colligimus.

Confirmatur quia, quæ per proprias ſpecies cognoſcuntur, illico cognoſcuntur: ideo Angeli: quia omnium proprias habent ſpecies, non diſcurrunt, ſed intellectus humanus pro hoc ſtatu multis indiget diſcurſibus ad cognoſcendam naturam eorum, quæ non cadunt ſub ſenſu: ergo non cognoſcuntur per proprias ſpecies.

Probatur tertio, fidelis ſola fide tenet in Euchariſtia: non adeſſe panem; ergo ſubſtantia, quæ non cadit ſub ſenſu, non cognoſcitur per propriam ſpeciem; conſequentia probatur; quia ſi per propriam ſpeciem cognoſceret ſubſtantiam panis, habita deſitione panis, non immitteretur amplius propria ſpecies; ergo naturaliter cognoſceretur, ibi non adeſſe panem, ſed hoc eſt hæreticum; ergo non datur propria ſpecies ſubſtantiæ.

Tertia concluſio, quæ non cognoſcuntur per propriam ſpeciem, cognoſcuntur per diſcurſum ad modum rei ſenſibilis (excipe exiſtentiam propriorum actuum, de qua infra). Prima pars probatur: quia non eſt alia via, qua intellectus poſſit cognoſcere, *ex primo notabil.* 355
Secunda etiam probatur: intellectus cognoſcit obiectum, ad modum alicuius rei: non ſpiritualis; quia ſi ſic, poſſet rem ſpiritualem in ſe ipſa cognoſcere, quia id, ad cuius inſtar aliud cognoſcitur, in ſe ipſo cognoſcitur: ergo ad modum rei materialis.

Confirmatur experientia. ſemper ac rem aliquam non ſenſibilem intelligimus, ſi aduertamus, cognoſcemus cognitam ad modum alicuius ſenſibilis.

Quarta concluſio, ea, quæ cognoſcuntur per diſcurſum, vniuntur media cognitione illius obiecti, à quo ad aliud fit diſcurſus, explicatur. cognitio vt ſupra accidente ſenſibili per propriam ſpeciem, per quam natura eius cognoſcitur, quòd alteri inſit, nec ſe ſolo poſſit ſtare, concludit etiam ſubeſſe aliquod ſubiectum, quod per ſe ſtet, & ſic habetur cognitio ſubſtantię: dicitur. igitur in concluſione, quòd intellectus vtitur tanquam ſpecie, qua intellectionem ſubſtantiæ eliciat, cognitione, quam prehabuit de accidente: & ſi ex vna cognitione, vel accidentis, vel ſubſtantiæ, ad aliam accidentis, vel ſubſtantiæ diſcurrat, ſemper illa, quæ eſt veluti terminus à quo diſcurſus, vti tanquam ſpecie ad intellectionem nouam eliciendam. Probatur concluſio: quia non apparet quo alio modo poſſit intercedere diſcurſus, & obiectum vniri potentiæ, ſi non dantur propriæ ſpecies impreſſæ.

Quin-

356 Quinta conclusio. ea, quæ non cadunt sub sensu habita prima cognitione modo exposito; possunt recognosci per proprias species impressas, imperfectas tamen. explicatur, & probatur simul. facta longa inquisitione alicuius rei per discursum, & recognita, in alijs recognitionibus maxima facilitate recognoscitur; ergo datur aliqua species; quæ illam repræsentet; alioquin nulla esset ratio, cur prima vice tantus labor, non secunda, & tertia; sed hoc obiectum non aliter sine noua inquisitione cognoscitur, quàm primo per discursum; ergo est species, non repręsentans adæquatè naturam rei; sed tantum imperfectè iuxta quod fuit discursus: ergo vera conclusio.

Sexta conclusio. anima cognoscit existentiam propriorum actuum per se ipsos modo experimentali. Probatur, quia non cognoscitur per propriam speciem, quia si daretur species repręsentans existentiam, posset, & essentiam, & tamen vt sic cognoscuntur tantùm per discursum ad modum rei sensibilis; sicut cętera, quæ non cadunt sub sensu; neque existentia horum actuum cognoscitur per discursum: quia ex nulla re sensibili potest concludi, quòd hi actus existant: ergo remanent, vt cognoscantur tantum per experientiam: quia cum operetur viuo modo, dum operatur, cognoscit se operari. ex hi omnibus

Patet, quomodo cognoscantur vniuersalia, substantiæ corporeæ, Angeli, Deus, anima, operationes animæ, & cętera omnia, de quibus particulares quæst. instituunt Conimbric. *cap. 5. quæst. 5.* & Ruu. *de intellectu agente quæst. 4. 5. 6. 7.* de quibus omnibus nobis placuit sub vna quæst. nostram sententiam afferre breuitatis gratia. aliqua argumenta in contrarium videri possunt apud eosdem auctores, sed sunt facillima.

De natura verbi mentalis. Quæstio Decima.

357 REmanet, vt agamus de actu intellectus, qui est intelligere, seu intellectio, & primo quæritur de natura verbi mentalis.

Notandum primo in intellectione intercedere veram, & realem actionem, vt docet Aristot. *hic tex. 4 & 12. Met. text. 13.* & acceptatur communiter, dum admittitur diuisio actionis in immanentem, & transeuntem: sub immanente enim nullum dubium, & intellectionem includi, consequenter in ipsa nos debere assignare aliquid, quod per illam actionem producatur: quia implicat actionem intelligere sine termino, vt alibi diximus, cum sit essentialiter effectio termini.

Notãdum secundo, terminum per illam actionem productum vocari verbum mentale. dicitur verbum ad similitudinem verbi vocalis, scilicet vocum pro libito aliquid significantium: quia sicut illud, sic dicitur: quia dum profertur, internos conceptus significamus, & exprimimus; ita in termino intellectionis obiectum, quod intelligitur, nobis exprimimus: dicitur mentale. ad distinctionem verbi vocalis, & etiam scripti: solet etiam appellari, species expressa intellectus; conceptus mentis; verbum mentis, notitia genita, &c. de natura huius verbi, est pręsens quæstio.

Prima conclusio. in omni intellectione creata producitur verbum. Probatur primo auct. & primo D. August. *9. de Trinitat. cap. 7. conceptum rerum veracem notitiam tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo, intus dicimus.* Secundo auctor. D. Thom. *1. parte quæst. 27. art. 1. quicunque intelligit eò ipso, quòd intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua prouueniens, & ex eius notitia procedens, quam quidem conceptionem vox significat, & dicitur verbum cordis, significatum verbo vocis.* hæ auctot. loquuntur de omni intellectione; ergo in omni intellectione producitur verbum.

Probatur secundo ratione. intelligere est vera actio, vel (vt in omni opinione loquamur) actionem supponit; sed omnis actio essentialiter dicit terminum; ergo in omni intellectione est aliquis terminus; ergo vera conclusio. vltima consequentia probatur: quia non est alius terminus assignabilis pręter verbum. alias rationes habet Hurtad. *sect. 6.*

358 Sed contra hanc conclusionem instatur primo; ergo intellectus cum specie impressa esset in potentia essentiali ad intelligendum, quod est absurdum. probatur sequela; quia non solum esset in potẽtia ad operationem, sed etiam ad formam operationi necessariam. respondeo negando sequelam, ad probat. esse in potentia, non tãquam ad principium operationis; sed tanquam ad terminum; ideo esse tantùm in potentia accidentali.

Instatur secundo, per actiones sentiendi, volendi, &c. nihil producitur; ergo neque per intellectionem. respondeo negando anteced. quia in omnibus actionibus immanentibus datur proprius terminus, scilicet species expressa, quæ est sensatio in facto esse. videte Conimbric. *cap. 8. art. 4. ad 5. & ad 6.*

Instatur tertio, Filius in Diuinis, & Spiritus S. intelligunt, nec tamen verbum producunt; ergo non in omni intellectione verbum producitur. respondeo, concesso anteced. negando consequentiam primo: quia loquimur tantum in creatis. Secundo, quia eadem intellectione, qua intelligit Pater; intelligunt Filius, & Spiritus S. licet in Patre sit pductiua verbi, nõ in Filio, & Spiritus S. quare illamet intellectio filij, & productiua verbi, licet non vt in filio, ratione, quæ assignatur in Theol. non est huius loci, cum multa supponat de Personis Diuinis, quæ hic non sunt tractauda. Interim videatur Torres *de Trinit. quæst. 27. art. 5. disp. vn. parte 3. §. vel respondeamus.*

Aduertendum autem, verbum requiri in omni intellectione, ex conditione intellectus: quia enim est in potentia passiua ad cognitionem, eget forma per quam reducatur ad actum, & quia respectu cognitionis est potentia vitalis, debet talis forma ab eo produci: quia verò est potentia cognoscitiua, debet hæc forma esse actualis similitudo obiecti, quod cognoscitur vitaliter expressa à cognoscente, per quam cognoscens fit simile obiecto cognito, quare necessitas verbi non oritur ex pręsentia, vel absentia obiecti; in quo decepti sunt Caiet. & alij existimantes, quod sicut species impressa est ad supplendam absentiam obiecti, ita etiam expressa. alia argum. videri possunt apud Conimbricens. & Ruuium. quod tetigit, & Nouarin. *lib. 3. axiom. num. 579.*

Secunda conclusio. verbum producitur per dicere (ly *dicere* denotat actionem, qua aliquid dicitur, & profertur) hæc conclusio est Scoti *in 1. dist. 2. quæst. 7. §. ad secundum dubium dico.* D. Thom. *1. parte quæst. 34. art. 1. ad tertium,* & communis, contra Vasquez *1. parte disp 141. cap. 4. nu. 22.* qui existimat actionem, per quam verbum producitur, non esse dictionem, sed dictionem esse ipsummet verbum. probatur, quia sicut se habet verbum vocale ad dicere vocaliter, ita dicere mentaliter ad verbum mentale; sed verbum vocale, verè producitur per dicere vocale; ergo etiam mentale, per dicere mentale. 3

Sed contra instatur ex Vasquez. Verbum non dicitur; ergo non producitur per dicere. consequentia patet. Anteced. probatur, quia si quis interrogetur, quid apud se dicat, respondebit, non verbum; sed rem per verbum signatam. Pro responsione aduertendum, verbum duos includere respectus, vnum producti ad principium producens; alterum signantis ad rem significatam: ita etiam ipsum dicere, vnum respectum ad verbum, quod per ipsum producitur; alium ad rem per verbum significatam. modo ad argum. negatur anteced. quia verè verbum producitur per dicere; & potest etiam dici quod verbo rem dicat, quia per verbum significatur; ad probat. anteced. ideò sic responderi; quia interrogantes nolunt scire, quid intra se producat, sed quid exprimere velit, quod est finis intellectionis, non verbum; quod in tantùm intenditur, in quantùm non potest esse expressio obiecti, sine vllo.

Tertia conclusio. verbum in vno sensu producitur per intelligere, in alio nequaquam. explicatur, & probatur simul conclusio. dupliciter potest considerari intelligere; seu intellectio. Primo in fieri. Secundo in facto esse. Primo modo est ipsamet productio verbi. Secundo modo est ipsum verbum, vt intellectum informat, & reddit intelligentem: primo igitur modo verbum fit per intelligere: quia tali pacto idem est quod dicere, per quod diximus verbum produci: Secundo modo nequaquam: quia est terminus, qui est ipsummet verbum; at nihil fit per se ipsum.

Quarta conclusio. Verbum non est id, quo cognito cognoscatur obiectum. est contra Caiet. *1. parte, q. 27. art. 1. §. ad 4. dubit.* Torres. *ibidem disp. 3. §. dubium occurrit,* & *disp. 5. parte 1. conclusione 4.* Fer. *1. contra Gent. cap. 53. §.* 36

aduertendum pro hoc vltimo, & alios, qui dicunt, obiecta fieri præsentia intellectui, quia debent actum terminare, non secundum esse reale, sed secundum actualem similitudinem, quæ in phantasia est idolum, in intellectu verbum, & hanc debere cognosci, vt imago est obiecti, qua cognita, cognoscitur obiectum; nostra conclusio est in contrarium; quæ sic probatur: si verbum esset obiectum cognitum, prius formaretur, quàm cognosceretur obiectum, sed hoc est falsum; ergo. maior probatur: quia res cognoscẽda præsupponitur cognitioni. minor etiam probatur: quia vt ipsemet Ferrar. dicit, intellectus formando verbum, intelligit obiectum: quia, ideò verbum formatur, quia obiectum intelligitur, nec alia actione producitur, quàm per obiecti intellectionem: ergo non potest verbum esse obiectum cognitum, nisi cognitione reflexa; de qua modo non est nostra conclusio.

In quo formaliter consistat intellectio. Quæstio Vndecima.

361 Difficultas est, an intellectio formaliter consistat, in productione verbi, vel in Verbo, vel in vtroq. simul.

Prima sententia docet, consistere in sola productione verbi, ita citatur Zumel 1, *parte quæst.* 27. *art.* 1. *disput.* 5. *ad* 4. & adducere possumus Caiet. Fer. *locis citatis ex q. præced.* & alios ex Thomist. dicentes beatos nullum verbum formare de Deo clarè viso, consequenter eorum intellectionem consistere in sola actione.

Secunda Sententia docet, consistere in solo verbo. ita Vasquez. *loco citato, quæst. præceden.* & Ruu. *tract. de actu intellectus possibilis quæst.* 3. *num.* 276. qui etiam citat pro se D. Thom. & Scotum, & ad hanc adducere possumus omnes illos, qui dixerunt intellectionem esse actionem grammaticalem: quia constituentes intellectionem in solo verbo, seu termino dictionis intellectiuæ, qui non est actio, sed qualitas quædam actionem terminans, dixerunt esse actionem grammaticalem, scilicet significari per verbum intelligere, apud grammaticos actionem denotans, & si reuera intelligere non sit actio, sed terminus actionis.

Tertia sententia vult intellectionem formaliter dicere, & productionem, & Verbum ipsum, in intellectu receptum. ita Hurt. *disp* 6. §. 4. & deinceps cum Suarez, & alijs, cum quibus.

362 Vnica conclusio. intellectio formaliter consistit in vtroque: probatur primo auctor. Aristot. *cap.* 4. & 12. *Met.* vbi inter actiones immanẽtes, enumerat intellectionem: nec valet effugium, quòd sit actio grammaticalis: quia actiones immanentes non sunt actiones grammaticales.

Probatur secũdo intellectio est expressio obiecti, quod intelligitur; sed expressio vtrumque includit: ergo. maior patet: quia non alia ratione dicitur cognoscens esse, res cognita: cognitio fieri per assimulationem, quàm, quia exprimit in se ipsum obiectum. minor probatur, quia expressio dicit actionem, quæ est fieri alicuius in facto esse, sed hoc aliud non est, quàm Verbum: ergo.

Confirmatur quia nisi actualiter intellectus sistat in expressione obiecti, non dicitur intelligere: ergo intellectio includit vtrumque.

Confirmatur secundo, experientia, quia si intellectus reflectat supra suam intellectionem, cognoscet tunc, cum intelligebat, à se quasi sensisse aliquid emanasse, consequenter aliquam edidisse actionem.

Probatur tertio, viuẽs intellectiuum formaliter in actu primo consistit in esse principium actiuum, se perficiendi ab intrinseco; ergo viuens in actu secundo consistet in se actualiter perficere: ergo in actuali operatione: sed intellectio est, qua viuens intellectiuum se perficit ab intrinseco: ergo intellectio consistit in actuali operatione: ergo vera conclusio. anteced. patet ex definitione vitæ. Prima consequẽtia probatur: quia actus secundus est exercitium actus primi. Secunda consequentia etiam probatur: quia actualiter se perficere dicit actualem operationem. minor subsumpta cum prima consequentia patent. Secunda probatur: quia in intellectione non potest esse alia actio, quàm productiua Verbi, quæ cum non possit esse fine Verbo: sequitur in vtroque consistere formaliter intellectionẽ. alias rationes videri possunt apud Hurt. & alios.

363 Sed contra instatur primo, ex Ruu. per solum verbum habetur assimilatio intelligentis ad rem intellectam: ergo in illo tantùm consistit formaliter intellectio: consequentia probatur: quia intellectio est assimilatio. Confirmatur actio productiua Verbi est prior saltem natura verbo; ergo prius intellectus intelligeret, quàm haberet verbum; quòd est absurdum, quia verbum est actualis similitudo. Ad argumentum distinguo antecedẽs per solum verbum habetur assimilatio in facto esse, concedo antecedens: in fieri, nego antecedens: quare negatur consequentia, ad probationem intellectionem esse assimulationem in fieri, consequenter includere, & productionem, & verbum. ad Confirmationem dato antecedente, negatur consequentia; facit enim transitum à prioritate à quo, quæ importatur tantùm per prioritatem naturæ, & assumitur in antec. ad prioritatem in quo in consequenti.

Instatur secundo, ex Vasquez *num.* 17. si intellectio est dictio, & è contra; ergo obiectum producitur, sicut verbum, & verbum intelligitur, sicut obiectum; sed hoc est falsum; ergo. respondeo negando sequelam, quia dicere, vt dicebamus, duos dicit respectus, & quia prout dicit vnum, non dicit alium; ideò & si dicere, & intelligere idem sint secundùm rem: quia tamen intelligere solum importat respectum repræsentandi, quod tantùm conuenit obiecto, non verbo; dicere verò, & productionem, quod tantùm verbo competit, & etiam dictionem, quod rei manifestationem; ideò non potest dici obiectum produci; neque Verbum intelligi; potest tamen dici verbum, & obiectum dici; verbum vt, *quo*, obiectum vt *quod*; quia verbo obiectum manifestatur; & per hæc patet ad auct. D. Tho. 1. *parte quæst.* 34. *art.* 1. *ad* 3. in qua tantùm fidit Ruu. scilicet quòd intelligere nullam rationem originis importet, sed dicat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam; intelligitur modo explicato per respectum solius manifestationis, quem dicit intelligere, & si reuera consistat in Verbi productione. pluribus apud Hurtad. *disput.* 6. *sect.* 2. *subsec.* 2. §. 76. 77. & 78.

Instatur tertio, ab eodem Vasquez auctor. Aristotel. *hic text.* 27. vbi dicitur, intelligere esse motum perfecti: ergo, infert Vasquez, non consistit in actione, alioquin esset actus entis in potentia ad verbum, consequenter imperfecti. respondeo primò, quòd si Aristot. excluderet actionem, excluderet etiam motum, quia omnis motus inuoluit actionem. respondeo secundo intellectionem vocari motum perfecti: quia intellectus, & si sit in potentia ad verbum; non tamen ad intellectionem; quia intellectio dicit etiam ipsam actionem, qua informatus intellectus, quasi iam perfectus ordinatur ad verbum, ad differentiam cæterorum motuum, quorum finis cumsit forma tantum, per actionem non perficitur subiectum vt sic, sed tantum ordinatur ad terminum, per quem postea perficitur; ideò vocantur motus imperfecti. quare ex hoc loco potius firmatur nostra conclusio. hanc nostram sententiam Hurt. §. *cit.* facit expressam D. Thom. *in* 1. *disp.* 27. *qu.* 2. *art.* 2. videatur. 364

Quæres, an à solo Deo intellectio produci possit, Respondeo negatiuè cum D. Thom. 1. *parte quæst.* 34. *art.* 1. & 2. 2. *quæst.* 23. *art.* 1. Ruu. *tract. de actu intellectus possibilis quæst.* 4. & alijs, ratio est, primo quia intellectio, & omnis actus cognoscitiuus de sui intrinseco est attingentia obiecti respectu producentis; respectu enim alterius est attingentia; at Deus non potest actu creato obiectum attingere; præterquamquod tunc non attingeretur ab intellectu creato, sed à Deo. Secundo omnes actiones intrinsecè denominant agentem; at omnis cognitio consistit in actione: ergo denominabit cognoscens tantùm proprium efficiens; ergo non potest viuum denominare cognoscens, & ab alio effici; ergo cognitio alicuius non potest esse à solo Deo. neque obstat, quòd Deus possit in genere causæ efficientis quidquid potest causa secunda, quia hoc intelligitur exceptis actibus, qui ex intrinseco denominant proprium efficiens, & illorum denominatio repugnat Deo; cuiusmodi sunt omnes sensationes, intellectiones, volitiones, &c. quare per hoc ne dum determinamus de intellectione; sed etiam de ceteris actibus vitalibus cognoscitiuis, & appetitiuis. Hurt. nobiscum consentiens, quòd intellectio non possit esse à solo Deo, eò quod dicat actionem, dicit tamen in sententiam eorum, qui in sola qualitate intellectionem constituunt, posse, eò quò d illa qualitas potest produci a solo Deo. videatur *disput. cit. sect.* 3. *subsec.* 1. 2. & 3. 365

De

De memoria intellectiua. Quæstio Duodecima.

366 Prima conclusio. in anima intellectiua datur memoria. est Aristotel. *hic tex.* 8. D. Thom. 1. *parte quæst.* 79. *art.* 6. 2. *contra Gentil. cap.* 78. Scoti, & communius. probatur, quia sæpè recordamur preteritorum, etiam vniuersalium; ergo datur memoria intellectiua. probatur consequentia, quia attingere preteritum est officium memoriæ, quæ ex Cicer. definitur, per quam animus repetit ea, quæ fuerunt; sed sensus non attingit rem vniuersalem, ex dictis; ergo est memoria intellectiua.

Sed contra instatur ex Auicen. 6. *naturalium parte* 5. *cap.* 6. qui contrarium docuit. si species conseruantur semper in memoria; ergo intellectus semper intelliget. probatur consequentia, quia cum specie est sufficiens principium intelligendi. respondeo negando sequelam, non defectu principij; sed phantasmatis, à quo pendet intellectus in operando; non est autem operatio phantasiæ semper circa idem phantasma: ideò autem phātasia potius circa hoc, quàm circa aliud obiectum operatur, ad cuius operationem sequitur operatio intellectus. Primo, quia voluntas multoties applicat phantasiam, & phantasia obedit; quando verò phantasia preuenit motum voluntatis, prouenire potest à causa extrinseca, putà ab Angelo, à Dæmone, &c. qui dominium habentes supra res corporeas, commouere possunt phantasmata, & phantasiam excitare, vt circa hoc, vel illud operetur: aliquando etiam à dispositione corporis; à predominio humoris, in organo. videte Ruu. *de actu intellectus possib. qu.* 5. *dub.* 1.

367 Secunda conclusio. memoria est thesaurus conseruatiuus specierum iam intellectorum. Probatur, memoria intelligit rem preteritam, vt docet Aristotel *lib. de memoria, & reminiscentia cap.* 1. sed hoc non potest sine speciebus; ergo conseruat species.

Cōfirmatur, in prima cognitione obiectorum multùm defatigatur intellectus, at in eorum reminiscentia nequaquam; ergo, quia habet species conseruatas in memoria, quibus potest pro libito vti independenter à discursu, & sensibus externis, sicut eguerat prima vice, neque obstat quod Aristotel. dixerat *loco, qui supra*, memoriam specierum conseruatarum tantùm animæ sensitiuæ per se conuenire; intellectiuæ verò per accidens; quia aliud non inuenit; nisi quod memoria intellectiua pendeat in operando à memoria sensitiua conseruatiua specierum phantasticarum, vt diximus; immò ratio memoriæ perfectior reperitur in parte intellectiua, quàm in sensitiua, vt bene Ruu. *eadem quæst. dub.* 2.

Tertia conclusio. intellectus, & memoria propriè nec formaliter distinguuntur (de distinctione reali certum est in nostra sententia) est D. Thom. *quæst. citata art.* 7. Ruu. *quæst. citata. dub.* 3. & satis communis, licet multi admittant potentias realiter distinctas in anima.

Probatur primo, vel eadem potentia cognoscit preteritum, quæ cognoscit presens: vel non. Si primum, intellectus cognoscit presens; ergo cognoscit, & preteritum: ergo, vel memoria, & intellectus sunt idem formaliter: vel memoria non est potētia cognoscitiua: si secundum, quòd cognoscatur presens, vel preteritum est differentia accidentalis, nec dicit diuersum modum immutandi, &c. alioquin, & quod cognoscatur singulare, vel vniuersale, clarè, vel obscurè poneret differentiam formalem; ergo potentia, quæ cognoscit presens, non potest esse distincta formaliter ab ea, quæ cognoscit preteritum.

368 Probatur secundo, quia in illa potentia formaliter debet esse species, quæ debet operari; ergo non est assignanda duplex potentia formaliter, alia operatiua, alia conseruatiua specierum. consequentia patet. anteced. probatur: quia potentia formaliter dicit esse principium completum ad actum; ergo includit formaliter species, sine quibus non est huiusmodi principium.

Confirmatur, quia ex dictis, nec in parte sensitiua memoria, & potentia cognitiua formaliter distinguuntur, at est eadem omnino ratio in parte intellectiua: ergo. vnum, vel alterum argum. habet in contrarium Ruu. *quæst. citata. dub.* 3. sed sunt facillima. agit de memoria etiam Hurtad. *disp.* 5. *sect.* 8. apud quos fusius: & aliqua differentia assignatur inter intellectiuam, & sensitiuam.

De appetitu rationali. Quæstio Tertia decima.

De appetitu rationali, qui, & voluntas, tertia potentia animæ intellectualis, multa possent disputari: quia tamen plurima excussa sunt in phys. de causa finali (ad voluntatem enim spectat) multa, quæ de libertate, &c. locum proprium habent in Theol. cum de actibus humanis: ideò omnibus omissis, presenti tantùm quæst. quæ hic necessaria videntur, complectar.

Prima conclusio. appetitus rationalis differt specie ab appetitu sensitiuo, de quo supra *ad calcem preced. tract.* 3 Probatur ex differentia, quæ cernitur inter vtrunque. Primo sensitiuus sequitur cognitionem sensitiuam, rationalis intellectualem. Secundo sensitiuus est organicus, intellectualis nequaquam. Tertio sensitiuus non reflectit supra suum actum, benè rationalis. Quarto sensitiuus subiacet influxibus Cœli ratione organi, non sic intellectualis inorganicus. Quinto sensitiuus non est liber, benè voluntas. Sexto. Voluntas tāquàm omnium potentiatum regina imperat sensitiuo dominio politico. Vltimo (ceteris differentijs omissis) obiectum appetitus sensitiui est bonum sensibile materiale, & singulare; obiectum verò appetitus rationalis est bonum in communi, corporale, spirituale, singulare, vniuersale, &c. ergo vera conclusio. ex dictis

Deducitur. si recolantur quæ diximus, cum de distinctione potentiarum, distingui etiam realiter saltem ratione organi. si verò sumantur precisè, saltem formaliter: quia sunt potentiæ diuersi gradus; sensitiuus animæ sensitiuæ, rationalis intellectiuæ.

Secunda conclusio. appetitus rationalis, & intellectus sunt eademmet potentia, pro diuersitate officiorum diuersimode appellata. est Durandi *in* 1 *dist.* 3. *parte* 2. *quæstio.* 4. Aureoli apud Capreol. *ibidem quæst.* 3. & expressa ex recentioribus Hurtad. *disput.* 4. *sect.* 2. aliter sentit D. Thom. *quæstio.* 22. *de veritate art.* 10. Capreol. & Fer. & alij apud Ruu. quos ipse sequitur *cap.* 13. *quæst.* 1. Probatur primo, non potest ferri voluntas nisi in obiectum cognitum: ergo est cognoscitiua: ergo non distincta ab intellectu. vltima consequentia patet cum anteced. Prima probatur: quia alioquin non deberet esse obiectum cognitum.

Dices, debere cognosci, ab intellectu tantùm, sed contra, quia voluntati presentatur obiectum: ergo ipsa debet illud cognoscere: quia presentatio, & manifestatio non fit nisi cognoscenti.

Probatur secundo, intellectio est tantùm ratio represen tatiua intellectui: ergo, si representatio fit voluntati per intellectionem, eadem est potentia intellectus, & voluntas. antecedens probatur: quia intellectio representat formaliter, & vt *quo* inhærens, sed inhæret intellectui tantùm: ergo.

Probatur tertio, voluntas est potentia libera: ergo cognoscitiua: ergo non distinguitur ab intellectu. anteced. est de fide. Prima consequentia probatur: quia libertas prouenit ex eò quòd potest voluntas sequi, & non sequi obiectum: sed hoc dicit cognitionem, quia in obiecto cognoscatur aliqua ratio boni, aliqua mali: vel saltem non ratio infinita boni. pluribus apud Hurtad. *loco citato*. 3

Sed contra instatur primo, intellectus, & voluntas habent obiecta diuersa: ergo: respondeo, hoc non probare, nisi quandam distinctionem formalem secundùm diuersa officia, quæ exercet eademmet potentia.

Instatur secundo, habitus intellectus, & voluntatis distinguuntur realiter: ergo & potentiæ. negatur consequentia: alioquin nec in eadem potentia distincti habitus esse possent. ratio negationis est: quia habitus fiunt ex actibus: ideò illis adæquantur, non sic potentiæ.

Instatur tertio. intellectus, & voluntas habent diuersum modum operandi: intellectus trahit ad se obiectum: voluntas ad illud quasi trahitur: ergo distinguuntur. respondeo hunc diuersum modum operandi non arguere, nisi diuersitatem formalem: eò quòd non sint diuersi adęquatè: quia operari per modum inclinationis necessariò dicit cognitionem, vt diximus.

Instatur quarto, intellectus dirigit voluntatem: ergo distinguitur. respondeo distinguendo antecedens, dirigit effectiuè, nego, formaliter concedo: scilicet representando obiectum: quare negatur consequentia quia cum hæc directio fiat representando per cognitionem, eidem potentię;

tentiæ; hæc cognitio inesse debet vt diximus; neque obstat idem realiter se ipsum dirigere ad vnum actum, per alium à se elicitum.

371 Tertia conclusio. intellectus vt sic est perfectior, quàm voluntas. est contra Scotum, Henricum. Alensen. Albert. Mag. & alios, est tamen cum D. Thom. 1. *parte quæstio.* 82. *art.* 3. Caiet. *ibidem*, & alijs apud Conimbricens. *quæst.* 2. *cap.* 13. *art.* 2. quos ipsi sequuntur. Probatur primo de se perfectior est actus cognoscitiuus, quàm appetitiuus; ergo vera conclusio. antecedens probatur: quia appetere vt sic, conuenit etiam inanimatis; cum sit per modum inclinationis; at cognoscere tantùm animatis: ergo.

Probatur secundo, intellectus est regula omnium operationum, & actuum voluntatis; & ex cognitione actus est liber, bonus, vel malus: ergo actus intellectus est perfectior. probatur consequentia; quia talis euadit in perfectione actus voluntatis, qualis est actus intellectus.

Sed contra instatur primo, voluntas regulat totum hominem: ergo est nobilior. respondeo voluntati hoc conuenire ratione cognitionis: quia nihil volitum, quin præcognitum, consequenter, nec imperatum: ratione cuius etiam tantùm actus voluntatis sunt boni, vel mali, liberi, &c.

Instatur secundo, voluntas fertur circa obiectum nobilius, scilicet circa bonum; ergo. Respondeo negando antecedens, quia idem obiectum voluntatis materialiter est etiam intellectus: quia omne bonum est verum; licet sub alia formalitate attingatur ab intellectu: quæ tamen formalitas in obiecto intellectus est perfectior, quàm in obiecto voluntatis: quia intellectus fertur in omnem rationem veri distinctè; at voluntas tantùm in bonum vt existens, quia illa appetuntur, quæ parari possunt, huiusmodi autem sunt tantùm bona existentia.

372 Pro multorum autem argum. solutione aduertendum, aliud esse loqui de intellectu, & voluntate secundùm se ipsas compactis; quod ideò dixi in conclusione ly *vt sic*; & aliud prout sumus in hac vita: hoc enim secundo modo comparata perfectior est voluntas; tùm quia habet actus nobilissimos, amoris Dei, ex charitatis habitu, consequenter posse habere etiam habitus perfectiores; at intellectus non potest habere claram Dei visionem; actum sui nobilissimum; tùm quia pro hac vita voluntas fertur in propria obiecta modo sibi connaturali per inclinationem; at intellectus non omnia attingit in se ipsis, cum non attingat per proprias species. plura apud Conimbric. *loco citato*.

Tres actus solent assignari voluntati, correspondentes triplici actui intellectus. Primus simplex complacentia, vel displicentia: scilicet simplex affectus voluntatis, per quem nobis placet, vel displicet obiectum; & dicitur correspondere simplici apprehensioni intellectus. Secundus actus est efficax, & supponit simplicem complacentiam, vel displacentiam, per quem absolutè prosequimur, vel fugimus obiectum; & dicitur correspondere affirmationi, & negationi intellectus. Tertius qui comparetur discursui intellectus, propriè non adest in voluntate, tamen solet assignari actus ille, cum voluntas vult media propter finem; videtur enim quidam discursus, & quod volitio finis sit causa volitionis mediorum, sicut cognitio præmissarum est causa cognitionis conclusionis.

Soluuntur non nulla dubia de anima in statu separationis. Quæstio vltima.

373 Dubitatur primo, an animæ separatæ status separationis sit ei naturalis. respondeo negatiuè cum D. Tho. 1. *parte quæst.* 89. *art.* 1. Caietan. *ibidem*, & alijs admissis à Conimbricens. *disput.* 2. *de anima separata art.* 2. contra Rnu. *de anima separata quæst.* 6. & alios ab illo citatos. ratio est primo, quia anima vtpotè forma essentialiter corporis non habet inclinationem naturalem ad illum statum; ergo non est naturalis; naturalitatem enim sequitur propensio. Secundo duo contradictoria non possunt esse alicui connaturalia; sed esse vnitam est connaturale animæ: ergo non potest ei esse connaturalis status separationis, qui dicit non esse vnitam.

Sed contra instatur. nullum violentum durabile: ergo non potest esse violentum animæ esse extra corpus. Respondeo primo, hoc esse verum de violento, quod infert, aliquam passionem, cuiusmodi non est anima in statu separationis. respondeo secundo non esse in statu violento, si sumatur violentum propriè vt sumitur 3. *Ethicor.* pro eo quod habet in se principium actiuum ad aliud, & in contrarium vrgetur; sic enim anima non est in statu violento: quia non potest se sola corpori vniri ex defectu corporis, quod corruptum non petit naturaliter amplius reproduci; vnde dicit D. Tho. *loco citato* esse in statu præter naturam, non autem violento.

Instatur secundò, si sic, vnio animæ esset naturalis. Respondeo, vt alibi; esse supernaturalem ex parte corporis, non ex parte animæ, quæ semper est actus corporis. alia argum. videri possunt apud Conimbricen.

Dubitatur secũdo, an anima separata habeat naturalem propensionem ad corpus. respondeo affirmatiuè, cum D. Thom. 1. *parte quæst.* 75. *art.* 1. *ad* 6. ratio est, quia appetitus naturalis sequitur esse; & anima separata est eiusdem entitatis, consequenter eundem retinet appetitum; neque ex hoc sequitur, quòd vnio simpliciter sit debita; licet enim sit debita ex parte animæ, non tamen ex parte corporis.

Dubitatur tertio, an anima separata appetitu elicito appetat reuniri corpori. Respondeo cum distinctione; animas beatorum appetere: quia vident sibi futurum maximæ gloriæ: animas verò damnatorum nequaquam, quia vident vice versa sibi futurum maiori pœnæ. 374

Dubitatur quarto, an anima in separatione subeat aliquam mutationem. Respondeo; animam cum propria subsistentia subsistat etiam in corpore: quia à corpore independens in esse, hanc etiam retinere separatam; consequenter non mutari, per hoc, quòd aliquem modum acquirat per se existendi in statu separationis, vt censuit Caietan. 3. *parte quæst.* 6. posse tamen dici, quòd aliquo pacto mutetur, quatenus primo erat vnita, postea nequaquam, non quod amittat modum realem vnionis; per nos enim hic modus non datur; sed tantùm per hoc, quòd primò informabat corpus, postea non informat.

Dubitatur quinto, de cognitione animæ separatæ. Respondeo primo animam separatam retinere, omnes potentias rationales, immò & sensitiua, si sumantur præcisè. Secundo species eorum, quæ non cognouit in hac *vita*, infundi à Deo. Tertio cognitionem obiectorum, & habitus, quos habuit in hac vita; cum hac tamen differentia, quòd cognitiones, & habitus, qui inuoluunt imperfectionem, in animabus beatis sunt perfecti; in damnatis verò remanent in sua imperfectione; atque adeò in beatis non sunt habitus, neque erronei, neque probabiles: item nec habitus fidei, &c. de his omnibus fusius apud D. Thom. *1. parte quæst.* 89. Conimbricens. *toto tract. de anima separata*, & Hurtad. *tota disput.* 18. hæc sufficiant pro hoc tractatu, & pro omnibus lib. de anima. Benedictus Deus.

Quæstiones variæ in Metaphisicam Aristotelis.

Multa discussimus in nostro cursu Philoph. quæ spectabant ad Metaphys. quare nullus certus tractatus in ipsam nunc superest instituendus; sed tantùm quædam disparata, quæ desiderari possunt, disputanda, quod ideò titulum inscripsimus, *quæstiones variæ in Metaphysicam*.

An ens transcendens dicat vnum conceptum formalem. Quæstio Prima.

Quia non est nobis mens, metaphysicum agere, sed tantùm quasdam quæst. discutere, quæ nobis deesse videntur maximè necessariæ ad Theol. neque in Philosof. vllo colore tractari poterant, vtpotè merè Metaphys. ideò neque perfectam methodum in scientijs tradendis seruare statuimus: scilicet præmittendo solita proœmialia, &c. quare hoc vnum admonens metaphysicam, sic dici, vt placuit Auerroi, quasi post physicam: quia post physicas scientias tradi conueniret; siue vltra physicam, vt placuit Alberto Magno. statim quæro, an ens transcendens habeat vnicum conceptum obiectiuum. Pro cuius solutione 375

Notandum primo, citra controuersiam metaphysicam versari circa res, quæ abstrahunt à materia; cum enim triplex

plex detur abſtractio ad ſcientiam conducens, ſcilicet materiæ ſenſibilis à ratione ſingularitatis; & ſpectat ad phyſicam; abſtractio quantitatis, ſeu materiæ intelligibilis; & ſpectat ad mathematicam: denique abſtractio alicuius ab omni materia; & hæc ad aliam ſcientiam ſpectare non poteſt, quàm ad metaphyſic. pluribus apud Pat. Paſqual. *diſput. 7. Metaphyſic. ſectio. 2. num. 12. & 13.* quærit igitur quæſt. ans ens, vt ſic (quod dicitur tranſcendens, quia vagatur per omnia, & abſtrahit ab omni materia, & conſequenter pertinet ad metaphyſicam; ſiuè, vt obiectum adæquatum, vt communiter Doctorum apud eundem P. Paſqual. *diſp. 15. ſect. 1. num. 10.* ſiue vt fundamentum, & prima radix realitatis, vt ipſe *diſp. 17. ſect. 4. num. 2.*) quærit (inquam) an hoc ens dicat vnum cõceptum obiectiuum, vel plures.

Notandum ſecundo ens, de quo quæſt. præſens eſt mota, de quo formali dicere id, quod habet eſſentiam, ampliantes nomen eſſentiæ, non ad naturam completam tantùm, ſed ad id, quo aliquid concipitur conſtitui in eſſe reali, & contra diſtingui à nihilo; & quia hoc aliud eſſe non poteſt, quàm realitas; ens vt ſic dicit id, quod habet realitatem. fuſius apud eundem. *diſp. 15. ſect. 3. 4. & 5.*

Notandum tertio, conceptum formalem, de quo quærimus: an ſit vnus reſpectu entis, eſſe ipſammet cognitionem, qua ens, vt ſic cognoſcitur: ad differentiam conceptus obiectiui, qui dicitur ipſummet ens, vt per talem cognitionem cognoſcitur: & dicitur formalis: quia tanquam quædam forma intellectui inhæret; vt etiam alibi innuimus. ſenſus igitur quæſt. eſt, an cognitio, qua ens, vt ſic ſecundùm ſuam communitatem cognoſcitur, ſit vna contradiſtincta à conceptibus formalibus, quibus cognoſcuntur inferiora entis, ſubſtantia ſcilicet, accidens, &c. his notatis.

376 Vnica concluſio. conceptus formalis entis eſt vnus. hęc concluſio eſt D. Thom. Scoti, & communis apud Suarez, *diſp. 2. ſect. 1. num. 9.* & Paſqual. *diſp. 33. ſect. 1. num. 5.* contra Caiet. Fer. & Fonſecam. Probatur primo, conceptus formalis, quo concipitur ens vt ſic, non eſt conceptus ſubſtantiæ, accidentis, & cęterorum inferiorum: ergo eſt vnus. antecedens vnuſquiſque in ſe experitur, dum concipit ens, non concipere ſubſtantiam, aut accidens: ſubſtantia enim, & accidens, dicunt oppoſitum modum exiſtendi: conſequenter non poſſunt vnico conceptu eſſentialiter repræſentari. conſequentia probatur. eſſe vnum dicit eſſe indiuiſum in ſe, & diuiſum à quocunque alio: ergo ſi conceptus entis non eſt alterius, eſt diuiſus ab alijs: igitur indiuiſus in ſe: ergo vnus.

Probatur ſecundo, ſi conceptus formalis entis non eſt vnus, ſed multiplex: vel per vnum repræſentatur quod per alium, vel non. Si primum; ergo ſunt ſuperflui tot conceptus, cum per vnum habeatur quod per cęteros: ſi ſecundum: ergo erunt diuerſæ rationes repræſentatæ: ergo erunt cõnceptus illarum rationum, vt ſic: ergo dicendum conceptum formalem entis eſſe vnum.

Confirmatur, quia audito nomine entis, non diſtrahitur animus, ad plura, ſed ad vnum quid: ſicut cum auditur animal, homo, &c. ergo. plures rationes habet Suarez *diſput. 2. ſect. 1.* & Paſqual. *loco citato.*

377 Solùm ex aduerſarijs poſſet inſtari. ens non eſt vniuocum, ſed analogum: ergo non habet vnum conceptum formalem. conſequentia probatur: quia ratio analogi non eſt vna, ſed multiplex: quia primario dicitur, & propriè de principali analogato, ſecundariò & impropriè, de cęteris: conſequenter illa ratio non poteſt vnico conceptu exhauriri: ergo conceptus formalis entis non eſt vnus. Reſpondeo quidquid ſit de anteced. de quo infra, negando conſequentiã, quia vt notat Suarez, *num. 13.* ex D. Thom. *in 1. diſt. 19. quæſt. 5. art. 2. ad primum* dantur aliqua analoga attributionis, quæ ſignificant formam non ſolùm in primo analogato, ſed in omnibus: & huius generis eſſet ens, ſi eſſet analogum: vnde illa ratio entis in omnibus exiſtens, per omnes entis ſignificata eſſet vna, vnicoque conceptu poſſet repreſentari.

An ens dicat vnum conceptum obiectiuum.
Quæſtio Secunda.

378 Idem auctores, qui ſupra negauerunt vnum conceptum formalem enti, negant etiam ei vnum obiectiuum, vt eſt videre apud Suarez, *diſp. 2. ſect. 2. num. 4.* differunt tamen hi auctores, in explicando, quid correſpondeat enti vt ſic; aliqui enim volunt correſpondere omnia genera entis, quatenus aliquo pacto conueniunt; alij hoc diſiunctum, *ſubſtantia, vel accidens;* alij omnia entis genera ſimpliciter, ſine vlla diſiunctione. alij alio modo loquuntur. videatur Suarez. & Paſqual. *diſput. 34. ſect. 1.* Pro noſtra ſententia.

Prima concluſio. ens tranſcendentale dicit vnum conceptum obiectiuum. eſt Scoti, & Scotiſtarum, & ferè omnium, qui ponebant vnum conceptum formalem entis, & eorum, qui dicunt, ens vniuocum ad inferiora, vt eſt videre apud eundem Paſqual. *num. 4.*

Probatur primo, ens habet vnum cõceptum formalem entis; ergo etiam vnum obiectiuum. conſequentia probatur: quia conceptus formalis, debet commenſurari obiectiuo, cum ſit intrinſecè expreſſiuus obiectiui; ergo ſi datur vnus formalis, datur & vnus obiectiuus.

Confirmatur, quia quod per conceptum entis repreſentatur, non eſt aliqua ratio expreſſa inferiorum, ſed eſt vnica tantùm ratio, quà ad ſummum inferiora implicitè continentur; ergo eſt vnus conceptus obiectiuus, ſcilicet illa ratio communis.

Probatur ſecundo, in re omnia inferiora entis conueniunt propriè in aliqua ratione communi, ergo ens habet vnum conceptum obiectiuum. anteced. probatur: quia, vt diximus, omnia, quæ dominantur entia, verè dicunt realitatem, quæ per hoc nomen importatur, vt diximus. conſequentia probatur; quia intellectui poteſt obijci tantùm illa vna ratio communis, in qua conueniunt.

Confirmatur, ideò animal dicit vnum conceptum obiectiuum, quia dicit aliquid in omnibus inferioribus, in quo 379
conueniunt; ſed etiam ſic ſunt inferiora entis, ergo ens habet vnum conceptum obiectiuum.

Probatur tertio, ſi ens non habet vnum conceptum obiectiuum; ſed dicit plura; vel dicit ſubſtantiam, & accidens diſiunctiuè, vel copulatiuè, vel nec diſiunctiuè, nec copulatiuè, vel dicit omnia decem genera prima, in quæ diuiditur: hi enim ſunt modi, quibus loquuntur auctores negantes vnitatem conceptus obiectiui, ſed nullo ex his modis loqui poſſumus: ergo ens dicit vnum conceptum obiectiuum. maior probatur, quia omnes cenſent veras has propoſitiones, *ſubſtantia eſt ens, accidens eſt ens*, ſed ſi ens importat diſiunctiuè ſubſtantiam, & accidens. ſenſus igitur primæ propoſitionis erit. *ſubſtantia eſt ſubſtantia.* ſecundæ *accidens eſt accidens*, quod eſt formare propoſitiones nugatorias. ſi ſubſtantia, & accidens importantur copulatiuè; ergo ſenſus illarum propoſitionum erit. *ſubſtantia eſt ſubſtantia, & accidens. accidens eſt ſubſtantia, & accidens*, quæ ſunt falſæ; pariter ſi ſumantur ſine diſiunctione, aut copula, & pariter ſi dicantur per ens importari omnia decem genera; propoſitiones euadent falſæ vt patebit diſcurrenti; ergo.

Cõfirmatur, quia quislibet audito nomine entis non intelligit ſubſtantiam, aut accidens, aut decem prędicamenta, ſed vnam rationem communem omnibus entibus, &c.

Probatur quarto, intellectus vnicam habet rationem formalem ſui obiecti adæquati, quæ in omnibus inadæquatis reperitur; ſed hæc eſſe non poteſt niſi ens; ergo ens vt ſic dicit vnum conceptum obiectiuum. maior patet per ſimilitudinem ad cęteras potentias. minor probatur: quia hoc obiectum adæquatum, non eſt ſubſtantia, non accidens, & ſic de cęteris entibus particularibus, &c. quia alioquin non niſi ſubſtantia, vel accidens, vel illa entia attingi poſſent, cum nulla potentia ferri poſſit extra ſuum obiectum: ergo non remanet, quod aliud eſſe poſſit, quàm ens vt ſic. 380

Sed contra inſtatur primo; ergo decem prima genera non eſſent primo diuerſa: quia in aliquo communi conuenirent. contra Ariſtotel. *3. Phyſ. tex. 4.* reſpondeo negando conſequentiam; quia Ariſtotel. per ly *diuerſa* intelligit de illa diuerſitate, qua differunt aliqua, tanquam prima genera dicentia certos modos eſſendi: ad quod nõ officit, quòd conueniant in ratione communi entis. fuſius apud Paſqual. *ſect. 3. num. 3.*

Inſtatur ſecundo, ens eſt idem cum ſuis inferioribus: ergo non habet vnum conceptum obiectiuum. reſpondeo negando anteced. explicitè, & formaliter: quia ens vt ſic,

non

non dicit explicitè, quod dicit nec substantia, nec accidẽs, vt magis patebit *quæst. sequenti*.

Instatur tertio, ex Aristot. 4. *Metap. cap*. 2. vbi videtur velle eodem modo ens dici de priuationibus, negationibus, &c, ac de alijs entibus; sed priuationi, & enti positiuo nihil potest esse commune; ergo neque cæteris entibus; ergo ens non dicit vnum conceptum obiectiuum. Respondeo, Aristot. ibi tantùm docere, omnia entia dici per ordinem ad vnum, sicut omnia sana per ordinem ad vnam sanitatem; & ideò spectare omnia entia ad vnam scientiam, sicut ad vnam scientiam, omnia sana reducuntur. hoc autem non est contra nos. alia argumen. adduci possunt; sed quoniam tangunt quæstio. sequentes primo illæ soluendæ.

Quomodo conceptus obiectiuus entis præscindat ab inferioribus. Quæstio Tertia.

381 NOtandum primo cum quæritur, quomodo conceptus entis præscindat ab inferioribus, de duplici præcisione posse esse quæst. primo de præcisione reali; an scilicet ante opus intellectus ens, vt sic præscindat à particularibus entibus. Secundo de præcisione secundùm rationem.

Notandum secundo, præcisionem secundùm rationem duplicem esse adæquatam, & inadæquatam. adæquata est cum conceptus duo, prout subsunt abstractioni, se mutuo excludunt, nec inuicem continentur, neque explicitè, neque implicitè. inadæquata, cum non omnino se excludunt, & si vnus ab alio præscindat, sed aliquo pacto inuicem includuntur; & cum possit esse, quòd vnus conceptus nullo pacto alium contineat, & si aliquo modo ab illo contineatur, fit, quòd præcisio aliquando potest esse adæquata, ex parte vnius conceptus, & si sit inadæquata ex parte alterius. his notatis.

Prima conclusio. conceptus obiectiuus entis non abstrahit à conceptibus inferiorum secundùm rem, est contra Scotum, & Scotistas, qui dicuntur docuisse, ante intellectum, ens vt sic distingui ex natura rei, ab inferioribus; sed distinctio ex natura rei secundùm ipsos videtur maior distinctione per intellectum, consequenter realis. est tamen cum Diu. Thom. 1. *contra Gentiles cap*. 26. *ratione* 4. Caiet. Fer. Capreol. Suarez, & alijs apud Pasqual. *disp*. 36. *sect*. 2.

Probatur primo, inferiora entis sumpta secundùm suam formalissimam rationem non excludunt ens, ergo à parte rei nulla est distinctio. anteced. probatur, quia illa formalissima ratio est ens; alioquin non contradistingueretur à nihilo, nec contradistinguitur nisi per ens. consequentia etiam probatur; quia distinctio ponit membra, supra quæ cadit, vnum extra aliud.

382 Probatur secundo, formalitas entis, & talis entis fundantur in eadem entitate, immò sunt ipsamet entitas; ergo ante opus intellectus non distinguuntur. antecedens etiam ab ipsis Scotistis admittitur; alioquin esset distinctio entitatiua, non formalis ex natura rei. consequentia probatur. distinctio ante opus intellectus distinguit quod habet entitatem, ita vt distinctio cadat supra entitatem eius, quod ab alio distinguitur; distinguit enim aliquid reale, ergo formalitas entis, & talis entis, si eandem dicunt entitatem, non distinguuntur à parte rei; quia non habẽt, quo distinguantur.

Sed contra hanc conclusionem instatur primo, ratio entis eadem est in intellectu, quæ in re, sed in intellectu non est ratio substantiæ, accidentis, &c. ergo neque à parte rei; ergo distinguitur. respondeo esse eandem rationem entis, sed diuerso modo: quia à parte rei, est contracta per rationes inferiorum: in intellectu, cuius est concipere distincta etiam, quæ non sunt, est sine contractione.

Instatur secundo, ratio entis est separabilis, à rationibus inferiorum; ergo est distincta. respondeo negando anteced. quia ratio entis, prout est à parte rei in substantia, non est separabilis; quia vt sic dicit esse substantiam; est quidem separabilis ratio entis vt sic, vt stat sub intellectu: quia potest competere etiam accidenti, sed tunc non est sumere rationem entis à parte rei, quomodo deberet procedere argum. quoties enim est sermo de illa à parte rei, semper sermo cadit supra illam contractam, quod est dicere supra inferiora.

Instatur tertio, substantia non est substantia, quò est ens, sed alia ratione: ergo ratio substantiæ, & entis distinguuntur, cum diuersos effectus formales præstent. respondeo à parte rei, quo est ens, est etiam substantia, non verò per intellectum: quia ens, vt stat sub intellect. tantùm, dicit rationem communem entis, non contractam, quo pacto non est substantia formaliter, sed nunc non est sermo de re à parte rei, quod debet intendere argum. vt vno verbo alia argumen. comprehendam, quæ videri possunt apud Suarez *disp*. 2. *sect*. 3. *num*. 12. aduerto, aliud esse loqui de ente, vt stat sub præcisione intellectus, vt sic enim. cum sit quid commune, dicit respectum ad omnia inferiora, per quæ, dum contrahitur, secum fert quidquid ei erat essentiale; neque dum per vnum contrahitur, impeditur, quin possit etiam esse in alio; immò debet propter suam communitatem, & quia non nisi inadæquatè in quolibet inferiori, seorsim sumpto contrahitur; & aliud vt sunt à parte rei: quia vt sic dicitur iam contractum; quo pacto omnino immergitur entitati rei, & cum illa conuertitur. ferè omnia argumenta, vt etiam Suarez aduertit, peccant in æquiuocando ab vno statu ad alium. 383

Secunda conclusio, conceptus entis, quantum est ex se, abstrahit adæquata, à conceptu inferiorum. censetur ab aliquibus apud Pasqual. *disp*. 35. *sect*. 1. contra Diu. Thom. 1. *parte quæst*. 13. *& quæst*. 7. *de potentia*. est quidem contra Alexan. Philop. Fer. Aureolum, & alios quam plures; conformis tamen Scoto. Antonio Andreæ. omnibus Scot. Iauello, & alijs apud eundem *num*. 5. Probatur primo conceptus obiectiuus entis prædicatur, tum de substantia, tum de accidente; ergo est adæquatè præcisus. anteced. patet. consequentia probatur, quia si ratio inferiorum contineretur in conceptu entis, ergo dum prædicatur ratio entis de substantia, vel de accidente, aliquid substantiæ diceretur de accidente, & aliquid accidentis de substantia. quod est falsum: ergo est adæquatè præcisus.

Dices. vtramque rationem substantiæ, & accidentis inuolui in conceptu entis, & cum prædicatur de substantia, prædicari tantùm secundum rationem substantiæ inclusæ. sed contra id, quod prædicatur, est ille conceptus obiectiuus, vt subest præcisioni: ergo si vt sic, inuoluit vtramque rationem, secundùm vtramque prædicaretur. 384

Confirmatur, quia sicut cum prædicatur homo de Petro, prædicatur etiam implicitè animal, & rationale: quia conceptus hominis implicitè inuoluit animal, & rationale, ita esset de conceptu entis, si inuolueret substantiam, & accidens.

Probatur secundo, conceptus substantiæ, & accidentis, non sunt rationes simplices; ergo conceptus obiectiuus entis est adæquatè præcisus. antecedens probatur, quia ratio substantiæ est contractiua, & per ipsam distinguitur substantia ab accidente, cum in ratione entis conueniant. consequentia probatur. intellectus potest hanc rationem vniuersalissimam entis separare, illam tantum concipiendo, sed hæc est conceptus obiectiuus entis: ergo conceptus obiectiuus entis est adæquatè præcisus.

Confirmatur, quia si conceptus obiectiuus entis non esset adæquatè præcisus, inuolueret rationes inferiorum; sed eò ipso quòd concipitur ratio entis cum ratione inferiorum, est ratio entis determinati, ergo ratio entis vt sic perfectè, & adæquatè abstrahit.

Tertia conclusio. conceptus obiectiuus inferiorum entis est tantùm inadæquatè præcisus à conceptu obiectiuo entis. est Pasqual. *eodem loco sect*. 5. 385

Probatur primo, in conceptu proprio inferiorum remanet implicitè ratio entis: ergo non distinguuntur, nisi inadæquatè. consequentia patet *ex notab*. anteced. probatur primo, quia inferiora secũdùm propriam rationem distinguuntur à nihilo: ergo inuoluunt rationem entis, quia solum ens distinguitur à nihilo.

Probatur secundo, cum duo conceptus adæquatè præscindunt ad inuicem, possunt mutuo negari; non sic accidit inter conceptum entis, & inferiorum: ergo. maior probatur: quia propter adæquatam præcisionem valet. *rationalitas non est animalitas*, & iurè, sicut adæquata distinctio secundùm rem ponit, vt realiter vnum possit de alio negari: ita adæquata distinctio secundùm rationem, vt vnus conceptus possit de alio negari. minor probatur: quia non valet ratio substantiæ vt sic non est ens.

Sed

Sed contra has vltimas cõcluſiones inſtatur primo, ens imbibitur in omni, quod habet eſſe; ergo non poteſt adæquatè præſcindere. probatur conſequentia; quia facta præciſione ab inferioribus adhuc remanent ens; ergo conceptus entis, vt ſic inuoluit ſaltem implicitè inferiora. Dato antecedente negatur conſequentia, ad probat. facta præciſione adhuc remanere ens, ſcilicet ſi concipiantur, cum ratione entis, ſed modo diuerſo, quæ enim primo fuit concepta in communi, tunc coarctata ab inferiori; quo caſu bis concipitur ratio entis; primo vt ſit, poſtea implicitè in inferiori: & hoc, quia ens eſt de intrinſeca ratione inferiorum, non è contra; hoc autem aliud non infert, niſi quod inferiora non præſcindant adæquatè ab Ente, quod nos docuimus 3. *cõcluſione*. ex quo patet idem non præſcindere à ſe ipſo; quia illa ratio entis, quæ dicitur implicitè inuolui in inferioribus, eſt illa, quæ præſcinditur per conceptum entis; quando enim dicuntur inferiora eſſe entia, ſemper inuoluitur conceptus obiectiuus entis, qui ſecundùm ſe abſtrahit.

386 Inſtatur ſecundo, ſicut ſe habent inferiora ad ens, ita ens ad inferiora; ſed inferiora non adæquatè præſcindunt ab ente: ergo neque ens ab illis. Reſpondeo negando antecedens, quia ens ſe habet ad inferiora, tanquam quid tranſcendens, & contrahibile, non ſic inferiora ad ens, & ratione huius diuerſitatis negatur conſequentia: quia cum ens non ſibi intrinſecè poſtulet aliquid ex inferioribus; eò ipſo quòd concipitur præciſè, nec vllum ex illis inuoluit, nec implicitè, nec implicitè; non ſic inferiora vt diximus. pro quo aduertendum diſtinctionem ſecundùm conceptus, non eſſe, ſicut diſtinctio realis: quia ſi vnum extremum adæquatè ab alio diſtinguitur, & illud ab illo: at cum diſtinctio per conceptus, dicat tantùm conceptionem vnius, non concepto alio, poteſt vnum ita ſe habere ad aliud, vt non inuoluatur, dum concipitur, quia non ſibi intrinſecum, vtpotè indifferens ad plura, licet aliud vice verſa non poſſit ſine illo concipi, quia illud ſibi aſciſcit, tanquam intrinſecum; & ideò poteſt contingere præciſio adæquata, ſed non mutua, neque vlla implicantia, vt aduertit etiam Paſqual. *ſect.* 2. *num.* 1. alia argumenta afferri poſſent ſed tangunt quæſt. ſequentes ideò differo.

Quomodo ens contrahatur ad inferiora.
Quæſtio Quarta.

387 Ens eſt quid tranſcendens, & imbibitum in omnibus, quæ habent eſſe, vt dicebamus; ſi igitur, vt ſic dicit vnum conceptum obiectiuum, difficultas eſt, per quid, & quomodo contrahatur ab inferioribus: quia ratio contractiua debet eſſe extranea contrahibili, alioquin idem contraheret ſe ipſum; at cum quælibet ratio contractiua, eò ipſo, quòd eſt quid reale, ſit ens, non videtur poſſe ens contrahere, quin idem ſe ipſum contrahat, ideò quærimus quomodo fiat hæc contractio.

Tractant hanc quæſt. ex profecto Suarez *diſp.* 2. *ſect.* 6. & Paſqual. *diſp.* 37. qui varias ſententias afferunt, & impugnant, & propriam adijciunt; illa tamen Suarez efficaciſſimis rationibus vrgetur à Paſqual. quare omnibus omiſſis adhæreo ipſi Paſqual. *ſect.* 3. pro qua

Notandum primo contractionem, de qua eſt ſermo, aliud non dicere, niſi vnum conceptum per additionem alterius reſtringi à maiori ad minorem latitudinem, quæ reſtrictio eò ipſo intelligitur effecta, quando intelligitur conceptum, minus patentem communicatum eſſe alteri, qui magis patebat.

Notandum ſecundo, rationes inferiorum entis, vt ſup. rationem ſubſtantiæ ſecundum eſſe explicitum, non dicere rationem entis, ſed tantùm implicitè; neque rationem entis, rationem ſubſtantiæ, quòd ideò non adæquatè ex vtroque extremo præſcindunt; ſed inadæquatè ex parte inferiorum, propter implicitam incluſionem entis. modo ſit

388 Vnica concluſio. ens contrahitur ad inferiora per conceptum ipſorum ſecundum id, quod conceptus inferiorum dicunt explicitè. Probatur ad hoc, vt fiat hæc contractio ſatis eſt, ſi fiat compoſitio metaph. ex vtroque conceptu, ſed poteſt fieri: ergo. Maior patet *ex notab.* minor probatur, conceptus ſubſtantiæ ſecundùm id, quod dicit explicitè eſt extra rationem entis, ergo poteſt illi coniungi, & componi; ſed ratio entis eſt ratio vniuerſaliſſima, ratio ſubſtantiæ, & inferiorum minus patent: ergo fit compoſitio Metaph. ergo vera concluſio.

Probatur ſecundo, conceptus inferiorum non ſunt cõceptus ſimplices; alioquin conceptus obiectiuus entis nõ eſt perfectè vnus contra ſuperius dicta: ergo ſunt plures conceptus ſimul coniuncti, ſed vnus, nempè entis, eſt magis patens, alter nempè inferiorum minus, ergo dum vniũtur magis vniuerſalior contrahitur: ergo vera concluſio.

Sed contra inſtatur primo, ratio contractiua eſt ens: ergo non poteſt contrahere; quin idem contrahat ſe ipſum. Reſpondeo diſtinguendo antecedens ratio contractiua, qua contractiua, eſt ens, negatur: quia contrahit ſecundùm id, quod dicit explicitè, quomodo non dicit ens. ratio contractiua eſt ens implicitè. concedo. & hoc ſatis eſt, vt quatenus contractiua ſit quid poſitiuum, contradiſtincta à nihilo, &c. ens autem, quod dicit implicitè, eſt illud, quod contrahitur propter tranſcendentiam eius: quare negatur conſequentia, neque ſequitur idem contrahere ſe ipſum ratione dicta.

Inſtatur ſecundo, ratio communis debet excludi à ratione contractiua, vt patet, in omnibus rationibus communibus, quæ contrahuntur, non ſic rationibus contractiuis entis, quia ſemper ſunt ens: ergo non poſſunt contrahere. Reſpondeo rationem communem debere excludi ſecundùm id, quod contrahitur, & ſic accidit, quia ratio ſubſtantiæ abſtrahit ſecundùm id, quod dicit explicitè, quo modo non dicit rationem communem entis, ſed in hac compoſitione concipitur, quantum eſt de ſe, tanquam non dicens, vnde ſubſiſtat in eſſe reali, ſed hoc recipiens ab ente, quod coarctar, tantùm conferens determinationem eſſendi ipſi enti, quod verò implicitè eandem dicat, quod non accidit in cęteris rationibus communibus, eſt, quia ens eſt tranſcendentale dans realitatem omni enti, non ſic cęteræ rationes communes reſpectu ſuorum inferiorum. alia argumenta habet Paſqual. ſed omnia eodem fundamento nituntur. videantur apud ipſum *diſp. citata*, vbi cum pari acumine, ac doctrina hanc ſententiam ſubſtinet, immò eam facit D. Thom. *quæſt.* 1. *de veritate art.* 1. 389

Quomodo ens prędicetur de inferioribus.
Quæſtio Quinta.

Ens prædicari de omnibus, quæ eſſe participant, nullum eſt dubium. dubium eſt, eò quod omnia entia, 390
ſcilicet ſubſtantia, accidens, &c. verè participant intrinſecè formam, ſcilicet realitatem, & eandem per nomen ens vt ſic, ſignificatam, qua ratione ens non poteſt eſſe æquiuocum, cuius eſt tantùm nomen commune, dubium inquam eſt, an prędicetur de inferioribus vniuocè, vel analogicè, eſt quæſtio famoſiſſima in ſcholis.

Prima ſententia tradit dici analogicè. ita Diu. Thom. 1. *parte quæſt.* 13. *art.* 5. 4. *Metaph. lect.* 1. *primo contra Gentiles, capit.* 2. Sequuntur omnes Thomiſt. quibus adhærent multi ex recentioribus Fonſ. 4. *Metaph. cap.* 2. *qu.* 1. *ſect.* 5. Suarez, *diſp.* 32. *ſectio.* 2. Alberti *tom.* 2. *principio* 1. *Philoſ. diſp.* 1. *quæſt.* 7. Ruu. Auerſa, & alij apud Paſqual. *diſput.* 39. *ſectio.* 1.

Secunda ſententia vult ens prædicari vniuocè. ita Scotus *in* 1. *diſt.* 3. *qu.* 1. *&* *diſt.* 8. *quæſt.* 3. quem ſequuntur omnes Scotiſtæ Trombeta. Anto. Andr. & nominales, & alij apud eundem Paſqual. *eodem loco*, *num.* 4. quos ipſe egregiè ſubſtinet, & pluribus rationibus confirmat. pro deciſione.

Supponendum, ens tranſcendentale ſecundùm omnes, non poſſe eſſe genus ad inferiora. quod docuit Ariſtotel. 3. *Metaphyſ. tex.* 10. ratio eſt: quia genus debet eſſe pars metaph. omnino contradiſtincta à differentia contractiua, cuiuſmodi non eſt ens, quod imbibitur in omnibus differentijs; per quod tamen non tollitur, quin, niſi aliud obſtet, ſit vniuocum: quia vt concedit etiam Suarez *loco citato num.* 10. poteſt dari aliquod prędicatum, quod ſit vniuocum, quia dicat vnum conceptum æquè ab omnibus participatum, in quo conſiſtit ratio vniuoca, & tamen non perfectè abſcindat ab inferioribus contrahentibus, quod requiritur ad genus: quia vt benè aduertit Paſqual. *ſect.* 2. *num.* 3. hæ duæ rationes ſunt ſeparabiles; immò genus debet dicere vnam naturam completam inchoamentum alicuius naturæ determinatæ, quæ ratio etiam præſcindit ab ea,

ea, quam dicit vniuocatio. igitur per hoc, quòd ens non ſit genus, non illicò ſequitur, quòd non ſit vniuocum, niſi aliud obſtet. hoc ſuppoſito.

391 Notandum primò, cum omnia inferiora entis intrinſecè participent rationem entis, quia intrinſecè contradiſtinguuntur à nihilo, ens non poſſe eſſe ex illis analogis, quæ dicunt formam tantum in primo analogato, quæ etiã æquiuoca appellantur, ſed dubium eſt, an ſit ex illis, quæ & ſi dicunt formam in omnibus analogatis, tamen illa forma participatur inæqualiter, cum ordine, & diuerſitate, ſeu vt dicunt cum proportione.

Notandum ſecundo, ens poſſe dupliciter conſiderari primo, ſecundum rationem vniuerſaliſſimam entis, & abſtractiſſimè. Secundo vt dicit modum eſſendi, vt ſic in communi. Primo modo dicit tantùm rationem, ſecundùm quam contradiſtinguitur à nihilo. Secundo modo dicit etiam rationem, qua aliquid habet eſſe. his notatis

Prima concluſio. ens preciſiſſimè ſumptum prædicatur de inferioribus vniuocè. probatur primo, ens dicit vnum conceptum perfectè vnum ex dictis; ergo dicitur vniuocè, antecedens ex ante dictis patet. conſequentia probatur: quia ſi eſt perfectè vnus: ergo eodem modo participatur ab omnibus, alioquin, ſi aliquid diceret in vno, quod non in alio, non eſſet perfectè vnus: ergo eſt vniuocus, quia ſola inæqualitas afficit vniuocationi.

392 Reſpondet Suarez *ſectio. 2. citata num.* 15. conceptum entis prius inueniri in ſubſtantia, quàm in accidente: quia in accidente eſt dependenter à ſubſtantia, & ideò non dici vniuocè. ſed contra, quia ratio entis, cum ſit in ſe ipſa vna, nullam includit diuerſitatem; alioquin non eſſet verè vna; ideò non poteſt inæqualiter participari per prius, & poſterius, conſequenter quantum eſt ex conceptu entis, vt ſic eodem modo deſcendit ad ſubſtantiam, ac ad accidens: ergo vniuocè: quia vniuocatio non tollitur, niſi per analogiam, quæ non eſt, vbi non eſt diuerſitas.

Probatur ſecundo, quando inæqualitas prouenit ex rationibus limitatiuis, ſeu coarctatiuis, non tollitur vniuocatio, vt patet in animali reſpectu hominis, Leonis, &c. quod ideò dixit Ariſtotel. 7. *Phyſ. tex.* 31. etiam ſub genere vniuoco latere æquiuocationem; non tamen tollitur eius vniuocatio; quia illa æquiuocatio eſt ratione rationum contrahentium; ſed ſic eſt in ente reſpectu inferiorum; ergo non tollitur vniuocatio. minor probatur: quia ſubſtantia eſt ens perfectius, quàm accidens, quia ens per ſe; ſed hoc habet non vt ens eſt, ſed vt ſubſtantia, quæ eſt ratio coarctatiua: ergo.

Dices, ens vt ſic inuolui, in ratione ſubſtantiæ conſequenter, ſi ratione ſubſtantiæ eſt diuerſitas in ente, etiam ratione entis eſt ipſa diuerſitas. contra primo quia, ſi quid probaret, probaret etiam accidens, & ſubſtantiam non conuenire in ente, quia non conueniunt in ratione ſubſtantiæ, & accidentis. Contra ſecundo quia conceptus ſubſtantiæ ſecundùm quod dicit explicitè ponit diuerſitatem, non ſecundùm rationem entis, quod eſt dicere ſecundum rationem limitatiuam; alioquin accidens, & ſubſtantia non conuenirent in ente, quod nemo dicit.

393 Probatur tertio, ratio entis eſt, & in ſubſtantia, & in accidente: ergo eſt vniuoca conſequentia probatur: quia quodlibet prædicatum dicit ſuam quidditatem, quæ conſiſtit in indiuiſibili; ergo non poteſt participari niſi æqualiter, ſed hoc eſt ponere vniuocationem; ergo; nec valet effugium: rationem entis non dicere vnam eſſentiam; quia iam probauimus dicere vnum conceptum obiectiuum perfectè vnum, &c. alias rationes habet Paſqual. *ſect.* 3. à quo etiam allatas ſelegi.

Secunda concluſio. ens ſumptum, vt dicit modum eſſendi, ſeu rationem limitatiuam dicitur analogicè de ſuis inferioribus.

Probatur, quia modus eſſendi habetur ex vi rationum contrahentium, ergo vera concluſio. probatur conſequentia, quia omnes rationes contrahentes aliquo pacto conueniunt, dum determinãt ens; ſed non æquè determinant: quia perfectius in ſubſtantia, cum per ſe ſubſiſtat, quàm in accidente, quod petit alteri inexiſtere; ergo inæqualiter participatur ens, vt dicit modum eſſendi; ergo analogicè. omnia patent.

Hic aduerto. quod aduertit etiam Paſqual. *ſect.* 3. *num.* 1. quòd modus eſſendi vt ſic non dicit conceptum vnum præciſum; ratio eſt: quia modus eſſendi dicit ens determinatum ad eſſendum; ſed ſtatim ac intelligitur determinatum ad eſsẽdum, intelligitur determinatum ad certum modum eſſendi; quia ideò determinatur ad eſſendum, quia habet talem modum; ſed modus eſſendi, alius eſt in ſubſtantia, cum ſit eſſe in ſe ab illo, quem dicit accidens, ſcilicet eſſe in alio: ergo non dicitur vnus conceptus præciſus perfectè vnus.

Sed contra primam concluſionem inſtatur primo, ens inæqualiter participatur: quia prius dicitur de ſubſtantia, quàm de accidente: ergo non eſt vniuocum. reſpondeo 394
diſtinguendo anteced. ens præciſè, negatur cum ſua probatione propter rationes allatas pro noſtra ſententia; ens inuoluens modum eſſendi, conceditur anteced. & hac diſtinctione ſoluuntur multa argumẽta Thomiſtarum, quorum aliqua affert Fonſ. *ſectio.* 4. immò hac diſtinctione ſaluantur auctor. Ariſtot. quoties dixit, ens dici analogicè vt 4. *Metaph. cap.* 2. & alibi

Inſtatur ſecundo, in omnibus vniuocis datur ratio, qua conueniant, & ratio, qua differant, ſed hoc nequit aſſignari in inferioribus entis: quia illæ etiam rationes, quibus differre dicentur, ſunt entia. Reſpondeo inferiora entis differre per rationes contractiuas, quæ ſunt entia; ſed non quatenus entia faciunt differre; ſed quatenus præciſè, & explicitè dicunt rationem limitatiuam, quòd ideo dicuntur ſe totis differre: quia differunt ſecundùm omne id, quo non conueniunt, tanquam in tranſcendentali.

Inſtatur tertio, vnum vniuocatum non includit aliquid in ratione vniuoca, quod non includant cætera vniuocata; ſed accidens, quatenus ens dicit dependentiam ad ſubſtantiam, ergo ens non eſt eis vniuocum. hoc argum. magni fit à Fonſ. reſpondeo diſtinguendo minorem, accidens quatenus ens vt ſic, negatur; quatenus ens determinatum ad modum eſſendi, conceditur. ſed tali pacto, nec per nos ens eſt vniuocum. ecce magnum argumentum nullo negotio ſolutum. alia argumenta videri poſſunt apud Paſqual. ſed adhibita allata diſtinctione, & quòd non omnis vniuocatio ſit conſtitutiua generis, vt in noſtro ſuppoſito adnotauimus: facilè ſoluentur.

Quæres quanam analogia ens inuoluens modum eſſendi dicatur de inferioribus. ratio difficultatis eſt: quia ana- 395
logia duplex eſt. alia dicitur attributionis. alia proportionis. analogia proportionis eſt, cum aliqua forma per nomẽ ſignificata eſt in omnibus analogatis, cum quadam tamen proportione, quòd ideò vno nomine ſignificantur. analogia attributionis eſt, cum forma per nomen ſignificata non ineſt neceſſariò analogatis; ſed tantùm principali, & cætera eodem nomine appellantur per attributionem ad illud, quod ideò dicuntur per attributionem ad formam extrinſecam. alij aliter explicant vt eſt videre apud Fonſ. *ſect.* 6. & Paſqual. *diſp.* 40. modò reſpondeo cum eodem Paſqualig. ens contractum ad modum eſſendi dici analogicè analogia proportionis, & etiam aliquo pacto attributionis. dicitur analogia proportionis, quæ in hoc conſiſtit, quòd ſicut modus eſſendi ſubſtantiæ conſtituit vnam naturam completam per ſe ſubſiſtentem, ita modus eſſendi accidentis vnam conſtituit naturam, ſed tamen alteri inexiſtentem, ſcilicet ſubſtantiæ, & ei proportionatur; ideò ad variationem ſubſtantiæ variatur etiam accidens, cum ſit eius affectio. dicitur etiam aliquo pacto analogia per attributionem ad formam extrinſecam; quæ ſic poteſt explicari; quòd modus eſſendi accidentis ſit ſignum, quo nobis innoteſcit modus eſſendi ſubſtantiæ; ſeu quia eſt cauſa ſaltem diſpoſitiua ad ſubſtantiam producendam; ſicut vrina dicitur ſana, quia eſt ſignum, medicina, quia cauſa ſanitatis. vide Paſqual. *loco citato*, & ideò Ariſtotel. entis analogiam nobis explicauit 4. *Metaph. cap.* 2. exemplis *ſani*, quod dicitur de medicina, vrina, &c. De analogia aliqua diximus *primo anno in prima paret. introduct. cap.* 3. ex dictis in hac, & præced. quæſt.

Deducitur contra Scotum in 1. *diſt.* 3. *quæſt.* 3. & alibi, 396
& contra Scotiſtas, etiam vltimas differentias, modos eſſendi, & paſſiones entis includere ens, & de ipſis non aliter, ac de cæteris dici, quod docuit etiam Ariſtotel. 3. *Met. cap.* 3. & ſequuntur D. Thom. 1. *contra Gentil. quæſtio.* 25. 1. *parte quæſt.* 3. *art.* 4. & eſt communis. ratio eſt; quia ſi vltimæ differentiæ, & modi eſſendi ſunt contractiui entis, tanquam quid poſitiuum illud contrahunt, quia ad eſſe poſitiuum contrahunt. pluribus apud Fonſ. 4. *Met. cap.* 2. *qu.* 3. Suarez *diſp.* 2. *ſect.* 5. Hurtad. *diſp.* 2. *ſect.* 4. & Pat. Paſqual. *diſp.*

disput. 38. apud quos soluta habentur argument. Scoti, & Scotistarum. verum quidem est, quòd ens sumptum in vi verbi; seu vt dicit exercitium existendi, non est alicui intrinsecum, nisi Deo. sed de hoc non est vlla controuersia; sed tantùm vt ens dicit realitatem, quo sensu affirmamus in quolibet reali includi.

An ens habeat passiones; quot; quæ & quid sint. Quæstio Sexta.

397 NOtandum. aliud esse loqui de passionibus propriè dictis alicuius obiecti: aliud de attributis; nam vt aliquid dicatur passio, necesse est aliquo modo à subiecto distinguatur realiter. Secundo consequenter sit aliquid reale. Tertio vt cum subiecto conuertatur. Quarto vt non dicat in sua essentia ipsum subiectum; at vero vt aliquid dicatur attributum, seu passio impropriè dicta satis est, si sit aliquid inadequatè conceptum, consequens ipsum subiectum, cuius dicitur passio seu est ipsa met res, quæ secundùm diuersas formalitates concipitur inadæquatè, & vt passio concipitur posterior se ipsa, vt cõcipitur per modũ subiecti. clarius apud Suarez *disp.* 3. *sect.* 1. hoc notato.

Prima conclusio. ens non habet veras passiones reales. est contra Scotum, & Scotistas; est tamen cum D. Tho. & communi apud Suarez *eodem loco*. probatur quia verę passiones debent tanquam quid reale distingui ab ente; sed quidquid est reale imbibitur in ratione entis; ergo ens non potest habere veras passiones.

Secunda conclusio. ens habet attributa realia, quæ ei competunt à parte rei. Probatur. ens à parte rei habet, vt non possit adæquatè concipi; ergo vera conclusio. ant. probatur; quia ens, vt dicit suam quidditatem, est intelligibile; est indiuisum in se; est appetitibile, &c. quæ non possunt adæquatè vno conceptu exhauriri. consequentia probatur; quia attributum reale aliud non est, nisi obiectum, secundùm quod concipitur secundum aliquam formalitatem, quæ ei attribuitur, vt concipitur secundum quidditatem, & intelligitur quidditate posterior.

398 Tertia conclusio. attributa entis sunt tantùm tria, scilicet Vnum. Verum, Bonum. probatur per hæc tria explicatur tota perfectio entis; ergo ens habet tantùm tres istas passiones. anteced. probatur, quia primo considerare possumus ipsum ens tantùm, quatenus dicit quidditatem; sed hoc non est passio; sed ipsum ens, seu radix passionum. Secundo quatenus est indiuisum in se. Tertio quatenus dicit respectum ad intellectum, & potest intelligi. Quarto quatenus dicit respectum ad appetitum, & potest appeti. Secundum explicatur per Vnum. Tertium per Verum. Quartum per Bonum. consequentia etiam probatur, quia attributa sunt, quatenus illis inadæquatè explicatur natura subiecti.

Quarta conclusio. istę passiones formaliter important, vel negationem, vel denominationem extrinsecam; fundamentaliter verò aliquam positiuam perfectionem entis. Probatur quo ad vtramque partem. quo ad primam; quia hæ passiones formaliter nequeunt dicere aliquid positiuum, ab ente distinctum, in quantùm est ens; ergo cum non sint synonima addent, vel negationem, vel habitudinem ad aliquid extrinsecum: sic Vnum dicit negationem diuisionis: Verum denominationem extrinsecam per ordinem ad intellectum: Bonum pariter denominationem extrinsecam per ordinem ad appetitum. probatur etiam quo ad secundam partem, quia alioquin hæ passiones frustra essent: positiuum autem quod important est ipsum met ens, quod ex sua natura habet, vt negationem, & illas denominationes extrinsecas fundet.

399 Quinta conclusio. inter dictas passiones prima est vnum. Secunda verum. Tertia est bonum. probatur; quia vnum est quid absolutum, cętera sunt respectiua, & absoluta sunt priora respectiuis; ergo vnum dicitur prima passio; rursus bonitas fundatur in veritate; quia res bona, quia vera; & appetitus supponit cognitionem; ergo verum erit prius, quam bonum: ergo vera conclusio.

Quæres an pręter Ens, Vnum, Verum, Bonum, detur aliud transcendens. Respondeo negatiuè cum Suarez. *disputatio. tertia, sectione secunda*, & Pasqualigus. *disputatio.* 21. *sectione sexta*, ratio est; quia Aliquid, & Res, de quibus videtur dubium, non augent numerum transcendentium enumeratorum; quia Aliquid sumitur, vel latissimè vt dicit contradistinctionem à nihilo; & sic idem est ac Ens; vel sumitur strictè, & tunc sumitur pro aliquo ente particulari, quo modo non est transcendens. pariter Res propriè loquendo dicit aliquam naturam determinatam; quòd ideò quæ distinguuntur secundùm determinatas entitates, dicuntur distingui secundum rem, quare non potest esse quid transcendens. addo neque perfectionem, appetibilitatem, vtilitatem, intelligibilitatem, & scibilitatem esse transcendentia alia ab enumeratis; quia perfectio est idem, ac ens; appetibilitas, & vtilitas idem, quod bonum; scibilitas, & intelligibilitas idem quòd verum.

Circa verò modum, quo hæ passiones demonstrantur à Metaphys. de ente. Respondeo, quod quando demonstrat primam passionem, sumit pro medio descriptionem entis. sic *omne habens quidditatem est vnum; Ens habet quidditatem. ergo Vnum*; quando verò demonstrat alias passiones sumere potest pro medio primam passionem. Vt supra, *omne Vnum est Verum; Ens est vnum. ergo Verum*. pluribus apud Suarez *disputatio. citata*, & Hurtad. *disputatio.* 3. *tota*.

An ratio indiuidualis sit aliquid super additum naturæ commum. Quæstio Septima.

REcolenda, quæ diximus *in logica tract. de vniuersali, quæstio.* 2. omne quod existit a parte rei, eò ipso, quòd existit. esse aliquid singulare, & indiuiduum; quod latius probat Suarez *disp.* 5. *sect.* 1. & Hurtad. *disp. pariter* 5. *sect.* 1. neq; vniuersale existere à parte rei, sed intellectum. illud formare concipiendo naturam, vt sic non vt singulare, & indiuiduam. modo quærimus an id, per quod dicitur à parte rei natura coarctari, & fieri hæc, & dicitur hæcceitas seu differentia indiuidualis, sit aliquid superadditum naturæ realiter. pro maiori explicatione 400

Notandum. idem significare hæc tria, indiuiduum, vnum numero, & singulare. prout etiam in Logica innuimus: neque aliud ly *indiuiduum* importat quam negationem ad posse diuidi in plura eiusdem naturæ indiuidualis; seu in plura, quæ sint idem adæquatè cum ipso: quod ideò quodlibet indiuiduum describitur, *indiuisum in se, & diuisum a quocunque alio*.

Prima sententia adscribitur Scoto *in* 1. *dist.* 2. *quæst.* 7. *& in* 2. *dist.* 3. *quæst.* 1. Anton. Andr. 7. *Metaphys. quæst.* 16. & communiter Scotistis, quos sequitur Fons. 5. *Metaph. cap.* 6. *quæst.* 5. *sect.* 1. qui omnes volunt rationem indiuidualem esse differentiam quandam positiuam ex natura rei distinctam, quæ superaddatur naturæ.

Secunda negat rationem indiuiduationis esse aliquid distinctum ab ipsa natura: ita Acham. Gab. Henr. Caiet. Herueus, & alij apud Suarez *disput citata sectio.* 2. quos ipse sequitur, & Hurt. *disput.* 5. *sect.* 2 sequitur, etiam Pasq. discrepant tamen hi auctores; nam aliqui volunt nihil penitus addere rationem indiuiduationis naturę communi; aliqui verò dicunt addere aliquid reale; sed tantùm ratione distinctum.

Vnica conclusio. ratio indiuiduationis non est aliquid reale superadditum naturæ communi, à parte rei distinctum. Probatur primo seclusa hac hæcceitate, quam superaddunt Scotistæ, adhuc natura à parte rei est singularis: ergo non datur hæc hæcceitas. consequentia probatur: quia singularitas habetur sine illa hæcceitate. antec. probatur, seclusa illa hæcceitate; vel illa natura Pauli, vt sup. existens est diuisa in entitate ab alia Petri; vel non. si primum ergo singularis: quia singulare est quod est indiuisum in se, diuisum à quocunque alio. si secundum manifestè conuincitur erroris; quia entitas Petri potest esse Romæ, Pauli verò Venetijs. quomodo eadem realiter? quia idem effectus produceretur ab omnibus. 401

Probatur secundo, seclusa hæcceitate natura terminat productionem, ergo est singularis, & indiuidua consequentia probatur, quia quælibet productio, vtpote singularis tendit ad terminum singularem.

Probatur tertio, si natura Pauli, & Petri sunt distinctæ, & diuersæ secundùm entitatem, vt dicebamus in prima probat. iam sunt indiuiduæ, & singulares: si non sint, sed eadem entitas in vtroque, etiam est singularis: probatur; & si personæ Diuinę realiter distinguantur, & participent eandem omnino naturam, non tamen dicitur natura com-

communis propriè neque vniuersalis. immò maximè singularissima; ergo. omitto quod daretur vniuersale à parte rei, quod in Logica improbauimus, & alias rationes, quæ videri possunt apud Suarez,& Hurtadus, *locis citatis*.

Sed contra instatur primo ex Aristotel. *tertio de anima capite quarto*, quod aliud magnitudo, aliud magnitudinis esse; scilicet aliud natura vt sic, aliud differentia indiuidualis respondeo, ad hoc sufficere distinctionem rationis,& vt alius sit cóceptus essentiæ,alius naturæ. per quod patet etiam ad illa, quod essentia definiatur, non definita ratione indiuiduationis: quòd scientia sit,de essentia,non de indiuiduo: quòd proprietates competant tantùm naturæ non indiuiduo.

402 Instatur secundo,essentiæ sunt æternæ, non ratio indiuiduationis; ergo distinguuntur. respondeo distinguendo antecedens, essentiæ sunt æternæ, quo ad entitatem, negatur antecedens;quo ad connexionem prædicatorum essentialium, conceditur antecedens,vt alibi diximus;sed negatur consequentia;quia ex hoc non infertur distinctio à parte rei inter naturam existentem, & rationem indiuiduationis de quo quæstionem mouimus.

Instatur tertio, natura à parte rei est vna vnitate formali; indiuiduationes vero plures; ergo. Respondeo à parte rei naturam esse vnam vnitate formali aliud non significare, nisi quòd intellectus habeat fundamentum illam concipiendi absque differentijs indiuidualibus, per quam conceptionem ei tribuit vnitatem formalem; vnitas enim formalis est vnitas rationis, vt diximus *tract. de vniuersali, quæstio.tertia*, ex quo non sequitur distingui à parte rei ab indiuiduatione: quia non datur à parte rei hæc natura existens cum hac vnitate formali.

Instatur quarto, hæcceitas se habet tanquam actus respectu naturæ; ergo. Confirmatur, quia si essent idem, etiam differentia indiuidualis Petri, & Pauli essent idem; quia quæ sunt eadem vni tertio sunt eadem inter se. Ad argumentum respondeo, esse actum Metaphysicæ, qui non est distinctus, nisi secundùm diuersos conceptus ad Confirmationem negatur assumptum, ad probationem, quæ sunt eadem vni vni rei singulari, esse idem inter se; sed sic non est in casu nostro.

403 Instatur quinto, sequeretur, quod natura esset diuisa secundùm essentiam: immo quod includeret intrinsecè differentiam indiuidualem. ad primum negatur sequela; sed solum sequitur eadem prædicata essentialia fundari in pluribus entitatibus distinctis; sed hoc non est absurdum; immò necessarium, cum essentia vt sic sit vniuersalis. ad secundum sequi tantùm, quod entitatiuè idem sint à parte rei natura, & ratio indiuiduationis, quod conceditur; non autem natura vt sic, secundum suum conceptum obiectiuum, quia vt sic abstrahit, nec vt sic existit à parte rei, &c. solutiones ad hæc, & alia argumenta patebunt si relegatur *quæstio illa tertia citata tract. de vniuersali.*

Quodnam sit principium indiuiduationis in omni re. Quæstio Octaua.

TRactant hanc quæstioné diffusè Fons. *quinto Metaphysicæ capite sexto a quæstione prima vsque ad sextam* Suarez *disputatio.quinta sectione tertia vsque ad octauam*. Hurtadus *in Metaphysic. disputatio. quarta, sectione quinta*,& alij apud istos: apud quos

Prima sententia circumfertur tanquam Aristotel. pluribus in locis. Diu. Thom. Caietan. Capreol. Ferrar. & omnium Thomist. quæ vult materiam signatam esse principium indiuiduationis nomine materiæ signatæ intelligentes; alij materiam cum quantitate; alij eandem materiam tantùm cum ordine ad talem quátitatem etiam affectam dispositionibus; alij alio modo.

Secunda sententia, docet principium indiuiduationis esse ipsam formam, ita Auempaces, Auicenna, Zimara, & alij.

Tertia sententia docet res indiuiduari per existentiam. adscribitur Carthusiano *in 2.distinctio. 3.*& alij apud Scotum *in 1.dist. 3. quæst. 4*

Vltima sententia dicit, res indiuiduari per se ipsas. ita Aureol. Durandus. Fonseca. Suarez Hurtadus, & alij apud eosdem quos ipsi sequuntur. Pro solutione.

Notandum primo, hic non quæri de principio indiuiduationis extrinseco, vt de accidentibus, quæ rem indiuiduam significant,& supponunt; neque de effectiuo, scilicet agente, quod rem indiuiduam producit; sed quæst. est de principio intrinseco, & formali, per quod res habet, vt sit hæc. 404

Notandum secundo, quæstio. esse posse, & physicè,& metaphysicè. Primo modo dicit id, quo à parte rei res est vna; & est fundamentum, à quo sumitur differentia indiuidualis metaphysicè :rationes enim metaphysicæ ab aliquo physico desumuntur, vt alibi diximus. Secundo modo dicit rationem illam formalem metaphysicè, per quam concipimus precisè specificam rationem coarctari ad esse indiuiduam. his notatis

Prima conclusio. Materia signata non est principium indiuiduationis. Probatur primo, quia quocunque modo ponant rem indiuiduari per materiam; peto materia illa signata quocunque modo intelligatur, est ne indiuidua? vtique; ergo, vel per se ipsam, vel per aliud: si per aliud. rursus de illo quæram, per quid indiuiduetur; & sic dabitur processus in infinitum. si per se ipsam, cur non etiam quælibet entitas potest per se ipsam indiuiduari?

Probatur secundo, vel materia dicit quantitatem, seu habitudinem ad illam, vt sic in communi; vel dicit talem quantitatem, seu talem habitudinem ad illam talem: si primo modo materia est indifferens ad quamcunque formam, & ad quodcunque compositum: ergo non potest dare vnitatem numericam. Si secundo modo; ergo non remaneret eadem materia sub omnibus formis, & in quocunque composito: quia omnes formæ, & omnia composita distinguuntur numero, quod est contra Aristotel. qui ideò dixit materiam ingenerabilem, & incorruptibilem: quia eadem numero in omni composito perseuerat. 405

Confirmatur quia in his, quæ carent materia, vt intelligentiæ non adesset indiuiduatio; quod est penitus à vero alienum,vt in Theolog. tract. de Angelis; si verò in illis potest assignari indiuiduationis principium sine materia,cur non in alijs?

Secunda conclusio. Forma non est principium physicum indiuiduationis. Probatur primo, vel esset tale respectu materiæ, vel respectu compositi. neutrum dici potest, ergo. maior patet,quia non apparet,cui alteri dare possit vnitatem numericam. Minor probatur: quia materia supponitur saltem in prioritate naturæ à forma, consequenter supponitur. indiuidua; preter quam quod in qualibet generatione mutaretur indiuiduatio materiæ item compositum æquè coalescit à materia, ac à forma; ergo si materia habet propriam vnitatem indiuidui illam communicabit composito.

Probatur secundo. Si à forma esset vnitas numerica materiæ, vel compositi; & si corpus Petri tolleretur salua eadem forma, & aliud substitueretur, diceretur idem corpus, & idem indiuiduum; sed hoc est falsum; ergo. Sequela probatur: quia esset idem constitutiuum vnitatis numericæ. Minor probatur: quia materia est de essentia ex dictis; non esset autem eadem materia, quæ primo, quòd ideò in resurrectione requiritur idem penitus corpus, vt saluetur perfecta identitas.

Tertia conclusio. Existentia actualis non dat vnitatem numericam, contra tertiam sententiam:probatur,indiuiduatio supponit esse rei, quod indiuiduetur, sed esse rei dicit existentiam :ergo existentia formaliter non est principium indiuiduationis. approbo quidem quod dicit Pasqualig. existentiam esse radicem indiuiduationis: quia esse indiuiduum fundatur in esse rei, & vltimus actus rei est existentia. 406

Quarta conclusio. Principium indiuiduationis physicum, in omnibus rebus est propria entitas: atque adeò differentia indiuidualis fundamentaliter, & physicè non est quid distinctum ab entitate rei, quæ indiuiduatur, sed est ipsamet entitas. Probatur primo, hæc conclusio per exclusionem cęterarum sententiarum.

Probatur secundò,quælibet res,præciso quocunque distincto, est indiuisa in se,diuisa à quocunque alio:ergo per propriam entitatem indiuiduatur ant. probatur: quia est, ens tale, cuius passio est esse tale vnum, consequenter indiuisum in se,diuisum à quocunq; alio. consequentia probatur, quia per id indiuiduatur, per quod res constituitur indi-

indiuisa in se, & diuisa à quocunque alio: non enim aliud dicit esse indiuiduum.

Confirmatur quia passiones emanant ab essentia; ergo rem esse vnam, scilicet indiuiduam est ab ipsa realitate, cuius est passio, seu attributum.

407 Quinta conclusio. res indiuiduantur metaphys. per aliquid positiuum inadæquatè conceptum. probatur, quo ad primam partem: quia prima substãtia, quæ est talis per differentiam indiuidualem, metaphy. est quid positiuum. Secunda pars etiam probatur: quia à parte rei, & physicè differentia indiuidua non dicit aliquid superadditum naturę communi; ergo est eadem entitas, quæ secundùm vnum conceptum est natura communis cõtrahibilis, secundùm alium est differentia indiuidualis, seu ratio metaphys. indiuidualis contrahens illam naturam, & reddens indiuiduam; ergo vera conclusio.

Confirmatur, quia sicut se habet natura specifica ad genericam, quantum ad hoc, ita indiuidua ad specificam; sed specifica contrahit metaphysicè genericam per aliquid positiuum inadæquatè conceptum; ergo. ex quo

Patet nos conuenire cum communi apud Suarez, *disp.* 5. *sect.* 2. in hoc, quod differẽtia indiuidualis addat aliquid reale naturæ communi, & quod hoc reale sola ratione distinguatur, contra eos, qui hoc reale distinctum ponebant ex natura rei, vt *quæst. præceden.* vidimus. neque implicat quod est reale sola ratione distingui, quia ly *ratione*. non cadit supra rem additam, sed supra modum additionis. clarius apud eundem Suarez. *num.* 16.

408 Sed contra primam conclusionem instatur primo materia est principium multiplicationis, & distinctionis; ergo præbet vnitatem numericam. Respondeo respectu rerum materialium, esse occasionem distinctionis, quia res materiales pendent à materia, consequenter non possunt multiplicari nisi multiplicetur etiam materia, non tamen materia est principium formale, &c.

Instatur secundo, materia tribuit incommunicabilitatem indiuiduo; ergo dat vnitatem. Respondeo negando antecedẽn. si intelligatur de materia præcisè; quia indiuiduum sit indiuisum in plura, quæ sint idem per totam suam entitatem, quæ æquè est à forma, ac à materia. neque obstat, quod forma per hoc fiat, incommunicabilis, quia recepta in materia; quia non est ad rem, & quæst. non est de hac communicabilitate; sed de illa, qua res est indiuisa in se ipsa, diuisa à quocunque alio, quam forma non habet ex eò quòd in materia recipiatur. alia argumenta contra illam conclusionem videri possunt; sed vt benè aduertunt Suarez, & Hurtad. non sunt alicuius roboris

409 Quo ad auctor. Aristotel. & D. Thom. videtur eorum mens, adeò clara, vt nullo pacto exponi possit: quod ideò satius discedere. Scio Fons. *sect.* 6. in aliquo sensu defendere materiam signatam esse principium indiuiduationis à posteriori, & tanquam signum, quo cognoscimus distincta indiuidua, in quo sensu dicit locutus Aristotel. & Diu. Thom. sed vt aduertit Suarez, *num.* 34. aliter senserunt Aristot. & D. Thom. cum negauerint Angelos posse multiplicari specie, eo quòd carebant materia, à qua consequenter volunt desumi omnem rationem distinctionis indiuidualis in eadem specie.

Contra quartam conclusionem instatur. accidens habet totum suum esse in ordine ad subiectum; ergo non indiuiduatur per se ipsum. respondeo negando consequentiam, quia sicut à se habet suam entitatem, ita suam vnitatem, habet tamen eandem in ordine ad subiectum, sicut & entitatem: & si accidentia pendeant à subiecto, non pendent, nisi tanquam à causa materiali, non tanquam à constitutiuo propriæ indiuiduationis. fusius apud Suarez, *sect.* 7.

Contra quintam conclusionem instatur. indiuidua cõueniunt in ratione indiuidui vt sic, & tamen non contrahitur illa ratio per aliquid superadditum; alioquin daretur processus in infinitum: ergo neque natura communis, respondeo, indiuidua non conuenire in aliqua ratione metaph. quæ dicat esse à parte rei: quia eo ipso quòd intelligitur res indiuidua, necessario intelligitur talis; ideò enim est talis, quia indiuidua, consequenter intelligitur talis indiuidua. ad summum igitur conueniunt Logicè, & in secunda intentione. Alio modo respondet Suarez *sectio.* 2. *num.* 19. 18. & 20.

Quid, & quotuplex sit distinctio. Quæstio Nona.

Identitas vnitas quædam est ex Arist. 5. *Metaph. tex.* 16. & sicut vnitati opponitur multitudo, ita identitati distinctio; cum igitur in præcedentibus egerim de vnitate transcendentali. de vnitate numerica. in logicis de vnitate, & generica, & specifica, & consequenter etiam de multitudine actum remaneat; iurè post vnitatem de identitate agendum, antequam vlterius progrediamur; & quia distinctionis doctrina hausta; etiam de identitate dictum erit, quoniam ea à se ablegant identitatem, quæ admittunt distinctionem; ideò quæstionem à distinctione inscripsi. Quoniam verò est materia adeò vario Doctorum sensu, & difficultatibus implicita, vt vix integro tractatu facerem satis, si omnia, quæ alij dixerunt, in medium vellem afferre; ne violatæ breuitatis, quam in omni materia, spopondi, sanctè redarguar, omissis multis distinctionum generibus, de quibus ad satietatem agit doctissimè noster Pasqualig. *tomo* 2. *suæ Metaphys. disput.* 48. *tota*, adeò vt nihil sit desiderandum, de mente Thomistarum, Scotistarum, Nominalium, & quot quot de distinctione egerunt, sex tantum distinctionum genera explicabo, quæ in scholis magis frequentantur, & ad quæ cętera omnia reducuntur, vel saltem cognoscuntur, his cognitis: hæc sunt distinctio realis, modalis. Ex natura rei. Virtualis. Rationis ratiocinantis. Rationis ratiocinatæ. & præter solitum hanc quæstionem in tot articulos secabo quot sunt genera distinctionum gratia methodi facilioris. 410

De Distinctione Reali. Artic. Primus.

Distinctio realis potest appellari omnis distinctio, quæ non est per opus intellectus, quo sensu omnem distinctionem reduxerunt ad distinctionem realem, & rationis. Thomistæ, & Nominales, vt notauit Pasqual. *disp. cit. sect.* 3. & omnes idem facere tenemur, si ad membra diuidentia magis proxima reducere volumus, vt fecit etiam Hurtad. *Metaph. disput.* 6. *sect.* 2. & ratio est aperta, quia res, à qua distinctio dicitur realis, in toto suo rigore denotat quamcunque rationem realem, quæ à parte rei independenter ab intellectu reperitur, ergo etiam illa distinctio dicetur realis, quæ à parte rei est, absque opere intellectus. 411

Quia tamen ea, quæ à parte rei habent alietatem, non eodem modo se habent, factum est, vt varia distinctionum genera a parte rei recognoscantur à Philosophis, & Theologis, maximè recentioribus varijs nominibus appellata, vt benè Auersa *sua Philos. disput.* 5. *sect.* 8 & vt per distinctionem realem prolatam sine addito, intelligatur distinctio realis omnium maxima, qua res perfectè ita ad inuicem distinguantur, vt ab inuicem se excludant; identificatiue quo ad entitatem, scilicet, quòd entitas vnius non sit entitas alterius; vt Petrus, & Paulus; calamus, & charta, & sic de cęteris, quod ideò solet etiam appellari distinctio rei à re.

Talem dari distinctionem nulla opus probatione, vt dicit Suare. *Metaph. disp.* 7. *sect.* 1. cum experientia rerum haud falsa magistra præ oculis mille proponat res, quæ entitatiuè non sunt identificatæ; neque vllus potest reperiri adeò mente captus, quòd hoc valeat negare; alioquin dare cogetur, se esse *Asinum*; si realiter non distinguitur ab illo. Tota difficultas in assignando aliquo signo certo, quo intellectus vtendo, presto dignoscere possit, quænam realiter rigorosè distinguantur: quòd ideò multa, & plurima ex multo doctorum penu referunt Suarez *sect.* 2. Auersa §. *modo ad explicandum*. Pasqual. *disput.* 64. & alij. 412

Sed omissis omnibus: quia insufficientia, vt potè non vniuersalia pro omni distinctione reali dignoscenda; illud assumo, quod ferè omnes ex Aristotel. 7. *Topicorum cap.* 1. *loco* 15. solent assignare: scilicet quotiescunq; aliqua ita se habent, quòd mutuo separari possunt, & separata existere vel saltem vnum nõ inexistit alteri (addunt Auersa, & Pasqualigus) illa realiter distinguuntur; cũ enim nequeat idẽ esse, & nõ esse si de duabus rebus vnaquæq; potest esse, pereunte alia; vel vna nõ est in alia, sequitur, quod non sit illa, alioquin esset, & non esset; ideo dixit Arist. *loco citato.*

cit. amplius si potest alterū sine altero esse, nō erit idem. Hoc signum tali modo explicatum est optimum, & vniuersale pro omni distinctione reali; nulla enim res est quæ non distinguatur ab alia, si non est in illa, quamuis nequeat existere sine illa; vel possit existere separata; sicque euanescunt instantiæ Fonsecæ, *5. Metaph. cap. 5. quæst. 6. sect. 1.* contra hoc signum; licet vna persona Diuina nequeat existere sine alia; item creaturæ sine Deo, vnum relatiuum sine altero; tamen nostrum signum ostendit esse distincta realiter; quia mutuò non inexistunt: sed habent existentiam separatam.

413 Solum hoc signum posset videri parum vtile: quia cum multa distinguantur realiter, quæ tamen nequeunt conseruari separata; nisi de Dei potentia, vt accidentia à subiectis, forma materialis à materia, per illud nequimus cognoscere omnia, quæ realiter distinguuntur. Fateor hoc signum hanc pati difficultatem; tamen nobis est satis, quod quoties aliqua ita separantur, distinguantur vera, & reali distinctione, vt signum sufficiens esse dicatur. Tanto magis, quòd signa cętera, quæ afferuntur, & magis approbantur apud Pasqualigum *sect. 2. & 4.* scilicet, quòd illa distinguantur tali distinctione, quæ habent productiones, vel distinctas generationes, vel distinctas existentias, & minus sunt sufficientia, minus vtilia, & maioribus premantur difficultatibus, vt attentè consideranti patebit, cum reperiantur quamplurima entia, quæ videntur eadem productione, vel generatione produci, & corruptione corrumpi, & vna indiuisibili existentia esse, quæ tamen verè distinguuntur. Lege, quæ diffusè tibi offert Pasqual. *sect. citatis*, pensa, discute, & hanc sententiam sectare.

De Distinctione Modali. Artic. II.

414 Secundum genus distinctionis est distinctio modalis, quæ censetur talis, quando versatur inter rem, & modum ipsius. Ad hoc autem, vt aliqua ratio realis sit modus hæc exposcit. Primò, vt sit aliquid positiuum, & reale. Secundò quod in sua essentia, & existentia constitutam determinet, & modificet. Tertiò vt per ipsam essentialiter hoc prestet, quia sit essentialiter naturalis affectio, aut determinatio. Quartò quod ita sit affixa rei quam modificet, vt nequeat sine illa esse. Quintò tandem, quòd non habeat propriam entitatem ab entitate rei, quam afficit, distinctam.

Quòd autem dentur rationes reales à parte rei, quibus prędicta competant, cogita sessionem, vnionem, & alia huiusmodi, & fatebere hanc distinctionem. Etenim sessio est ratio positiua, & realis modificat, & facit Petrum habere statum sedendi, quem primo non habebat: hoc facit per se ipsam, quia essentialiter est determinatio ad talem statum: nequit intelligi sessio absque sedente: & randem aliud non est sessio, quàm Petrum ita se habere in ordine ad corporis situationem, quod non primo, & consequenter non habet particularem entitatem.

Per hæc quæ diximus, requiri ad hoc, vt aliqua ratio dicatur modus, rei excluditur primo sensu illorum, qui hanc distinctionem ad distinctionem rationis reducebant, etenim modi sunt rationes reales, & positiuæ. Secundo sensu illorum, qui refugiebant illam appellare distinctionem mediam; etenim non dicitur media, quasi mediet aliquid inter ens reale, & ens rationis, sed quia non est res, quæ habeat propriam entitatem distinctam, & per hoc soluta remanent aliqua argumenta, quæ videntur impugnare hanc distinctionem apud Suarez *sect. prima*, & Pasqualigus *disputat. 30. sectione tertia*. Tertio excluditur sensus illorum, qui cum Oniedo, *Metaphysic. controuers. 4. puncto quinto*, volunt rationem modi competere posse etiam enti, quod propiam habeat entitatem, vt calori afficienti immediatè subiectum: si enim modi sunt essentialiter determinationes actuales; si necessatio affixæ rebus, quas determinant; si aliam non dicunt entitatem, præter entitatem rei modificatæ, vt benè Suarez, & Pasqualig. vtique accidentia, & substantiæ, quæ propiam habent entitatem, quæ non necessario sunt in alio, modi esse nequeunt. Quarto excluditur sensus illorum, qui ex nostra sententia conantur inferre rem, & modum esse duo entia, habentia distinctas essentias, & consequenter distinctas entitates; etenim si non habent entitatem distinctam ab entitate rei modificatæ; neq; propriè dici possunt duo entia; neque duas habere essentias; nisi sano modo intelligantur; scilicet quòd res absolutè, & modus ipsius dicant distinctam rationem realem aliquo modo.

415 Quo ad signa, Vnicum signum concedunt omnes; scilicet quoties aliqua duo ita se habent, vt vnum possit separatum existere sine alio, non vice versa. quod nequit per vllam potentiam existere separatum, est modus, aliud est res. Hoc signum nullum esset in sententia Ouiedi (quod tamen admittit) si entia, quæ habent propiam, & distinctam entitatem, possent esse modi: quia vnumquodq; extremorum conseruari posset existens sine alio; consequenter non esset modus, de quo nostrum signum.

De Distinctione ex natura rei. Artic. V.

Hæc distinctio est satis famosa in scholis, eo quia per ipsam conentur Scotistæ explicare quam plurima mysteria, & difficultates Sacræ Theologiæ. est Scoti *in 1. dist. 8. quæst. §. ad quæstionem*; quæ vocatur ex natura rei, quia ante opus intellectus reperitur inter formalitates plures in eadem re adunatas. hinc distinctionem etiam formalem multoties eam appellant; maiorem dicunt omni distinctione rationis, minorem omni distinctione reali. ita Scotus *in 1. dist. 2. qu. 7. §. sed hic restat*. Paulo infra, *ex his concluditur*. quare per Scotum hac distinctione distinguuntur aliqua, quæ licet sint realiter identificata, tamē intellectui rapresentantur sub pluribus rationibus obiectiuis, quæ ad inuicem à parte rei ita se habent; vt vna non sit alia; nec vna in altera includatur, de quibus negant Scotistę; immo ipsemet Scotus esse plura entia; sed dicunt plures formalitates, seu realitates, seu conceptibilitates, & quidditates. vide Scotum *dist. 8. loco cit. immediate ante, §. ad argum. princip.* Scio non deesse, qui velint cum Sarnano, Hurtado, Herrera, & alijs ab hac sententia surripere Scotum, dicentes, ipsum aliud noluisse per suam doctrinam, quam distinctionem rationis cum fundamēto à parte rei. Verum quid agere interpretem Scoti, si ipse apertissimè se explicauit? etenim *§. ad quæst. citata in principio* vult attributa diuina distingui distinctione prę cedēte intellectum omni modo, & eam vocat ex parte rei, *& quæst. 7. cit.* tanquam docturus aliquid noui dicit, *sine preiudicio melioris sententiæ*, naturam, & personalitatem distingui distinctione pręcedente omnem actum intellectus creati, & increati.

416 Nec dicant prędicti auctores, quod aliquando eam vocarit distinctionem rationis, seu virtualem, nam paulo infra *breuiter dico*, adeò se explicat, vt sole sit clarius, ipsum admittere distinctionem à parte rei, aliam ab illa, quam admittunt Thomistæ, & cęteri Philosophi, & Theologi rationis ratiocinatę, nā sic sumptam eam impugnat §. §. *citatis, sed hic restat, & ad qu.* Certè nullus Thomistarum, aut ex alia schola, à scola Scoti dicet, attributa diuina (Attributa per Scotum distinguuntur hac distinctione, de qua agimus) esse plures realitates à parte rei ante opus intellectus, hæc tamen ipse Scotus ponit §. *sed hic restat*, sæpius citato. *Dico quod in essentia Diuina ante actum intellectus est entitas. A. & entitas B. & hæc non est formaliter illa.* Videant modo prędicti auctores, si sit opus vlla glossa ad germanum sensum attingendum Scoti. Si qui concedunt distinctionem virtualem, vel rationis cum fundamento, admittūt propositiones, quas Scotus in hac sua distinctione, do manus, quòd Scotus non inuexerit nouam distinctionē. Videas ergo. §. *cit. sed hic restat*, & fatete D. Th. nūquam voluisse in Deo talem distinctionem, & si distinctio non placet, placet saltem gloriam probare subtilium Principis, qui veritatis studio incensus, non contradicendi libidine (vt Scoto Maledici aliqui impingunt) tali distinctione scholas suo acumine locupletauit.

417 Quoad signa pro hac distinctione cognoscenda, Vnicū deduco ex eodem Scoto *dist. 8. quæst. 4. cit. § ad quæst. Respondeo*, quoties aliqua, ita se habent, quod nequeunt realiter vllo pacto separari, & tamen habēt diuersas, & distinctas quidditates, & definitiones, distinguuntur ex natura rei, seu formaliter à parte rei sunt plures formalitates, tamen realiter identificatæ propter quod habent distinctas conceptibilitates, & possunt fundare cōtradistinctionem.

Hanc distinctionem (excipe Scotistas, & vnū, vel alterū) ferè omnes Philosophi, & Theologi conantur à scholis proscribere, quia philosophiæ nō necessariam, & alioquin

mille

mille difficultatibus obsessam, & Theologiæ inuisam, vtpote dearticulantem (inquit Caietanus) essentiam diuinam. Hanc adeò efficaciter, adeò acutè impugnarunt P. Pasqualigus *dist.60. sect.2.* & Ouiedus *Metaphys.controu. 4. punct. 2.* vt expugnasse videantur; qui vult legat illos, non est huius loci illorum rationes, vtique plurimi faciendas, expendere, qui in hac quæstione solum intendimus explicare vsitatiora distinctionum genera, non approbando, neque improbando: quod sufficienter à nobis factum est, cùm particulares Materiæ postularunt locis proprijs.

De Distinctione Virtuali. Artic. IV.

418 Primus, qui hanc distinctionem sub precisis terminis Distinctionis virtualis tradidit, fuit Caietan. *1. parte, quæstio. 39. art. 1. §. ad euidentiam horum*, & Caietan. sunt sequuti ferè omnes Theologi exceptis Scotistis. Huius duas species recenset Hurtadus *De distinct. disput. citata sect. 4. §. 26.* & Ouiedus *puncto 4.* Primo dicitur in ordine ad effectus, videlicet quoties aliqua res vna potest producere plures effectus, quos possent plures causæ diuersæ rationis, dicitur multiplex virtualiter. Verbi gratia, sensus internus virtualiter dicitur sensus omnis externus, quatenus potest in illorum obiecta tendere, & sol dicitur ignis virtualiter, quatenus potest calefacere, & exiccare; licet enim, nec sensus internus formaliter sit externus, nec sol sit ignis, sed vna & eadem indiuisibilis entitas; tamen in ordine ad diuersos effectus, quos potest, videtur multiplex, & dicitur multiplex virtualiter. Secunda species distinctionis virtualis est in ordine ad ipsammet rem, seu in ordine ad esse intrinsecum, quando scilicet res vna re, & formalitate (vt inquit Caietan.) propter sui eminentiam ita se habet, ac si esset distincta, & ea omnia prestat, quæ à rebus distinctis prestarentur; ita quod de eodem possint verificari contradictoria, verbi gratia in Deo essentia Diuina communicatur, non paternitas; paternitas producitur; non essentia; quia essentia, & paternitas, licet idem re, & formalitate, tamen virtualiter sunt distincta: & de hac plura in Theologia.

Solum posset dubitari, an habeat tantùm locum in Deo quo ad hanc secundam speciem propter sui eminentiam, & infinitatem; de prima enim certum est, etiam reperiri in creatis (vt exempla allata conuincunt) an etiam in Creaturis. Negat Ouiedus *puncto 4. §. 3.* eò quia cessaret ratio Mysterij in Diuinis, si semel etiam in crearis posset reperiri res, quæ in se vna omnino, saluaret tamen contradictoria à parte rei, & videtur iuxta sensum Caietan. quatenus huius distinctionis pro basi iacit Dei omnimodam infinitatem; qua tamen posita ad huc videtur inintelligibilis, quanto magis in re finita, & limitata? sed de hoc iterum redibit sermo *art. 6.* cum de fundamento distinctionis rationis ratiocinatæ.

De distinctione rationis ratiocinantis. Artic. V.

419 Dupliciter potest intellectus se gerere in concipiendo pluribus conceptibus id, quod à parte rei est indiuisum: primò, si idem omnino semper concipiat, ita, quod ex parte obiecti concepti, idem secundum se totum adæquatè correspondeat vtrique conceptui, vt cum dicit, *Petrus est Petrus. Petrus est idem sibi*. Secundò si idem realiter concipiat pluribus conceptibus, non tamen formaliter: quia idem correspondet inadæquatè per diuersas sui formalitates, vt cum concipitur in Deo bonitas, & sapientia. hoc secundo modò vocatur distinctio rationis ratiocinatæ, de qua agemus articulo sequenti. Primo modo dicitur rationis ratiocinantis: quia videlicet, consurgit tantùm ex eo, quòd intellectus sua ratiocinatione, & discursu sine vllo fundamento vult distinguere, quod nullo modo petit distingui.

Quare cum semper, ac intellectus ita distinguit vnum extremum diuerso modo se habeat, ac alterum quò ad secundam intentionem, qua afficitur ab intellectu, dum cognoscitur, verbi gratia prædicati, & subiecti vt *Petrus est Petrus*, vel subiecti, & termini relationis, vt *Petrus est idē sibi*; non video, cur Hurtadus *in Metaph. disp. 6. cit. sect. 5. §. 72.* debeat ei negare nomen distinctionis; sed in re facili, & nullius momenti non moror. Satis hoc confutat Pasqual. *disp. 54. sect. 2.* qui vult videat, etiam Suarez, *disput. cit. sectione prima à num. 4.* & Auersam, qui *sect. 8. cit.* notat vocari etiam distinctionem rationis ratiocinantis; quando diuersitas est tantùm penes modum concipiendi magis, vel minus explicitè.

De distinctione rationis ratiocinatæ. Art. VI.

Distinctio rationis ratiocinatæ; quæ etiam distinctio rationis cum fundamento appellatur, vt supra innuimus, est cum intellectus vi precisiua præscindit in eodem 420
obiecto plures rationes, seu plures format conceptus de eadem re, & quia nullo ipsorum exprimitur totum obiectum: sed tantùm idem obiectum sub diuersis perfectionibus, dicuntur conceptus inadæquati.

Quare in hac distinctione extrema existunt à parte rei, quamuis indistincta; sic cum distinguimus in Deo intellectum, & voluntatem, intellectus, & voluntas sunt in Deo; sed non distincta, vt benè Caietanus *loco citato art. 4 §. ad secundam verò*; at in distinctione rationis ratiocinantis, intellectus formabat ipse extrema, quæ nullo pacto erant à parte rei; neque vllum adest fundamentum distinguendi, sicut in hac; quæ ideò dicitur distinctio rationis cum fundamento. Hoc autem potest contingere, & in re infinita; Sic Deum non nisi diuersis conceptibus concipimus; & in re finita: sic per diuersos conceptus concipimus actionem, & passionem, quæ sunt identificata; rationem geneticam, & rationem specificam: & in vtraque potest originari, vel intrinsecè: quia sint plura identificata: in vna ratione formali infinita eminentiali, quæ intellectus creatus finitus, vtpotè improportionatus nequit vno conceptu adæquare in hoc statu: & ita se habent, quæ sunt in Deo ex D. Thom. *in 1. dist. 2. quæst. 1. art. 3.* & *quæst. 7. de potentia art. 6.* & dicuntur virtualiter distingui: quia ita sunt in Deo, & se gerunt in ipso; ac si essent distincta, vt diximus ex Caietano: sic in re finita intrinsecè ex parte rei conceptæ est fundamentum distinguendi actionem, & passionem; rationem genericam à differentia specifica; vel extrinsecè, eò quia eadem res omnino simplex dicit respectum, vel connotationem ad diuersa, quæ inadæquatè respicit; & exinde intellectus sumit occasionem cognoscendi eandem rem sub diuersis perfectionibus, & ita cognoscendo, distinguendi: sic quia omnipotentia in Deo connotat res vt producibiles, sapientia, vt cognoscibiles; distinguit in Deo Sapientiam, & potentiam: Sic quia actio connotat formaliter agens, passio passum, seu subiectum, distinguit actionem à passione.

Igitur duplex est fundamentum huius distinctionis, intrinsecum, & extrinsecum, quæ tamen fundamenta ita se 421
habent, vt aliquando sint distincta, vt si conciperetur eadem omnipotentia pluribus conceptibus: quia diuersa haberent connotata; aliquando simul concurrunt; quando videlicet intrinsecè sunt plures rationes identificatæ, & etiam extrinsecè habet plura connotata. Verbi gratia, ratio generica concepta distinctè; quia pluribus conuenit, à ratione specifica, quæ conuenit paucioribus. Verum quidem est, quòd multories connotata simpliciter sunt illa, quæ nos ducunt in cognitionem fundamenti intrinseci, quod sine illis non cognosceretur; per hoc tamen non tollitur, quin adsit fundamentum intrinsecum, vt benè Pasqualigus *disput. 57. sect. 3.* & per hoc reijcitur sententia Nominalium (de qua agimus *prima parte quæst. 5.*) qui omnem distinctionem rationis volebant ratione connotatorum. ex dictis

Deducitur primò contra Hurtadum, Ouiedum, & alios *locis citatis* distinctionem rationis cum fundamento attingere ipsum obiectum, non realiter, quasi quod ponat distinctionem in obiecto realem; sed tantùm obiectiuam: quia reuera dum pluribus conceptibus concipitur obiectum tantùm inadæquatè, sub pluribus etiam correspondet formalitatibus: atque adeò est in plures formalitates obiectiuas, & cognitum, distinctum: neq; rationes Hurtadi probant, nisi distinctionem realem non caussari per distinctionem rationis, in quo non discrepamus, vt acutè satis obseruauit Pasqual. *disp. 56.*

Deducitur secundò, distinctionem virtualem, de qua 422
supra *articulo 4.* esse fundamentum distinctionis rationis ratiocinatæ: quare aliud erit loqui de distinctione virtuali, quæ est fundamentum, aliud de ipsa distinctione rationis, quæ super tale fundamentum nititur: etenim funda-

mentum,& distinctio virtualis sunt independenter ab intellectu; at ipsa distinctio est opus intellectus. Neque per hoc damus distinctionem formalem à parte rei: quia ipsa distinctio virtualis, licet sit à parte rei, non tamen, vt formaliter distinguat; sed tantum à parte rei dicit, vt æquiualeant rebus distinctis, & in ordine ad intellectum, vt præbeat fundamentum, quo intellectus possit pluribus conceptibus inadæquatis concipere id, quod à parte rei formaliter est identificatum.

Deducitur tertio, etiam in re finita posse reperiri distinctionem virtualem contra Ouiedum *Metaph. controu.* 4. *punct.* 4. §. 3. etenim etiam in rebus creatis multa distinguimus ratione: quia in ipso obiecto adsunt plures rationes formaliter identificatæ, per quas tamen obiectum diuersa præstat, ac si essent distinctæ. at quid est hoc, nisi habere distinctionem virtualem? talem recognoscit Pasqual. inter rationem genericam, & differentiam specificam. neq; per hoc euacuatur ratio misterij in diuinis, vt vult inferre Ouiedus; nam plures sunt species distinctionis virtualis, & maior reperitur in Deo propter sui infinitatem, in quo omnia sunt identificata; nedum quæ sunt, quodammodo ad inuicem ordinata; sed etiam quæ videntur opposita. Satis de hoc in Theologia.

423 Deducitur quarto, prædictam distinctionem rationis esse sufficientem; vt de eadem re possint verificari duo contradictoria: ratio est: quia ex dictis distinctio, de qua agimus, reddit obiectum multiplex, vt est in intellectu: at contradictio formalis, quæ est tantùm inter propositiones, semper cadit supra extrema; quatenus cognita: at quia vt cognita, seu vt concepta non sunt idem, possunt ambo contradictoria verificare: quia licet sint de eadem re à parte rei; tamen illam explicant, vt iam conceptam, quia tamen, vt concepta, non est vna: sed multiplex; ideò potest vtranque partem contradictorij verificare. Verbi gratia si dicam, *animalitas non est principium risibilitatis. rationalitas est principium risibilitatis*; ambæ sunt veræ: quia licet à parte rei animalitas sit identificata rationalitati: quia tamen, vt cognitæ, seu vt conceptæ, nõ sunt idem: sed distinguuntur formaliter; fit, quòd non censentur cõtradictoria, quia non cadunt supra idem. Quare distinctio rationis propriè loquendo non facit, quòd de eodem verificentur contradictoria; hoc enim est impossibile, etiam de potentia Dei absoluta: quia idem non potest esse, & non esse: sed solùm ponendo distinctionem in extremis, supra quæ cadit affirmatio, & negatio, facit quòd propositione: desinant esse contradictoriæ: quia non amplius sint de eodem omnimodo, quod est necesse ad veram contradistinctionem. Quod si quis instaret de contradictione à parte rei, dicas cum Caietano *de ente, & essentia cap.* 6. *quæst.* 12. non reperiri, nisi contradictionem virtualiter, ad quod etiam sufficit distinctio virtualis. diximus de hoc cum eodem Caietano *prima parte tract.* 1. *quæst.* 5. *in responsione ad tertium*, sed de quæstione, & materia difficillima sit satis. plura apud doctores citatos, sæpius de eadem recurrit sermo in particularibus materijs.

De Nominibus primæ substantiæ, suppositi, personæ, hypostasis, & subsistentiæ. Quæstio Decima.

424 Antequam difficiliora quæramus de subsistentia, videndum est, quid nominis, & quo modo differat, vel conueniat, cum prima substantia, persona, supposito, & hypostasi. Igitur

Prima substantia est res singularis indiuidua; quia prima substantia opponitur secundæ: atque adeò, cum secunda sit, quid vniuersale, vt diximus in Logica, & pluribus communicabilis; prima debet esse singularis, & incommunicabilis vera communicabilitate.

Secundò, prima substantia debet esse per se subsistens. Quare prima substantia propriè dicit substantiam completam, per quod non excluditur, quin etiam partes integrantes sint primæ substantiæ, quia vt quædam tota sunt, naturæ dicuntur completæ, ex quo sequitur, non omnem substantiam singularem esse primam substantiam: natura enim, seu essentia etiam singularis non est prima substantia, quia non per se subsistit. Sic verbum Diuinum assumpsit Naturam humanam singularem, non tamen subsistentem, sed subsistentiam ei communicauit: & ex hac primæ substantiæ proprietate oritur alia, scilicet per se substare accidentibus physicis: licet enim etiam aliqua accidentia substent, non tamen per se: quia etiam ipsa ab ipsa substantia fulciuntur, tetigimus *in logicis cap. de substantia.*

Suppositum dicitur quod non petit communicari alteri tanquam pars, vel tanquam vniuersale pluribus identificatum, & cum hęc propriè competant primæ substantię, suppositum omnino idem est ac prima substantia, & dicitur suppositum, quasi sub alijs positum: quia cum per se subsistat, omnia in eo fundantur, & innituntur.

Persona ex Bòetio *lib. de duabus naturis*, sic definitur, *est rationalis naturæ indiuidua substantia*, quam definitionem explicat, & approbat D. Thom. 1. *parte quæst.* 29. *art.* 1. & eam admittunt ferè omnes Theol. Et sensus est, personam esse substantiam completam in intellectuali natura, quare hoc tantùm differt à supposito, quòd solùm penes creaturam rationalem sumitur, & id, quod in cęteris est suppositum, in intellectuali dicitur persona. de cuius definitione plura in Theol. 425

Contra hanc definitionem errauit Laurentius Valla, qui Theologorum calamos ausus tractare, dixit personam significare qualitatem; quod ideò lapsus, asserendo non minus brutis, quàm Deo hoc nomen conuenire, & nomen personæ Deo attributum, vt tres qualitates in ipso significentur. videte Hurt. *disp.* 11. §. 4.

Hypostasis vox Græca deriuata à verbo Greco, quod subesse significat; quare generaliter significat quidquid subest; & quia substantia est radix, seu fundamentum omnis entis, hoc nomine solet substantia significari, & quia nomen substantiæ aliquando dicit naturam substantialem; aliquando eius suppositum: ideò controuersia fuit in Ecclesia, quid nomine hypostasis significetur; quòd ideò Latini volebant hoc nomine significari naturam, vnde in Deo vnam tantùm hypostasim ponebant, scilicet vnam naturam: Græci verò significari suppositum, ideò tres dicebant hypostases diuinas. sed modo vsus obtinuit, vt per hypostasim intelligatur suppositum. videte Vasquez 1. *parte disp.* 124. Bellarmin. 2. *de Christo, cap.* 4. Suarez *in Met. disp.* 34. *sect.* 1. *num.* 14.

Subsistentia dupliciter vsurpatur. aliquando in concreto; aliquando in abstracto, quod videtur importare ipsum nomen. Primo modo significat id, quod subsistit. Secundo modo significat rationem subsistendi, seu id, per quod res fiunt per se subsistentes. quare patet subsistentiam posse dici idem, ac suppositum, hypostasis, & prima substantia, si sumatur in concreto. immò idem quod persona, si sumatur in intellectuali natura, scilicet hominibus, Deo, & Angelis; & non posse dici idem, si sumatur in abstracto; sed tali pacto solùm quòd suppositalitas, & personalitas in intellectuali creatura: patet etiam quomodo conueniant, & differant ad inuicem suppositum, hypostasis, persona, & prima substantia. 426

An Subsistentia distinguatur à Natura. Quæstio Vndecima.

Hvic quæstio occasionem præbet mysterium Incarnationis, quo instruimur Verbum Dominum assumpsisse naturam humanam perfectam in esse naturæ, non assumpta persona, seu hypostasi. contra Nestorium, & alios hæreticos, qui Christo Domino duplicem personam attribuebant, humanam scilicet, & Diuinam. qui error damnatus est ab Ecclesia, vt in Theol. videbitur. hoc stante duas principales sententias distinguo, ad quas multæ aliæ, in quas apud Catholicos hæc quæstio distrahitur, reduci possunt. 427

Prima sententia est eorum, qui negant personam dicere aliquid intrinsecum positiuum supra naturam. ita Scotus, Durand Gabr. Ochamus, & alij, qui omnes diffusè recensentur à Caietan. 3. *parte quæst.* 4. *art.* 2. Valent. *tom.* 4. *quæstio.* 4. *puncto* 2. Fons. 5. *Metaphysic. cap.* 8. *quæstio.* 6. & ab alijs.

Secunda sententia est eorum, qui volunt personam dicere aliquid positiuum reale superadditum naturæ; quorum aliqui dicunt hoc additum esse tantùm modum quẽdam. ita Fonsec. *loco citato, sectio.* 4. & Suarez, *disput.* 34. *sect.* 4 *num.* 14. Auersa *quæst.* 18. *sect.* 2. *& sexta*; aliqui hoc additum affirmant realiter distinctum, vt rem à re; ita Caiet. *loco citato*. Fer. 4. *contra Gent. cap.* 43. §. *vbi aduertendum*. Valent. *loco citato*, §. *octaua opinio*. Hurtad. in

Me-

*Metaph.disp.*11.*sect.*5. Albert. *in prædicam. substantiæ disputat.*3.*quæstio.*7.*num.*13. Arriaga, & alij, cuius sententiæ etiam faciunt D. Thom. multis in locis. Ouiedus *Metaph. controu.*4.*punct.*6.*num.*6. existimat probabilem, cum quibus sit

428 Prima conclusio. Subsistentia addit aliquid positiuum supra naturam. probatur primo. verbum Diuinum assumpsit naturam, non assumpta hypostasi; ergo hypostasis est quid positiuum supra naturam. anteced. est de fide, consequentia probatur; quæ sunt omnino idem à parte rei, & si conceptu distinguantur, quid quid competit vni, competit & alteri; sed à parte rei competit naturæ esse assumptam realiter, non hypostasi; ergo non sunt idem. item hypostasis est complementum naturæ realis positiuæ; sed nullum positiuum completur per negatiuum; ergo hypostasis est quid positiuum supra naturam.

Probatur secundo, quia si persona non dicit aliquid positiuum supra naturam; & verbum assumpsit naturam perfectam in ratione naturæ, assumpsisset etiam personam. probatur sequela: quia conceptus diuersi, & negationes, quæ intrinsecè competunt rei, fundantur in aliquo positiuo, quo inuariato remanent etiam inuariati conceptus, & negationes; ergo si persona est natura diuersi modè concepta, seu cum negatione independentiæ, assumpta hac natura perfecta à verbo, assumpta fuisset etiam persona, quod est hæresis Nestorij.

Probatur tertio ex natura, & suppositalitate, fit vera quædam compositio realis: ideò etiam Theol. admittunt Christum esse compositum realiter, ex natura humana, & Persona Diuina: at nihil componitur ex seipso realiter, neque ex negatione: ergo suppositalitas addit aliquid præter naturam, ex quo, & natura fiat compositio personæ.

Probatur quarto, Verbum Diuinum supplet hypostasim creatam: ergo dicit aliquid positiuum superadditum naturæ. consequentia probatur, quod est idem re omnino cum alio, imbibit illud intrinsecè, consequenter nequit reperiri sine illo; negationes verò possunt quidem per aliud, scilicet per formam contrariam tolli, non autem suppleri: ergo si Verbum supplet suppositalitatem creatam: hæc suppositalitas, neque est idem omnino cum natura, neque consistit in negationibus: ergo hæ rationes militant contra omnes auctores primæ sententiæ. Videatur etiam Valent. qui eorum sententias distinctè exponit.

429 Secunda conclusio. Subsistentia distinguitur à natura vt res à re. probatur primo, hypostasi nequeunt competere proprietates modorum: ergo distinguitur vt res. consequentia patet: quia non est alia distinctio realis præter distinctionem rei à re, aut modi à re modificata. anteced. probatur: quia de intrinseca ratione modi est, rem indifferentem determinare, vt patebit discurrenti per modos: at hypostasis non supponit aliquo pacto naturam indifferentem: immò necessarijssimè ad hypostasim determinatam: ergo.

Confirmatur, quia modus semper rem in ordine ad aliud determinat, vt benè discurrit Hurtad. at hypostasis non habet in ordine ad quod naturam determinet. ergo.

Probatur secundo, modus habet rationem formæ, cum sit affectio rei modificatæ, at subsistentia non est forma, sed purus terminus, vt omnes concedunt: ergo non est modus.

Confirmatur, quia Verbum Diuinum supplet penitus rationem subsistentiæ creatæ in eodem genere, sed non potest in genere causæ formalis: ergo subsistentia creata non est tanquam forma: ergo neque modus, qui nequit non esse forma.

Probatur tertio, quia sicut se habet subsistētia diuina in natura diuina, ita creatæ hypostases in naturis creatis, proportione seruata: sed filiatio, paternitas, &c. non se habent tanquam modi, sed tanquam res respectu naturæ diuinæ, ergo.

Probatur quarto, quia sic melius saluantur, quæ de Misterio Incarnationis Fides docet: ergo.

Probatur quinto, suppositum est substātia maximè perfecta, excedens in perfectione indiuiduum vt sic: ergo congruum est, excedat in aliqua vera entitate: non in solo modo.

430 Tertia conclusio. effectus formalis subsistentię est reddere naturam non petentem alij communicari. huic conclusioni videtur fauere Scotus *in* 3.*distin.*1.*artic.*3.§.*non asserendo*.

Probatur cōclusio, quia sic optimè saluatur, quòd etiam seclusa subsistentia, substantia ex vi suæ productionis adhuc dicat esse per se: prout esse per se opponitur alteri inesse: & hoc substantiæ conuenire benè probat Hurt. *sect.* 6. & Pat. Pasqualig. item neque eam reddere omnino incommunicabilem, quòd stante tali subsistentia non possit aliena subsistentia terminati, quod maior pars Theol. admittit, concedens Verbum potuisse assumere etiam naturam personatam, & eandem naturam ab omnibus diuinis personis potuisse assumi; quod est dicere, personatam vna persona, potuisse, & alia personari, & etiam saluat subsistentiam esse vltimum complementum naturæ: quia ita naturam satiat, vt de se non petat alio termino terminari, etsi possit saltem per Dei potentiam. aliter explicant effectum formalem subsistentiæ ferè omnes, qui hanc materiam tractant, sed in nostra explicatione facilè omnes difficultates euanescunt, quod non fit in cęteris.

Contra primam conclusionem instatur primo: ergo Verbum non assumpsit quidquid erat in natura humana. Respondeo assumpsisse quidquid erat in natura humana, spectans ad naturam, non ad personam.

Instatur secundo, ergo Christus caret aliqua perfectione, quæ debetur homini. Respondeo carere aliqua perfectione, quæ debetur homini, quatenus persona creata, non quo ad naturam; & hoc sequi, quia Deus non assumpsit personam, sed talem naturam: loco autem illius perfectionis habet maiorem, scilicet subsistentiam diuinam neque tamen dicitur in statu violento: quia illa subsistentia satiat, & multò perfectius in eodem genere appetitum naturæ ad subsistentiam; tùm etiam quia ad illam habet potentiam obedientialem.

Instatur tertio: ergo natura assumpta à Verbo, non posset dimitti: quia non potest non esse persona; sed tunc non haberet subsistentiam: quia non est causa, quæ hoc positiuum producat. Respondeo cum Caiet. quod posset dimitti, & sic non haberet personalitatem, quia personalitas non dat esse per se, per contradistinctionem ab inexistere accidentis; sed sequitur precisè esse substantiæ, vt dixi *tertia conclusione*. immò, & si quod dicit, esset verum, scilicet non posse non esse personam; negatur quod nulla esset causa in tali casu, quæ produceret personalitatem, flueret enim naturaliter tanquam terminus, nisi impediretur, ab ipsa substantia, eo pacto, quo frigus à forma aquæ. sunt argum. Scoti. 431

Instatur quarto, contra secundam conclusionem: quia non apparet quænam substantia sit hæc subsistentia realiter distincta. respondeo cum Caietan. non esse neque materiam, neque formam, neque compositum, sed terminum intrinsecum compositi: quatenus suppositum est; atque adeò ab Aristotel. in diuisione substantiæ cum composito comprehensam; consequenter reductiuè est in predicamento, vbi compositum.

Instatur quinto, subsistentia se habet ad naturam, sicut figura ad quantitatem; sed figura est tantum modus: ergo. negatur antecedens: quia subsistentia non potest habere rationem formæ, sicut figura; quod concedit etiam Suarez *sect.* 4.*num.* 35. quod ideò dicit appellandam esse purum terminum, & hoc dicito etiam de alij terminis.

Instatur sexto. si subsistentia est res distincta: ergo poterit conseruari separata à natura, quod videtur absurdum. hoc argument. magni facit Auersa *sectio.* 6. *citata*. §. *patet* 2. sed concedit Hurtad. negat sequelam Caietan. §. 47. quod & ego libenter concedo, quod concedunt, & alij apud Albertinum; neque video absurditatem, quam intendit minor; quæ ideò negatur. alia argumenta fieri possent, sed ex dictis facilè soluentur. aliqua quæ obijcit Aureolus videri possunt apud Caietan. & Valentiam *locis citatis*. ex his. 432

Deducitur primo quænam sit causa efficiens subsistentiæ, cum enim sit subsistentia terminus intrinsecus, emanat naturali emanatione à natura ipsa, vt ipsam terminet in statu sibi debito. vide Suarez. *sect.*6.*num.*9. & Hurtad. §.120. quod ideo diximus, si impediretur hic terminus, & postea auferretur impedimentum, subsistentiam fluxuram ab ipsa.

. Deducitur secundo, ex natura, & subsistentia fieri quandam realem compositionem (quidquid dicat Caietan.) 433

quia

quia ex termino, & terminabili componitur realiter terminatum; neque ad hoc necesse est subsistentiam esse propriè actum, sed satis est, si sit terminus, sicut iuxta eos, qui concedunt puncta, punctum, & linea faciunt compositionem, nec tamen punctum se habet vt actus.

Deducitur tertio, hanc nostram doctrinam vniuersaliter esse sumendam etiam in Angelis: quia sicut Deus assumpsit naturam humanam, ita poterat assumere Angelicam, vt dicitur in Theolog. *tract. de Incarnatione*, consequenter datur etiam in illis distinctio inter naturam, & suppositum; & omnia quæ diximus de natura humana, applicari possunt ad Angelos.

434 Quæres primo, an subsistentia sit diuisibilis. Respondeo in vno sensu esse diuisibilem; in alio indiuisibilem. est diuisibilis materialiter, quatenus est quædam entitas materialis afficiens totam naturam diuisibilem. (loquor in materialibus) consequenter dicentem partes diuersas integrantes. est indiuisibilis formaliter, quatenus ita ex tota natura fluit, vt si natura diuidatur, & non remaneat amplius natura, sed partes essentiales, separatæ naturæ, neque remanebit subsistentia: quia eò ipso quòd ita sunt separatæ, non habent illam incommunicabilitatem, quæ est effectus formalis subsistentiæ; consequenter neque subsistentiam: vbi enim deficit effectus formalis, deficit & forma. dixi si natura diuidatur in partes essentiales; quia si aliquod totum diuidatur in partes integrantes, pars integralis subsistentiæ, qua totum subsistebat, fit perfecta subsistentia, eò quòd illa pars totius facta quoddam totum, non petit alteri vniri, consequenter habet verum effectum formalem; vt cum aqua, aut lignum, &c. in partes diuiditur, etiam quælibet pars totum euadit. in hoc discrepamus à Suarez *disp.* 34. *sect.* 3. videmur conuenire cum Vasquez 3 *parte disp.* 32. *cap.* 4.

Dices, ergo anima rationalis separata non habet subsistentiam, & tamen subsistit. Respondeo non habere subsistentiam, qua suppositum constituitur, habere tamen subsistentiam, qua aliquid dicitur per se stare contradistinctum ab accidente; & dicitur illam habere, vt *quod*, quia per se stat independenter à quocunq; subiecto sustentante, ad differentiam eorum, quæ & si substantiæ, tamen pendent à materia; quòd ideò dicuntur tantùm habere per se stare, vt *quo*; quatenus per ipsa constituitur natura materialis, cui tantùm competit per se esse vt *quod*.

435 Quæres secundo, quomodo subsistentia se habeat respectu operationum. respondeo cum Hurtad. *sect.* 9. *citata*, §. 110. influxum actionum, verè non esse à subsistentia, patet euidentissimè in Christo, in quo erant veræ actiones humanæ, quæ tamen esse non poterant à subsistentia Verbi: quia alioquin etiam cæteris personis diuinis conuenissent; quia actiones ad extra sunt indiuisæ toti Trinitati. sunt igitur actiones à subsistentia, quatenus natura non solet operari, nisi completa in statu subsistendi, in quo cum persona sit verè vnum per se ex personalitate, & natura, actiones huic coniuncto attribuuntur: quòd ideò actiones dicuntur suppositorum. alia quæri possent de subsistentia; sed *in tract. de Incarnatio.* habent proprium locum. ex his omnibus

Deducitur subsistentiam esse terminum substantialem, qui ab ipsa natura emanans, cum illa facit suppositum, ratione cuius de se non postulat alteri communicari; & si hoc ei non repugnet saltem de potentia absoluta.

Quid sit essentia, quid existentia, & quomodo distinguantur. Quæstio Vltima.

436 QVo ad primam partem quæst. essentia varijs nominibus appellatur, scilicet essentia, quidditas, natura, substantia, ratio, & forma. dicitur essentia, quia per ipsam res habet esse: quidditas, quia explicat quid res sit: natura, quia est principium suarum passionum: substantia, quia per ipsam res, est, quod est: ratio, quia correspondet intellectui, dum rem concipit prout est in se: forma, quatenus per ipsam, quasi res formatur, & ab illa habet esse, sicut à forma composita, hæc tetigimus *in Physicor. lib.* 1. *tract.* 5. *quæstio.* 2. ex Diu. Thom. *cap* 1. *de ente, & essentia.* paucis: essentia vt sic, abstrahenda ab existentia, quo sensu de illa loquimur, est illa combinatio, seu connexio prædicatorum essentialium, quæ non dicunt pugnantiam, quòd ideò vnam essentiam constituunt. de hac plura possent disputari, scilicet, an quando sunt in statu possibilitatis, sint aliquo modo realia: an connexio prædicatorum essentialium sit ab æterno vera: an illa prædicata distinguantur realiter: sed prima, & secunda difficultas soluta fuit ex professo in Logica. Tertia verò soluitur ex his, quæ diximus de ente respectu inferiorum cōtra Scotum, eadem penitus dico. possunt verò hęc omnia videri egregiè disputata à Pat. Pasqual. *disp.* 76. *vsque ad* 81.

Existentia est actus vltimus, quo res ponitur extra suas causas, seu est illa actualitas, qua concipimus tribui prædicatis essentialibus, seu essentiæ, vt sic non amplius esse in potentia suarum causarum, sed habere esse actuale, quæ actualitas conuenit rei, ex vi productionis: quia eò ipso quòd producitur, necessariò transit, à non esse actuale ad esse, consequenter necessariò ei communicat actualitatem. ex quo sequitur falsò ab aliquibus diuidi existentiam in positiuam, & negatiuam, vt negatiua sit, qua res non est amplius in suis causis, positiua verò, qua constituitur extra suas causas; sequitur inquam falsò, hoc dici: quia eò ipso, quòd res non est in suis causis, necessariò est extra illas, consequenter habet existentiam positiuam: esse enim intra causas, & esse extra causas sunt contradictoria, igitur si negatiua negat esse intra. ponit esse extra, quod secūdum illos est effectus existentię positiuę. pluribus reijcitur hęc diuisio ab eodem Pasqual. *disp.* 81. *sect.* 3. 437

Quo ad secundam partem quæst. punctus difficultatis est, non quidem de essentia vt sic, scilicet de prędicatis essentialibus: tali enim pacto certum est, existentiam ab ea distingui: quia existentia nulli intrinseca esse potest, pręter Deum; sed omnia, quæ existunt infra Deum, contingenter existunt. Sed quæst. est, an essentia actualis distinguatur ab existentia actuali, quæ dicitur eius vltimus terminus, & quomodo.

Prima sententia ponit essentiam distinctam, ab existentia, tanquam rem à re. ita Capreol. *in* 1. *distinct.* 8. *quæst.* 1. Caiet. *de ente, & essentia cap.* 5. *quæst.* 11. Ægyd. *in* 1. *dist.* 2. *qu.* 4. *art.* 1. & *quodl.* 1. *quæst.* 7. Fer. 2. *contra Gent. cap.* 52. & communiter omnes Thomistæ, apud quos est sententia famosa, & adducunt pro se D. Thom. pluribus locis, pręcipuè 1. *parte qu.* 3. *art.* 4. *in corpore*.

Secunda sententia etiam distinguit realiter; sed solum ex natura rei, non vt rem à re. ita Scotus *in* 3. *dist.* 6. *qu.* 1. Henri. *quodlib.* 1. *qu.* 9. cui subscribunt Fons. Molina, & alij apud Pasqual. *disp.* 82. *sect.* 2.

Tertia sententia negat distingui vllo pacto realiter. est Alens. 4. *Met. tex.* 4. & 7. *tex.* 22. Aureol. apud Capreol. *in* 1. *dist.* 8. *qu.* 1. Durand. *ibidem parte* 2. *dist.* 6. *qu.* 1. Suarez Perer. Vasquez, & aliorum quam plurimorum, tùm ex veteribus, tùm ex recentioribus. pro nostra sententia, sit

Prima conclusio. existentia, & essentia nullo pacto distinguuntur in re. Probatur primo. ita se habet existentia actualis ad essentiam actualem, sicut possibilis ad possibilem; sed possibilis non distinguitur ab essentia possibili; ergo. maior patet: quia stat proportio. minor probatur, quia ideò est essentia possibilis, quia potest esse extra causas, quod est effectus existentiæ; ergo essentia possibilis imbibit existentiam possibilem. 438

Probatur secundo. Si existentia distinguitur ab essentia, vel pręcisa existentia, est extra suas causas, vel non. Si primum, ergo habet existentiam pręcisa existentia, quia illa actualitas, per quam est extra suas causas, vtiq; est existentia. Si secundum ergo essentia actualis non distinguitur ab existentia vt res à re.

Probatur tertio, quia inter possibile, & actuale, seu existens non datur medium, quia possibile tollit existentiam, existens possibilitatem, sed essentia ex eo quòd sit formaliter actualis, tollitur extra statum possibilitatis: ergo ponitur in statu existentis: ergo essentia actualis non distinguitur ab existentia. pluribus confirmat hanc conclusionem Pasqual. *disput.* 82. *sect.* 3. sed rem certissimam, cuius oppositum nec intelligi potest, satis confirmauimus, & hæ rationes ne dum procedunt contra primam, sed etiam contra secundam sententiam, quòd ideò specialiter eam non impugno.

Secunda conclusio. essentia actualis, & existentia non distinguuntur ratione ratiocinata adæquatè. est contra Suarez *disput.* 31. *sect.* 7. *num.* 23. & fere omnes, qui negant distinctionem realem inter essentiam, & existentiam. est tamen cum Pasqu. *sect.* 6. *num.* 7. probatur vnica ratione, 439

apud

apud me efficaciſſima: quia in hac diſtinctione; aut eſſentia inuoluit exiſtentiam; aut non. Si primum, ergo non eſt diſtinctio rationis adæquata, quia in diſtinctione rationis adæquata vnum membrum non inuoluitur in alio. Si ſecundum, ergo non eſt aſſumere eſſentiam actualem, in quo tantùm ſenſu quæſtio procedit.

Tertia concluſio. eſſentia actualis, & exiſtentia diſtinguuntur tantùm ſecũdum expreſſiorem ſignificationem. explicatur, & probatur ſimul. eademmet res ex vi productionis habet, & quòd actu ſit in tali ſpecie, quia dicit talia prędicata quidditatiua, & etiā quod ſit extra ſuas cauſas. Primo modo dicitur actualis eſſentia. Secundo exiſtentia. Et quia hæc eſſentia actualis non poteſt concipi ſine exiſtentia; attamen magis principaliter per nomen eſſentiæ ſignificantur prędicata eſſentialia, & quaſi connotatiuè tantùm exiſtentia; per exiſtentiam verò principalius ſignificatur actualitas, ſeu eſſe extra cauſas; & quaſi tantùm connotatur eſſentia, quia non datur exiſtentia ſine eo, quod exiſtat; ideò dictum eſt in concluſione, eſſentiam actualem, & exiſtētiam diſtingui tantùm ſecundum expreſſiorem ſignificationem. patet concluſio.

440 Contra primam concluſionem multa argumenta congerunt Thom. ſolùm afferam principalia, ex illorum ſolutione patebit, quid dicendum de cęteris. inſtatur igitur primo, eſſentia eſt ab æterno, non ſic exiſtentia; ergo diſtinguuntur realiter. reſpondeo, eſſentia vt ſic, ſcilicet quoad connexionem prędicatorum eſſentialium, eſt æterna, concedo antecedens: eſſentia actualis, negatur antecedens, conſequenter & conſequentia; quia noſtra quæſtio procedit de eſſentia actuali: & hoc maximè aduertendum eſt, quia multa argumenta Thomiſt. in hoc peccant, quòd ab eſſentia vt ſic, arguunt ad exiſtentiam, de quo non dubitatur.

Inſtatur ſecundo, nulla res eſt in potentia ad ſe ipſam; ſed eſſentia eſt in potentia ad exiſtentiam; ergo. reſpondeo negando minorem de eſſentia actuali, de qua debet eſſe, vt ſic contra noſtram concluſionem, ad ſummum ſecundum rationem, & noſtrum modum concipiendi poteſt dici in potentia.

Inſtatur tertio, exiſtentia poteſt ſeparari ab eſſentia: ergo diſtinguuntur. Reſpondeo negando antecedens de eſsentia actuali; poteſt quidem ab eſsentia vt ſic, quia non eſt de eſsentia alicuius rei creatæ vlla exiſtentia: ideò poteſt intelligi eſsentia, ſcilicet connexio prædicatorum, abſque exiſtentia; in quo tantùm ſenſu poteſt dici, quòd eſſentia ſit ſeparabilis ab exiſtentia.

Inſtatur quarto, exiſtentia non competit rei ſecundùm eſsentiam: ergo diſtinguitur. Reſpondeo, ſicut ad præcedens de eſsentia vt ſic; non de actuali: quia eſsentiæ actuali ſumptæ reduplicatiuè exiſtentia eſt intrinſeca. 441

Inſtatur quinto, aliqua res eſſet ſuum eſſe, quod eſt proprium ſolius Dei. Reſpondeo tantùm ſequi, quòd aliqua res actualis, vt talis nō poſſit eſſe ſine ſuo eſſe actuali, quod non eſt abſurdum: at Dei proprium eſt eſſe ſuum eſſe abſolutè: quia à ſe ipſo illud habet, nec poteſt non habere, etiam ſine vlla reduplicatione, quia de eius eſſentia eſt exiſtere; non ſic in creaturis.

Inſtatur ſexto: ergo tot eſſent exiſtentiæ in qualibet re indiuidua, quot ſunt entitates actuales. reſpondeo concedendo totum; neque hoc eſt vllum abſurdum. alia argumenta in contrarium videri poſſunt apud Suarez *diſput. citata ſect.* 1. & Paſqual. pariter *diſp. citata ſect.* 1. qui etiam *ſect.* 3. *num.* 10. egregiè ſuſtinet D. Thom. nunquam voluiſſe eſſentiam actualem, & exiſtentiam realiter diſtingui, ſed ſolùm exiſtentiam, non eſſe de quidditate eſſentiæ creatæ. videte ipſum. Hactenus de quæſt. metaphyſ. in quibus, ſicut, & in toto trienni curſu philoſophico, quem hic ſiſtimus, quidquid dixi, & docui, Deo omnipotenti. B.M.V. & omnibus Sanctis acceptum refero. Amen.

F I N I S.

INDEX



INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM RERVM, QVÆ IN HOC TERTIO ANNO CONTINENTVR.

Numerus productus est Marginalis.

A

Non

ANIMAL.

ANTIPERISTASIS.

APPETITVS.

AQVA.

AVDITVS.

AVGMENTATIO, AVGMENTVM, AVCTVM.

C

CALOR.

CAPVT.

CAVSA.

COECVS.

CEREBRVM.

CHRISTVS.

COGNITIO, COGNITVM.

COLOR.

COMPOSITVM.

CONCEPTVS.

CONCRETVM.

CONNOTATVM.

CONSISTERE.

CONSTITVERE.

CONTINERI.

CONTINVITAS.

CONTRADICTIO, CONTRADICTORIA, CONTRARIA.

Ele-

ENS. ENTITAS.

ESSE, ESSE SIMPLICITER.

ESSENTIA, ESSENTIALE.

ETEROGENEITAS, ETEROGENEVM.

EXCREMENTA.

EXISTENTIA.

EXTENSIO.

F

FOETVS.

FORMA, FORMALITAS, FORMALITER.

FRIGIDITAS, FRIGVS.

G

GENERATIO, GENERARE, GENERANS, GENITVM.

GENVS.

GRAVITAS.

GVSTVS.

HEC-

H

MVL-

Om-

PRÆCISIO.

PRODVCTIO.

PROPORTIO.

Q

QVALITAS.

QVANTITAS.

R

RADIVS.

RAREFACTIO.

Si in

Quin-

Dan-

Indicis huius Tertij Anni, & totius Cursus Philosophici Finis.